PRACTICAE CONCLUSIONES IURIS, SINGULIS DN. ANDREAE GAILLII, I.C...

Bernhard Greven, Andreas Gail, ...

NAZIONALE
13
9 F
127
VITT. EMANUELE

PRACTICÆ

CONCLVSIONES IVRIS,

Singulis Dn. Andreæ Gaillii, I.C obseruationibus practicis materia, & serie continua respondentes:

ITEM

CONSIDERATIONES,

Omnibus Conclusionibus sigillatim subiunctæ;

Quibus d. obseruationes, vel illustrantur, vel ampliantur, limitantur, nonnunquam elidantur.

Cum

COLLEGIORVM IVRIDICORVM IN DIVERSIS ACADEMIIS Decisiuis Consiliis, & Iurisconsultorum, etiam modernissimorum sententiis, tum præcipue,

ANTIQVIS, NOVIS ET NOVISSIMIS DECISIONIBVS

SACRI IVDICII CAMERÆ IMPERIALIS, ALIORVMQVE SVMMORVM Tribunalium apud Germanos, Gallos, Italos, Neapolitanos, Hispanos, Lusitanos &c. existentium, vbique firmatæ:

AVCTORE

BERNHARDO GREVEN GERMANO, I. V. D.



Ex legato Ill^mi Couini

M. D C. III.

Ex Officina Paltheniana Francofurtensi.

REVERENDISSIMIS,
ILLVSTRISSIMIS ET GENEROSISSIMIS, PERILLVSTRIBVS ET GENEROSIS,

PRINCIPIBVS, DVCIBVS, COMITIBVS ET DOMINIS

VVESTPHALICI CIRCVLI,

Singulis

PATRIAE PATRIBVS,

DOMINIS SVIS CLEMENTISSIMIS ATQVE PERBENIGNIS

Submissa reuerentia

Consecrabat hunc librum

Bernhardus Greuæus, Vuestphalus, D.

)(2

CANDIDO MODERATOQ. LECTORI AVCTOR S. P.



ARIA quin essent, Candide lector, variorum hominum iudicia huiusce operulæ conatus incursuri, iam ab ipso cõdicti moliminis cœpto exploratũ habebam. Ceterum, quia in hoc scriptionis, annotationibus enim ad Decisionistas colligendis negotio grauißimos iam ante occupatos fuisse Ictos (inter quos ex antiquiorib. Auferium, ex nouioribus Vrsillum, ex modernißimis Iac. Schultes, conspicuos videmus auctores, quorum labores a doctißimis viris glorioso virtutis cohonestantur encomio) animaduertissem, spes me fouebat intentius, aliis quod laudi duceretur, mihi haud esse exprobrandum. Cogitationes proinde animum subiere meum, quæ iam annotationes in memoriæ meæ subsidium ad præcellentißimi Icti And. Gaillii Obseruationes congesseram, studiosis euulgationem vrgentibus communes facerem. At vero ea subinde præsagiente cura, quasi aliorum codices meis indigestis viderer consarsisse centonibus, easdem tuto cœperam commendare silentio. Rursus aliis efflagitantibus identitemq; instanter monentibus, ne exspectatione (vt ferebant) suspensos diutius permitterem subdubios; difficilioribus me exinde subegi lucubrationibus, annotationum farragines continuis Conclusionibus excipiendo, & singulis ex ordinis serie conficiendis Considerationibus substernendo. Si quid studiosis contulerim leuamenti, est quod DEO elargitori gratias agamus maximas. Inconcinniter dictis relatisque meliora, qui voluerit, pro maiore subacti ingenii acrimonia substituat, superflua resecet, defectus (vt forte sunt plures) suppleat, Appellaumque superinductum faciat: modo citra vani obtrectatus tincturam & tetram liuoris asperginem, adeoque modeste, vt Ictum decet, cuncta peragat. Ipse equidem (vt Icti Pomponii in l. 20 ff. de fideicom. lib. *relatus vtar) alterum licet pedem in fouea haberem, adhuc discendi cupiditate flagrarem, nec minus, si quando (quod factu procliue est) a tramite recti erroris dictamine declinauissem, dediscendi*

scendi teneor studio: vitium quippe detestabile est, vt quos obrepsisse cognoscimus errores, agnosci tamen, quasi nulla prorsus nos imbecillitas ingenii teneret mancipatos, immodestius sustineamus.

Sententias Dn. Gaillii scriptis aduersantes quod retulerim, si quis contentiosius carpere, Theoninoque vellet rodere dente, hic dicto velim audiens sit Gellii, Noct. Attic. lib. vlt. cap. fin. Quæ putauerit (*inquit*) reprehendenda, his, si audebunt, succenseant, vnde ea nos accepimus. Sed enim quæ aliter apud alium scripta legerint, ne iam statim tempore obstrepant, sed tractationes rerum & auctoritates hominum pensitent, quos illi quosque nos secuti sumus. *Hactenus Gell.*

Mordicus traditis Dn. Gaillii adhærescentibus ne molestum sit verba exaudire Lancell. Polit. tract. de offic. adue. cap. 9 sub num. 3. Illud etiam (*scribit*) maxime vitandum est, quo plerique decipiuntur qui certæ scholæ addicti, ita cuiuspiam auctoris doctrinæ sese alligant & in obligatione adducunt, vt nihil rectum, nihil verum existiment, quod non ab illo sit comprobatum: hi enim plerumque iudicio carent: quorum gratia potissimum fit, vt veritas in plerisque non satis intelligi possit. *totid. verb. Lancell. Quo etiam Cardin. Bolognetus respicit,* Disput. de lege &c. cap 1. Ego (*inquiens*) semper hac in re quoddam quasi temperamentum adhibendum esse duxi, vt qui ad veram & solidam eruditionis gloriam contendat, neque (*quod aiunt*) in vllius verba sibi iurandum existimet, &c. *cum aliis multis in id genus consimilibus. Summum interim tamen ICtum & exercitatissimum Practicum omnes suspicimus & admiramur Dn. Gaillium: Nec sane Germaniæ duntaxat, verum etiam exterarum nationum celeberrima agnouerunt Jurisprudentiæ culmina, ceu inter plura Menochius* consil. 466. num. 32. consil. 606. num. 35. consil. 799 nu. 30. *& Thessaurus* Pedemont. decis. 78. sub num. fin. *virum doctissimum laudant. Verum, quotusquisque est, vel leuiter in euoluendis Pragmaticorum libris versatus, qui ignoret multos clarissimos omnis ætatis Jureconsultos additiones annotationesque sensisse celebres? Quinimo, de celebritate notarum in præceptorum Papiniani & Scæuolæ, excultissimorum ICtorum, libros ab Vlpiano, Paulo & Sulpitio, discipulis, conscriptarum nihil hic dicam.*

Moderniores, imo modernissimos a me passim potissimumque allegari auctores omissis antiquioribus, sciat Beneuolus Lector non inconsiderate factitatum: argumento enim sunt plures, tres vero præcipuæ caussæ. 1. Quo, compressa recentiorum allegatione,

transſumendi vitium me plane effugiſſe, ſimulque fideliſſima vbique moderniorum recenſione grataq; commemoratione, probi ſcriptoris officium præſtitiſſe liquidius cõſtaret. 2. Siquidem nonnunquam contingat antiquioris Doctoris ſententiam in plures (vt Quintilianus dicebat) *intellectus duci, & quandoque a nauſeoſis huc illuc detorqueri, excellentiſſimos recentiores antiquiorum auctoritatibus fretos conducebat retuliſſe. 3. Quia diſertis verbis tradiderint eximii practici, ſufficere adduxiſſe omiſſis antiquioribus recentiores a ſe in comprobationem citatis.* poſt And. ab Exea Bapt. Alin. prax. Florentin. §. 24. nu. 5. pone Neuizan vero *& alios Mozz.* de contract. rub. vnde dicat. contract. n. *7. Nouiores pleroſq; enucleatius ſuo cum ornatiori (ceu loquuntur) apparatu, & nouorum indies natura progenitorum caſuum deciſione quæſtionum mæandros reſoluere, ſuperuacaneum forſitan eſſet, ſi exquiſitius percenſerem.*

Sic item citandis Tribunalium Deciſionibus impenſius me operam nauaſſe quid cauſſæ ſit, præter ipſum dirimendis controuerſiis, ſubleuandaq; dubietatis, quando varia rerum natura (verba vt adducam Imp. Iuſtin. ſub tit. de emendat. Cod.) *aliquid nouum, in legibus, non vſquequaque expeditæ reſolutionis, creaſſe videbatur, ſplendidius fulcrum tutiuſque confugium, Proœmii relata vtcunque ſignificabunt.*

In ceteris etiam quid laboris ſuſtinuerim, Candidi Lectoris ſit iudicium: cuius Human. ſibi, noſtra hac ſi functus fuiſſet vice, quod fieri velit, nec ſecus, æquabiliter noſtris his ſtudiis impertiatur: officioſiſſime obteſtarer.

Omnibus placere cunctorumq; ſuffragia emereri vt non poſſum, ſic dulciſſimæ PATRIAE & viris moderatis

——— hæc ſint qualiacunque,

Arridere velim ———

In quo ſi me ſpes non ſit fruſtra habitura, propediem, DEO dante, & alter noſtrarum vigiliarum liber communicabitur, incentiuumque hinc ſtudiis accedet tentandi duriora. Bilueldia, Comitatus Rauenſpergenſis.

Ad Lectorem.

Vic libro nihil deest, amice Lector, nisi Epistola Dedicatoria, quam indies exspecto ab auctore mittẽdam. Puto eam forte mercatori Bilefeldensi commissam fore, qui aut casu amiserit, aut de ea tradenda præ lucrosis suis negotiis nõ admodum sollicitus sit. Forte etiam is, cui tradita fuit, nondum aduentauit, aut in itinere, siue in diuersorio, siue in via lutulẽta lubricaue, præter spem hæret. De auctore quod multi dubitent, huncq; sibi scrupulum iniicere velint, quasi is in rerum natura non sit, aut vspiam apud feros Sarmatas degat, veluti rapsodes Adrianus Gylmannus: in eo & mihi & auctori vim faciunt, sibique ipsi omnem fidem prorsus abrogant. Cùm vir hic πολυπράγματος, optimus & in praxi & in Theoria Iurisconsultus, in orbe Westphalico inter nobiles & primates sit notissimus, & inter notos nobilissimus. Id quod res ipsa loquetur, si præfationes eius a me ad has Considerationes, quam propediem exspecto, eucstigio prælo submittendam, tibique communicandam, flagitaueris, inspexeris, legeris. Ceterum de dignitate, necessitate, & vtilitate huius Libri, vt aliquid dicam: opus fore haud iudico: alias forte obieceris illud:

Laudat venales, qui vult obtrudere merces.

Tu amice Lector, si vir es, nõ nuda aliqua legum literatura tinctus, quales omnes ambitiosi rabulæ, sed in iure ac praxi paullum versatior, ipse tuo ἀδεκάστῳ iudicio, res vt se habeat, facilè cognosces, atrumq; ab albo distingues. Librumq; si quam meretur, commendatione aliqua apud literatos prouehes. Vale. E meo Paltheniano. Calend. Septemb. 1602.

Zach. Palthenius D. Librarius.

CATALOGVS DECISIONISTARVM ET AVCTORVM, E QVIbus hoc libro relatæ tribunalium Decisiones citantur.

GERMAN.

S. IVDICII CAM.
- *Mynsingerus.*
- *Seyle us.*
- *Osopœus.*
- *Blarerus.*
- *Rutg. Ruland.*
- *Comment. per Magen. public.*

PALAT.
- *Thilm. de Benignis.*
- *Hartm. Hartmanni.*
- *Bernhard. Wurmser.*

SAXON.
- *Hart. Pistoris.*
- *Modest. Pistoris.*
- *Jacobus Tomingius.*
- *Nicolaus Reusnerus.*
- *Consultationes Lips. & Wittemb.*
- *Ioannes Koppen.*

GALL.

PARISIENS.
- *Annæus Robertus.*
- *Pappus.*

DELPHIN.
- *Guido Papeus.*
- *Franciscus Marcus.*

THOLOS.
- *Ioannes Corserius.*
- *Stephanus Aufrerius.*
- *Ioannes Corasius.*

PROVINC.
- *Franciscus de Claperiis.*

BVRDEGAL.
- *Nicolaus Boerius.*

AVENION.
- *Hieronym. a Laurentiis.*

PEDEMONT.

SEN. PEDEMON.
- *Octauianus Cacheranus.*
- *Antonius Thessaurus.*
- *Antonius Sola.*

ITAL.

ROM.
- *Ægidius Bellamera*
- *Achilles Cæsar.*
- *Cæsar de Grassis.*
- *Jacobus Puteus.*
- *Paulus Æmilius Verallus.*
- *Variorum nouissim.*: *Canturcius.* *Seraphinus.* *Aldobrandinus,* &c.

BONON.
- *Petrus de Benintendis.*

GENVENS.
- *De Mercatura.*
- *Iosephus Ludouicus.*

LVCENS.
- *Hieronymus Magonius.*
- *Barnabas Cornazzanus*

MANTVAN.
- *Joannes Petrus Surdus.*

MEDIOLAN.
- *Alexander Raudensis.*

FIVIZAN.
- *Borgninus Caualcanus.*

FLORENT.
- *Hieronymus Mag.*

PERVSIN.
- *Josephus Ludouicus.*
- *Vincent. Hondedeus.*

PROVINC. MARCH.
- *Marcus Antonius de Amatis.*

VENET.

CIVIL. VEN.
- *Franciscus Monaldus.*

SICIL.

TRIB. REG.
- *Franciscus Milanensis*

NEAPOL.

TRIBVN. REG.
- *Matthæus de Afflictis.* *Vasall. P. sanell.*
- *Vincentius de Franchis*
- *Antonius Capycius.*
- *Thomas Grammaticus.*
- *Franciscus Vivius.*

ARAGON.

TRIBVN. REG.
- *Martinus Monterus.*

HISPAN.

HISPAL.
- *Gom zius Leonius.*

CATHAL.
- *Ludouicus a Peguerra.*

LVSITAN.

TRIB. REG.
- *Antonius de Gamma.*
- *Aluarus Valascus.*

Ex multis etiam grauissimorum Ictorum consiliis & tractatibus Tribunalium decisiones citatæ sunt, quorum nomina sigillatim hic non censentur.

ELENCHVS ARGVMENTORVM IN HOC LIBRO PROPOSITORVM.

IN PROOEMIO.

I. Sententiæ per Imperialem Maiestatem dictæ, an, & quãdo inferioribus exemplum, quod similibus in caussis sequantur, præbeant.

II. Summorum Tribunalium Decisiones, vtrum quatenusque præiudicia statuant.

III. Inferiorum iudicum sententiæ, an & quando in similibus postea decidendis casibus stringant.

IV. Stylus iudiciorum processus ordinatoria respiciens, quousq; liget, & qualiter probetur.

V. Decisiones particulares Doctorum qua polleant vi.

DE CAVSSIS, MANDATIS ET PROCESSIBVS, IN Cam. Imp. tractandis, extrahendis & obseruandis.

CONCLVSIO I.

I. Augustissimum Cameræ Imperialis iudicium limitatam habere iurisdictionem: & quæ huiusce iurisdictionis obiecta sint.

CONSIDERATIO I.

I. Viduæ diuites an beneficio l. vn. (quando Imp. inter pupil. vel vid. perfruantur.

II. Virgo vtrum fori priuilegio, ad instar viduæ, gaudeat.

CONCLVSIO II.

I. Religionis turbatæ caussa vt Sacri Cameralis Iudicii iurisdictio fundetur, quid obseruandum.

CONSIDERATIO I.

Forma per æquipollens quando adimpleri possit. I.

CONCLVSIO III.

Pacis publicæ turbationem S. Camerali iudicio coerceri, & quæ libelli supplicis super const. fractæ pacis concipiendi requisita sint. I.

CONSIDERATIO I.

Coram inferiore ordinario iudice etiã super facta pace publica accusationem recte institui. I.

CONCLVSIO IV.

Mandatum de nõ offendendo sine clausula in Camera decerni, publicæ trãquillitati offensio timẽda, vbi nocumento esset futura. I.

CONSIDERATIO I.

Mandatũ de non offendendo vt decernatur, quæ considerentur requisita. I.

CONCLVSIO V.

S. Cameræ Imperialis iurisdictionẽ fundari ratione litigiosæ possessionis. I.

CONSIDERATIO I.

Possessio sequestratione an amittatur. I.

CONCLVSIO VI.

Citatio an requiratur in iudicio litigiosæ possessionis. I.

CONSIDERATIO I.

Attestationum publicatio an in summariissimi possessorii iudicio fiat. I.

Testium repulsa seu obiectus an detur in iudicio possessorii summariissimi. II.

CONSIDERATIO II.

Possessorii summariissimi in iudicio an I.

etiam admittatur probatio per instrumenta.

CONCLVSIO VII.

I. *Probationes plenas requiri in possessorio plenario.*

II. *Probationes semiplenas in possessorio summariissimo sufficere.*

CONSIDERATIO I.

Possessionem momentaneam nõ semper esse parui præiudicii.

CONSIDERATIO II.

I. *Appellatio vtrum, quando & quatenus in possessorio summariissimo detur, viresque suas exerat.*

CONCLVSIO VIII.

I. *Ex pignorationis constitutione vt decernatur processus, quæ obseruanda sint.*

CONSIDERATIO I.

I. *Circa pignorationis cõstitutionem, quæ nouella Imp. lege ordinata sint, remißiue.*

CONCLVSIO IX.

I. *Constitutio Imperii super l. diffamari, quando, quibusque in casibus competat, & quid de iure communi.*

CONSIDERATIO I.

I. *Judex diffamantis, an diffamati adeundus sit, vbi remedio l. diffamari agitur.*

CONSIDERATIO II.

I. *Excommunicatus an fruatur beneficio l. diffamari.*

II. *L. diffamari, remedium vtrum aduersus excommunicatum competat.*

III. *Bannitus vtrum citatione ex l. diffamari ad agendum habilitetur.*

CONCLVSIO X.

I. *Vt ex constitutione leg. diffamari in S. Camer. agi queat, tria præcipua requisita desiderari.*

CONSIDERATIO I.

Constitutionis ex l. diffamari, requisita explanantur. I.

CONCLVSIO XI.

Præuentio iurisdictionis, quando locum sibi in materia leg. diffamari vendicet. I.

CONSIDERATIO I.

Præuentio vtrumne per citationem inducatur, remißio statuitur. I.

CONCLVSIO XII.

Processus super constitutione leg. diffamari. I.

CONSIDERATIO I.

Binam requiri citationem præcessisse sententiam impositionis perpetui silentii, & quatenus hoc verum sit. I.

CONCLVSIO XIII.

Mandata sine clausula iustificatoria, quando decernantur. I.

CONSIDERATIO I.

Nouella Imperii lege, vt contra magistratus, ad instantiam subditorum, mandata decernantur, quid considerandum sit. I.

CONCLVSIO XIV.

Mandata sine clausula an exceptionem sub & obreptionis admittant. I.

CONSIDERATIO I.

Excipientem de sub & obreptione rescripti oportere vt probet. I.

CONCLVSIO XV.

Præceptum iudicis contemnentem statim, absque noua citatione, in pœnam comminatam an declarari poßit. I.

CON-

CONCLVSIO XXV.

I. *Absolutio a iuramento ad effectum agendi an etiam ad Cameram Imper. spectet.*

CONSIDERATIO I.

I. *Facultas habilitandi an, & quãdo, vel iudici ecclesiastico, vel laico competat.*

CONCLVSIO XXVI.

I. *Debitor ut legitime dicatur ex ciuili caussa captus, quæ requirantur præcessisse.*

II. *Debitor quando dicatur ob æs alienum iuste captus.*

III. *Debitor ex caussa ciuili captus quando veniat relaxandus.*

CONSIDERATIO I.

I. *Debitor ex ciuili caussa captus, præstita idonea cautione relaxandus est.*

CONSIDERATIO II.

I. *Incarceratus ob delictum an, & quando sub cautione fideiussoria veniat relaxandus.*

CONCLVSIO XXVII.

I. *Iuramentum defuncti an eius heredem ab agendo repellat.*

CONSIDERATIO I.

I. *Iurantis heres an coram ecclesiastico iudice ad iuramenti obseruantiam conueniri queat.*

CONCLVSIO XXVIII.

I. *Iurisdictionem amittit inferior iudex ob denegatam iustitiam.*

CONSIDERATIO I.

I. *Iustitiam se non posse consequi quibus probetur, & an iuramento.*

CONSIDERATIO II.

I. *A denegata, vel protracta iustitia si querelatum iure esset, caussa ad superiorem deuoluitur cognoscenda: nec ad hoc appellatio requiritur, quamuis lis coram inferiore differente iam cœpta, contestata, imo in caussa conclusum fuisset.*

CONCLVSIO XXIX.

Si de feudo Imperii controuersia fuerit, cuius sit cognitio, an Sacræ Cæsareæ Maiestatis, an Cameræ Imperialis. I.

CONSIDERATIO I.

Camera Imperial. ex præuentione inter vasallos Imperii, super nõ regali feudo contendentes, cognoscit. I.

CONSIDERATIO II.

Præuentio an, & quando sola citatione inducatur. I.

CONSIDERATIO III.

Præuentionis exceptio contumaci an indulgeatur. I.

CONCLVSIO XXX.

Capitula Cathedralium Ecclesiarum respectu temporalium Sacri iudicii Cameræ Imperialis iurisdictioni subesse. I.

CONSIDERATIO I.

Clericus vtrumne in temporalibus regnandi facultate recte fruatur. I.

CONCLVSIO XXXI.

Nuda supplicationum narrata, an, & quando iurisdictionem fundent. I.

CONSIDERATIO I.

Index vtrumne factum notorium attẽdere debeat, citra partis allegationẽ & probationem. I.

CONCLVSIO XXII.

Caussarum connexitates Sacræ Cameralis iudicii iurisdictionem fundare. I.

CONSIDERATIO I.

I. *Exceptio non diuidendæ continentiæ caussarũ quo tempore opponenda sit.*

DE IVDICIBVS.

CONCLVSIO XXXIII.

I. *Judex an, & quando suspectus allegari queat.*

CONSIDERATIO I.

I. *Caussa vtrum recusatione remota, cõmitti poßit, & quando.*

CONSIDERATIO II.

I. *Delegato ad partis instantiam vtrum adiunctus ad alterius partis petitionem dari queat.*

CONSIDERATIO III.

I. *Exceptio suspicionis quo tempore proponenda sit.*

CONSIDERATIO IV.

I. *Iudicem quasi suspectum alleganti iniunctum esse suspicionis probationẽ.*

CONSIDERATIO V.

I. *Recusati iudicis superior, recusato procedente, quis existimandus.*

CONCLVSIO XXXIV.

I. *Iudex se incompetentem pronuntians, adhuc super expensis litium pronuntiandi facultatem habet.*

CONSIDERATIO I.

I. *Iudex suspectus allegatus vtrumne de suspicionis obiectæ caussa cognitionem habeat.*

CONCLVSIO XXXV.

I. *Delegati iudicis potestas ex commißione vel restringitur, vel ampliatur.*

CONSIDERATIO I.

I. *Commisso possessorio, an, & quando petitorium etiam commissum intelligatur.*

CONCLVSIO XXXVI.

Quod iudex secundum consuetudines & statuta iudicare debeat. I.

CONSIDERATIO I.

Statutum allegans intentionem suam habere fundatam, quatenus verum sit. I.

CONCLVSIO XXXVII.

Clericum coram iudice laico regulariter conueniri non posse. I.

CONSIDERATIO I.

Clericus etiam primæ tonsuræ fori priuilegio gaudet. I.

CONSIDERATIO II.

Clericus an in laicum, vt arbitrũ compromittere queat. I.

CONSIDERATIO III.

Continentia caussarum efficit, vt laicus & clericus vnum ecclesiasticum iudicem habeant. I.

CONSIDERATIO IV.

Vasallus clericus, fori an habeat priuilegium, vt iudicium feudale poßit declinare. I.

CONSIDERATIO V.

Clericus reus laicum habet iudicem in caußis realibus, ordinarium scilicet loci, vbi res, in controuersiam deducta, sita est. I.

CONSIDERATIO VI.

Judex laicus an, & quando in caußis possessoriis rei beneficialis competens existimetur. I.

CONSIDERATIO VII.

Clericus conueniens laicum coram iudice laico, an coram eodem reconueniri poßit. I.

CONSIDERATIO VIII.

Clericus in auctorem laudatus per laicum in seculari iudicio, in eodẽ lau- I.

DE ADVOCATIS ET Procuratoribus.

Con-

CONSIDERATIO II.

I. *Præsens in iudicio an citandus sit.*

CONCLVSIO LII.

I. *Citatorio ad citationis validitatem an, & quando locus iudicii inserendus sit.*

CONSIDERATIO I.

I. *Citatus, an & quando ratione loci non tuti excusetur a comparitione.*

II. *Saluo conductui, an, & quando citatus teneatur confidere, ad sese iudici sistendum.*

COROLLARIVM.

I. *Saluum conductum concessum esse illibate seruandum.*

CONSIDERATIO II.

I. *Citationem vnam generalem ad totam caussam sufficere, & quatenus hoc procedat.*

CONCLVSIO LIII.

I. *Citatorium, vt arctetur citatus, an, & quando termini diem comprehendere debeat.*

CORONIS.

I. *Citatus an, & quando sequenti die cōparere teneatur, aßignatus dies vbi feriatus esset, distinctione explicatur.*

CONSIDERATIO I.

I. *Citatio an in die feriato fieri seu intimari iure queat, vt arctet citatum.*

II. *Citationis relatio, an in die feriato legitime fieri poßit.*

CONSIDERATIO II.

I. *Feriis an, & quibus renuntiari per partes poßit, vbi & feriarum distinctio refertur, synopsique explicatur.*

CONCLVSIO LIV.

Relationem nūtii esse de citationis substantia. I.

CONSIDERATIO I.

Nuntio an credatur se aliquem citasse, referenti, negante citando. I.

Nuntio referenti se citasse eo modo sicuti sibi mandatum erat a iudice an credatur. II.

Nuntio referenti, citatum respōdisse se nolle venire, an credatur, vt in contumaciā huius citati procedi queat. III.

CONCLVSIO LV.

Citandum arctat citatio, quam nuntius impeditus in faciem, vel ad domum citandi exsequi non poterat. I.

CONSIDERATIO I.

Citatus emanens in termino præfixo, de contumacia accusandus est, alias contumacia sibi haud esset nociua. I.

CONCLVSIO LVI.

Citatio extra territorium non indifferenter permissa est. I.

CONSIDERATIO I.

Citatio extra territorium in scriptis facienda. I.

CONCLVSIO LVII.

Citare per edictum, quibus sit permissum. I.

Citatio per edictum, quibus in casibus sit licita. I.

CONSIDERATIO I.

Citatorium edictale vbi locorum affigi debeat. I

Citatorium edictale an, & quando pluribus in locis affigendum sit. II.

CONCLVSIO LVIII.

Comparitio citati supplet citationem defectuosam. I.

CON-

CONSIDERATIO I.

I. *Exsecutiones processuum quomodo, vel per nuntios iuratos, vel notarios immatriculatos Cameræ, rite fiant.*

CONCLVSIO LIX.

I. *Circumductio termini ex contumacia actoris quando inducatur, & quid operetur.*

CONSIDERATIO I.

I. *Circumductio terminorum in S. Cam. Iudicio cessat, in caussis appellationum, & quatenus hoc verum est.*

CONCLVSIO LX.

I. *Rei contumacia quibus coerceatur.*

CONSIDERATIO I.

I. *Expensas quas contumax refundat.*

DE LIBELLIS.

CONCLVSIO LXI.

I. *Libelli requisita quæ sint, explicatur.*

CORONIS.

I. *Libellus vt præsumtiue concludat quatenus admittatur.*

CONSIDERATIO I.

I. *Actio in dubio quæ sit intentata cum non dignoscitur, vtilior actori proposita censetur.*

CONSIDERATIO II.

I. *Actionis nomen an libello sit inserendũ.*

CONSIDERATIO III.

I. *Libellum an & quatenus sustineant salutares, quas vocant, clausulæ.*

CONCLVSIO LXII.

I. *Libellus alternatiuus an, & quando sustineatur.*

CONSIDERATIO I.

I. *Libellus generalis regulariter iure reprobatur.*

CORONIS.

Contra obscurum libellum quo tempore excipiatur. I.

CONCLVSIO LXIII.

Libello vno plures an, & quando cumulari possint actiones. I.

CONSIDERATIO I.

Cumulatio actionis iniuriarum & leg. Aquiliæ. I.

Cumulatio actionis personalis & hypothecariæ an concedatur, & quando. II.

CONCLVSIO LXIV.

Libellus iniuriarum ob caussam, qua cõuentus vel de iure, vel de facto infamiam incurrit, exhibendus, cum insertione loci & temporis commissæ iniuriæ, concipiendus est. I.

CONSIDERATIO I.

Libellus accusatorius sine loci & temporis, vbi & quando delictum patratum sit, expreßione, vtrum non excipiente accusato procedat. I.

CONSIDERATIO II.

Dies accusati delicti an ad rei petitionem edi debeat. I.

CONCLVSIO LXV.

Iniuriarum actio ad faciendam Palinodiam instituta, ciuilis an criminalis censeatur. I.

CONSIDERATIO I.

Honoris reseruatio an in sententia, qua diffamans ad recantationem condemnatur, fieri poßit. I.

CONCLVSIO LXVI.

Sententia super libello nullo lata, & ipsa nulla est. I.

CONSIDERATIO I.

Libelli oblatione in criminalibus præscriptio an interrumpatur citra citationem. I.

CON-

DE COMMISSARIIS & ab eis assumendo perficiendoque testium examine.

CONCLVSIO XCII.

I. *Testes in perpetuam rei memoriam vtrum, & quando examinentur in ciuilibus.*

CONSIDERATIO I.

I. *Considerandum quid sit actori petenti examen in memoriam: quid item examine perfecto sibi obseruandum, tam de iure Camerali, quam communi.*

CONSIDERATIO II.

II. *Reus an, & quando possit petere testes a se producendos examinari in perpetuam rei memoriam.*

CONSIDERATIO III.

III. *Testes in rei memoriam, vtrum & quādo in caussis criminalibus examinētur.*

CONCLVSIO XCIII.

I. *Commißio in perpetuam rei memoriam a quo iudice petenda.*

CONSIDERATIO I.

I. *Commissarius non penes se retinere debet Rotulū examinis ad memoriam, sed obsignatum Dominis committentibus ad Cameram transmittet, vt ibi asseruetur, donec extractio legitime petita sit; & quid ad legitimam extractionis petitionem requiratur.*

CONSIDERATIO II.

II. *Attestationum ad memoriam examinatorum testium publicatio, coram quo iudice, committente, an Commissario facienda sit, & quo tempore.*

CONCLVSIO XCIV.

Commißio in perpetuam rei memoriam quando, & quomodo decernenda. I.

CONSIDERATIO I.

Examen in rei memoriam vbi instituitur, an aduersæ partis citatio, ad videndum testes iurare & exhibendum, si velit, interrogatoria, requiratur. I.

CONCLVSIO XCV.

Interrogatoria indifferenter omnia non esse admittenda, & quid in hoc obseruandum. I.

Testes super interrogatoriis non minus ac articulis examinandos esse. II.

CONSIDERATIO I.

Iudex, vel commissarius vbi intermiserit examinationem super interrogatoriis, vtrum examen nullum sit. I.

CONSIDERATIO II.

Repetitio testium super interrogatoriis an & quando concedenda sit. I.

CONCLVSIO XCVI.

Examen testium, an in ciuilibus caussis sit delegabile. I.

CONSIDERATIO I.

Examen testium, an & quando in criminalibus committi posit. I.

CORONIS.

Examinatione testium simpliciter commissa, reprobatoriorum examen non suscipiat commissarius. I.

CONCLVSIO XCVII.

Commissarius supremi Principis vtrum facultatem subdelegandi habeat. I.

CONSIDERATIO I.

Commissarii industriam esse electam, quibus constare posit. I.

)()(

CONCLVSIO XCVIII.

I. *Commissarius inferioris iudicis an testem Imperio immediate subiectum citare examinariq; valeat.*

CONSIDERATIO I.

I. *Commissarius a Camera Imp. datus vtrumne testem mediate subiectum citare queat.*

II. *Commissarius a Sacra Imper. Camera datus an subditos Imperii immediatos citare examinarique posit.*

CONCLVSIO XCIX.

I. *Examinis sumtus suppeditari a producente.*

CONSIDERATIO I.

I. *Testi an integri sumtus suppeditandi sint, an vero deducendi, quos, nisi euocatus fuisset, domi insumsisset.*

II. *Operarum mercedes, a teste domi acquirendas, vtrum producens solui debeat.*

CONCLVSIO C.

I. *Testes regulariter in ciuilibus ad dicendum testium cogi posse.*

CONSIDERATIO I.

I. *Cogi ad iurandum & deponendum iure posse etiam hunc, qui iurauerit, se nolle iurare, nec testimonium perhibere.*

CONSIDERATIO II.

I. *Sacerdos an & quando secreta sibi concessa, in testem productus reuelare posit, ac debeat.*

II. *Testis an super secretis examinatus, eadem reuelare teneatur.*

CONSIDERATIO III.

I. *Proxeneta inuitus an, & quando testimonium perhibere cogatur.*

CORONIS REMISSORIA.

Scripto non, sed viua voce praesentialiter testimonium esse prohibendum. I.

CONCLVSIO CI.

Iniuratum testem non probare. I.

CONSIDERATIO I.

Iurare debere testes ad hoc vt probet parte, contra quā producentur, praesente. I.

CONSIDERATIO II.

Iuramentum testibus remitti a partibus an queat. I.

CONSIDERATIO III.

Statuto, vel consuetudine testium iuramentum remitti an posit. I.

Imperator & Pontifex Romanus, iusiurandum testium tolli an queant. II.

CONSIDERATIO IV.

Iuramentum a teste, priusquam testimonium perhibuerit, fuisse praestitum, requiri. I.

CONSIDERATIO V.

Iuramentū corporale testes debere praestare, nec sufficere per aequipollens praestari. I.

CONSIDERATIO VI.

Repetendus testis an iterato iurare constringatur. I.

CONCLVSIO CII.

Examen testium in memoriam, per quē iudicem fiat, an, item & quando, vbi periculum subesset ne deperiret veritas, ob caussam periclitantis vitae, & futurae absentiae testium, per incompetentem expediri queat. I.

CONSIDERATIO I.

Notarius an testes examinare valeat. I.

CON-

CONCLVSIO CIII.

I. *Attestationes in iudicio possessorii summariißimi facta, fidem an, & quando faciant in possessorio plenario.*

CONSIDERATIO I.

I. *Attestationes coram arbitro datæ, an, & quatenus fidem faciant in iudicio ordinario.*

CONCLVSIO CIV.

I. *Testis secundo super iisdem examinandus, vtrũ extense teneatur deponere, ac si antea non deposuisset, an vero sufficiat se retulisse ad prioris examinis dicta.*

CONSIDERATIO I.

I. *Testis dictum extraiudiciale primum, an elidat iudiciale secundum, vel e contra.*

CONCLVSIO CV.

I. *Publicatis seu editis attestationibus, an & quando adhuc testes produci queant.*

CONSIDERATIO I.

I. *Publicatis attestationibus quibus casibus adhuc testes induci poßint, referuntur examinanturque fallentiæ.*

II. *Tertius interueniens an, & quando publicatis attestationibus testes producere queat.*

CONCLVSIO CVI.

I. *Edere instrumentum non cogitur notarius alteri, quam qui instrumentum confici rogauit.*

CONSIDERATIO I.

I. *Edere an, & quando argentarius teneatur librum rationum.*

CONSIDERATIO II.

I. *Fisco agenti an & quando edatur, & vice versa.*

CONSIDERATIO III.

Vsurarius an alteri rationum codicem edere teneatur, & quando. I.

DE CONCLVSIONE in caussa.

CONCLVSIO CVII.

Conclusio in caussa an sit de processus substantia. I.

Conclusum in caussa esse, vnde dignoscatur, quotque modis conclusio contingat. II.

Conclusio caussæ quando vel per iudicem, vel partes reserata censeatur. III.

CORONIS.

Conclusio caussa quod per iudicem reuocata sit, vnde dignoscatur. I.

CONSIDERATIO I.

Iudex quatenus partem conclusa iam caussa interrogare poßit. I.

CONSIDERATIO II.

Allegationes iuris vtrum post conclusionem in caussa admittantur. I.

CONSIDERATIO III.

Instrumenta an, & quando conclusa iam caussa produci valeant, & quid in S. Camer. iudicio. I.

CONCLVSIO CVIII.

Iuramentum suppletorium vt sibi deferatur, an pars vtiliter, postquam cõclusum in caussa sit, petat. I.

Iusiurandum suppletiuum an, & quando conclusa iam caussa ex officio deferri queat. II.

CONSIDERATIO I.

Citatio aduersæ partis, an, & quando ad videndum deferri iuramentum suppletorium exigatur. I.

DE SENTENTIIS EARVNDEMQVE EXsecutione.

CON-

CONCLVSIO CXVII.

1. *Exsecutio an, quando & quatenus in ipsa bona feudalia fieri queat.*

CONSIDERATIO I.

1. *Feudalium bonorum fructus quatenus exsecutionem sentiant.*

CONCLVSIO CXVIII.

1. *Exsecutio sententiæ an & quando re-cta in tertium rei litigiosæ possesso-rem absque nouo processu transfera-tur.*

CONSIDERATIO I.

1. *Exsecutio, an etiam detur contra ter-tium, qui lite, actione personali pro vendicando rei dominio, intentata, rem eiusmodi acquisiisset.*

DE APPELLATIONIBVS, actorum præsentatione, & compulsorialibus.

CONCLVSIO CXIX.

1. *Appellatio in formalibus defectuosa, perinde ac friuola frustratoriaq; es-set, corruit.*

CONSIDERATIO I.

1. *Appellatio ne in formalibus deficiat, quæ veniant obseruanda decem ex-plicatur requisitis.*

CONCLVSIO CXX.

1. *Appellatio an detur ad Cameram Im-per. à Principe vel Comite Imperii alioue magistratu extraiudicialiter grauante.*

CONSIDERATIO I.

1. *Appellationem a grauamine extraiu-diciali intra decendium fieri debere, quatenus verum sit.*

CONCLVSIO CXXI.

1. *Appellari regulariter ad delegantem.*

CONSIDERATIO I.

Appellationem esse faciendam à Dele-gato Cæsareo ad ipsam Cæsar. Ma-iest. non vero Imp. Cameram. 1.

CONCLVSIO CXXII.

Appellationis beneficio an, & quando tertius pro suo interesse contra sen-tentiam inter alios latam, perfrua-tur. 1.

CONSIDERATIO I.

Victoria tertii pro suo interesse appel-lantis, an priore sententia victo et-iam prosit. 1.

CONSIDERATIO II.

Tertius adhærens an, vt sibi prosit ap-pellantis victoria, intra decendium appellationem necesse habeat ratifi-care. 1.

CONCLVSIO C

Appellatio, deficiente summa appella-bili, non deuoluit caussam. 1.

CONSIDERATIO I.

Summa appellabilis vtrum sit nec ne, an petitionis in priore iudicio factæ quantitas, an vero adiudicata per sententiam considerandasit. 1.

CONCLVSIO CXXIV.

Statuto non posse appellationem inter-dici, ne quidem certis formis appel-landi facultatem constringi, quin in Camera Imp. recipiatur appellatio alias deuolubilis. 1.

CONSIDERATIO I.

Statuto vbi cauetur, quod appellationi non sit deferendum, nisi appellans certam aliquam pecuniæ summam exponeret solueretque, nec non cau-tionem de refundendis in casum 1.

)()(3

prosecutæ appellationis in finem consequēdæ fatalium restitutionis, qualiter probandum sit.

II. *Coram quo iudice restitutio eiusmodi petatur.*

III. *Procurator vt restitutionem petere possit, quæ in considerationem sint ducenda.*

DE INHIBITIONIBVS & attentatis.

CONCLVSIO CXLIV.

I. *Inhibitio vigore appellationis quibus casibus decernatur.*

CONSIDERATIO I.

I. *Inhibitio vtrumne in caussa interpositæ nullitatis decernatur.*

CONCLVSIO CXLV.

I. *Inhibitionem denegari appellatione pēdente aduersus appellantem circa caussam seu rem controuersam.*

CONSIDERATIO I.

I. *Possessionem controuersæ rei appellatione pendente recte adimi ob deuastationem.*

CONCLVSIO CXLVI.

I. *Processus qui in caussa attentatorum obseruetur.*

II. *Attentatorum iudicium an suspendat caussæ principalis negotium.*

CONSIDERATIO I.

I. *Attentans victus in iudicio attentatorum, condemnatur in fructum attentatæ possessionis & expensarum litis restitutionem, vbi etiam aliæ pœnæ attentantis referuntur.*

CORONIS.

I. *Fatalium cursus an sistatur iudicio attentatorum.*

DE SEQVESTRATIONE.

CONCLVSIO CXLVII.

Sequestrationem iudicialem lite pendente non fieri. I.

CONSIDERATIO MISCEL.

Deuastatio dissipatioque non præsumitur, nec a sola eius allegatione sequestrationis decernitur. I.

Sequestrationem vtrumne etiam iudex a quo faciat. II.

Sequestratio rei mobilis aduersum victum ab excessu exsecutionis appellantem decernitur. III.

CONCLVSIO CXLVIII.

Res tempore peritura pendēte lite vendi, pretiumque eius deponi penes sequestrum potest. I.

CONSIDERATIO I.

Sequestratio decreta cautione dissoluitur. I.

DE REDVCTIONIBVS.

CONCLVSIO CXLIX.

Reductio ad arbitrium boni viri coram quo iudice petatur. I.

CONSIDERATIO I.

Appellatio a iudice reductionis confirmante vel reformante laudum fieri potest. I.

CONCLVSIO CL.

Reductionem ad arbitrium boni viri vsque ad triginta annos recte peti. I.

CONSIDERATIO I.

Appellationem regulariter ab arbitramento non admitti. I.

DE

DE EXPENSIS litium.

CONCLVSIO CLI.

I. *Expensæ litis saltem necessariæ victori adiudicandæ, restituendæq; sunt.*

II. *Taxatio expensarum rite vt fiat, quæ requirantur.*

CONSIDERATIO I.

I. *Condemnatione in expensis, an etiam lucrum artificii cessans veniat.*

II. *Aduocato victori vtrumne honorarium præstitæ aduocationis in propria caussa, a victo, ad instar expensarum litis, soluendum sit.*

CONSIDERATIO II.

I. *Expensarum condemnatio vbi in prolatione sententiæ, vna facta non esset, an & quando ex interuallo adhuc iure petatur.*

CONSIDERATIO III.

I. *Retardati processus expēsæ ante omnia, vti contumaciales, restitui debent.*

CONCLVSIO CLII.

I. *Victum victori in expensis cōdemnari.*

CONSIDERATIO I.

I. *Appellatus in caussa appellationis succumbens in expensis vtrumne condemnetur.*

DE SYNDICATV ET reuisione.

CONCLVSIO CLIII.

In Syndicatu vt iudices conueniri queant, quid considerandum sit. I.

CONSIDERATIO I.

Iudicem in Syndicatu victum, parti læsæ ad litis æstimationem teneri. I.

CONCLVSIO CLIV.

Dominorum Reuisorum Imp. ordinariane sit iurisdictio. I.

CONSIDERATIO I.

Reuisione pendente an suspendatur executio. I.

CONCLVSIO CLV.

Formalia petendæ Reuisionis quæ sint. I.

CONSIDERATIO I.

Reuisionis auxilium non modo a sententiis Cameralibus diffinitiuis, verum etiam interlocutoriis indulgeri. I.

A sententiis interlocutoriis Dominorum Reuisorum, an Sac. Cæsaream Maiest. appellare liceat. II.



CONCLVSIONVM ET CONSIDERATIONVM PRACTICARVM

Liber Primus.

AVCTORE

BERNARDO GRÆVÆO, I.V.D.

ARGVMENTA CONCLVSIONVM PROOEMII.

CONCLVSIO I.

Sententiæ per Imperialem Maiestatem dictæ, an, & quando inferioribus exemplum, quod similibus in caussis sequantur, præbeant.

II.

Summorum Tribunalium Decisiones, vtrum quatenusq; præiudicia statuant.

III.

Inferiorum iudicum sententiæ, an & quãdo in similibus postea decidendis casibus stringant.

IV.

Stylus iudiciorum processus ordinatoria respiciens, quousq; liget, & qualiter probetur.

V.

Decisiones particulares Doctorum qua polleant: vi.

SVMMARIA.

1 *Dn. Andreæ Gaillii J.C. laudes.*

2 *Deo omnia bona dona accepta ferenda sunt.*

3 *Præiudicium ex sententia ante lata Jurisconsultis exemplum dicitur.*

4 *Præiudicium describitur, quod exemplum sit iudicaturis sequendum.*

5 *Sententiæ ab Imperatore prolatæ præiudicium statuunt.*

6 *Glossam allegare, textus vbi habetur expressus, superstitiosum, imo ridiculum erit, nec non puerile.*

7 *Diffinire alioquin indubitabile, ad clariorem explanationem Jurisconsultis non alienum.*

8 *Sententia a Pontifice Romano dictæ sibi subiectis exemplum præbent, non aliis.*

Ampliatio sub num. 9. refertur.

9 *Sententia ab Imperatore prolata, non modo diffinitiua verum etiam interlocutoria, præiudicium in ceteris similibus caussis inducit.*

Siue in scriptis, siue viuo vocis oraculo prolata sit, ibidem.

10 *Regula limitationem recipit, ita suadente æquitate.*

11 *Vel naturalis rationis ductu.*

12 *Quinimo nulla regula tam vndique constans, quin limitationem admittat.*

13 *Siue Canonici, siue ciuilis iuris sit.*

14 *Sententiæ Principis Summi vt præiudicium statuant, intelligitur super caussis & casibus vbi lata essent nouis, secus vero iure iã deciss.*

15 *Subdeclaratur non procedere vbi de sententia eiusdem iniquitate constaret.*

16 *Sententia Imperatoris vbi dubium aliquod iuris resolueret, ius generale seu præiudicium constituit.*

17 *Sententia Principis præiudicium non facit, vbi error vel falsa caussa in eadẽ adscripta esset.*

18 *Nisi plures essent subsistentes caussæ expressæ, & vna earum vera.*

19 *Sententia Imperialis Maiestatis ad relationem alterius, non ipsius Imperatoris præuia cognitione lata præiudicium non inducit.*

20 *Sententia Principis exemplum non affert, nisi partibus prius citatis & auditis.*

21 *Citatio-*

PRO.

PROOEMIVM.

IN NOMINE DOMINI ET DEI NOSTRI IESV CHRISTI, AMEN.

1 QVANDOQVIDEM præclarissimus I.C. Dn. Andreas † Gaillius, politissimos suarum Practicarum libros grauissimis augustissimi sacratissimique Imperialis Iudicii Decisionibus fortiter iuxta atque exquisitim, selectissimis allegationibus arctissima symplegade quasi per suffrenationem iunctis, suffulcierit; & ego ipse etiam hisce tantulis quantulis, DEO OPT. MAX. (cui omnia dona bona, vti a se vno superne data, suo iure accepta † ferenda, proindeq; sic eius, quicquid possumus & præstamus, benignitatis sit, *Sap. 8. vers. 21. Actor. 17. vers. 25. 1. Corinth. 4. vers. 7. Iacob. 1. versic. 17.*) pro immensa sua & imperuestigabili atque adeo
2

——————— (*o laborum Dulce lenimen*) ———

Paterna misericordia, studiis meis suggerente, firmandis Conclusionibus simul & Considerationibus, Nationum Christiani orbis variarum, summis in Tribunalibus, promulgatas, sententia dicta, decisiones intertexuerim, operæpretium nouellorumque pragmaticorum vsui cessurum arbitratus sum, de auctoritate Decisionum; an, quando, & quatenus enim præiudicia statuant, cursim præambuli loco, differere.

3 Præiudicium, quod † exemplum (*l. apud Iulianum. 11. ibi. huius rei exemplum. & post, ad fin. ibi. in ceteris caussis exemplum hoc sequendum. ff. ad S.C. Trebel.* quem ad significatum, & Horatium, de Stabero & Aristippo canentem, allusisse videtur *lib Sermon. 2. Satyr. 3.*

Nil agit exemplum litem quod lite resoluit.

Cuius item meminit Franc. Viu. Neap. *t. decis. 91. sub num. 9.*) dicimus, res est. (*Asconio teste, & Corasio lib. misc. 2. c. 5. sub num. 1. ad terminos nuncupatim inducente,*) quæ cum statuta fuerit semel, iudicaturis exemplum, quod † sequatur, affert. Pluribus exornatũ reliquit Menoch. *lib. præs. 1. quæst. 1. nu. 14. & seqq. concisius idem de arbit. iud. cas. 34. num. 3.*
4

Decisiones considerari possunt, vt aut supremi sint Principis; aut eorum, qui Principis loco iudicant; aut inferiorum iudicum.

CONCLVSIO I.

5 DEcisionem Imperatoriam, † seu sententiam ab Imperatore dictam, vim legis obtinere, atque ita exemplum, quod sequamur, præbere, seu, quod idem est, præiudicium constituere, irrefragabilis exstat conclusio text. *l. fin. ibi. si Imperialis Maiestas caussam cognitionaliter examinauerit, & partibus cominus constitutis sententiam dixerit, omnes omnino iudices, qui sub nostro Imperio sunt, sciant, hanc esse legem, non solum illi caussa, pro qua producta est, sed & omnibus similibus. C. de legib. & constit. text. in terminis apertissimis in l. apud Iulianum. 11. §. vtrum autem præsenti.* vbi Iurisconsultus Vlpianus a decisione Imperatoria exemplum ducit. ibi. *Est enim* (inquit Vlpianus) *huius rei exemplum capere ex rescripto Diui Pii,* & iterum post. *Cum igitur* (idem Vlpian.) *demonstrauerit Diuus Pius, succurri heredi instituto, qui compulsus adit, dici potest, etiam in ceteris caussis exemplum hoc sequendum. ff. ad S.C. Trebell.* Confert etiam in hoc text. *l. metum. 9. §. sed ex facto scio. ff. quod met. causs.* vbi idem Vlpianus Imperatoris rescriptũ in exemplum, quod sequendum sit, citat. Francisc. Viu. Neapol. *deci. 91. num. 3.* multis illustrat, & in terminis conclusionem comprobat Menoch. *consil. 437. num. 13. Ant. de Gamm. Lusit. decis. 174. num. 10. Flamin. de Rub. consil. 50. num. 10.* Doctorum auctoritates in huius comprobationem, siquidem textus sint omnium planissimi, refero parcius, monitu Toming. *decis. 20. sub num. 22. vers. indeq; etiam fit. Ant. Pet. de Pet. tract. de potest. princip. cap. 32. dubit. 2. princip. incip. capio nunc secundam. num. 147.* in terminis adducentis, Doctorum auctoritates non esse considerandas, iura vbi habentur clara. *Euerh. a Middelb. in Top. Leg. Loc. 81. sub num. 1. & Loco 82. ad num 41. finem.* dicentis, ridiculum esse † allegare glossam, textus vbi se 6
offert expressus, & puerile, ceu nominatim scribit Ludou. Morot *consil. 1. n. 47.* quamuis tñ interim nõ reprehendendum sit, diffinire † ad clariorem explanationem ea, quæ alioqui apud Iurisconsultos nullam habent dubitationem. *ad l. ceterum. ff. de vsu & habit. l. quaris. 3. ff de natalib. restit. & quæ pluribus in id congessit Menoch. cons. 744. num. 18.* 7

Idem in sententiis a Pontifice latis, vt & hæ † præiudicia sibi subiectis (hos enim solos ligãt. *ad not. Menochii consil. 1000. num. 80. sub finem*) 8
referant statuantq;, textus firmat *c. in caussis. 19. ibi. in caussis, quæ Summi Pontificis iussu deciduntur, ordo iuris & vigor æquitatis est subtiliter obseruandus,* cum in similibus casibus ceteri teneantur similiter iudicare. *de sent. & re iud. text. in can. licet. ibi. tunc formam, in ceteris cognitionibus quæ sit sequenda præscripsimus. 16. q. 3.*

Ampliatur hoc postremum, vt mox in secunda ampliatione.

AMpliatur primo, sententiam Imperatoris † non modo diffinitiuam, verumetiam interlocutoriam vim legis inter omnes similibus 9
in casibus obtinere, *ita diserte tradit post alios nuper Pet. Ant. de Pet. tract. de potest. Princip. c. 6. nu. 47.* Epistola etiã Imper. Maiestatis super negotii

)( )( )(

alicuius decisione transmissa, prǫiudicium videtur inducere. d. l. item veniũt. 20. §. ceterum, si quis ibi. sed Imperator Seuerus epistola ad Celerem, idẽ videtur fecisse & in malæ fidei possessoribus. ff. de heredit. petit. videatur Dionys. Gothof. prax. ciuil. lib. 1. tit. 4. pag. (mihi) 155. §. legem generalem.

Ampliatur secundo, siue in scriptis, siue viuæ vocis oraculo, sententia Imperatoria prolata fuisset, ex c. institutionis nostræ. ibi. siue quæ in scriptis decreuimus, siue quæ in nostra præsentia videntur esse disposita. 25. q. 9. ampliando induxit Francisc. Viu. Neap. decis. 91. nu. 11.

Siquidem vero ineptum sit, dicere, non limi-
10 tari regulã, si vel æquitas † subesset. Glossograph.
in Auth. vt sine prohibit. matres debitrices, verbo,
existimamus. collat. 7. tit. 4. Ioseph. de Rust. in tract.
au, & quando lib. in condit. posit. lib. 2. cap. 2. num.
11 38. vel naturalis † suaderet ratio. Tiber. Decian.
tracta. crim. lib. 2. cap. 9. nu. 18. & nulla regula tam
12 firma, quin admittat † limitationem, exsistat. D.
Benderus in suo tractat Remis. conclus. 20. nu. 146.
vbi in specie de decisionibus differit: imo lex
13 nulla, quamuis † generalis, Mart. Azpile. cons.
8. sub num. 5. tit. de iureiur. (vbi c. licet. de regul. dicit excipi, de quo tamen ipse valde dubito) lib. 2. siue Canonica, siue Ciuilis, quǫ non aliquam recipiat limitationem. Tiber. Decian. resp. 26. num. 16. vol. 4. &c. Sic etiam pluribus declaratur casibus, quibus sententia Principis Legem generalem non statuat, atque proinde conclusio fallat, restringatur.

DEclaratur itaque conclusio primo, vt pro-
14 cedat vbi lata esset sentẽtia super † casu nouo, nunquam deciso, ex Cranetta refert & probat Alex. Raudens. 17. nu. 35. lib. 1. in decisis .n. potius legem seruamus scriptam, inquit gloss. in d. l. fin. verb. si imperialis. C. de leg & const. in terminis post Bald. Salyc. Abbat. & Felin. Menoch. cons. 501. nu. 28. & 35. Vnde scaturiginem sibi sumsit Doctorum Theorica, asserentium, iudicẽ posse cõtra præiudicium Principis iudicare, qñ non esset clausum in corpore Iuris. Socin. tract. fallent. reg. 439. sententia contra ius. versic. 4. iuxta recentem Colon. impressionem. & huc tendit, quod vbi contra ius commune scriptum Imperialis Maiestas vel Papa sententiam dixissent, ad alios locos, aliasq; personas non porrigi. ex Baldo inducit Tiber. Decian. resp. 19. nu. 70. vol, 3. cum similib.

SVbdeclaratur, vt nec sentẽtia Principis, etiam
15 super casu prius † non deciso emanata, vim legis habeat, qñ de eiusdem sententiæ iniquitate & iniustitia constaret, vel constare posset. Menoch. in specie multorum auctoritate cons. 501. n. 29. & scribit num. 31. probari ex l. cum matre. 28. ff. de inoffic. testament. in verbis. Hic illud adnotandum. Videatur gloss. super iisdemmet verbis. Ad hanc declarationem spectat multumque confert d. cap. in caussis. 19. de sentent. & re iud. dum vigorem ǫquitatis subtiliter esse obseruandum, constituit.

Extenditur iam prima declaratio, vt nõ modo sententia Principis, quando super casu nouo lata esset, ius generale faciat, sed etiã vbi dubium
† aliquod iuris decisum seu declaratum esset. ex 16
Baldo inducit Alex. Raudens. resp 17. sub num. 35. lib. 1. & ꝙ sententia Supremi Principis super re dubia lata, de absoluta potestate subsistat. Scribit & firmat nũcupatim, auctoritate fretus Hostiens. Abbat. & Felin. Petr. Ant. de Pet. de potest. Princip. c. 28. nu. 68.

Declaratur conclusio secundo procedere,
modo non falsa, & † erronea sit in sententia ad- 17
scripta caussa. Menoch. consil 501. num. 32. falsa quippe caussa sententiam Principis vitiat. Cranet. consil. 134. num. 50. vbi vero plures subsisten-
tes caussæ fuerint expressæ, & illarum vna † vera 18
esset, sententia sustineretur, ad Contard. in l. 1. C. si de moment poss. & post Magon. Florent. decis. 67. nu. 31. Cantuc. Rot. Roman. decis. 33. nu. 12. par. 2. in nouissim. Jaffred. Balb. decis. 300.

Declaratur conclusio tertio, vt obtineat, quã-
do caussa ab ipso † Principe esset cognita & dis- 19
cussa, ex d. l. fin. ibi. cognitionaliter examinauerit. dictionem, examinauerit, referri ad ipsam Imperialem Maiestatem, conuincit ipse textus, & suadent ibidem relata verba, ibi. vt regalem sensum contemnat, regiam interpretationem obtinere, &c. Et verbum, examinauerit, ipsiusmet Principis personam denotare, scribit Menoch. consil. 501. nu. 33. declarationem item in specie firmat Menoch. cons. 424. nu. 27. seu fin. & alias nouissimum est, sententiam absque caussæ cognitione prolatam, de iure reputari nullam. ex Deciano, Gabriel. Ferrat. & aliis nuperrime probat Marc. Ant. de Amat. Rot. Prouinc. March. decis. 32. num 9. & IVDICATVM refert.

Non ergo sententia Principis, ad relationem alterius lata, ius facit in similibus casibus obseruandum. Crauet. cons. 592. num. 6. & etiam in specie Menoch. consil. 501. nu 33. Rot. Gen de mercat. decis. 104. sub num. 21. vers. quarto, sententia Principis. quia (inquit Lancellot. de attent. cap. 6. nu. 26.) sententia lata per Principem ad relationem deputati ab eo ad referendum, non reputatur sententia Principis, sed ipsius referentis.

Declaratur conclusio quarto procedere, qñ
partibus præsentibus vel auditis † sententia a 20
Principe dicta esset. text. d. l. fin. ibi. partibus cominus (exponit glos. præsentialiter) constitutis. C. de legib. atque ex Fab. Aret. & aliis nominatim declarat Rot. Gennens. de mercat. decis. 104. sub num. 21. versic. quinto. præsentibus partibus, quandoquidem sententia etiam Principis ob omissionem † citationis non valeat. post Marsil. Roland. & alios Ioan. Petr. Surd. consil. 99. num. 28. Mynsing. obseruat. 6. num. 2. centur. 6. Menoch. de arbitr. iud. quæst. 17. num. 6. Videatur ex modernioribus Bernard. Muscatell. in prax. Regn. Neapolit. part. 7. gloss. sententiam. num. 7. & sub nu. 13. vers. quoad secundam. Gabriel. Rom. lib. sent. 2.

tit. de

tit. de citat. conclus. 1. numer. 9. 10. 11. 12. & seq. Fer-
nand. Vasq. de success. creat. §. 26. Sichard. cons. test.
3. num. 31. & seqq.

Ex eodem iustitiæ æquitatis fonte proma-
nat, non esse perpetuum nec simpliciter abso-
21 lutum, a Principis sententia appellationem †
interdici. *Lancellot. de attent. part. 2. cap. 6. num.*
27. Limitatur enim & declaratur multis mo-
dis, sicuti videre est apud Ant. Gabr. Roman. *lib.*
sent. 2. tit. de appellat. conclus. 1. per tot. Item Petr.
Greg. Tholos. de tract. de appellat. lib. 3. ca 7. Et suo
loco, ne propositi cancellos hic egredi videa-
mur, nos, Deo dante, dicemus.

Declaratur conclusio quinto, vt saltem de
decisionibus Imperatoriis, non æque per infe-
riorem ab ipso latis, intelligatur: horum enim
sententias præiudicium in similibus postea de-
23 cidendis caussis non † creare, admittit Petr. An-
to. de Petr. *Placent. tract. de potest. princip. cap. 6.*
num. 48.

Subdeclaratur proxima declaratio, vt non
24 obtineat in sententiis & decisionibus † ab Ele-
ctoribus, Principibus, Ducibus, Marchionibus,
Comitibus, &c. regali perfulgentibus dignitate
perpetua ad heredes transitoria, dictæ: quando-
quidem eiusmodi sententię & decisiones subdi-
tis suis exempla statuant iure, licet cõmuni scri-
pto contrariæ essent. *ad notat. Gran. cons. 135. sub*
num. 2. vbi ex Paul. de Castren. Alex. Socin. Felin.
Curt. Sen. & Iun. Dec. Calcan. Roman. & Purpu-
rat. firmat Duces, Comites, Barones & similes,
habentes dominium temporale & perpetuum,
loco principis in earum territotio haberi, & in
eo facere posse omnia quę Imperator potest per
vniuersum orbem, posseq; facere statuta gene-
ralia derogatoria iuri communi, & concedere
rescripta contra ius commune, cum clausula,
non obstantibus, quod ipsum etiam Tiber. De-
cian. admittit *Respons. 56. sub nu. 3. vers.* possunt
isti Duces (inquit Decian.) in suo Ducatu con-
dere leges etiam contra ius commune, & sic Im-
peratoris superioris domini. Accedit aliis relatis
auctoritatibus Iacob. Schult *in addit. Mod. Pist.*
quæst. 70. nu. 6. 7. 8. nouissime Andr. Knich. de sub.
& reg. territ. iur. cap. 1. nume. 179. 180. 181. 182 cum
aliis assonantibus. videatur Petr. Placent. *c. 6 part.*
incip. vt autem hac materia, in discursu. pracipue
vero num. 70 75. 76. 77. vbi a subdeclaratione no-
stra nõ recedit. Nominatim etiã stabiliuit Ant.
Peregrin. tract. *de iure fisci. lib. 1. tit. 2. num. 81.* vbi
subiicit, quod, quamuis nonnulli recognoscen-
tes superiorem haud posse contra Ius commu-
ne statuere, autument, in Ducibus, Marchioni-
bus, Comitibus a Supremo Domino erectis,
subdeclaratio tamen nostra vera sit. Quare vi-
demus & a nostratib. Germanis & exteris Ictis
viris grauissimis, superiorum seu Principalium
Dicasteriorum & Consistoriorũ decisiones re-
fectiores hunc in vsum maximo omnium ap-
plausu colligi, & collectas existere illustres.

Declaratur conclusio sexto, vt quidem sub-
iectis Imperii sententiæ Imperator. Maiest. præ-
iudicia sint, quæ ceteris paribus, sequantur, non
† vero aliis. *ad notat. seq. concl. 2. nu. 69. vers. sub-* 25
declaratur secundo. & magis in specie ex recen-
tioribus nuperrime firmauit Dn. Iacob. Schul-
tes *in pulcerrimis suis Addit. quæst. Dn. Modest.*
Pist. q. 122. num. 84. 85. Et hæc, quoad præiudicia
ex Imp. sententiis statuenda, extremo digito at-
tigisse hic sufficiat.

CONCLVSIO II.

AD secundum Decisionum genus; earum
scilicet, quæ a Summo Senatu Principem
repræsentante dicuntur, progrediendo, firma
videtur esse Conclusio, eiusmodi † Decisiones 26
exemplum, quod in ceteris similibus caussis se-
quamur, præbere. *text. in l. filius. 14. in princ.* vbi
Ictus Paulus quæstionem ex anteriori Senatus
decisione resoluit. *ibi. sic enim inueni Senatum*
censuisse ff. ad leg. Corn. de fals. l. 1. §. hoc autem SC.
versi. & ait sextus, sic esse sæpe iudicatum. ff. de SC.
Syllan. cum concordan. Et in specie hanc conclu-
sionem firmant Vant. *de nullit. sent. ex defect. iu-*
risd. de leg. num. 20. Afflict. post Baldum & alios,
Neapolit. decis. 169. nu. 9. ibi. & quia ista est noua
decisio sacri Consilii, que habet vim legis, & facit
ius &c. Afflict. traditis in decidendi terminis insi-
stit Francisc. Monald. consil. 132. nume. 15. accedit
huic etiam Anto. de Gamma Lusit. decis. 228. vbi
nu. 2. limit. l. nemo. C. de sentent. & interl. omn. iud.
non procedere in sententiis Summi Senatus. &
in terminis facti idem Gamm. *decis. 33 numer. 2.*
Marc. Ant. Peregr. consil. 91. num. 29. Et proli-
xius stabiliendo insistit Francisc. Viu. *Neapolit.*
decis. 41. per discursum. Menoch. de præsumt. 1. q.
num. 27. vers. de sententia vero Senatus. Et pluri-
bus additis auctoritatibus idem Menoch. *consil.*
676. num. 2. & iterum in specie cons. 671. numer. 21.
& ex Cephal. Alexand. Raudens. respons. 47. num.
17. vol. 1. quinimo decisiones † Iudicii Impe. Ca- 27
mer. (vt quod Imperatoriam Maiestatem † to- 28
tumque Imper. Romanum (in caussis duntaxat
† sibi commissis. *Dn. Bend tract. reuis. conclu. 37.* 29
sub num. 66. & dixi etiam inf. conclus. 1. & itidem
conclus. 96. lib. 1.) *repræsentat. Ord. p. 1. tit. 8. & me-*
morial. Anni 1570 §. 1. Dn. Denais. in disput. de iu-
re meri imperii Camer. competent. sub resolutione
primi & tertii dubii. Ludolph. Schrad. de feud.
part. 10. sect. 11. numer. 110.) instar legis esse, & pro
lege sequendas, diserte scribit, *ex Mynsingero*
Cameralem decisionem adducens Herman. Vul-
teius *tract. feud. 2. cap. 3. num. 9. ad finem.* eodem-
que spectat quod idem Vulteius *1. cap. 1. sub nu-*
mer. 1. vers. quinetiam prudentum responsa, eod.
tracta. ponit.) atque nuperrime idem de Came-
ralibus decisionibus nominatim asseuerat An-
dr. Knich *de vestit. pact. cap. 3. num. 304. part. 1.*
Maxime cum in Camer. Imperat. sub nomine † 30
Imperatoriæ Maiesta. sententiæ proferantur, ad

)( )( )(2

not. Marant. *in Spec. tit. de appellat. numer. 252. sequitur Osasc. Pedem. decis. 1. sub num. 44. versicul. aut quando sententia proferuntur sub nomine Principis.* & idem Maranta diserte respondit *consil. 25. num. 12.* quæ decisiones (inquit) continent ius nouissimum in hoc regno, & habent vim legis generalis in regno, cum proferantur sub nomine Regiæ Maiest.

31 Sed huic conclusioni videbatur † obstare, quod Senatus non habeat potestatem condendi legem. *Francisc. Marc. Delph. decis. 75. num. 3. tom. 1.* haberet autem, ubi potestas non esset recedendi a præiudiciis ante latis. Nam eo casu vim legis obtinere præiudicia, post alios considerauit Alexand. Raudens. *de analog. ca. 33. numer. 175.*

Ceterum huius obiectus repagulum videtur perfringi, si intellexerimus dictum Marci de potestate condendi legem iuri communi scripto contrariam, qua vtique destituitur Senatus, *docente, post Petr. Cyn. Butr. Dec. & Alexand. Bapt. Asinio in prax. Florent. §. 22. cap. 16. nume. 4. & post Menoch. 2. præsumt. 8. num. 10. admittitq. Aym. Crauetta consil. 44. sub num. 20. vers. & licet non possit Senatus conferunt not. Fulu. Pacian. tractat. probat. cap. 67. sub nu. 10. vers. attamen dicendum est. lib. 1.*

Nec tamen interim hic silentio inuoluendum erat dictum illud ab Aufrerio *in addit. cap. Tholos. decis. 406 sub nu. 4.* relatum, quod Tribunalia Summa possint statuere leges, circa caussas illorum iurisdictioni commissas, quæ tamen ad tempus, donec Princeps eas tolleret, durarent. Quod, si velimus prædicta de legibus circa processus ordinatoria versantibus admittere, esset tolerabilius; si vero de litis decisoriis, difficilius. *ad notata Osasc. Pedemont. decis. 1. sub num. 44. ibi nisi forsan in iis, quæ respiciunt stylum, & ordinem caussarum.* Osascum diserte collaudat Fulu. Pacian *tractat. probat. cap. 67. sub nume. 10. ibid. aut dicendum est Senatum habere in a Principis in his quæ respiciunt stylum & ordinem caussarum, non autem modum decidendi. totidem verbis Paican. lib. 1.* vtrumque tamen ex caussa posset subsistere.

Retenta itaque conclusione, amplianda esset primo, vt eiusmodi Senatus præiudicia cō-
32 muni † opinioni in decisionibus caussarum præferantur. *Cæsar. Vrsill. in addit. Afflict. Neapolit. decis. 1. num. 10. Camill. Borell. controuers. 41. num. 26. Francisc. Monald. consil. 29. numer. 11.* maxime quando communis opinio rigorem saperet & subtilitatem. *ad not. Francisc. Vin. Neap. decis. 401. n. 26. 27. 28.* Nec mirum fuerit eiusmodi decisiones præferri communi, si lex sunt, communis enim lege minor.

33 Verum Vrsillo & aliis † reluctatur post Barbat. & Neuiz. Mascard. *tractat. probat. conclus. 484 num. 8.* Et post Carot. *in tractat. comm. opin. Tiber. Decian. respons. 63. numer. 1.* vbi nuncupatim de Rotæ Roman. decisionibus respondit *volum. 5.*

Concordari forsitan non inconcinne possent hæ opiniones, vt prior, quando & ipsius † Prin- 34
cipis cognitio accessisset, posterior, vbi solus Senatus remoto Principe sententiam dixisset, procedat, a qua conciliatione nec mihi alienus videtur esse Thess. *decis. Pedem. proœm. sub nu. 32. in vers. vnde putarem non subsistere.*

Vel secundo conciliari poterunt (quæ quidem conciliatio Ampliationis secundæ vices etiam sustinet) vt prior procedat, quando vtrinque staret (sicuti sæpiuscule contingit) communis opinio: nam opinionem in collegio † a- 35
liquo illustri præiudicio receptam palmam ferre, *ex Ripa respons. 3. pauca. agendo, numer. 11. de causs. poss.* Et propr. ad terminos retulit sequutusque est Ioseph. de Rustic. *in tract. an & quando liberi in condit. posit. lib. 1. cap. 2 part. 2. ad finem.* & consensisse visus est Tiber. Decian. *in Apol. aduers. Alciat. cap. fin. sub numer. 131. versicul. aut vero adducitur ad eum probandam aliquam opinionem.*

Ampliatur conclusio tertio, vt Senatus sententiæ, probationum paritate stante, ob vna † 36
etiam parte responsa Iuratorum vbi haberentur, adhuc obtineat præiudiciis innitens Senatus. *Alex. Raud respons. 4. num. 8. vol. 1.*

Ampliatur conclusio quarto, vt maxime Summi Senatus super casibus dubiis † decisio 37
inferioribus exemplum, quod sequantur, præbeat. *Alexand. Raudens. de analog. cap. 36. num. 137. Barnab. Cornazz. Luc decis. 29 numer. 9. Et sic ex Neuizano admittit Joann. Petr. Surd. consil. 310. numer. 17. Joseph. Ludou. Perus. decis. 92. numer. 8. part. 2. atque in specie resp. ndit idem Surd. consil. 403. numer. 83 nec non in his terminis confirmat Harm. Pist. lib. quæst. iur. 1. quæst. 13 num. 106.*

Declaratur iam conclusio, seu quod diximus Senatus Decisiones esse seque. das, vt tamen necessitatem ipsi Senatui † nō imponant, 38
quin aliter, imo contrarium, si conscientia iure fulta suadente, in posterum similibus in casibus decidere queat. *argument. text. in l. nemo iudex. 13. C. de sent. & interloc. omnium iud. Ant. Thessa. in præfat. Pedemont. decis. num. 33.* Sic consil. Regium Neapolitanum, *teste Francisc. Vin. decis. 401. num. 23.* ipsiusmet decisiones in dubium reuocauit, & nihil mirum, (*sub. ibi Vin. numer. 24.*) quia mutatis variatisque temporibus, mutantur quoque iudicia, sententia & opiniones moderniorum illustrium Doctorum ætatis nostræ, qui his temporibus, facile supra alios principatum gerunt, illæque tanquam numero & grauitate superiores prævalent, præferunturque etiam opinionibus antiquorum contrariis; & vti etiam in visceribus iuris radices suas propagantes, attingentesque veritatis scopum, ac fundatæ denique in rationibus solidissimis, &c.

Accedit

Accedit his Menoch.*consil.59.numer.10.* vbi diserte admittit, Senatum suis anterioribus sententiis non ligari, quin valeat contrarium postea iudicare.

In specie autem sententiis in Imperiali Camera dictis, quod nimirum ante latis sententiis seu decisionibus non constringantur DDNN. Camerales, quin postea ab iisdem in similibus casibus decidendis sententiando recedere possint, asseuerat Fichard.*consil.59.numer.nono.volum.secundo.* & quod sæpius ab iisdem recesserint ex variis Dn. Mynsingeri obseruationibus euincit. Idemque post Fichardum inter recentiores prodit de obseruationibus Dn. Gaillii Ernest. Cothm.*consil.decimotertio nume.129.& sequent.* Et sane si alias laudabile † reputatur, opinionem in melius a Dd.reformari, atque ita a priori recedere. Crauet.*consil.1000.seu alias in repet Consilii pro gen.num.69.Lancellot.Polit.tract. de offic.aduocat.cap.8.numer.quinto.& seqq.Toming decis.27.num.secundo.Borell.in præfat.Consultat.numer.33.Nicol.Reusn.consil.24.num.54.55.56.volum.secundo.Marq.Freher.de existimat.lib.tertio.cap.tertio.numer.nono.* (vbi etiam refert, nonnullos concedere pro vtraque parte diuersis vicibus in eadem caussa Iurisconsultum, † mutata in melius opinione, respondere posse (sicuti factitatum a Barth. de Sal. esse, ex Petr. Ferrar.adducit Decian *in Apolog.contra Alciat.cap.21.numer.17.*) a quo tamen ipse abhorrendum arbitrarer, vix enim de meliori nota vtrique parti contrarie consulens, apud omnes commendaretur, Momo (vt est in prouerbio) minus satisfaciens. Nec sane, quæ nobis licita sunt, continuo omnia conducunt, ceu nobis exemplar statuit Apostolus 1.Corinth.10. & applicat Flamin. de Rub.*consil.12.numer.122.& sequent.* Huic nec absonum est illud, vt cui multum licet, parum libeat, &c. Sic etiam resoluitur quod a Doctoribus dicitur super quæst.illa, † an Aduocatus actoris in prima instantia possit esse, rei in secunda, & vice versa: quamuis de iure nonnulli hoc aduocato permissum esse velint, & male: honestius tamen esse, quamuis de iure liceret, abstinere, iidem concedunt, *ita ex Speculat.& Ioann.Andr.admonuit Marc.Anto.Peregrin.de iure Fisci.lib.septimo, titul.secundo.numer.decimo.* De honestate igitur (vt loquar cum Coratio *in tract tt.de comm.opin.& post Prosp.Farin.tractat.crimin.quæst.quarta sub numer.16.*) eiusmodi consultatio nullo modo fieri permittitur, quin potius ab eadem, tanquam ab igne, Doctor cauere debeat.) Quinimo, licet alias Doctor in opinione aliqua sibi contrarius, non † adnumeretur communiori sententiæ adstruendæ, inter infinitos, post Crauet. & Cephal.M.Ant.de Amat.*Rot.Prouinc.Marchdecision.11.numer.18.Ludouic.Morot.respons. 1.numer.17.lib.primo*, cum aliis sexcentis adstipulantibus: si tamen mutans successu temporis ex professo sententiam, quam primo affirmatiuam tenebat, postea negatiuam defendit, non † dicitur varius, nec contrarius. *post alios Ioann. Vincent.Honded.decis.consult.75.numer.47.volum.secundo.* nisi pluries variarit. *Tiber. Decian. in Apolog.d.cap.21.numer.25.* de quo alibi exactius. Et vel leuissima † noue propositi facti circumstãtia sæpiuscule in caussa sit, quare in Summis Consistoriis varietur. *Thessaur.d.præfat.numer.33.* quandoquidem & minima vnius † circumstantiæ varietas seu mutatio totum ius mutet. *Fichard.consil.tertio.numer.3.volum.primo. & consil.59.numer.8.volum.secundo.scite Decia.in Apol.d.cap.21.numer.29.30.31.accedit noue Alexand. Raudens.respons.50.numer.106.107.& seqq.volum.primo.* Quare, circumstantiis per omnia non conuenientibus, denegari illationem ex anteriori decisione, certum est, vt separatorum ita separata sit ratio, atque proinde iudicium † separatum, nõ idem, *in terminis arguente Nicol.Reusn.decis.17.num.32.lib.secundo.* Si item mutata nouæ caussæ qualitate, vel rerum, vel personarum, † mutãda sit concipienda sententia, *idem Thessaur.ibid.numer.7.* nemo adeo insipidus erit, qui, dum aliquando audit, in Camera cõtrarias, vel etiam diuersas latas esse sententias, continuo varietatis vel contrarietatis, Sacrum illud Imperii vel aliud Iudicium Summum incuset. ad grauiter etiam notat. *Tiber. Decian.in d.Apol.c.21.nu.13.14.*

Enimuero necesse est, nobis perspectum habeamus, non procliue esse prorumpendum in verba, quasi decisio anterior contrariam haberet posteriorem; atque ita contrarias aliis in caussis, similibus vero casibus, alio post tempore dictas exsistere sententias. Vt enim decisionis contrarietatis argui quis possit, prorsus sibi iniunctum sciat, ostendere casuum exquisitam † paritatem, seu specifice probare, casus vbique fuisse, in terminis, ceu loquuntur, terminantibus, similes. *ad Menoch.consil.480.numer.nono.* Proinde, vt ab exemplis seu anterioribus decisionibus duci possit argumentum, necesse sit, casus & terminos omnino esse pares. *Ioan.Petr. Surd.consil.407.numer.16.& post Neuiz.respondit Menoch.consil.604.numer.53.* in tantum, vt nec in ipsa Curia, in qua lata † esset decisio, eiusdem allegatio vllam debeat habere exempli seu præiudicii vim, nisi proprius esset casus, per omnia scilicet similis. *ita ex Hieronymo Gabriel.nuncupatim indicat Francisc.Viu.Neapol. decision.499.numer.21.* Verum quis probabit (vt ipsissimis vtar verbis, de Iudicii Cameralis Imperat. præiudiciis disserentis Sichardi. *consil. de contract.secundo.numer.quinto.*) fuisse in superioribus † casibus idem factum, easdem circumstantias, eadem momenta temporum, atque seculorum? Propterea non erit absonum dicere, & hic ea, quæ subtili obseruatione iam ante cauta decisaque sunt, plerumque (*ceu Imp.*

Iustinianus in princip. Auth. de his qui ingrediuntur ad appellationem. collat. quinta scribit.) turbari emergentium varietate caussarum. Non dicam vnam eandem iuris quæstionem in v-
51 tramque partem † probabiliter disputari sæpe posse, ita, vt, discussis vtrimque argumentis & rationibus, vel doctissimi quique Icti, vtra opinio verior sit, hæsitare subsistendo videantur, *ex l. Seruum quoque in princip. C. de procurat. l. si me & Titium. ff. si cert. petat. l. semper. §. conductores. ff. de iure immunit. Tiber. Decian. in Apolog. cap. 19. numer. decimoquarto. Menoch. secundo, consi. causs. Finariens. est alias in ordine secundum, num. primo, Petr. Gregor. Tholos. de appellat. lib. 1. cap. quarto, numer. 8.* nonnunquam Imperiali
52 † decisione seu pragmatica sanctione. *Tiber. Decian. in apol. contra Alciat. cap. 19. numer. 15. & cap. 21. num. 7.* vel, in controuersiis iuris Canonici Papali, *idem Decian. num. 8 cap. 21.* opus esse
53 scribentes, quandoque mediam viam † in dubiis eligentes; sicuti ex recentioribus prodidere Viu. *Neapolit. decis. 492. & Thessaur. Pedemont. decis. 89. vterque per tot. Caualcan. Fiuizan. decis. 42. numer. 58 part prima. Et idem Caualcan. decis. 23. num 15. part. 3.* Proindeque iudex reprehendendus haud esset, si in arduo opinionum
54 † conflictu in quamcunque partem inclinauerit. *ex Innoc. tradit Jaffred Balb. decis. 15. post Decium refert Tiber. Decian. resp. 46. num. 1. volum. 3 alios confirmans citat Vincent. Carot. tractat. locat. & conduct. tit de variis & extraord. cognit. nu. 12. pag. (mihi) 258 part. 3.*

Quid si pridem vna opinionum visa esset probabilior, hodie altera & contraria magis probabilis & fundatior ostenderetur, anne satius conscientiæ que tutius, contrariam decidendo amplecti, quam anteriorem læsa conscientia absolute sequi. *Conferunt notata per Menoch. de præsumt. 1. quæst 1. num. 24. 25.* Nec est sane nouum, vel communem etiam opinionem cursu tem-
55 poris † aboleri, vt quæ aliquando erat receptissima, hodie minus recepta sit, atque adeo in iudiciis non sequenda, *ita post Socin. Iun. & Iason. Baptista de Hieronym. in cons. suo, (ad finem inserto tractatui Mozzii de societate) super quæst. an filiæ sociorum de communi sint dotandæ. cum similibus* ita vt Doctoribus, hinc inde de communi attestantibus, non antiquorum, sed recentio-
56 rum † attestationi deferendum sit. *post Grat. Herculan. & Coras. Rot. Rom. decis. 72. difficultas. num. secundo, part. prima, in nouissim.* quamuis alias antiquorum opinionem iuniorum præualere existimetur. *ad notat. Hartm. Pist. lib. secundo, quæst. 1. num. 85. Menoch. 2. præsumt. 71. num. 42.* de quo alibi.

Accedit, quod nec semper iidem in illismet Tribunalibus assideant Consistoriales. Et nemo *(ceu opinor)* in anteriores emanatas eiusmodi sententias iurauerit. Quilibet sane suam conscientiam illæsam tenetur seruare, adeoque normam interiorem † deserere non debet. quemadmodum in simili scribit & comprobat *Alexand. Raud. in addit. cons. 10. nu. 372. lib. 1.* Optandum quidem esset, vt DDNN. Auditores seu Assessores in votãdo essent, vel potius esse possent, concordes; quippe cum per eorum discrepantias auctoritati ac honorificentiæ plurimũ (apud imperitum vulgus ventosamq; plebem, *ad not. Pacian. tractat. probat. cap. 44. numer. 106. & seqq. lib. 2.* neutiquam (vt puto) bonos & doctos) detrahi dicat, post Lucam de penna, quem refert, Hieronymus Magonius *Florent. decis. 57. num fin.* 57

Multiplicitas caussarum, quin etiam † iudici contrarias sententias proferenti excusationem præbeat, ex Bartolo, ad terminos, scribit Alex. Raudens. *respons. 50. num. 212. vol. 1.* Humanæ † quidem imbecillitati cõdonandum, si aliquando errauerimus iudicantes. *text. cap. qualiter. 17. ibi. ideoq; mandamus, quatenus ad conscientia vestra iudicium recurrentes: si contra præscriptum ordinem, tanquam homines excessistis, non pudeat vos errorem vestrum corrigere, qui positi estis vt aliorum corrigatis errores: quoniam apud Iudicem districtum, in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. vbi glos. in verb. corrigere. concordan. text. refert. de accusat.* 58 59

Quare (vt tandem super hac declaratione prima receptui canam) si Romanæ sedis † sententia in melius commutari valet. *text. in § sicut. 35. quæst. 9. ad finem:* Quinimo si vel ipse Imperator Diuus Iustinianus a recto iudicio solicitari adeo passus est, vt S. Maiest. † anteriores a se, tot tantorumque illustrium, eximiique ingenii absolutissimorum Ictorum collectis collatisq; suffragiis, latas leges in melius reformare, non puduerit. ceu est in Auth. *de nupt. in princip. præfat. ibi. plurimæ quidem variaq; positæ sunt leges a nobis vnicuiq; parti factorum aut dispositorum quidem: Visorum autem nobis non recte, ad meliora dantes viam.* Et paulo post. ibi. *Nos autem in Constitutionum compositione multa quidem, & alia de istis decreuimus: existimauimus autem oportere nunc, consiliis perfectioribus caussam considerantes, etiam quædam corrigere, non aliorum solummodo, sed etiam quæ a nobis ipsis sancita sunt. Non enim erubescimus, si quid melius, etiam horum, quæ ipsi prius diximus, adinueniamus, hoc sancire, & competentem prioribus imponere correctionem: nec ab aliis exspectare corrigi legem.* His accedunt eiusdem Imperatoris verba. *in princip. Auth. vt fratres fratrumq; filii. (collat. 9. ibi. nostras leges emendare nos non piget.* Hactenus Imp. Iustinia. (En tibi vere Christianissimi Imperatoris mente digna vox: nec non, vt quæ vel aureis in Iudiciorum Tribunalibus notaretur literis, præclara: quo iudicibus, non quid antea iudicarint, vt idem, sine vlteriore meditatione, iterum vel etiam ex alieno quouis secure & oscitanter dependentes placito, in similibus caussis iudicent, 60 61

cent, sed nouo perfectiorique studio iuris trutina æquitatisque adhibito libramento, quid in præsentiarum ex præscripto dictamineque iuris iudicandum statuendumque sit, pensiculare studeant, indigitatur) quis, quæso, vbi aliquando, etiam in similibus casibus zygostatica fide variatum a prioribus decisionibus esse, animaduerteret, æquo non ferret animo?

Declaratur secundo conclusio, vt probabiles
62 † quidem sint decisiones illæ supremorum Tribunalium, non vtique necessitatiuæ. *diserte scribit Euerhard. a Middelb. Top. leg. loco ab auctoritate 95. num. 10. ibi. ex quo sequitur, quod argumentum ab auctoritate decisionum Rotæ, Capellæ, vel Delph. solum est probabile, quia tales decisiones nõ habent vim legis, &c.* Mascard. multorum auctoritates referendo prosequitur, *tract. probat. conclus. 484. nume. 1. 2. 3. 4. 5. 7. 9.* Et quod vti magistrales regulariter amplecti debeant ab aliis iudicibus, etiam respondet Ioann. Vincent. Honded. *cons. 22. nu. 30. vol. 1.* nisi Principis accesserit auctoritas, de quo mox infra in subdeclarat.)

Quamuis autem Pauinus *in prælud. Extrauag. Ioann. 22.* in decisionibus Rotæ Romanæ (*sicuti Mascard. num. 10. retulit*) contrarium, nimirum
63 esse necessarias, asseuerare † contendat, & Francisc. Viu. *Neapol. decis. 486. nu. 13.* scribat, disertis verbis, quod Rota Rom. veniat imitanda, tam-
64 quam † omnium Iurisconsultorum auriga & magistra, Iurisque Lucerna, tamquã totum illuminans orbem, cuius sententiæ haud multum dissona sunt, quæ consulendo adduxit Ioa. Petr. Surd. *cons. 403. n. 83. 84.* Et in terminis, quod Rotæ Rom. decis. ab aliis iudicibus, etiam de partibus, sequendæ sint, voluit Ioan. Vincent. Honded. *decis. consult. 20 nu. 9. vol. 2.*

Contrarium tamen, nimirum & ipsas Rotæ
65 Romanæ decisiones, nec in partibus esse † necessitatiuas, sed duntaxat magistrales ad instar particularium decisionum, nempe Doctorum adseueranter firmatarum opinionum, nominatim & in specie tradit Robert. *Lancell. tract. attent. part. 2. c. 20. limitat. 1. nu. 2.* Et ipsemet relatus Viuius *decis. 401. nu. 20.* vere & expresse admitt t Rotæ Roman. decisiones non facere ius, nec aliter obligare iudices, nisi prout doctrinæ magistrales Doctorum. Quinimo his suffragatur Gabr. Roman. *lib. sentent. 2. tit. de sentent. conclu. 7. nu. 12.* vbi diserte concedit, sententiam contra Rotæ Rom. decisiones latam, non esse nullam.

Declaratur forsan contraria hæc ex Lancel-
66 lotto relata opinio, vt in † negotiis secularibus vera sit, in spiritualibus vero decisiones Rotæ Romanæ in partibus præiudicium statuant, ita distinctim resoluit in terminis Tiber. Decian. *respons. 19. sub nu. 68. & nu. 69. vol. 3.*

67 Persistit igitur verum, & Rot. Rom. † quandoq; rotare. *glo. in Procemio reg. Cancellariæ, referente post Barbatiam in rubr. de sum. Trin. in Clement. Masc. d. concl. 484. sub n. 9. & post Magdalenum de nu. test. in test. requisit. part. 2. c. 9. nu. 35. Thessaur. in d. Procem. dictiq. nu. 32. ad fin. & post Corat. Tiber. Decian. in terminis respons. 63. nu. 15. vol. 5.* vbi præced. num. ex Cassiadoro, nec decisiones Rotæ Roman. necessitatiuas, sed saltem probabiles esse, deducit, *accedit Menoch. 2. præsumt. 71. num. 14.*

Subdeclaratur primo declaratio secunda, Tribunalium Summorum decisiones non esse necessitatiuas, nisi a Principe per constitutionẽ
† seu ordinationem confirmatas esse cõstitisset. 68
per notat. Cacher. Pedemo. decis. 1. sub nu. 44. vers. dicit tamen Fel. & decis. 22. n. 16. diserte post Abb. & Rim. Iun. respond. Ioan. Vincent. Honded. decis. consult. 89. n. 50. lib. 2. tunc enim vere præiudicia, imo leges referunt.

Subdeclaratur secundo, vt Tribunaliũ summorum decisiones sint quidem inferioribus & subiectis, ceteris parib. necessitatiuæ, non † aliis. 69
Cothm. cons. 13. n. 140. (adeo quidem vt iure subsistat, seu inconueniens non sit, a diuersis iudicib. in eadem facti specie cõtrarias inter diuersas psonas proferri sententias *ex Bal induxit Crau. cons. 232 nu. 3. per tex. l. denunciasse. §. quæritur. de adulter.* Et ex his aliisq; non inscite additis legib. rationibusque in terminis respondit Menoch. *cons. 59. per tot.* Senatum Pinerolii non ligatum fuisse exemplo seu sententia per Senatum Taurinensem lata, quamuis eadem facti fuisset species, quin contrarium eius decidere valuerit.)

Alii vero sequuntur nonnunquam exteriorum decisiones, non, quia sic sit iudicatũ seu decisum, sed quia † ius & ratio, ita decidendũ esse, 70
suadet. *ad not. Bart. in d. l. nemo. in prin. C. de sent. & interloc. omn. iud. & post Ioan. Petr. Surd. cons. 301. sub n. 31. & Nicol. Reus. cons. 8. nu. 55. lib. 1.* quo spectant in terminis dicta Barnabæ Cornazz. *in nouiss. Lucens. decis. 19. n. 7. 8.* quod licet (inquit) exemplis nõ sit iudicandum. *d. l. nemo index.* nihilominus exempla posse adduci, non vt ex eis iudicetur, sed vt ex eis veritas appareat & comprobetur. Huc etiam concurrit Ioann. Vincen. Honded. *decis. consult. 89 nu. 49. vol. 2.* dum post Burs. respondit, quod licet exemplis non sit iudicandũ, *d. l. nemo index.* id tamen non obtinere in his, quæ ratione innituntur. quemadmodum etiam diserte respondendo statuit Flamin. *de Rub. cons. 50 num. 13.*

Subdeclaratur tertio, quod dixi, decisiones esse probabiles, vt de illis decisionibus intelligatur, quæ habita discussione † seu partium op- 71
positione latæ sunt. Vbi enim aduersa parte non opponente atque ita tacita consentiente super negotio aliquo decisum fuisset, cum tamẽ, si oppositum fuerit, aliter pronunciatũ extitisset, anterior iudicii obseruatio seu decisio in exemplũ adduci haud posset. In propriis terminis ita declarat Vincen. de Franch. *Neapol. decis. 278 n. 6.* vbi in hæc verba, *Nec obstabat (inquit) q nemiss. dicebatur semper fuisse* (intellige in reg. cons. Nea-

politano) admissas probationes per testes, quia id, quod fieri debet, non id quod fit, est attendendum: item quia in illis casibus non apparebat, fuisse oppositum nec discussum: & sic non potest dici fuisse iudicatum, ut dicit Bald. in l. receptitia, C si certum petatur: quia si fuisset oppositum & discussum, fuisset indicatum iuxta dispositionem text. d. l. ne cui, secundum quem in praesenti caussa Albini, qui opposuit, iudicauimus. Hactenus Vinc. de Frāch. Summa equidem haecce Vincētii seu potius regii Consilii Neapolit. declaratio nititur aequitate: alias quippe tertius negligentia alterius affligeretur, quasi ipsemet etiam negligentiae noxam cōtraxisset; quod sane iniquissimum foret: quandoquidem poena suos saltem teneat auctores. Confirmat etiam hanc ampliationem, quod in casibus, vbi alias sententia lata tertio noceret, non tamen noceat, nisi victus omnem

72 † adhibuisset diligentiam, ne vinceretur, atque de eo constaret, *respondente Menoch. legib. & auctoritatibus suffultos consil. 688. numer. 35. & nuncupatim super facti contingentia respondit etiam Collegium Patauinum, inter consil. Ant. Peregrin. consil. 2. num. fin.* cum aliis huc facientibus & facile aggregandis.

Subdeclarationem item hanc in ipsis terminis factiq; contingentia stabiliuit Barnab. Cornazz. *Lucens. decis. 196 num. 13.*

Declaratur conclusio tertio, vt vota, libro, in quo decreta annotari solent, inscripta praeiu-

73 dicium seu exemplum † non statuant, dummodo sententialiter non sint concepta & pronuntiata. *ad notat. Vincent. de Franch. Neapol. decis. 185.* vbi versatur in eiusdem regii Senatus, in libro Decretorum scriptis, votis, nimirum bene in ea, cuius ibidem meminit, caussa, appellatum exstitisse, non tamen in formam sententiae redactam comperta vota fuisse: ea propter Senatum eundemmet IVDICASSE illa inuenta votorum scripta non haberi pro sententia, quasi, appellatum bene fuisse, sententialiter pronuntiatum esset: cum tamen Praeses ipse super processu istius caussae, bene appellatum esse, sua manu scripserat. Verum enim vero, ne & huic declarationi firmandae sua desit auctoritas, in ipsis terminis declarationis ita nuper respondit Fab. de Anna *consil. 61. num. 59. inde ad num. 70.* vbi relatis a se rationibus auctoritatem Afflict. nec non d. decisionem a Vincentio praescriptam subiunxit. Qui plura de hisce scire auet, adeat Doctores in relatis locis. Ipse principaliores ampliationes & restrictiones proposui, quibus reliquae *(ceu arbitrarer)* facili studio diiudicari poterunt.

CONCLVSIO III.

Tertiam iam sententiarum dictarum speciem aggressuri, verissima apparet conclu-

74 sio, inferiorum iudicum sententias † in exemplum, seu ad decisionem caussarum, allegari haud posse, textu docemur *l. nemo iudex 13. C. de sentent. & interlocut. omn. iud. accedit Menoch. in specie de praesumt. primo, quaest. primo, numer. 20. Euerhard. a Middelb. in Top. leg. loco ab auctoritate. 95. sub num. quinto, ibi tamen exemplis inferiorum iudicum non est iudicandum, nec eorum sententia faciunt praeiudicium.* Sic nec inferiorum ab Imperatore Principum sententias praeiudicium, quod in aliis caussis similibus sui necessitate sequendum sit, parere, supra *conclus. prima,* monuimus. Proinde inutiliter & ab hisce ante dictis † inferiorum sententiis argu- 75
mentum sumi, in terminis respondit Menoch. *consil. 75. numer. 93. & seqq* Et huc proprie spectat vulgatum illud, exemplis non esse iudicandum.

Declaratur, nisi forsan ex iisdem inferiorum sententiis, consuetudo esset † introducta, tunc 76
enim ad decisionem allegari conuenit. *Glossator in d. l. nemo iudex, verbo Magistratus, Alexan. Raudens. de analog. cap. 33. nume. 117. lib. primo,* qui ita etiam limitat *l. nemo iudex. C. de sentent. & interlocut. omn. iud. Tiber. Decian. in Apolog. pro iurisp. responsis aduers. Alciat. cap. 22. numer. 132.* qui etiam *nume praeced.* de Exemplorum vi concise iuxta ac neruose docet. *faciunt notata ad terminos per Hartm. Pist. lib. quaest. 1. quaest. 15. nu. 105.* Nouissime accedit, aliis tamen nisus auctoritatibus, post haec scripta visus Iac. Schult *in addit. Modest. Pist. q. 122. nu. 96. part. 3.*

Subdeclaratur haecce declaratio, vt saltē procedat, quando sequentia † requisita interuene- 77
rint, nimirum, 1. vt sententiae sint definitiuae, 2. quod sint publicatae. 3. quod binae ad minimum sint. 4. quod contrariae illis non sint latae sententiae. 5. quod longo tempore a populo eiusmodi sententiae toleratae essent, *ita Fab. de Anna consult 61. num. 70. & seq. adde notata per Dn. Ernest. Cothm. consil. decisiuo 13. nu. 142. & seqq. cum simil.* Ceterum hoc casu, quando nimirum saepius iudicatum exstitissent, consuetudine potius, quam exemplis iudicari dicitur. Nominatim Flamin. de Rub. *cons. 32. num. 73. Anto. Peregrin. cons. 81. num. 16.*

Subdeclaratur secundo, vt saltem incolis loci, vbi consuetudo ita iudicandi viget, praeiudicium statuant hae inferiorum decisiones, exteris † non item faciunt supra Subdeclarat. secun- 78
da citata.

CONCLVSIO IV.

Ex praemissis, ita vtcumque discussis, intelligere licet, qualiter a Decisionibus argumentatio duci queat. Siquidem vero tractatio styli decisionibus proxime accedat, & de eadem ex instituto sub *conclus. 1. lib. primo,* nobis dicendum fuerat, hic nonnihil digredientes commodiori (vt putatur) loco attingendam duximus.

Sciendum itaque est, stylum (quatenus iudicia

cia concernit: nam alias etiam hic terminus recipit † significationes. *Bertazol. tractat. clausul. instrum. clausul. 4. gloss. 36. num. 1. 2.)* aut proprie
80 † sumi, aut improprie: Proprie, qui circa processus ordinatoria, Improprie, qui circa litis decisoria versatur, *Menoch. 2. præsumt. 8. num. 4. Idem consil. 52. num. 50. & consil. 354. num. 12.* Stylum improprie sumtum in effectu quo ad caussarum decisionem, quadantenus cum præiudi-
81 ciis sic dictis conuenit; & alio nomine † consuetudo etiam a Maioribus nostris dicitur. *Menoch. 2. præsumt. 8 nu. 4. de quo suo loco* (qui quidem stylus seu consuetudo, cum probationem caussæ ipsum concernat, de decisoriis, & non ordinatoriis iudicii esse dicitur. *ad notat. Fulu. Pacian tract. probat. cap. 4. num. 8. lib. 1.)* Stylus proprie sumtus, nihil aliud est, quam iudicio-
82 rum ordo † obseruari solitus. *ex l. prolatam. 4. C. de sentent. & inter l. omn. iud. cum concordan.* Non me fugit alios aliter explicare. *Dambaud. in prax. ciuil. cap. 150. Gothofred. in prax. ciuil. lib. primo, tit. 3. pag. 148. §. stylus improprie. & sequent.* Videatur Cucchus *in instit. Canon. titul. 9. & 8. de stylo.*

Verum relata traditio Menochii videtur absolutior, & in eandem descendit Peregrin. Iannin. *de reali citat. lib. 1. cap. 1. num. 69.* De hoc stylo proprie dicto, hic dicemus.

Positio igitur erit, stylum Iudiciorum circa processus ordinationem & Iudiciorum vsum
83 versantem, pro lege † in eodemmet iudicio obseruari debere Dn. Gaill. *1. obseru. 1. numer. primo. Francisc. Viu. Neapolit. decision. 297. numer. primo. Menoch. consil. 270 numer. 19. & consil. 100. numer. quarto. Idem secundo præsumt. octauo. numer. 14. Crauet. consil. 201. nume. 21. pulcre Cacheran. Pedem. decis. 22. numer. 6. 7. quem & sequitur Thessaur. eiusd. Senatus decis. prima, nu. 9. qui in terminis vsus iudiciorum versatur, Marc. Ant. de Amat. Rot. Prou. March. decision. 32. numer. 27. Ioann. Sichard. cons. crimin. 9. numer. secundo.* qui de consueto Iuramenti tenore ver-
84 ba facit: & inde argumentum † in iure validum censeri *Euerhard. a Middelburg Topic. leg. loco. 105. per tot.* (licet in Exemplorum relatione videatur confundere stylum proprie sumtum, & consuetudinem, quæ tamen, *vt dixi*, inter se discrepant) *Gothofred. in Prax. Ciuil. lib. 1. tit. 3. pag. 149. §. argumentum a stylo.* Proinde non mirum si iudici in citatione stylum excedenti impune non pareatur. *Hippol. de Marsil. in repet. l. vlt. numer. 39. ff. de iurisd. iud. & c. cum aliis hinc pendentibus.*

Ampliatur primo firmata positio, vt etiam in
85 caussis † criminalibus procedat. *Menoch. 2. præsumt. 8. numer. 15 Iannin. de reali citat. cap. 1. num. 76. lib. 1.*

Ampliatur secundo & in arbitrariis caussis,
86 seu quando iudex liberum procedendi † arbitrium habet. *Idem Menoch. de præsumt. 8. num. 16. Iannin. d. cap. primo, numer. 77.* qui & in aliis plerisque ad introducendum stylum requisitis, sequitur Menochium.

Ampliatur tertio, etiamsi, stylum in † con- 87
tradictorio iudicio obtentum esse, non constet. *Crauet. consil. 201. numer. 22.* si tamen in contradictorio iudicio obtentus constaret, plurimum
† validitatis accederet stylo. *post Corn. in consil. 73. numer. primo. lib. tertio. nouissime Menoch. 2. præsumt. 8. sub numer. 13. Iannin. de reali citat. cap. primo. numer. 66.* vbi in actibus voluntariis limitat; quæ limitatio proprie huc non spectat. Et 88
quod iuxta eiusmodi stylum † antea iudicatum 89
esse non desideretur, Bart. Bertaz. scribit *tractat. clausul. instrument. clausul. quarta. gloss. 36. sub numer. 3.*

Declaratur positio primo, vt stylus proprie dictus obseruari pro lege debeat, quando esset
† inuariabilis. *Menoch. secundo præsumt. 8 num. 21. Peregrin. Iannin. de reali citat. d. ca. primo. numer. 19. lib. primo.* quod in dubio † non præsu- 90
mitur, sed quod mutabilis sit *Mascard. tracta. probat. conclus. 528. sub numer. 1 auctoritate Parisii.* mutari quippe abolerique stylum hunc pos- 91
se, in † confesso est. *Bertazol. tractat. clausul. instrument. clausul quarta, gloss. 36. nu. sexto.* Non 92
vero requiritur, vt hic stylus † sit præscriptus, 93
post Beroum, *Asyn. in prax. §. 22. cap. 16. limitat. 3. nume. quinto.* quod secus est † in stylo circa decisoria. *Ant. de Gamm. lusit. decis. 293. num. 5.* (de 94
quo alibi latius: nam & aliud est in consuetudine iuris confirmatiua, & aliud in consuetudine iuris inductiua:) Videatur interim Ludou. Mo-
rot. *respons. 90 num. 16. 17. 20.*

Declaratur secundo, vt stylus eiusmodi iudiciorum non † præsumatur, *Mascard. de probat. conclus. 1338. nume. 1. Menoch. 2. præsumt. 8. numer. 7 idem Menoch. consil. 717. nume. 6. versic. respondetur primo. Peregrin. Iann. de reali citat. cap. primo, num 72. lib. 1.* sed allegant eius proba- 95
tio † incumbat. *Mascard. d. conclus. 1338. num. secundo.* (excepto stylo notorio in curia: cuius 96
nec † allegatio, nec probatio requiritur, sed iudex supplere in eo debet. *Viu. Neapolit. decision. 297. num. 6.)* quamuis si litis (de quo hæc nostra 97
non est Conclusio) decisoria respiciat, secus sit: huius enim probationem ab aliis iudicii Antecessoribus vel notariis sumi nō sufficit, sed, plene † parte † probetur, requiritur. *diserte Bertazol. tractat. claus. Instrum. claus. 4. gloss. 36. sub numer. 4. Oscasc. Pedem. decis. 22. num. 3. Menoch. consil. 364. num. 12.* semiplena vero hic, vbi circa procedendi modum versatur, & de eo iudex 98
se informare, ab antiquis Curiæ eiusdem Assessoribus, & notariis, non citata † etiam parte,
posset: *Mascard. tractat. probat. conclus. 1338. num. 4. Menoch. d. præsumt. 8. numer. decimotertio. qui ita declarat Asinium in prax. §. 22. c. 16.* 99

limit.3.nu.6.7. Viuius Neapolit. decis.297.nu.4.5. cuius item traditio, sicuti & Asinii, non ad stylum litis decisorium referenda erit.

Declaratur tertio, quód quidem stylus loca-
100 lis sit, non † vero vniuersalis, *Aufrer.in addit. Tholos.decis.105.numer.3.* atque ita stylum extra Curiam iu qua viget, non extendi, vt & seruari
101 debeat in partibus, quamuis † stylus ille superioris esset Tribunalis. *nuncupatim tradit Robert. Lancellot. tractat. attentat.part.2.cap.20. limitat.1.nu.1.* vbi in terminis de stylo Rotæ Romanæ differit, quod vltimum iterum ex subsequenti declaratione subdeclarationem recipit.

Declaratur quarto positio, vt intelligatur de stylo Maioris Iudicis vel Senatus legem in ordinatoriis condendi potestatem habentis: nam hic stylus etiam iuri communi obuersans, ser-
102 uandus erit, non vtique † in stylo iuri contrario inferioris iudicis obtinet. *Bertazol.tracta.clauf. instrum.clauf.4.glos.36.sub.num.5.versi.supra dicta tamen conclus.*

103 Subdeclaratur hæcce declaratio, vt † styli Senatus obseruatio non arctius constringat inferiores, quam Decisiones Senatus; quo de supra admonuimus *conclus.2.* nisi aliqua diuersitatem suadens suboriretur ratio.

Quo vero tempore styli probatio inducen-
104 da sit, non vtique Doctores † in eo conuenire videntur. Nam Menoch. *consil.364.num.14.* respondet in terminis, stylum esse probandum ante conclusionem coram ipso iudice, nec sufficere si testimonia, ita stylum esse, subiiceret allegationibus iurium, vulgo informationibus pro relatione consultatoriis transmittendis: Viuius vero *Neapolit.decis.297.nu.3.* asserit, stylum Curiæ talis videri virtutis & efficaciæ, quod absque dubitatione aliqua posset deduci, & allegari a parte, etiam allegationum tempore. Putarem conciliari commode posse, vt Menochii in decisoriis, nec notoriis, Viuii vero in ordinatoriis & notoriis procedat. Plura de styli proba-
105 tione desideranti † patet ex neotericis *Menoch.d.præsumt.8.lib.2. Mascard.de probat.conclus.423.num.34.35.36. Idem conclus.1338.num.3.4.5.6.7. Peregr.Iannin.de reali citat. cap.1.num.73. & seqq.*

Doctori vero de stylo attestanti an, & qua-
106 tenus credatur, variant † Dd. Et grauis est apud Practicos disquisitio: sed accurato studio de hoc scripsere Mascard. *tractat.de probat.conclus.426. & conclus.528. Gabrie.Roman.lib.opin.1.tit.1.conclus.4.* & noue longa serie pro affirmatiua retalit auctores, & sequitur eandem communiorem dicens, Camill.Borell. *controuers.32.numer.70.* licet aliquos pro affirmatiua citet, qui tamen expresse negatiuam tenent, & Mynsinger. *consil.21.num.55.56.cent.1. obseruat.96.cent.5.* affirmatiuam tutatur. Verum sibi contrarius *in cent.6.obseru.68.* negatiuam amplectitur. Non subiicio quæ scribit Wesenb. *consil.43. nu.74. & consil.52.numer.21. Schrad. tractat.feud. part.8.cap.8. numer.22.* & in vtramque opinionem infinitas prope congessit noue Cothm. *consil.13. numer.56. & seqq.* iis in locis lector studiosus videre posset. Saltem pro explanatione quæstionis propositæ, sanior est Doctorum sententia, asserentium, Doctoris insignis Pragmatici scripto prolatam attestationem super stylo & vsu iudiciario, ordinatoria respicientibus, fidem, ceteris paribus, facere, donec † contrarium probetur. 107
Huic sententiæ suffragantur post Bar. quem citat inspecie Ioan. Baptist. Caccialup. *in tractat. de.ff. aduocat. quæst. 4. numer.2.3. Ioseph. de Rustic. in tractat. An, & quando lib. in condit. posit. lib.1. part. 2. cap. 2. numer.71.* qui diserte hoc in stylo, seu consuetudine ordinatoria respiciente approbat, sicuti *numer.78.* videre est: *Ita etiam consuluit Tiber. Decian. respons.18. numer.94.* vbi communem laudat *volum.1. Wesenb. consil.13. sub numer. 100. ibi tamen præsumtiue. Mascard. de probat. conclus. 426. numer.11.12.13.16. & noue Cothm.consil.13.num.117. atq; ita in Rot.Bonon.* IUDICATUM *adseuerat Benintend. decis.95.*

Ampliatur, vt & vnius Doctoris de consuetudine iudiciaria attestatio præsumtionem † 108
inducat, qua contrarium probandi onere grauetur aduersarius *auctoritate Gallia. adstruit Alexand. Randens.respons.18.nu.77.lib.1.*

Declaratur primo comprobata hæc sententia obtinere, si Doctor attestetur de stylo iudicii sibi cogniti, in quo diu † versatus sit. *per no-* 109
tata Menoch. de arb. cas.360. numer.94. & idem Menoch. *consil. 238. numer. 23.* expresse sentit, quod attestatio Doctoris super consuetudine in loco in quo ipse habitat & versatur, præsumtionem faciat. *Tiber. Decian. respons.96. num.7. volum.2. & post Alexand. Dec. Roland. Cephal. Menoch. & Becium respondit Ioan. Petr. Surd. consi.311.num.15. Beneuenut. Strach. post Decium & Cranettam, in tractat. de decoctor. part. 5. sub num 6.*

Declaratur secundo, si attestetur de stylo seu consuetudine loci, in quo ipse versatus sit, secus vbi de remota, seu extra † locum illius 110
iudicii. *Ioseph. de Rustic.in tractat. An, & quando lib. in cond. capitis secundi part. 2. numer.74. Cranet.consil.462.numer.nono. Ioan. Petr. Surd. consil.74. numer. decimoquarto Lucens. decision. 146. numer. secundo. versicul. & quando etiam standum esset. Camill. Lep. relatore, Borgn. Caualcan. Finiz. decis. decimatertia, numer.95. part. tertia, Alexand. Raudens. respons.18. numer.78. lib. primo Ioann. Vincent. Honded. decis. consult.101. numer.39.* Idem *consult.110.numer.20.* dicit, respectu loci in quo Docto. non fuit versatus, eius attestatio de consuetudine nullam probationem, imo nec præsumtionem facere, & hoc esse

esse de intentione omnium. *volum.1. Prosper. Farinac.tractat.crim.lib.1.tit.4.quaest.28.num.13.* & communem dicit idem Farinac. *eod. tracta.q. 81.nu.92.* cum aliis multis, quos referre haud duxi necessarium.

Declaratur tertio, vt huius Doctoris de consuetudine attestatio facta, saltem stringat in foro, in quo eiusmodi consuetudinem vigere te-
111 statur, non in exterioribus † iudiciis. *ex Bursat. & aliis declarat in terminis Marc. Anton.de Amat. Rot. Prouinc. March.decis.11.num.36.* consuetudines enim iudiciorum sunt locales, ad superius notat.

Declaratur quarto, quando Doctor de consuetudine temporis, quo ipse iam in viuis erat, obseruata attestaretur, secus vbi de consuetudi-
112 ne assereret, antequam † nasceretur obseruata. *ita in terminis consuluit, post Parid.de Put. Alex. & Neuiz. Alexand. Raudens. respons.26.nu.145.* qui & ipse Randen. in ordinatoriis versatur. *volum.1* huic enim (quemadmodum in terminis dixit Mynsing *decad.13. respons.3.nu.140.*) obiici iure posset, quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? & sane eiusmodi declaratio non est minima, quandoquidem (licet alias publicatione facta, testium probatoriorum denegetur reprobatio, *ad notat.in conclus.*
113 *105.lib.1.*) concedatur testis de triginta annorum possessione deponentis reprobatio, ad probandum quod triginta annos nondum natus sit. *firmante ex aliis Prosper. Farinac. titul. de opposit. contra exam. test. quaest.75. num.152. cum concordant.*

Declaratur quinto, vt non procedat, vbi Do-
114 ctor in consilio ad fauorem clientis † conscripto de consuetudine attestaretur. *Alexand. Raudens. respons.22. numero 508. & sequent. volum.primo.*

Declaratur sexto, vt Doctori de consuetudine attestanti credatur, quando assereret consuetudinem in iudicio seruari vniformem, se-
115 cus vbi † difformis esset. *ita in specie consuluit Mynsinger. respons. tertio. numero 139. decad. decimatertia.*

Declarationes alias pluresue relati aliiq; Doctores congessere, quas, quum pro maxima earum parte alienae a praesenti tractatione sint, non refero.

Conclvsio V.

ET hactenus de Decisionibus iudiciariis (sic mihi ad differentiam particularium dicere liceat) qualitercunque notatum esse sufficiat.

Quum autem a Pragmaticis, Doctorum adseueranter stabilitae sententiae etiam Decisionum nomine citentur, & ad differentiam particulares decisiones nuncupentur; cupidae praxeos iuuentutis inseruiendo studiis, vice coronidis, & harum virtute nonnulla constrictim referam.

Apud omnes constat Doctorum Decisiones lege deficiente plurimum † valere. *ex Ca-* 116
strense, & Beccio, Ioan. Petr. Surd. tractat. alimen. titul.1.quaestio.44.num.14. Iohan. Suchard. consil. feud. 9. numero 67. quippe & vnius in terminis, etiam sine † lege (modo subiuncta † aliqua ra- 117
tione. *Tiber. Decian. consilio 6. numero 33.34. vo-* 118
lumine primo. Et post Vin. Neapolitan. decis.162. numero final. Toming. decisio.20. numero 23. nouissime Ioan. Bonifac. tractat. de furtis. §. corporalis. numero vigesimoseptimo. maxime † naturali. *Ca-* 119
cheran. respondit consilio decimooctauo. numer.47. imbecillitas quippe intellectus † perhibetur le- 120
gem quaerere, rationem naturalem vbi habemus. *ex l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excus. tut.* & post Iason. atque Neuizan. scripsit Ioan. Petr. Surd. *consilio 222. numero decimoseptimo. nominatim item respondit Francisc. Monald. consilio 107. numero vigesimosexto.*) loquentis decisio plurimum valet. *post Castrensem & Iasonem, Io. Pet. Surd. consil.379 numero vigesimotertio.* quinimo contradictionem si passa non esset, omnem
† controuersi casus dubitationem submouet, 121
instarque legis allegari potest. *Hieronym. Magon. Florent. decis.66. numero vigesimoprimo. Gomez. in §. aeque. numero decimoquarto. Instit. de action. quem sequitur in specie Menoch. consilio 73. sub numero decimoseptimo. versicul. reuocantur in dubium. Idem Menoch. 2. praesumt.71. numero decimosexto. copiosius vero, etiam in terminis, Wesembec. consil. decimonono. numero 63. & consil.24. numero 13. nouissime celebrius Borgnin. Canalean. Finizan. decis.15. numero 4. vbi plures citat. part.1. Anton. de Amat. Consilii pro vxoris amita. part.2. numero 154. Ioan. Petr. Surd. Mant. decis.229. numero secundo. idem Surd. consil.313. numer. 43. Vincent. de Franchis Neapol. decis.364. numer.4. (quem nuper referendo sequutus est Francisc. Monald. consilio vigesimotertio. numero secundo.) Viuius Neapolit. decis.401. num.30.* & idem Viuius *decisio.135. numero 4.5.6.* aliorum auctoritate fretus scribit, refugium esse miserorum, & pau-
peris † Doctoris, Regulas citare generales, v- 122
bi in terminis reperiretur Doctoris alicuius insignis decisio. *Nam tutissimum* (inquit Viuius) *se constituit pro victoria obtinenda, allegans decisionem legis, vel alicuius Doctoris in terminis, &c.*

Ea propter quando habemus decisionem in terminis, non debemus ire per argumenta, & coniecturas; quia † decisiones sunt securiores, 123
etsi essent vnius Doctoris, *ita formaliter Borgn. Canalc. Finizan. decis. post primam partem in additionibus suis, seu Repert. primo motiuo in responsione. num.6. sub lit. V. & idem Canalc. decis.30. nu. 38. part.1. sect.2. Volo tibi tradere (inquit) vnam bonam medicinam his nostris temporibus, propter tot scribentium auctoritates. Quando habes caussam aliquam, noli acquiescere, donec legem, glossam aut decisionem in terminis terminantibus inuenies,*

& postea, illa inuenta, videas de veritate articuli. Et librum mitte indici, vt faciebat pater veritatis D. Alexand. in cons. 207. num. 5. volum. 4. quia hodie sunt Pompesi iudices, quod si nõ vident textum, aut decisionem in terminis, nolunt credere, vt dicit Pract. Papiens. form. cap. quando testes. in fin. cart. 113. Et bene faciunt hodie isti iudices. Nam quando habemus casum legis, & auctoritates ex professo, non debemus ire per argumenta & rationes. Calcaneum & plures alios citat. Accedit his nouissime nuncupatim Alexand. Raudens. *respons. 7. ad finem libr. 1.* qui diserte ex mente Caualcani respondet, iudicatum esse iuxta Doctoris decisionem in terminis. Sic sane consil. Reg. Neapolitanum consueuit studiose perquirere, si decisio particularis possit in terminis casus decidendi reperiri; *ceu est apud Afflict. decis. 169. sub num. 8 ibi. Satis totum consilium laborauit, si possit particulares decisio inueniri.*

114 Nimirum igitur regulis † generalibus, quando Doctorum decisiones habemus in terminis, haud est insistendum. *accedit relatis, post Rotam Roman. in nouiss. Ioan. Petr. Surd. cons. 438. num. fin.* Estque exemplo Crauetta *consil. 716. sub nu. 9. vers. sed enim, ne generalibus concertemus, vbi in specie adiumentum non desit. nuper etiam Ant. de Amat. cons. pro vxoris amit. part. 2. num. 155. cum aliis sexcentis.* Sed nec studium decisiones particulares inueniendi sui effectus vtilitate destitutum † esse, in confesso est: quippe quum videamus iudicem non posse conueniri in Syndicatu, secundum Doctoris decisionem iudicantem: partem victam, casu, quo in terminis Doctoris decisione niteretur, ab expensis excusari. Et quę id genus plura sunt. De quibus alibi commodior erit dicendi locus. *videantur interim Afin. in prax Florent. §. 32. limitat. 2. Menoch. de arbitr. cas. 177. per tot. idem cons. 145. in discursu. Francisc. Viu. Neapo. decis. 47. num. 6. 7. 8. Ioan. Petr. Surd. consil. 363. num. 6. Fulu. Pacian. tract. probat. lib. 2. cap. 41. num. 156.* 115

Et his explicitum sit procemium.

Vni DEO in æternum gloria.

DE

DE CAVSSIS, MANDATIS ET PROCESSIBVS IN CAMERA IMPERIALI TRACTANDIS, EXTRAHENDIS ET OBSERVANDIS.

ARGVMENTVM.

Augustissimum Imp. Cameræ iudicium limitatam habere iurisdictionem: & quæ huiusce iurisdictionis obiecta sint.

SVMMARIA.

1 *Imperialis Cameræ iudicium Imperialem Maiestatē ordinaria iurisdictione repræsentat.*

2 *In caussis saltem commissis, non vniuersaliter omnibus.*

3 *Imperialis Cameræ iurisdictio in quibus resideat obiectis, dantur remissiones solidæ.*

CONCLVS. I.

SACRÆ Imperialis Cameræ augustissimum iudiciū, quin Imperatoriam Maiestatem, Proceres, omnesq;
1 Ordines Imperii iurisdictione † ordinaria, atque referato repræsentet, solida vtique exsistit conclusio. *tex. Ord. Cam. par. 1. tit. 8. & Memor. An. 1570. §. 1. ibi.* Daß die Beysitzer / neben dem Herrn Cammer-Richter die Key. May. Chur vnd Fürsten / vnd alle Stände des H. Reichs / dieß orts *repræsentirn. refert etiam DN. Gensisius in disp. de iure mert Imp. Cam. compet. argum. 6. monui item sup. in Proœmio. num. 28. & infra Conclus. 96. num. 7.*

2 Declaratur conclusio obtinere in † caussis dūtaxat eidemmet augustissimo iudicio commissis: Limitatam quippe eius constat esse iurisdictionem. Declaratio hæccc, præterquam, quod ex certorum, in Ord. Camerali, Recessibusque &c. Imperii præscriptorum obiectorum recensione de eadem clare pateat, nominatim asseritur per Dn. Ioan. Lud. Bend. *tract. Reuis. Conclus. 37. sub num. 66. retuli etiam in Proœm. num. 29.*

Limitatæ huius iurisdictionis obiecta omnia per Dn. Gaillium sub serie hac Conclusionis † primæ recenseri, & quod nō credat alias plures posse ostēdi caussas, scribit. Rutg. Rul. *tract. de Commissa. part. 1. lib. 2. cap. 3. num. 1.* 3

Obiecta vero etiam singula quæ sint, methodice disposuit Iℂ. Germanus Ioan. Caluin. *in Process. iud. c. 8. Tmem. 2. per tot.* & ex Ord. Cam. Recess. Imp. & Consult. collegit nuper Petr. Denais. *in Synops. iur. Cam lit. I. tit. iurisdictio Cameræ.* vt proinde, si hic eadem referre prosequique instituissem, operam lusisse, aliorūque grauiter insumtum laborem mihi vindicasse, vel saltem transcriptoris vices sustinuisse viderer.

ARGVMENTA.

I Viduæ diuites, an beneficio *L. vn. C. quando Imp. inter pupill. vel vid.* perfruantur.

II Virgo vtrum fori priuilegio, ad instar viduæ, gaudeat.

SYMMARIA.

1 Actor regulariter forum sequitur rei.
2 Fallit in personis miserabilibus, vt quæ Imperatoriam Maiestatem recta iudicem agnoscant.
3 Miserabiles quæ existimentur personæ.
4 Ampliatur fallentia de fori priuilegio miserabilibus personis competēti, etiam in viduis diuitibus obtinere.
5 Contrarium alii.
6 Quod extenditur subsistere, vt superuenientes lite pendente diuitiæ, cæptum iudicium non transferant ad ordinarium.
7 Conciliatio adducitur.
8 Conciliatione recepta extenditur, vt etiā uxor virū inutilem habens eodem fori priuilegio ad instar viduæ gaudeat.
9 Modo inutilitatem, absentiam vel secessionem viri ipsa non caussasset vxor.
10 Vidua luxuriose viuens fori priuilegio destituitur.
11 Virgo etiam L. vn. C. quādo Imp. int. pup. vel vid. priuilegio uti poterit.
12 Declaratur ex aliquorum sententia in virgine prouecta ætatis, & quæ cælibem sibi elegisset vitam.
13 Dissentiunt alii.
14 Virginem etiam diuitem priuilegio fori, ex d. leg. vn. gaudere existimatur.
15 Vidua feudataria nō habet beneficiū prorogandi forum in caussis controuersiisq; feudalibus. & num 17.
16 Nonnulli contra.
17 Quamuis prior sententia probabilior sit.
18 Non tamen vsquequaque absoluta.
19 In feudis Imperii licet probabilis dubitatio sileat.

CONSIDERATIO I.

QVAMVIS minus congruenter Camerali iurisdictioni obiectis interferuerit viduarum, aliarumq; miserabilium personarum, prorogandæ, eligendęq; instantiæ priuilegium Dn. Gaill. *n. 40.* ceu nominatim Dn. Vultei. *in leg. vn. sub nu. 20. C. quando Imp. inter pupill. vel vid.* scribit: in Consideratione tamen extra casus in Cam. Iudicio disceptabiles, hic statuēda erat quęstio illa met trita, diuitibusne etiam viduis illud priuilegij solamen de iure communi competat?

Præmitto regulam, qua actor † constringitur sequi forum pulsandi rei. *l. iuris ordinem. 2. vbi gloss. in verbo sequatur, tex. iuris ciuilis concordantes collegit. C. de iurisdict. omn. iud. c. si clericus. 5. c. cum sit generale. 8. de foro compet. c. experientiæ tuæ. c. si quisquam. 11. q. 1. cum concordant.* fallere in personis † miserabilibus (pupillis, scilicet, viduis, aliisque a Menoch. *de arbit. iud. cas. 66.* recensitis: etiam in furioso, qui & ipse miserabilibus accensetur, nominatim adducente Marco Ant. de Amat. *Rot. Prouinc. decis. vlt. per tot.* vbi quod ita ibidem RECEPTVM in facti contingentia sit, testatum fecit. Et in furioso idem obseruauit Marcell. Cala, in his propriis terminis. *tract. de modo art. & proband. gloss. 1. §. 1. num. 103. Vultei. in d. leg. vn. sub num. 8.* Plures † alios inter miserabiles personas retulit Ant. Tessaur. *Pedem. decis. 177. num. 1. Ioseph. Mascard. tract. probat. conclus. 1064. per tot.* Meretricem etiam his accenseri autumat Viu. Neapol. *decis. 521. num. 5. 6.* quamuis hæc a Viuio relata opinio a castis mentibus, pudicisque auribus alienior videatur. Ceterum de hoc alibi:) *d. leg. vn. C. quando Imp. inter pupill. vel vid.* 1 2 3

Ampliationes sex cōtulit Thessaur. Pedem. *decis. 177. num. 3. inde ad num. 7.* & præter has notabiles recensuit Francisc. Viu. *Neapolit. decis. 459. num. 12. 13. & decis. 521. in discursu.*

Nos tramites instituti obseruantes vnam de vidua diuite, alteram de virgine, quarū Dn. Gaill. d. loco cōmeminit, duntaxat attingemus, quæ consistit, in viduis etiam diuitibus eandem leg. vn. procedere.

Ampliationis vtriusq; nō vsquequaq; expedita nec indifferēs existit resolutio

De prima sic habeat studiosus.

Vidua diues fruaturne priuilegio l. vn. C. quādo Imp. Viduam etiā diuitē† 4 beneficio l. vn. perfrui, nominatim decisiuis in terminis adseueranter inter moderniores scripsere (Couar. & a Natta *cons. 590. vol. 3.* citatorū auctoritatē referens:) Ant. Tessaur. *Ped. dec. 177. n. 3.* subdens ita eodē in Cōsilio IVDICATVM fuisse. Vinc. de Frāc. *Neap. dec. 100. n. 19.* vbi, quod

quod ita indistincte in Consil. Neapol. IVDICETVR. Et pro cōfirmatione inter alios DN. Gailliū allegat. Et de hac obseruantia iudicandi in Regio Conf. Neap. verba facit etiam Bernard. Muscat. *in prax. ciuil. Reg. Neapol part. 2. gloss. competentes. numero 73.* & Marcel. Cal. *tract. de modo articuland. & prob. gloss. 1. §. 1. sub num. 81.* Francisc. Viu. *Neapol. decis. 459. num. 12.* Vbi quod sæpius in Regia Aud. Barensi in hoc IVDICATVM sit. Idem Viu. *decis. 521. num. 7.* itidem in alia causa DECISVM eadem in Audientia exstitisse testatur. Et in Rota Romana sic fuisse IVDICATVM in comprobationem citat Viu. *d. decis. 521. sub num. 12. vers. & ita secundum eam vidimus* Sicque vidisse OBSERVARI scriptū reliquit Paul. Fusc. *in singul. suis lit. V. n 29.* Plures commentando & respondendo huic opinioni innitentes non refero, quandoquidem forte superuacaneum foret. Ingentem vero auctorum cumulum coaceruauit Viu. *d. decis. 521.*

5 Contrarium, & quod pauperi † saltem viduæ hocce beneficium indulgeatur, velle Cardinalem Floren. Imol. Specul. Ias. & Marantam scribit Mascard. *tract. probat. Conclus. 1064. num. 3.* & vere tenet Marant. *dist. 9. nu 195.* citans Abbat. Imol. Felin. & Alex. Rol. item ab hac contraria parte stare, communemque laudare *cons. 20. vol. 2. Paris. in addit. Bart. in d. l. vn. & multos alios quos refert Viuius Neap. decis. 521. num. 7. 8.*

Nec quicquam vel minimum dubii habet, quin paupertate laborātes viduæ priuilegium fori habeant, adeo quidem, vt quamuis tempore cœpti iudicii paupertatis intuitu viduæ hoc fori priuilegium indultum esset, adhuc superuenientibus † lite pendente diuitiis, idem-
6 met inconcussum persistat duretq;. *Aluar. Valasc. Rer. iud. Regni Lusit. consultat. 57. per tot.* vbi sub finem ita eodem in Conf. Regio IVDICATVM fuisse testatur. Huius etiam extensionis recordatur, licet non decidat, Vincent. de Franch. *Neap. decis. 257. sub num. fin.*

Conciliationis fœdere contrarietatē
7 eiusmodi sopitam † nonnulli existimāt, vt prior sententia quoad propositū nostrum, nimirum fori priuilegiū, ꝓcedat; non item quoad cete[...] [...]erabilib. personis indulta priuile[...] [...]st Did. Cou. nominatim concilia[...] [...]ē induxit Vincent. de Franch. *Neapol. decis. 100. num. 20. Menoch. de arbit. iud. cas. 66. num. 4.*

Subampliatur primo, iam prior, tot tantisq; grauissimis decisionib. fulta opinio, vt etiam in vxore viro quidem nō viduata, sed † inutilem maritum haben- 8
te procedat. *ad notat. Dn. Gall. n. 44 fusius vero Vinc. Carotii Decis. cas. 106 n. 1. 2. & seqq.* Et propriis his in terminis ampliationē stabiliuit Frāc. Viu. *Neap dec. 521. n. 2.* vbi multos citādo subnectit, pluries secūdū eādē in Regia Aud. Ap. IVDICATVM ēē.

Declaratur, modo inutilitas viri ab vxore † non processisset, seu caussata esset. 9
ad not. Vult. in C. vn. nu. 6. (quando Imp. int. pup. vel vid.

Declarantur item prædicta in vidua honestam † ducente vitam, non ęque lu- 10
xuriosā & inhonestā. Nuperrime nominatim declarationem stabiliuit Marcel. Cala *in tract. art. & prob. gloss. 1. §. 1. nu. 79.* vbi subdit referendo Follerium ita OBTINVISSE.

Iam secunda principalis ampliatio subintrat.

Ampliatur igitur secundo, vt etiam in virgine d. l. vn. priuilegiū † fori tribuens 11
procedat. Grauiter ampliationē hāc stabiliuit Franc. Viu. *Neap. dec. 521. nu. 1.* vbi assentientes & quidē grauissimæ auctoritatis citat Doctores. Et ꝓ hac ampliatione sæpe fuisse in Regio Consil. Neap. IVDICATVM annotatū reliquit Vincent. de Franch. *Neap. dec. 100. nu. 1. & post nuper Marcell. Cal. tract. de mod. art. & proband. gloss. 1. §. 1. nu. 111.*

Declaratur iuxta nonnullos ampliatio, vt saltē in † virgine prouectæ ætatis, 12
& quæ sibi cœlibē vitā in virginitate ducere elegisset, locū habeat, *ad Cou. quæst. pract. c. 7. sub n. 1. & 2.* subiiciens plurib. vicibus in Granatensi Prætorio pro priuilegio istiusmodi in fauorem harum virginū IVDICATVM exstitisse. In hancq; ēt declarationē inclinat DN. Gaill. *nu. 42.*

Aduersus declarationē, seu Cou. Gailiiq; sententiam stat † nominatim Franc. 13

Viu. *Neap. dec. 521. sub n. 1. & n. 4.* adseuerās etiam sub *d. n* restrictionē hanc in Regia Audient. ... nsi reiectam exstitisse, & IVDICATVM ... indistincte hoc priuilegio etiam honestæ virgines iuuenilis ætatis perfruātur. Et ante idem, Neapolitanum Consil. semper indistincte OBSERVASSE admissionē virginum etiā iuuenilis ętatis, testimonio est Vincent. de Franch. *dec. 100 vers. sed quia in Sacro Consil.*

Extēditur iam ampliatio secunda, vt
14 non modo in virgine paupere, verum † etiam diuite, vera sit. Ita visus est admisisse ex Nattæ *responso 590.* Francisc. Milan. *Regni Sicil. dec. 5 nu. 2. lib. 2.* subdens, quod, si quis contrarium vellet tenere, in veritate non possit subsistere. Et diserte in facti contingentia extensionem nuncupatim stabiliuit Francisc. Viu. *Neap. decis. 521. num 7. inde.*

Atque hæc in præsentiarum de propositis duabus ampliationibus dicta sufficiant.

Sequitur iam de insigni limitatione videre, conferente ad notata Dn. Gaillij *sub n. 40.* Quæ & illa ambiguæ est resolutionis, dissidentiumq; opinionibus inuoluta.

Limitatio autem *d. l. vn C. quādo Imp. int. pup. & vid.* eiusmodi phibetur, quod vidua aliaue miserabilis persona, caussæ
15 feudalis † nomine, non possit recta Imperialem Maiestatem adire, quin potius teneatur iudices in hoc cognoscere Pares Curiæ, vel feudi dominum. *ex Parid. de Put. tract. de redintegr. feudi c. incip. An citatus nu. 46* adducit Cæs. Vrsill. *in addit. ad Afflit. Neap. deci. 257. sub n. 4.* cui nominatim subscribit Ludolph. Schrad. *tractat. feud part. 10. sect. 1. sub nu. 208. vers. attamen hoc non habeat locum.* Huicmet etiam non reluctatur sententiæ Dn. Herm. Vulteius *tract feu. 2. c. 2. sub n. 22 §. volūt etiam nōnulli in vers. sed in feu. id facile nō admiserim.*

16 Contrariū visi sunt † recepisse Borch. *de feud. c. 10. n. 26.* vbi post Franc. Fel. Curt. & Iac. quos citat, contendit, viduæ hoc priuilegij indultum esse, vt coram ecclesiastico ordinario possit & ratione possessionis rei feudalis, & proprietatis, prætergresso parium & domini feudi iudicio agere. Borcholtio etiam adstipulatur Rosenth. *in Synopsi feud. cap. 12. §. 38. sub lit. b.*

Adhuc tamen Limitationem esse probabiliorem, † Schrad. *d. part. 10. sect. 2. sub num. 42. vers. ego tamen hisce rationibus.* 17
concinit palpabili sane ratione, vt quia (inquit) iurisdictio siue cognitio caussarum feudalium inter vasallos, est acquisita domino feudi per contractum, siue interueniente contractu. *Dec. in c. ceterum num. 4. ext. de iud.* proinde ne accedente quidem Imperiali auctoritate auferri possit. *l. caussas vel lites. 16. C. de trāsact l. contractu. 3. C. de rescind. vendit.* & videtur etiam limitationi accedere subdubius Sonsbec. *tract. feud. 14. part. nu. 29.*

Ceterum nec hæc solutio subsisteret indubia, eo † casu, quando dominus a 18
superiore feudum illudmet cognosceret, atque ita vidua subfeudataria esset. *ad not. Tessaur. Pedem. decis. 177. num. 12.*

Quamuis in feudis Imperij dubitatio † omnis sileat, *ex traditis DN. Gaillii sub* 19
num. 20. vers. Sed hoc in Camera. Concurrit in idem & DN. Vulteius *in d. l. vn. sub numero 22.*

Pluribus præsentem Considerationem seu potius *d. l. vn. C. quando Imp. inter pup. & vid.* explanationem ornatam qui oret, videre poterit Dd. relatis in locis: nos dūtaxat instituto deseruiuimus.

ARGVMENTVM.

Religionis turbatæ caussa vt Sacri Cameralis iudicij iurisdictio fundetur, quid obseruandum?

SVMMARIA.

1 *Religionis caussa prouincias commoueri legibus interdicitur.*
2 *Religionis pacifica ex Constitutione Imperii vt decernantur mandata, sufficit vt ex narratis de qualitatibus facti constet.*
3 *Religionis pacifica Imperii ex Constitutione vt dentur processus, quæ necesse sit interueniant qualitatum requisita.*
4 *Religionis pacifica Constitutio Imperii nō adimit inferioribus iudicibus ordinariis iurisdictionem.*

RELI-

CONCLVS. II.

1 Eligionvm occasione nõ esse permittendum † alicui prouincias cõmoueri, edixit Diuus Imp. Iustinianus *§ neque est. c. 16. Auth. de mandat. princip.*

Ex Constitutione Imperii Pacificæ Religionis, vt in S. Camerali iudicio decernantur mandata sufficere pro fundãda iurisdictione, † quod ex supplicationum narratis, Constitutioni huic saluberrimæ contrauentum esse, constet, nec intuitu Religionis inquietationem, turbationẽ &c. esse factam, allegari necesse sit, nominatim cõcludit (DN. Gaillio *sub num.* 1.) consentiens Petr. Frid. *de process. extrah. lib. 1. cap. 28. num. 2.*

Quę porro circa Constitutionẽ hanc, vt ex ea dentur, processus, consideranda sit personarum supplicantium, & contra
2 quas † supplicatur, qualitas, Frid. *d. loco,* monet, & alii plures suis Commentariis ad ius Camerale cõscriptis illustrare conati sunt. Nos, ne in alienam messem falcem immisisse incusemur, a cœptoq; deflexisse videamur, illo studiosum remittendum esse, conuenientius fore duximus. Hoc vnum tamen referre libuit, ꝙ consuluit Mynsing. *dec. 13. cons. 4. num. fin.* Constitutionem istiusmodi Religionis,
3 nõ adimere inferiorib⁹ † ordinariis mediatis iudicibus iurisdictionẽ. Conferũt ad idem seq. Concl. sub consid. adducta.

ARGVMENTVM.

Forma per æquipollens an & quando adimpleri possit?

SVMMARIA.

1 *Formaliter quid fiat an æquipollenter nihil regulariter refert.*
2 *Forma nisi certa statuto præscripta esset:*
3 *Et hoc verum, modo necessitas adimpletionem forma per æquipollens fiat, caussa non esset.*
4 *Forma quibus casibus per æquipollens adimpleatur, remissiue.*

CONSIDERATIO I.

NE in constituendis singulis considerationibus ordinis series interrupta exsistat, nõnihil, de forma per æquipollens implenda (ad not. DN. Gaill. *nu.* 7. vbi præcipuum in hoc supra adductæ conclusionis firmamentum statuit) monendum erat.

Quãuis igitur alias nihil intersit formaliter quid fiat, an † æquipollenter. *ad not. Tib. Decian. respons. 48. num* 13. *vol.* 4. 1

Forma tamen, vbi certa a iure statutario † constituta est, per æquipollens eam haud impleri, testatum faciunt Francis. Viu. *probat. Neapol. decis.* 334. *num.* 10. vbi multos grauissimos auctores in cõprobationem congessit. *Baptist. Asin. in prax. Florent. §. 3. cap. 36. num. 12. vbi Boer. & alios allegauit Ioan. Petr. Surd. consil.* 318. *sub num.* 10. & respondit inter alios, adducens DN. Gaillium, Ern. Cothm. *consil.* 5. *num.* 32. 2

Limitatur, vt fallat in caussa † necessitatis: eo enim casu forma requisita per æquipollẽs adimpletur. *post Bald. & Rom. nominatim Peck. de testam. coniug. cap. 5. sub num. 4. vers. quamuis enim id. lib. 3. Asin. d. §. 3. cap. 37. num. 1. & post Brun. Alex. Ias. & alios Viu. d. decis. 334. num. 11.* subditque ita in Regia Audient. Barensi IVDICATVM fuisse. & admittit post alios a se citatos Ioan. Petr. Surd. *Mant. decis. 268. num. 18. Alex. Raud. tract. analog. cap. 38. sub num. 82. ex Decio firmat.* 3

Limitationes plures statuit † Asin. *d. §. 3. cap. 40. 41. 42. 43. 47. Viuius d. decis. 374. num. 12. 13. 14. Alex. Raud. tract. de analog. cap. 38. num. 80. 81. 82. Lud. Schrad. tract. feud. par. 10. sect. 20. num. 340. Tib. Decian. respons. 48. num. 13. vol. 4.* quo studiosum pro me remissum velim. 4

ARGVMENTVM.

Pacis publicæ turbationem S. Camerali iudicio coerceri: & quæ libelli supplicis super Constitutione fractæ pacis concipiendi requisita sint?

SVMMARIA.

1 *Pax publica ne turbetur, Domini terrarũ iudicesq; prouidere debent.*
2 *Pacis publica fracta cognitio atque coërcitio ad S. Imp. Cameram spectat.*
3 *Pacis publica ex Cõstitutione formãdi libel-*

li requisita quæ sint, remissiones dantur.
4 *Qualitas incusatæ fractionis publicæ pacu nisi probetur, absoluitur conuentus.*

CONCLVS. III.

ONVENIENS est te prouidere, vt nulli populi alterutris seditiones faciant, sed omnē
1 † pacem esse Dei ciuitatib⁹, dum æquitas etiam hinc nostris subiectis seruatur, & neque lucri, neque passionis alicuius caussa ad aliquam partium declinatur, inquit Imp. Iustinianus *in §. deinde. Auth. de mandat. Princip.* quo spectat Pacis Publicæ Imp. obseruatio.

Cognitionē fractæ pacis publicæ co-
2 ercitionemq; ad S. Cam. Iudicium † spectare text. est *in Ord Cam part. 2. tit. 9.* vbi Commētatores, quorū hodie multi apparent, extensionibus & declarationib⁹ ornare insudarunt. *Mynsing obs. 58. cen. 5. Pet. Frid. tract. de proces. extrah. lib. 1 cap. 22.* Nos vero vnam, & Dn. Gaillii sententiæ haud conueniētem, declarationem sub seq. Consid. retulimus.

Formandi supplicis libelli ex Consti-
3 tutione Pacis publicæ requisita quæ † sint, prodidit etiā Mynsing. *cent. 2. obs. 29. Pet. Frid tract de extrah. process. lib. 1. cap. 23. Comment. incerti Auctoris in d. tit. 9. Ord. per Magnh publica us* Videatur autem omnino Recess. Imp. Ratisp. An. 1594. vbi, quod pro forma essentiali nō requiratur, dolum disertis verbis narrari, sed quod ex narratis colligi possit, sufficiat. Pulcre Dn. Reusn. *dec. 17. n. 20 21 22. lib. 4.* adeatur videndus Dn. Denays. *in Synops. iur. Cam. ti de mand sup. pace publica lit. M.* Ad quos omnes itidem, sicuti præc. Cōclus. fit remissio. Accedat his Dn. Nicol. Reusn. *d. decis. 17. per tot. l b 4.* vbi requisita huius Constitutiōnis examinat, quæ singula hic commentando prosequi nostri non est instituti.

Qualitas requisita ex Constitutione
4 si nōn probata esset, † absoluitur cōuentus. In propriis etiā hisce terminis Mynsing. *obs. 40. cent. 1.* vbi quod sic IVDICATVM in Camera sit. Et eo casu ad ordinarium caussa remittitur. *Recess. Imp. Anno 1594.*

ARGVMENTVM.

Coram inferiore ordinario iudice etiā super fracta pace publica accusationem recte institui.

SVMMARIA.

1 *Pacis publicæ caussam S. Cameram habere duntaxat iudicem secundū Dn. Gailliū.*
2 *Immo & quod Ordinarius inferior magistratus iudex sit etiam competens, grauissimi contendunt aduersus Gaill. ICti. & confirmatur verius ex nouella Imperii lege, num. 4.*
3 *Adeo vt etiam coram Ordinario magistratu ad pœnam Banni poss t agi.*
5 *Pacis publicæ ex Constitutione vbi criminaliter in Camera lis cœpta esset, coram ordinario magistratu super spoliis & damno ciuiliter agi non potest.*
6 *Criminaliter coram vno iudice ventilata caussa, postea ab eodem accusatore in alio iudicio ciuiliter intentari leges non permittunt.*

CONSIDERATIO I.

AD Ordinarium mediatū cognitionem coercitioneq; fractæ pacis publicæ ex Constitutione Imp. desuper lata non † spectare, videtur Dn. Gaill. asserere *obs. 1. num 2. obs. 3. num. 1.* expressim vero *11 de pace publ. cap. 11. num. 3.* 1

Contrarium aduersus hanc Dn. Gaillii sententiam ex ipsis Imperii Constitutionib⁹, Cameræ Ord. nec non auctoritatibus Mod. Pist. (*cons. 39. vol. 1.*) & Vigelii (*in Const Caroli V. c. 6 tt. 2 de vi publica. reg. 11.*) decidēdo † adseuerauit Dn. Ni- 2
col. Reusn. *sing. decis. 18 per tot. lib. 4.* & in puncto Cōstitutionis super Pacificæ Religionis fractione consuluit idem Ioach. Mynsing. *resp. 4 num. 13. decad. 13.*

Et quidem Dn. Reusn. pulcre enarrat coram ordinario † mediato ex Con- 3
stitutione fractæ pacis, & ad pœnam Bāni recte agi.

Accedit in confirmationē contrariæ huius sententiæ, adeoq; decisionem, Recess. Deput. Anno 1600. §. Es wirdt nit weniger / ibi. Vnd darauff so verordnen † 4
wir / das dieses als den magistratibus proximo

xime immediatis, in deme nicht vorzugreiffen/oder zu derselben Nachtheil etwas zu erkeñen. Sintemal sie mehr in der nähe gesessen / auch wol etwas schleuniger den Betrangten die Rechtliche Gebür widerfahren lassen/vnd die hülffliche Handt bieten können. Vnd solches vermutlich nicht verziehen oder abschlagen werden / noch sollen.

In Camera vero vbi ex Constit. de pa-
5 ce publica lis † criminaliter cœpta esset, coram ordinario mediato postea ciuiliter † super spolio & damnis agi non posset. *Mynsing. obseruat. 97. cent. 1.* vbi refert ita in Camera IVDICATVM exstitisse. In quam sententiam concurrit etiam Gail. *1. obs. 32. nu. 11.* quemadmodum nec alias
6 eadem caussa coram vno iudice † criminaliter cœpta, ab eodẽ corã alio post ciuiliter intẽtari potest. *Fideius. Viu. Franc. Neapolit. decis. 136. nu. 7.* testatum faciens ita in Regia Aud. Barens. DECISVM exstitisse.

ARGVMENTVM.

Mandatum de non offendendo sine clausula in Camera decerni, publicæ tranquillitati offensio timenda vbi nocumento esset futura.

SVMMARIA.

1 *Periculum vbi est in mora, a præcepto iudex recte incipit.*

2 *Mandatum de non offendendo ad instantiam partis decernitur.*

3 *Satisdationem de non offendendo ob timorem periculi iudex iniungit.*

4 *Mandata de non offendendo, non modo pro rerum possessionumque, quam personarum securitate decerni possunt.*

5 *Mandata sine clausula in S. Camera regulariter non decernuntur.*

6 *Fallit super factis, quæ de iure & consuetudine prohibita sunt, & nominatim pacifragii.*

7 *Mandatum de non offendendo in Camera decernitur, quãuis omnes fractæ pacis qualitates non narrasset supplicans.*

8 *Mandatum de non offendendo petens, iustam timoris caussam probare debet.*

9 *Sufficit tamen in Camera vtcumque timoris caussas probari, nec requiritur quod singulæ pacis publicæ qualitates doceantur.*

10 *Offensionis periculum qui probetur, remissiue.*

CONCLVS. IV.



OBVIANDIS præueniendisque publicæ pacis perturbationibus præsentaneum iura prodidere remediũ, de quo in præcedentiarum, inhibendi futuras offensiones. Nam, quum & alias, vbi periculum est in mora, † a præcepto incoari potest. *ad not. Vincent. Carot. decis. cas. 19. nu. 97. & dicemus in seqq. Conclus. proximis.* 1
Sic etiam hic instans timendæ offensionis periculum mandati de nõ offendendo decernendi caussam præbet. Est igitur conclusio iuris optima, mandatum de non † offendendo ad petitionẽ partis decernendum esse, *per not. DN. Gail. num. 2.* Et post Bartol. Cynum aliosque 2
Francis. Viu. *Neap. decis. 341. nu. 1.* firmat, iudicem cogere vtique † posse satisdare de non offendendo, atque in Regia Audientia Apuliæ sic PROVISVM exsecutumque fuisse, testatum facit. (Quin etiam ex officio iudex partibus præstationem cautionis huius de non offendendo iniungere possit vrgente caussa, *lex illicitas. de off. præsid.* argumento est, de quo alibi.) 3

Ampliatur, vt non modo mandato hoc offensio in rebus, possessionibus, &c. verumetiam in † persona, seu corporis salute timẽda, inhiberi possit, imo debeat. Nã si datur securitas pro rebus, fortiori ratione pro personis, quæ sunt quibuscunque rebus præferendæ. Ita nuncupatim in terminis Masuer. *in prax. rub. de assecuramento est tit. 12. nu. 2.* 4

Ampliatur secũdo, vt quamuis mandata regulariter (*ex ord. tit. 23. part. 2.*) sine clausula † iustificatoria non decernantur, attamen cum periculum pacifragij instaret, † decerni, *ad text. dict. tit. 23. DN. Gaill. num. 2. & de pac. pub. 1. c. 5. sub num. 10. retuli item. inf. conclus. 13.* vbi ex noua lege contrarium recitatur, nimirum non sine, sed cum clausula decernendum. 5 6

Subampliatur, adhuc mandatum de non offendendo in Camera decerni, licet non omnes fractæ pacis † publicæ qualitates in libello supplici expressæ essent, modo pacifragij periculũ vtcumque probetur, vel de eo constet. *ex Recess. Imp. Ann. 1594. refert Denzyss. in Synopsi. Iur. Cam. §. mand. de non offendendo.*

Declaratur iam Conclusio, vt mox in considerat.

ARGVMENTVM.

Mandatum de non offendendo vt decernatur, quæ considerentur requisita.

CONSIDERATIO I.

DEclaratur præsens conclusio, vt demum obtineat, quando mandatum
8 de non molestando petens iustam † timoris caussam (ex arbitrio iudicis pensandam. *Menoch. de arb. iud. cas. 140. nu. 4.*) probasset: ad nuda enim supplicantis narrata mandatum eiusmodi non decernitur. *Dn. Gaill. nu. 1.* Et confert ad terminos illa Doctorum recepta theorica, quod pro satisdatione de non molestando implorantis querelæ non deferatur, antequam de iusta timoris caussa edocuerit. *Mascard. tract. probat. conclus. 1370. num. 1. 2* vbi multos in id allegat, sequitur applicando in ipsissimis considerationis terminis Marcel. Cal. *tract. de mod. art. & proband. gloss. vn. §. 2. num. 1426.* & statuit Masuer. *in prax. rubr. de assecuramẽto, nu. 1.*

Subdeclaratur, quo ad Ord. Cam. Imp. vt sufficiat vtcumque probabiliter de timore instantis periculi seu offen-
9 sionis doceri, ita vt necesse † haud sit singulas Pacis publicæ qualitates narrari & probari. *ad not. sup. vers. subampliatur.*

Timor periculumque futuræ offensionis an iuramento, vel minus, probari
10 queat? † Mascard. *d. conclus. 1370. nu. 5. 6.* adducit, asseuerando timorem sane, quatenus in animo timentis consistit, iureiurãdo posse probari: siquidem vero de iusto timore, seu iusta timoris caussa probare necesse habeat cautionem de non molestando petens, illam qualitatem aliis modis docere debeat.

ARGVMENTVM.

S. Cameræ Imperialis Iurisdictionem ratione litigiosæ possessionis fundari.

SVMMARIA.

1 *Possidere vbi Imperio immediate subiecti contenderent, ob periculum armorum S. Cam. Imp. vni partium vel vtrique possessionem sequestrando inhibet.*

2 *Quod & de iure communi, vt superior inhibere hoc casu queat, procedit, & nu. 3. etiam lite pendente. ibid.*

4 *Possessio dubia vbi non esset, verus possessor erit manutenendus, tantum abest vt possessio vel inhibeatur, vel sequestretur.*

5 *Quamuis, periculum scandalumque armorum ab altera partium inferri, timeretur.*

CONCLVSIO V.

EX Ordinatione † Cam. Imp. 1
de Anno 1548. sub *tit. 21. §.* Ob euch in obberührtem artem §. II/ (qui §. iuri communi | conuenientissimus est, sicuti post 2
Gaillium & Mynsing. *obseruat. 96. cent. 2.* deducit Ioan Bauman. *tract. de sequest. ca. 10. nu. 4. Coler. de proces. exsecut. part. 1. cap. 2. nu. 111.*) adamantina conficitur conclusio, S. Camerã Imp. partibus super possessione hinc inde contẽdentibus, dum Imp. immediate subsint, inhibere posse, vt vel a possessione, vtraque desistat, vel vna, atque proinde Cam. Imp. iurisdictionem fundari: de qua Ordinat. inter alios nouissime Baum. *d. c. 10. per tot. And. Clud. de iure sequest. ca. 5. cas. 2. nu. 13.* quamuis & ipsa Imper. Ordinatio in hoc satis plana sit.

Extenditur, vt etiã de iure communi in hoc summariissimi possessorii, seu litigiosæ possessionis † negotio, euitan- 3
di scandali caussa, seu ob moram imminentis periculi iudex superior, vel alteri partium, vel vtriq;, inhibere, possessionemque sequestrare possit, prout sibi iuris esse videbitur. *ad not. per relatos DD. & tradit Lancellot. tract. attentat. part. 2. cap. 20. in præfat. nu. 44. & seqq. & iterum cap. 20. ampliat.*

amplia.per tot Fulu.Pacian.tract.de prob.c.56. num.25.26.& seq.lib.1. Subextenditur, vt etiam lite pendēte eiusmodi sequestratio, seu possessionis auocatio euitandorum tollendorumque scandalorum caussa fiat. *Lancell.d.tract.ca.4.declarat.4. nu.45.monui idem infr.conclus.147.*

Declaratur conclusio, vt procedat,
4 quando † iudici, verus qui esset possessor, non constaret, secus contra. *ad not. Bend.tract.reuis.conclus.20.nu.134.& seqq.* vbi quod hoc casu, quādo possessio non esset dubia, Constitutio Imper. *de litig. possess.* locū haud sibi vindicet, post Dn. Gaillium induxit, Fulu. Pacian. tractat. *probat.c.56.sub num.27.lib.1.* Sed mādandum est aduersæ parti, ne possidentem turbet. *grauiter Wesemb.consi.48.num.21. & consi.48.num.35.Ferrar. Montan.libr.3. de iud.praexerc.cap.8. §.tertio.* vbi de possess.rei dubitatur. Et ita in facti terminis IVDICAVIT Rot. Bonon. ceu est apud Benintend. *decis.73.ante nu.16.*

Extenditur declaratio, vt adhuc ve-
5 rus possessor in possessione sit manutenendus, quamuis ab altera partium armorum periculum esset timendū. Wesenbec. *consi.7.sub num.7.verb. & cum dubium nullum fuerit de possessione. Bend. vbi sup. Fichard. consi.7.num.4.consi.17.num.3. vol.1.* & idem Fichard. *consi.81.num.6.* vbi in terminis huius Constitutionis Imp. litig. possess. agit. *vol.2.* & ex Ial. Rota Bon. Hippol. Brun. Castr. Achill. Person. & Curt. Sen. corroborat Borgnin. Caualcan. Fiuizan. *decis.27.num.45.par.1.* Cetera, quoad stylū Cameræ obseruanda, refert Dn. Denais. *in syn. iur. Camer. rub.possessio litigiosa.*

ARGVMENTVM.

Possessio sequestratione an amittatur.

SVMMARIA.

1 *Sequestratione iudiciali nō amittitur possessio.*

2 *Nec ea quidem sequestratione quæ in primi decreti locum surrogata est.*

3 *Sequestratio litigiosæ possessionis ex constit. Imp. præscripta possessionis amissionem non inducit.*

4 *Possessioni vtrum renuntiatum existimetur per partem voluntarie sequestrationi consentientē, ita vt sibi interdictum vti possidetis non competat aduersus eum, qui spolium in re sequestrata commisisset.*

5 *Sequestratione voluntaria extraiudiciali possessio an amittatur, remissiue.*

CONSIDERATIO I.

Sequestratione iudiciali, seu quæ me- 1
diāte iudicis officio fit, possessionem non † amitti, vera receptaque Doctorum est doctrina. *Menoch. firmat. de ret. possess. remed.3.num.88.Matth.Coler.proces. exsecut.part.1.cap.2.num.62.63.64.* vbi ex Panormit. Viu. & post Soarez. communem laudat esse opinionem, & hanc doctrinam idem recepit Coler. *part.3.cap. 11. numer.1.* vbi itidem ex Wesembecio communem dicit. Nouissimè post hæc scripta visus, And. Clud. *tract. de iure sequestrationis. cap.9.sub num.23.* plures huius sententiæ assectores congessit, & in praxi receptam esse opinionem asseuerat Alexand. Raud. *respons.24.num.1.& respons.27.nu.35.* vbi etiam multis auctoritatibus comprobat. *vol.1.*

Extenditur relata doctrina, vt nec possessio per sequestrum, quod in primi
decreti † locum surrogatur, amittatur, 2
nec etiam, quando ipsemet iudex possessionem apud se in sequestrum retineret, seu auocasset. *idem Menoch. ex Ioan. Fab. d.remed.3.num.90.*

Extenditur item, & magis præsentis conclusionis obiecto conuenientius est,
vt litigiosæ etiam possessionis † ex Con- 3
stitut. Imperij S. Camerali Iudicio competens sequestratio, (de qua sub hac cōclusione nobis tractatio est) omittendæ possessionis caussam non inducat. *Dn. Gaill.sub num.fin.* quem nominatim refert, & sequitur Baum. *de sequest.cap.11. num.6.* ita vt adhuc interdictum vti pos-
sidetis parti, a qua possessio in † seque- 4
strum data est, iure indulgeatur, ceu expressim arbitratus est Baum. *num.7.*

Ceterum, vtcumque licet in Augustiss. Imperiali iudicio Baumanni opinio reciperetur: illi tamen alias de iure

communi videntur refragari alij, sentientes possessionem sequestratam non remanere apud partes hinc inde super possessione contendentes, vt his detur interdictum vti possidetis. *Menochius post Aret. Coras. & Zas. diserte adseuerauit. d. remed. 3. num. 93.*

Accuratius considerans animaduertet, Menochium satis subdubie obscureque videri loquutum esse, quoniã non exprimat, an ex voluntate partium, an vero illis inuitis a iudice sequestratio ꝑcesserit. Imo Corasius citato a Menoch. *miscell. cap. 2. sub num. 15. lib. 3.* his verbis, *(nam si sequestratio sit voluntate partium, quia incertum sit quis possideat, vel quia vtraque pars nancisci possessionem desideret, concedi potest, ex sequestro volũtario possessionem transferri)* videtur, quod super possessione contendentes voluntarie sequestrationi consenserint, sententiæ suæ præsupposuisse. Quare extensioni relatæ, quæ de sequestratione inuitis his partibus per iudicem facta esse intelligitur, non conuenire casum hunc præsuppositi facti, magis dici poterat. Corasij meminit etiam Alex. Raud. *respons. 27. sub num. 34. vol. 1.*

Meæ quæ fert tenuitatis opinio, arbitrarer Dn. Gaillij sententiam esse quidem suo synceriore intellectu veram, Baumanni vero inductionem relatam, hoc casu apud me dubiam. Veram esse opinionem Gaillij censeo, siquidem iudicialis, mediante scilicet iustitia inuitis partibus, facta sequestratio possessionẽ non adimit. *iuxta superius in princip. notat.* Qui enim cẽseretur eiusmodi possessionem summariissimi possessoris iudicio subsistente perdidisse ex sequestro partem, quum ex hoc vno, in possessione, scilicet, vtra contendentium pars sit, iudicium hocce subsistat? Atq; ita possessio quidem apud vtramq; partem in solidum iuris quadam æquabili ex limpidissimo iustitiæ, vt quæ alterum non sinit lædi, tantum abest quod ipsa lædat, fonte manante compatientia, ne iniuste alteri adimatur, alteri concedatur controuersa possessio, possessionisque commentum esse quasi fingitur, tantisperdũ quid super possessionis momentariæ controuersia statuendum prouidendumque sit, iudex decernat. Inde vero mihi haud colligi posse videtur, q; vi istius possessionis interdictum seu remedium vti possidetis, alteri partiũ aduersus turbantem apud sequestrẽ commendatam a iudice possessionem, dari conueniat: quin potius existimauerim, sequestrem, vbi a tertio sibi in re sequestrata molestia inferretur, neque interdictum vti possidetis vel aliud retinendæ remedium hoc casu proponere posse: sed iudicẽ, a quo sequestratæ rei possessio sibi demandata commendataque est, adire debere, molestantem vt cohibeat, possessionemque tueatur: quo casu iudex tertio, vt vel interueniendo ius suum deducat (*ad not. conclus. 70. considerat. 1.*) deferre, vel prorsus a molestatione desistat mandatis aliisque mediis iniungere posset. Alias forte in labyrinthos inextricabiles, si euentuum futurorum adita aperire studuerimus videbimus nos implicitos. Sed in præsentiarum de his satis, ne excepto nostro renuntiasse existimemur, & pro nunc cogitandum relinquo.

Plures quidem solent in considerationem rapi amittendæ ex facta sequestratione possessionis casus: verũ siquidem nostros terminos proprie nõ attingant, nos hic congerere importunum erat: videantur relati Doctores citatis in locis. Ex sequestro voluntario vtrũ possessio amittatur huius non est examinare loci, pulcre ex modernioribus disputat † And. Clud. *tracta. de iure sequestrat. cap. 9. per dissensum.* 5

ARGVMENTVM.

Citatio an requiratur in iudicio litigiosæ possessionis.

SVMMARIA.

1 *Citatio in iudicio litigiosæ possessionis requiritur, antequã vel inhibitio vel sequestratio decernatur, vbi mora non crearet periculum.*

2 *Si contra, inhibitio & sequestratio decernitur.*

2 Apræ-

3 *A praecepto iudex incipere potest, vbi periculum in mora esset.*
4 *Testes parte non citata recipiuntur in mora, vbi esset periculum.*
5 *Citationis defectum non sustineri excusarique ex sola iudicis inhibentis vel sequestrantis assertione.*

CONCLVSIO VI.

QVI super litigiosa possessione procedendi modus in Cam. Imp. seruetur, luculenter Dn. Gaill. tradit, & post Bauman. *de seq. cap. 10.* nec non Pet. Frid. *de process. extrah. libr. 1. cap. 43. 44. 45.* & alij nouiores: quia vero animaduerterim, Pragmaticos iis simpliciter per omnia non assentiri, nec non alios casus sub hac Conclusione in necessariã considerationem venire, in vicem conclusionis praemittam de citatione, an, scilicet, & quando in processu litigiosae possessionis requiratur.

Citatio, an in hoc litigiosae possessionis iudicio, priusquam vel inhibeatur, vel sequestretur, requiratur, quaestionis
1 est. Et si mora † nõ crearet scãdalum, vel armorum non subesset periculum, vtique conclusiue videtur requiri. *Menochius, de retin. possess. rem. vltim. num. 31.* Inhibitio enim & sequestratio antequã decernatur, partis citationem adeoque cognitionem praecessisse exigitur, *post Aret. Alexand. Grauat. & Lancellot. respondit Ioan. Petr. Surd. consil. 16. num. 42. & consil. 424. num. 41.* vbi plures congessit auctoritates. *Ioan. Vincentius Honded. consil. 27. numer. 22. volum. 2. & concedit Borgn. Caualc. Finiz. decis. 28. numer. 25. part. 3. Tib. Decian. respon. 37. volum. 3.* In terminis etiam respondit Wesembecius. *consil. 48. num. 36. & idem Wesenbec. consi. 7. sub numer. 7.* vbi per discursum late. *Alexand. Randens. de analog. cap. 39. numer. 126. noue Bauman. de sequestrat. cap. 5. num. 2. & quasi per tot.*

2 Secus si metuendum esset, ne † ex mora scandalum oriatur, vel partes ad arma veniant. *Menochius. d. rem. vltim. eodemque num. sub fin.* & vltra eum sic in specie obseruauit Caes. Vrsil. *ad decis. Afflict. 351. sub num. 5. vers. nisi intelligas lector. Anton. Gabr. Roman. libr. senten. 2. tit. de cit. conclus. 1. nu. 85.*

Quemadmodum & alias, vbi periculum est in † mora, iudex a praecepto incipere potest. *ex Marsil. & Caualcano nominatim Vincent. Caroc. decis. cas. 19. num. 97.* & constat, testes etiam recipi posse, parte non citata, quando in mora esset † periculum. *Mascardus de probat. conclus. 692. num. 41. nouissime Prosper. Farinac. in excultissimo suo tract. de testibus quaest. 72. num. 36.* & alibi disserui de hoc latius. Et libellum hoc casu seu in hoc litigiosae possessionis iudicio, non requiri Afin. probat *in prax. §. 4. vers. 15.* 3 4

Declarantur praedicta, vt omissae citationis & cognitionis defectus ratione imminentis † scandali non excusetur, ex sola iudicis assertione, quod nimirum scandalum subfuerit. *post Marsil. Menoch. & Paris. consuluit Tib. Decian. respons. 37. sub num. 73.* vbi etiam post Ang. Curt. Senior. Gozad. pluresque alios communem esse & veram adseuerauit. Luculentius declarationem hanc comprobando exornauit Matth. Wesenb. *consi. 48. num. 33. & 56. cum seqq.* 5

Extenditur haecce declaratio, vt ne quidẽ Principi hoc casu credatur, quod nimirum scandalum subfuerit. *Menoch. d. loco.*

Contrarium huiusce extensionis adnititur inducere Baum. *de seqq. cap. 8. nu. 18. & seqq.*

ARGVMENTA.

I Publicatio attestationum, an in summariissimi possessorii iudicio fiat.

II. Testium repulsa seu obiectus an detur in iudicio possessorii summariissimi.

SVMMARIA.

1 *Publicatio attestationum non conceditur in summariissimo.*
2 *Testium repulsa denegatur in iudicio summariissimo.*
3 *Declaratur primo, vt non procedat quando exciperetur de inhabilitate testium,*

quæ partis voluntate haud tolli posset, vt quia hæreticus excommunicatus.

4 *Declaratur secundo, vt non procedat, sed repulsa concedatur, quando defectus ex ipsis actis probari possent.*

5 *Declaratur tertio, vt repulsa concedatur, quando alias irreparabile inferretur excipienti damnum.*

6 *Declaratur quarto, quando iudex cognosceret vere pro caussa tuitione repulsam fieri.*

CONSIDERATIO I.

1 ATtestationũ in hoc possessorij summarißimi iudicio † nullã fieri publicationem, scribit Dn. Gaill. *nu. 4.* cui consonat post Did. Couarr. Menoch. *de retinen. poss. rem. vlt. num. 40.* Gaillium etiam pro hac sententia refert Alexand. Raudens. *respons. 39. num. 91. vol. 2.*

2 Proindeq; † nec testium repulsam in his possessoriis summariis concedi, sicuti ex mente etiam Gaillii esse videtur, & expresse post Capicium, (qui *Neap. decis. 55. ad fin.* testatur ita in Reg. Consil. IVDICATVM esse) quem refert, sentit Vrsill. *in annotat. ad Afflict. decis. 351. sub nu. 1.* nec ab ea recedit Menoch. *de ret. posses. rem. vlt. num. 41.* & noue Prosp. Farin. *in tract. de testib. lib. 2. tit. 6. q. 62. limit. 9. num. 195.* & ex Rom. Orian. & Didac. comprobat Ant. Peregrin. *tract. de fideicom. art. 46. sub num. 34.* idem scribit Borgn. Caualc Fiuiz. *decis. 19. num. 4. part. 1. Lud. Schrad. de feud. 2. part. 9. part. princip. sect. 13. num. 56.*

Verum animaduertendum, hanc D. Gaillii ceterorumque traditionem non esse vsquequaque veram. Nam Hieronymus a Lauren. Auinion. *decis. 137. numer. 3.* dicit eam fallere, quando ageretur de testium 3 † inhabilitate, quæ partis voluntate tolli non potest, vt quia testis esset Iudæus, hæreticus, excommunicatus, vel similis (vt inquit) maculæ: admittit autem eandem traditionẽ, quando obiectus seu repulsa resideret in domesticitate, consanguinitate, & similib. Cothm. autem. *consi. 20. nu. 19.* in specie contendit, traditionem illam Gaillii in reprobatione de nouo demonstranda procedere, & veram e se, vt examinatorum testium fidem ex personarum 4 † vilitate, & dictorum fal i tate, contrarietate, &c. quatenus ipsa iam tum confecta acte contineret, nihilominus repulsam admittere.

Et sane Cæsar Contardus possessorij commẽtator, admittit eiusmodi repulsam in sumariis, quãdo inferretur 5 † alias damnum irreparabile. *ita Cõtard. in l. diffamari. cap. 4. num. 8. C. de ingen. & manumis.* Quinimo idẽ sentit Myns. *in ca. veniens. nu. 11. de test. & attest.* vbi declarat dictum Panormitani, quod in summaria cognitione non admittatur testium reprobatio, nec personarum, nec dictorum contemplatione. Quod (inquit Mynsing.) intelligendum est, vt obtineat, vbi præiudicium est reparabile, secus si non esset reparabile: cum in caussa de sui natura summaria nõ tollantur defensiones. Menoch. etiam *de arbit. iud. quæst. 32. nu. 8.* diserte auctoritate Zuchardi, statuit, in iudicio possessorio eiusmodi, vti in quo semiplena saltem requiratur (ceu seq. conclus. ostendimus) probatio, repulsationem testium admitti. Et licet haud nescius sim, distare iudicium summarium, summarie scilicet tractandum, a iudicio possessorij momentanei, vt ita forsitan nõ recte de vno ad aliud inferatur, nihilominus, vbi expenderimus rationem, quare in caussis summarie tractandis repulsa concedatur, nimirum ne defensio, quæ maxima sui ex parte in repulsandis testibus vertitur. *Francis. Viu. Neapol. decis. 380. num. 24. & seq.* subtrahatur. *ad Bart. in constit. ad reprimendum, vers. sine figura. num. 15. vers. non possunt impugnari testes. Abbat. in c. veniens. illius princip. 2. extr. de testibus nuperrime relatos per Marcell. Cal. tract. de modo art. & prob. §. 1. gloss. 3. sub num. 37.* Sane eandem & in nostris terminis stringere, non video, qui negari possit.

Nec non Cæsar Vrsillus *in add. Afflict. decis. 351. sub num. 2.* aperte scribit, repulsam seu obiectus testium in summarissimo concedendos, quando iudex † cognosceret, eos non per calumniam, sed pro tuitione caussæ fieri. 6

ARGV-

ARGVMENTVM.

Possessorii summariissimi in iudicio, an etiam admittatur probatio per instrumenta.

SVMMARIA.

1 *Testibus vbi probatio possessionis in summariissimo fieri non potest, admittuntur etiam per instrumenta probationes, Declaratur, num. 2.*

3 *Instrumentis induci probationem efficacius quam testibus, in summariissimo.*

4 *Articuli in summariissimo, qui recipiantur, remissiue.*

5 *Probationes in summariissimo vbi neutra pars fecisset, vel etiam vtriusque essent pares, iudicis, quæ sint partes, remissiue.*

CONSIDERATIO II.

1 DE Probatione viuaci (vulgo Lebendige Kunden) duntaxat verba fecit Gaill. Sed quid vbi testib. possessio probari non posset, anne per instrumenta hęcce possessio firmari valeret? Nō† dubito. *ad notata Anton. Capic. Neapoli. decis. 55. sub num. 1.* Ita etiam IVDICATVM Fiuizani, iudice & teste Borgnin. Caualcan. *Fiuiz. decis. 23. sub num. 110. vers. & ita iudicaui, ibi. per instrumenta. part. 2.* hocque præiudicium Rota Roman. teste eodem Caualc. CONFIRMAVIT. Sic & IVDICATVM esse per Senatum Pedemontanum, scribit Anto. Thesaurus *Pedem. decis. 206. ad fin.* vbi tamen ipse
2 dicit hoc procedere, † quādo partes essent (de quo mox sub Coronide) in probatione possessionis pares.

3 Imo & instrumenta † in summariissimo iudicio potius probationem inducere, quam testibus, in terminis post Rebuffum, quem citat, respondit noue Cothman. *consi. 20. num. 25.* Quod absolute non reciperem.

CORONIS REMISSORIA.

Qualiter super probatione in admit-
4 tendis, vel reiiciendis † articulis in hoc iudicio & a partibus, & a iudice caute agatur, videndus omnino Borgnin. Caualcan. *Fiuiz. decis. 23. numer. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 1100.* vbi pulcre & extense docet. *part. secunda*, adde eundem Caualcanum. *decis. 19. numer. quinto, part. prima, Francisc. Milanens. Regn. Sicil. decis. 3. per tot. libr. primum.* Sed hic vtilis se offert indagatio, quæ iudicis sint partes, † si in hoc 5
iudicio summariissimo contendentes, hæ partes, vel nihil probauerint, vel vtriusque probationes sint æquales? Huius meminit Boer. *Burdeg. decis. 239. per tot.* sed eiusdem indagationis expeditam resolutionem nobis præstitit Iacobus Menochius *in commentar. de retin. possess. rem. 3. numer. 739. ad numer. vsque 780.* & noue in compendium contrahendo Thesaur. Pedemontan. *decis. 206.* & contulit paucula Anton. de Gam. *Lusitan. decis. 54.* Et licet hi Doctores videantur in possessorio plenario versare, eædem tamen & in summariissimo militant rationes.

ARGVMENTA.

I. Probationes plenas requiri in possessorio plenario.

II. Probationes semiplenas in possessorio summariissimo sufficere.

SVMMARIA.

1 *Possessorium iudicium duplex: summarium, aut plenarium.*

2 *In summario iudex aut imploratus, aut ex nobili officio se interponit.*

3 *Summarium, idem summariissimum & momentaneum quodnam dicatur.*

4 *Momentaria possessio. item momentum quid, remissiue.*

5 *Plenariū possessorium plenas requirit probationes.*

6 *In summario semiplenæ sufficiunt.*

7 *Per testem vnicum.*

8 *Quem tamen omni exceptione maiorem esse probabit producens.*

9 *Neque sufficit semiplena probatio, vbi contra apparent indicia.*

CONCLVSIO VII.

1 POssessorium iudicium duobus modis tractari solere, summarie † (alias momentanee) & plenarie: (alias ordinarie.) Summarie cum de possessione tractatur, iudicium dici vere possessorium momentaneum, (alias vulgo summariissimum, ex Neuizano & Alciato, nouissime Fab. de Anna *consult. 20. num. 28. vbi numer. 29.* refert Hispanos hoc possessorium summariissimum dicere Interim. *vide Menochium, libro quinto, consil. 448. numer. 17. Didacum libro Practicarum quæstionum, capit. 17. iterum Menochium tractat. de retinenda possess. remed. vltim. num. 6. & 11. pagin. 288. eundem in tracta. de retin. possess. numer. 11. & sequent. pag. 300.* & *numer. 30.* Gallos, casum nouitatis, Germanis (ceu Andr. Fachin. nuper scripsit, *libr. controuers. 8. cap. 15: in prin.* protrisionale decretũ. Quando vero plenarie tractaret possessorium, dici Plenarium.

Possessorium illud momentaneum,
2 aut implorato † iudicis officio, (& hoc casu retinendæ possessionis remedium magis proprie dici puto) aut absque vlla imploratione, cum iudex ratione officii partes suas interponit, agitatur. *adnotat. Menoch. in prælud. recup. possess. num. 24. inde, & de retinend. possess. rem. vltim.* qui omnino vidẽdus erit. Docte enim vtriusque casus suo cum necessario apparatu enucleat. Videndus & Aluar. Valascus *Lusit. rerum iudic. consult. 79. per tot.* vbi *sub nu. 17.* diserte scribit, hoc nostrum summariissimum possess. idem, eiusdemque in praxi effectus esse, quod Lusitanis Auxilium chartæ tuitiuæ Regalis, dicitur. *Andr. Fachin. libro controuers. iur. 8. cap. 15.* vbi distinctionem hãc pragmaticorum in possessorium Summarium, & summariissimum reiicientem Sarmientam refert: ipse tamen monet sine distinctione, vt quę iuris, rationi magnopere conueniat adhærendum esse.

Summarium (quod summariissimum & momentaneum diximus) Possessorium (*inquit Iosephus Ludouicus Perus. decis.
20. num. 2. part. 1.*) est illud, † quod tam- 3
quam vacans ab vtraque partium apprehendendi festinatur, alter alterum impediendo, perturbãdo & inquietando, cum vnus ante alterum, & quisque eorum dictam possessionem vtique vacantem apprehẽdere intendit, vt quando vetus possessor rei mortuus est, & vterq; eorum defuncti possessoris heredẽ si esse prætẽdit, & dictæ rei possessionem ingredi properat, & nemo eorum vult offerre libellum, & in d. iudicio se actorem constituere, & propterea timor est, ne quandoque ensis pro libello offeratur. Vel quando possessio non vacaret, sed nihilominus vterque eorum se in possessione esse prætenderet, & se ad inuicem inquietarent, alter alterum in dicta possessione perturbando, cum nemo eorum reus, sed vterque se actorem esse profiteretur, & propterea timor esse profiteretur, & propterea timor esset, ne ad arma venirent. Et tunc iudex, vel ad partes petitionẽ, vel ex officio, summarias recipit informationes, absq; vllo penitus libello, & partis citatione seu petitione, & absque vlla litis contestatione, sed summariissime se informabit, & prouidebit, vt rixa & scandala sedentur.

De explicatione & interpretatione 4
momentariæ possessionis, † item momenti, nihil hic dicendum duxi, disseruit ex modernioribus de eo nuper Dn. Vulteius, *in comment. ad l. vn. C. vbi de possess. agi oporteat.* Vide item [redacted], quem vulgus Caballinum vocat, *in nouo analytico intellectu. leg. si partem, si seruitus amittatur. l. corruptione. C. de vsufructu nuper Lugduni impresso. pag. 333. numer. 27.* vbi de obligatione momentanea agit. De dictione item momẽtum, vide Franciscum Caldam Hispanum, *in celebri suo tractatu de Nominatione emphyteut. ord. lib. 4. nu. 62. §. 3. q. 16. passim.*

Conclusionis primũ membrũ erit, vt firme statuamus in omnib. iudiciis plenarij possess. plenas requiri † ꝓbationes, 5
Eiusmodi conclusionẽ multis in recensendis & perpendendis dd. auctoritatib.

vtriusq;

vtriusque stantibus, firmat Iosephus, Mascardus, *tractatu. de probationib. conclusio. 1198. sub numer. 10.* quo loci ostendit, conclusionem nostram esse veram, & magis communem. Et ad finem, *numeri 14.* Dominum Gailium in id nuncupatim citat, eandemque stabilit Cæsar. Vrsill. *ad Afflict. decis. 364. numer. 11.* & nuper superinductis rationibus, egregiis etiam auctoritatibus, Ancharani, Imol. Georgii Nattæ, Alexandri, Dec. Curt. Sen. Rip. Afflict. iterum Nattæ, Cagnol. Roland. Hieron. Gabrielii, Riminald. Iun. & Menoch. corroborat Anton. Peregrin. *tract. de fideicommiss. artic. 46. num. 32. vers. ideoque concludit.* vbi diserte vult, conclusionem eiusmodi indifferenter obtinere, siue ordinarie, siue summarie, (hoc est, vt ipse explicat, vbi dilationes essent abbreuiandæ, & exceptiones longiorem tractatum requirentes, in aliud tempus iudiciumque reiiciendæ) possessoria plenaria sint tractāda. Conclusionem item in specie probat Aluarottus Valascus Lusitanus *rerum iudic. consul. 51. sub num. 48. circa med. vers. cumque tam grauis reputetur caussa possessionis.* vbi & Pinellum *in lege secunda, part. 3. cap. vltim. num. 27.* in hanc descendere sentētiam scribit. noue conclusionem affirmantes, glossam, Butr. Odofredum, Cyn. Baldum, Ang. Salycet. Bartolum, Anch. Imol. Nat. Rip. Cagnol. Plot. Dec. Afflict. & Bennitend. citat Ioannes Vincentius Honded. *consult. 17. num. 7. volum. primo*, licet ipse vacillare videatur, ceu monui mox infra. Sed & communem esse opinionem, multis in confirmationem relatis auctoritatibus nuncupatim in terminis respondit Ioan. Petr. Surd. *consil. 73. num. 36. 37. 38.*

Dissentientium cateruam magnam congessit Menochius. *de recuperanda possess. rem. 15. numer. 410. 411. & sequent. & post Mascardum dicta conclus. 1198. numer. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.* sed vterque conclusionem relatam tuetur. Et quamuis vnus testis in hoc plenario possessorio non sufficiat, leuiores tamen probationes admitti concedere visus est Vincentius Honded. *consult. 17. numer. 75. volumine primo.*

Alterum subsequitur conclusionis 6 membrum minus cōtrouersum, in Possessorio † momentaneo seu summarissimo semiplenas probationes esse suffecturas. *Menochius de recuperand. possess. rem. 15. numer. 413.* & in hoc consentire Doctores protulit Anton. Peregrin. *de fideicommiss. artic. 46. num. 34.* & aliorum auctoritate concedit Ioannes Vincentius Honded. *consult. 17. numer. 7. volum. primo.* Subdens communiter, testantibus Alexand. Menochio, Contardo & Riminaldo iun. esse receptam illam distinctionem, quod in possessoriis non plenariis vnus † testis probet: in plena- 7 riis vero non, sed plena requiratur probatio. Et quod in momentaneo possessorio vnus saltem testis probet, admittit etiam Prosper. Farinacius. *de testibus. quæstio. 63. capit. primo, numer. 33.* nec ab hac sententia omnium nouissime recedit Vincentius Carot. *in singul. decis. casu 126. numer. 21.* Sed quæ dicatur in hac hypothesi semiplena probatio, huius loci non est discutere. Testem tamen omni exceptione maiorem, † vbi testis 8 dicto probatio possessionis in momentaneo iudicio velit a parte induci, requiri, dixit post alios Farinacius. *de test. quæstio. 63. capit. primo, num. 34.* Et quidem hanc integritatis probationem facere producentem teneri, respondit Ioannes Petrus Surdus. *consil. 73. numer. 39.* multos Doctores in hoc citans, de quo, quatenus, scilicet, qualitas sit articulanda & probanda, nouissime notat Vincentius Carot. *dicto casu. 126. numer. vndecimo.*

Nec tamen vnius testis dictum, vel alia semiplena probatio in possessorio sufficeret, vbi contra † apparerent ali- 9 qua indicia. *Mascardus, de probatio. in proœm. quæstio. quinta, sub numer. 119. vers. verum istud.*

ARGVMENTVM.

Possessionem momentaneā non semper esse parui præiudicii.

SVMMARIA.

1 *Sententia super momentaneo possessorio lata, an sit interlocutoria, vel diffinitiua.*

2 *Contrarias hac de re opiniones distinctione adhibita conciliat auctor.*

3 *Interlocutoria sententia largo modo sumta quoad sui effectum, diffinitiua etiam dicitur sententia.*

4 *Interlocutoria in iudicio momentanea, an sit parui præiudicii.*

5 *Possessorem esse est res maximi præiudicii.*

6 *Possessor præfertur cum ignoramus, quis sit primogenitus.*

7 *Possessori in dubio iura fauent.*

8 *Possessorii caussa quandoque trahit caussam proprietatis.*

CONSIDERATIO I.

SENTENTIA in iudicio momentaneo, summariissimi possessorii, lata est mera (inquit Dominus Gaill. *nu. 6.*) puraq; interlocutoria, quandoquidem caussam possessoriam non ex toto definit: sed super ea adhuc diffinitiue pronuntiandum sit. Ita & Aluarottus Valascus *Lusitan. rerum iudic. consult. 79. sub num. 18. Borgnin. Caualcan. Finizan. decis. 23. ex ordine. 69. sub numer. 41. & iterum. numer. 106. part. secunda*, quod pluribus illustrat Menochius. *de retin. possess. rem. vltim. num. 46. 47.* (dicitur notanter in iudicio momentaneo summariissimi possessorii, non in caussis summariis. Nam vtrum sententia in his lata sit in-
1 terlocutoria † an verò diffinitiua, altercatio est, vtrinque stantibus opinionibus. *nunc Ferdinand. Vasquius. in recentibus illis nouissime editis illustr. quæstio. capit. 35. per tot.* vbi, quod diffinitiua sit, contendit.) Quinimo & sententiam in momentaneo iudicio latam, vere diffinitiuam esse, vt quia definiat rem seu possessionem controuersam, dixit Ioannes Vuames. *in capit. de appellationibus secundo. sub numero tertio. de appellationibus.*

Ceterum huius contrarietatis resolutio mihi videtur per quam facilis † con- 2
ciliatione ex effectu sententiæ in hoc iudicio latæ petita. Vt nimirum sit interlocutoria, quatenus possessoriū plenarium spectat: nam saltem, quid, donec de possessorio plenarie cognitum iudicatumque erit, statuendum sit, definit: Definitiua vero dicatur, quatenus scilicet, controuersiam hinc inde assertæ possessionis temporariæ definit, vni, vel alteri partium, vel incertis vtrisque possessionem adiudicando. Incognitum quippe haud est apud Prag-
maticos, quamlibet etiam † interlocu- 3
toriam dici posse diffinitiuam respectu controuersiæ seu articuli, quem definit, quemadmodum in simili respondendo resoluit ex glossa, & Bartolo Ioannes Petrus Surdus. *consil. 288. sub num. 22. ad finem.*

Item (idem Gaill.) parui præiudicij eiusmodi interlocutoriam esse, post alios autumat.

Sed quod parui † præiudicii sit asse- 4
rentib. expresse contradicit Cæsar. Vrsill. *in Additio. Afflict. Decis. 364. num. 12.* Possessionem (dicit) habere, seu possessorem † esse, non videtur res modici præiudicii, sed maximi, *L. is qui destinauit. ff. de rei vindicat.* & hoc de consil. Iurisconsulti. ibi. *qui sic docet, vulg. §. commodum. Instit. de interdict. quorum commoda multa, &c.* Sed latius Tiraquellus, *in libro de primogenit. quæstio. 17. in 11. opinio.* quod præferatur possessor, quādo ignoratur quis sit † primogenitus duorum. 5
Præterea interest nostra fungendo partibus conuenti, & possessoris, laboribus & expensis non vexari, maxime propter dubium euentum litis, &c. ex quo in dubio † fauetur de iure possessori, &c. & maxime, quia caussa possessorii † quandoque trahit caussam proprietatis. Et videmus etiam per experientiam, quæ est rerum magistra, nonnullos ductos diffidentia litis, postquam bona per possessorium deuenerunt ad aliquem aduersarium poten-
tem,

rem, qui vltra potentiam exercet lites, cum fructibus & commodis possessionis, debilitata ipsa parte, cogitur hic litem deserere: Propterea hanc opinionem ego semper amplecterer: quam sententiam hodie, qui est 4. Ianua. 1561. reperio approbatã a Ioan. Baptist. Ploto *in repetit. leg. si quando. C. vnde vi. num. 115.* qui alios eiusdem opinionis adducit: licet hæc procedere dicat in iudicio possessorio summariissimo, & non bene, cum militent eædem rationes. Hucusque Vrsill. Ab Vrsilli sententia non videtur alienus Ioan. Wames. *in capit. de appellat. 2. sub num. 3. vers. non ideo sane, quia parui momenti est possessio. de appellat.* Et quod in possessorio plenario eadẽ nonnunquam militent rationes, vidêre licet apud Marantam *in Specul. titul. de appellat. num. 312. versi. septimo, per illationem.* quem & referendo sequitur Dn. Mynsing. *obseru. 13. cent. 6. pulcre Osasc. Pedemontan. decis. 25. num. 5. 7.* videatur idem Marant. *tracta. de remed. possess. ad finem.* Caussam possessorii plenarii esse magni præiudicii, communiter, aduersus Marsil. in sing. 620. & alios ipsi adstipulãtes, receptum exstare adduxit Fulu. Pacian. *tract. probat. cap. 20. num. 83.* vbi multos ex recentioribus in auctoritatem citat, cui exornando, siquidem extra metas curreret, non insisto.

ARGVMENTVM.

Appellatio vtrum, quando & quatenus in possessorio summariissimo detur, viresque suas exserat.

SVMMARIA.

1 *In possessorio plenario an, quando & quatenus appellatio concedatur, remissiue.*

2 *In momentaneo, an præcise appellatio denegetur, nec ne, Doctores maxime variant.*

3 *Appellationem non admittendam concluditur etiam de iure canonico.*

4 *Appellationis duo sunt principaliores effectus, deuolutionis scilicet, & suspensionis.*

5 *Quidam ad effectum deuolutionis, non etiam suspensionis appellationem admittunt, idque præsertim de iure Canonico. & num. 7.*

6 *Communior est opinio, tam de iure Canonico, quam ciuili ad neutrum effectum admitti.*

8 *Grauamen per sententiam summariissimi illatum, si reparari nequeat, ad vtrumque effectum admittenda erit appellatio. & num. 11.*

9 *Quo casu etiam ab interlocutoria datur appellatio.*

10 *Idem obtinet si reparabile quidem sit grauamen, verum cum difficultate.*

12 *A reiectione probationum in momentaneo recipitur appellatio.*

13 *Reuisionis petitio seu recursus ad superiorem in momentaneo non denegatur.*

14 *Contrarium in summariissimo possessorio Bend. sentit.*

15 *De positionib. possessorium plenarium vel petitorium concernentibus, in momentaneo non admittendis, notabilis practica.*

CONSIDERATIO II.

IN possessorio plenario an, quando & quatenus † appellatio cõcedatur, non 1
inconcinne enodauit ex modernis Cacheranus *Pedemontana decis. 25. late per tot.* item concise explanauit Pet. Grego. Tholos. *de appellatio. libro secundo, capit. 5. Marc. Anton. de Amat. Prouinc. March. decis. 15. per tot. & decis. 88. per tot. Ioannes Vincentius Honded. decis. consult. 20. num. 3. inde. & idem Honded. consult. 22. numer. 10. in rationibus dubitandi, & in decidendi nu. 44. 45. 46. 47. volum. 2. Anton. Peregrin. de fideicommiss. artic. 46. num. 37. inde multis sequentibus ad finem vsque.* & exstant collectanea Brederod. *tract. appellat. part. 1. tit. 19. col. 260. §. in possessorio.*

Prosequiturque Ferdinandus Vasquius *in recent. illustr. quæstio. capit. 38. num. 1. inde libr. 2. Tib. Decian. respons. 45. volum. 1. & respons. 56. volum. 5. Andreas Fachin. controuers. libro primo. cap. 75. per tot.* Hic vero de possessorio summariissimo dicturi, nemo (vt opinor) qui vel mediocriter praxeos tractationem delibarit, nescius erit, quam contrarie & varie resoluatur illa quæstio, An in momenta-

neo possessorio, vulgo summariissimo,
2 appellationis beneficium præcise sit denegandum, nec ne?

Nobis constitutum sit, negatiuam facere conclusionem. Hanc a Domino Gaillio *num. septimo*, admissam multis etiam auctoritatibus confirmat in specie Menochi. *de retin. possess. rem. vltim. numer. 48.* (& *numer. 49.* ampliat, vt
3 etiam de iure † Canonico procedat. Sicuti vere procedit. *Ioannes Vincentius Honded. decis. consult. 20. numer. quarto, volum. 2.*) Eandem admittit Borgnin. Caualca. Fiuiz. *decis. 19. numero quarto, & in Repert. lit. A. vers. appellatio non datur in summariissimo*, vbi adhuc plures adsonantes addit. Sic & expresse sentit Aluarotus Valasc. Lusit. *rer. iudicat. consult. 79. numer. 18.* Accedunt alij multi a Vincent. Honded. *consult. 22. sub numer. 45. vers. & pro eo adduci etiam possunt, volum. secundo*, adducti. Et hanc conclusionem esse textui *l. vnic. Cod. si de moment. possess. fuer. app.* proximiorem ac amicam, scribit Fern. Vasquius, *in nouiss. illustrib. quæstio. capit. 40. numer. 1. libro secundo*, vbi, *& numer. 2.* diserte tradit, quod in possessorio retinendæ non detur appellatio. (Videatur ad hanc conclusionem Cornel. Brederod. *tracta. appellat. part. 1. cap. 19. verb. in momentanea possessione. col. 247.*)

Verum enimuero siquidem appella-
4 tionis duo † principaliores sint effectus, deuolutionis scilicet, & suspensionis, distinctionis libramentum erit admouendum. Et est sane intricatæ quæstionis,
5 vtrum saltem non admittatur † ad effectum suspensionis? Et ad hunc saltem effectum non admitti videtur velle Borgnin. Caualcan. Fiuizan. *decis. 19. numero quarto, & in Repertorio dict. versic. ibi. quoad effectum suspensiuum, parte prima*, & concedere videtur Vasquius, *dict. capit. 40. numero primo, & idem Vasquius eodem libro. capit. 38. numero quarto*, & infinitos pro hac sententia refert (licet dissentiat) Vincentius Honded. *consult. 22. numer. 10. volum. secundo*. Et quod appellatio in possessorio momentaneo ad effectum deuolutiuum, non vero suspensiuum indulgeatur, admittit etiam Ioannes Wames. *in capit. de appellatio. secundo, sub numero tertio, versic. interim hoc verum est, & a momento appellari posse. De appellat.*

Huic declarationi diserte contradicit, atque ita, quod neutiquam, ne quidem ad effectum † deuolutiuum appel- 6
pellatio concedenda sit, voluit, post Petrum Benintend. Menochius, *dict. rem. retin. possess. vltim. numer. 50.* & communem esse opinionem respondisse Decium scribit Ferdinandus Vasquius, in *recentib. illustrib. quæstio. capit. 38. numer. 5. libro secundo*. Et sane communem, imo communiorem esse hanc secūdam contrariam sententiam, auctoritate Cumani, Calcan. Rebuff. Pract. Pap. Boer. Imol. Aretin. Dec. Grat. Iasonis, Roland. a Vall. Luc. a Penn. Anto. Gabriel. Natt. Hieronym. Gabr. Anchar. moderni, Eugenii, Torret. Marci Peregr. & Contardi, probat eleganter Vincentius Honded. *consult. 22. sub numer. 45. vers. & in specie, quod appellationem prohibeat etiam ad effectū deuolutiuum.* Et idem Vincentius Honded. *numer. 46.* pulcre eneruat posteriorem hanc sententiam esse de iure veriorem. *volum. secundo.* Pro hac etiam contraria opinione, sine affectione, quod in momentaneo possessorio ad vtrumque effectum appellatio denegetur, stat Responsum secundum in caussa March. Brandenburgen. contra Rempublicam Norimberg. (die Kreiß berührende:) *num. mihi. 17. 18. Francofurti, Anno 1589.* cum aliis quatuor super eadem facti specie datis impressum. Imo communissimam hanc doctorum esse opinionem, vt non modo, quo ad effectum suspensiuum, sed etiam deuolutiuum, appellatio eiusmodi tam de iure Ciuili, quam Canonico, præcidatur, adstruit, & laudat Ioannes Ludouicus Bender / *de reuisio. conclus. 35. numero quadragesimo sexto.*

Verum, quod ad effectum retardandæ exsecutionis, non vero deuolutionis interdicta sit, in summariissimo appellatio de iure † Canonico, tenet au- 7
ctoritate Benintend. Iosephus Ludouicus *Perus. decis. 20. num. 11.* Et hanc videtur etiam admittere declarationem Borgn. Caualc.

ualc. *d. decis. 19. ibi. quo ad effectum suspensiuum.* Et, (quod cum omnium venia dictũ velim) idem Borgnin. Caualc. *Fiuiz. dec. 23. n. 114.* in hæc prorumpit verba. *Et multi* (inquit) *Baccalares in hoc decipiuntur, putantes non posse appellari a sententia possessorii summariissimi quo ad vtrumque effectum, etiam de iure Canonico.* Hæc Caualca. Hisce Caualcani verbis paulo infra declarationem adducere tentaui.

Ceterum vbi sententia illa in summariissimo lata grauamẽ inferret, quod per sententiam in ordinario possessorio re-
8 parari † haud posset, hæc appellatio vtique ad vtrumq; effectum, deuolutiuum simul & suspensiuũ esset admittenda recipiendaq;. Ita in terminis terminantib. consuluit Tiber. Dec. *resp. 67. n. 3. ibi. item dico quod præmissa non obstant,* quia text. *in d. l. 1. C. si de moment. poss.* procedit, quando postea per diffinitiuam grauatus habere posset reparamen, *vt ibi tradunt omnes per illum textum. ibi. possessionis reformationẽ adeo vt concludant omnes, quod si grauamen per sententiam super ordinario possessorio, vel super petitorio non poterit reparari, exsecutio omnino suspendatur, & per discursum tot. responsi. vol. 4.* Et hæc Deciani sententia cõfirmatur per ea, quæ *sup. concl. prac. consid. 2.* declarando diximus, quod testium repulsa non respuatur etiam in possessorio summariissimo, quando grauamen non posset reparari, nec etiam quando iudex vere cognoscit, non per calumniam repulsam adhiberi. Conferunt item, quæ scribit Ioan. Petr. Surd. *Mant. decis. 36. nu.*
9 *13.* vbi quod etiam ab interlocutoria † detur appellatio, quando grauamen reparari non posset. Et *n. 14.* ampliat, quod nisi ex toto grauamen illud reparari posset, adhuc appellatio cõcedenda sit. Sic & *nu. 15.* iterum ampliat, vt etiam appellatio ab interlocutoria recipiatur, quãdo reparari quidem grauamen posset,
10 sed tamen cum difficultate † de appellatione ab interlocutoria, *dixi infra hoc lib. Conclus. 129. & seq.*

Et hoc casu, vbi nempe grauamẽ per sententiã in iudicio summariissimi possessorij illatum, in possessorio plenario reparari non posset, quod tunc appellatio, vtrumq; effectum deuolutionis † & 11
suspensionis operetur, recipienda esset supra relata Caualcani inuectiua traditio, magis erit, quod diceremus.

Sed anne in possessorio summariissimo recipiatur appellatio, vbi alterius partium oblatæ probationes † super pos- 12
sessione reiicerentur? Et ita videtur. *per notata Ioan. Petr. Surd. Mant. decis. 36. præcipue num. 16. 17. 18.* & in decisionis discursu probat, quod etiam appellatio a reiectione probationum recipiatur, non obstante statuto appellationem prohibente. Et ita a Senatu IVDICATVM esse testatur.

Aduertendum pro huius Considerationis complemento, vt quamuis appellatio in hoc momentaneo iudicio (iuxta supra notata) nõ cõcederetur, recursum tamen ad superiorem † seu reuisionis pe- 13
titionem, non denegari. Ita firmat inducendo Menoch. *cons. 406. sub num. 29.* & late corroborat Aluar. Valasc. *Hispan. rer. iud. quæst. 51. n. 1.* Huius etiam memini *infra conclus. 135. Consid. fin. hoc lib.*

Non tamen deest dissentiẽs Io. Lud. Bend. *tract. Reuision. conclus. 25. n. 46. & seq.* vbi apertissime statuit, in iudicio summariissimi possessorij victo non † com- 14
petere reuisionis beneficium.

Vice coronidis velim nouitios practicos admonitos eorum, quæ grauiter post alios scribit Borgn. Caualc. *Fiuiz. decis. 23. nu. 107. & seq. p. 2.* nimirum vt, si pro cliente suo possessorium hoc summariissimũ intentauerint, non sinãt aduersarium † excedere fines & formam huius 15
iudicij, atq; ita nõ permittãt capitula, seu positiones possessorium plenarium, vel etiam petitorium concernentes producere: sed semper vsque ad finem iudicij huius possessorij de his non admittendis protestabũtur, alias si nõ essent protestati, eiusmodi capitula, positiones, examinatorumq; testiũ dicta pro possessorio plenario, vel petitorio valerent, & iudicium censeretur ordinarium, proinde & testium reprobatio, & appellatio concederetur. Videatur omnino Francisc. Milan. *Regn. Sicil. decis. 3. lib. 1. Surd. consil. 24. vol. 2.*

ARGVMENTVM.

Ex pignorationis Constitutione vt decernatur processus quæ obseruanda sint?

SVMMARIA.

1 *Processus vt decernantur ex Constit. Imp. de pignoratio. quæ necesse sit allegari requisita, remissiue.*

2 *Quæ noua imperii Lege de pignorationib. Constitutioni accesserint. remissiue.*

CONCLVS. VIII.

PRocessvs & mādata vt ex Constitutione pignorationis decernātur, quę necesse sint allegari † requisita, cū
1 non modo Dn. Gaill. sed etiam alij, inter modernos autem Pet. Frid. *de process. extrah. lib. 1. c. 34. 35. 36. 37.* pposuerint, & Pet. Denays. *in Synop. iur. Cam. rubr. Mādata super Cōstitutione pignorationum & captiuorū.* quid in hoc ex Imperij Recess. Visitat. Consult. Memorial. obseruandum sit, congesserit, hic insistendum non erat.

ARGVMENTVM.

Circa pignorationis Cōstitutionem, quæ nouella Imperii lege ordinata sint, remissiue?

CONSIDERATIO I.

MVltæ hactenus in puncto Constitutionis von Pfandungen/ & ex eadem decernendorū processuum ac mādatorum cum, vel sine clausula emanantium partim controuersæ, partim dubiæ
2 exstitere opiniones, quarū magna pars hodię nupera in id † promulgata Imperij Lege, Recess. Dep. An. 1600. §. Weiter ist auch in vnserm Käiserlichen Cammergericht. & multis §. §. seq. decisę sunt. Quæ omnia hic referre a nostro instituto alienum est, saltē hæc ad seriei continuationē extremis digitis, attigisse sufficiat remissiue.

ARGVMENTVM.

Constitutio Imperii super L. diffamari, quando, quibusq; in casibus competat: quid item de iure communi?

SVMMARIA.

1 *L. diffamari C. de ingen. & manumiss. remedium omnium iniuriarum, & mendaciorum perhibetur euerriculum.*

2 *Diffamari vocabulum stricte & large accipitur.*

3 *L. diffamari remedium de iure communi, non modo propter diffamationem, sed etiam vbi alia iusta, immo calumniæ suspicio subesset, dari.*

4 *Tam in ciuilibus quā criminalib. Licet in criminalibus nō semper verum sit. n. 7.*

5 *Etiam vasallo aduersus dominum. eod.*

6 *An vero patri nobili aduersus filium suū dicentem patrem esse ignobilem, competat. remissiue.*

8 *L. diffamari remedium quibus casibus in Camera competat.*

CONCLVS. IX.

REmedivm L. *diffamari*, quū perhibeatur omnium iniuriarum & mēdaciorum † e- 1
uerriculū. *Marq. Freh. in tra. de existim. li. 2. c. 10.* & vocabulū † Diffama- 2
ri non duntaxat ad famā, stricte, sed etiā large, pro qualibet molestia seu diffamatione, qua alicui negotium fit, vel fieri timetur, pertineat, referaturq;. adeoque quilibet actus inquietatiuus, vt hoc cōpetat remedium, sufficiat. *pulcre iuxta ac Lite Matth. Wesemb. cons. 96. num. 22.* Conclusio erit de iure communi firmanda, vt nedū hocce remediū propter diffamationem, sed etiam † vbicunque iusta 3
caussa, vel etiam suspicio calumniæ subesset, tam in criminalibus †, quam ciuili- 4
bus caussis, detur, & quidem generaliter impertiatur. Hanc esse veram, communem ac receptam Dd. sententiam, diserte scribit Barth. Blar. *in l. diffamari. rubr. argumento l. diffamari. sub num. 6. (est mihi pag. 9.) & cap. 1. num. 6.* vbi speciose exornat & prosequitur. *Contard. ad d. l. diffamari. cap. 3. per tot. Cagnol. ad eandem l. num. 3. Marant. in Specul. part. 4. distinct. 21. numero 3. 4. 6. 7. 8.* & ampliatiue respondit Wesemb. *d. cons. 96. in discursu per tot.* & ab hac conclusione videtur etiam stare Mynf. *obs. 78. cent. 3. Ioachim. a Beust. de sponsalib. cap. 32.* Et hæc conclusio conficitur etiam

etiam ex relatis per Gabr. Roman. *lib. sent. 2. tit. de action. conclus. vlt. num. 1. 2. 3.* vbi multas huius conclusionis ampliationes recenset. Et quod hoc remedium *l. diffamari*, sit generale in qualibet caussa, siue ciuili, siue criminali, diserte etiam respondit post Gomez. & alios Nicol. Reusn. *consilio decimonono, numero 29. vol. 2.*

5 Quinimo vasallo quod competat † eiusmodi *l. diffamari*, remedium aduersus dominum, prætendentem, feloniam vt feudi priuatione dignam, commisisse, ex Gigant. probat, Ludouicus Schrad. *de feudis 2. parte, nona part. princip. sect. 14. numero 61.*

An vero patri nobili hoc remedium
6 competat aduersus filium †, dicentem patrem esse ignobilem & plebeiũ, prosequitur Ant. de Gamm. *Lusitan. decisione 202.*

Declaratur iam, quod etiam in criminalibus remed. hocce ex *l. diffamari* competat, *ad not. sup. num. 4.* vt haud sibi locum vindicet, quando diffamatio ex-
7 traiudicialiter † facta esset, sed eo demum casu, quando in iudicio contigisset. Ita nominatim Robert. Marant. distinguit. *tract. de multiplic. alienat. sub num. 346. vers. Verum ista est differentia* (inquit) *inter caussam ciuilem & criminalem, quia in ciuili potest iudex statuere terminum ex diffamatione etiam extra iudiciali, sed in criminali non potest, nisi quando quis diffamat in iudicio vel coram iudice. Ita tenet Bald. in Margar. sua. in vers. silentium. Si vero diffamatio de crimine fit extra iudicium, tunc potest agi actione iniuriarum, secundum eum: per text. l. item apud Labeonem. §. quod autem non in cætu. de iniur. Et ita intelligitur text. in l. si ea. C. qui accus. non possunt. & l. Titia. de accusat. quæ leges loquuntur in criminalibus.* Hæc Marant.

Et hæc quidem de iure (vt diximus)
8 communi obtinent. In IVDICIO † autem Cameræ ex constitutione Imperiali ad grauiores diffamationes restricta est lex nostra. *Parte Ioan. Calu. in process. iudic. cap. 8. tmem. 2. numero 57.* & ad eas diffamationes duntaxat, ex quibus pax publica nedum fracta esset, sed etiam ne frangatur turbeturque, verendum foret. *Mynsi. in specie obseru. 81. numero 6. cent. 5.* Nimirum vt saltem in fractę pacis, iniuriosis & aliis similibus caussis procedat. *Ordin. Cam. part. 2. titu. 25.* Quæ restrictio etiam in ceteris caussis, iuxta earum naturam in Camera non disceptabilibus, intelligi porrigique debet. *ita Blarer. in d. l. diffamari. cap. 1. sub n. 8. ad finem.*

Vbique vero cognitionem caussæ, vt hoc remedium impertiatur, requiri, notauimus *concl. seq.*

ARGVMENTVM.

Iudex diffamantis, an diffamati, adeũdus sit, vbi remedio l. diffamari, agitur.

SVMMARIA.

1 *Actorem sequi forum rei.*
2 *Diffamatus censetur Actor, secundum nõnullos.*
3 *Contrarium verius & receptius ostenditur.*
4 *Diffamans tenetur sequi forum diffamati.*
5 *Diffamatus non constringitur satisdationem de in casum succumbentiæ refundendis expensis præstare in iudicio diffamatorio.*

CONSIDERATIO I.

REGVLA peruulgata, † & quidem 1
omni actioni, siue in rem, siue in personam sit, & siue negotium tractetur, criminale, siue ciuile, est communis, actorem sequi debere forum rei, *l. 2. C. de iurisd.* vbi nouissime Dn. Herm. Vult. *numero 9.* exornando post alios eiusmodi regulam constituit. Suborta igitur quæstione, vtrum diffamator forum diffamati sequi teneatur, resolutio quæstionis in eo præcipue existimabatur residere, vter eorum in hoc diffamatorio iudicio sit censendus actor? Cum de hoc discors dabatur resolutio, in diuersas itum est partes. Diffamatum † censeri actorem, voluisse Cast. 2

Afflict. Card. Parif. Boer. Decium. refert Maranta *in Specul. part. 4. dist. 21. num. 19. his accedit* Ripa *lib. resp. 1. cap. 8. num. 7. ver. 4. negatur.* vltra superiores relatos per Cacheranum, mox citando loco, & hos etiam refert Wesemb. item statim allegãdo consil.

Sed contrarium huius, & quod diffamatus pro reo habeatur, atque proinde
3 eiusmodi iudex † in hoc remedio *l. diffamari*, sit iudex competens, & verius & receptius laudatur. Verius, & cum Dn. Gaillio *num. 7.* in Camerali iudicio APPROBATVM esse, dicit Mynsing. *obs. 90. num. 3. & per tot.* Verius simul & receptius esse, grauiter exponit multorum
2 auctoritate Octau. Cacher. *Pedemont. decis. 151. num. 3.* & per discursum, vbi contraria ordine diluit, & Senatum ita IVDICASSE testatur. Cacherani sententiam non respuit Borgn. Caualc. *Fiutz. decis. 17. num. 14. part. 1.* Idem post Cacheranum deducit, contrariisque respondet Matth. Wesenb. *consil. 96. num. 1. 2. 3. & seqq.* Et consulendo tutatus est Ioan. Fichard. *consil. 147. sub num. 1. vol. 2.* Hieron. Agnin. *inter consilia Fichard. consil. 60. per tot. vol. 1.* diserte contra Afflictum contrarium hoc & verius & receptius esse ostendit. Cæsar. Vrsill. *in add. ad Afflict. decis. 268. num. 3.* tenet expresse, aduersus Afflictum, hanc partem pro diffamato. Petr. Follerius *in Addit. Mar.* idem amplectitur *part. 4. dist. 21. sub num. 19. vers. contrariam vero opinionem.* nominatim Ferrar. Montan. etiam firmat, *de iudic. præexercit. lib. 3. cap. 9. vers. sed de eo cui diffamator neque subest. Ant. Capic. Neapol. decis. 18. per tot.* subdens *numero 15.* ita fuisse Neap. IVDICATVM. Accedit noue Fab. de Anna *consil. 58. num. 9.* qui & insuper nonnullos refert: & post hæc scripta visus Alexand. Raudens. *resp. 21. numero 348. vol. 1.* qui nititur solius Cacherani traditione. Fulu. Pacian. *tract. probat. cap. 56. sub num. 24. vers. sed in contrarium. lib. 1.* Consequens igitur erit huius & verioris & receptioris sententiæ, vt
4 diffamans teneatur sequi forum † diffamati. Et hanc consequentiam admittit etiam Lud. Schrad. *de feud. part. 2. nonæ partis princip. sect. 13. sub num. 112. vers. is quoque, qui propter diffamationem.* Et quod coram diffamati, non vero diffamantis iudice petitio ex l. *diffamari,* intẽtari debeat, diserte etiam Robert. Marant. docet *tract. de multiplic. alienat. num. 350. nouiter Marcell. Cala, tract. de mod. art. & prob. gloss. 1. §. 1. num. 113.*

Datur etiam alia cõsequentia ex præcedenti decisione resultans, nimirum hunc diffamantem, cum reus censeatur, non teneri de refundendis expensis in casum † succumbentiæ cauere, *ad notat. Bernar. Muscatell. in prax. Reg. Neap. par. 3. gloss. expensis. n. 12.* 5

Quid vero, vbi diffamat⁹ haberet duos iudices, & vnus illorum emisisset citationem ex *l. diffamari*, an citatus diffamatus coram eodem citante iudice actionem suã intẽtare habeat necesse, an vero sibi liceat alterum illum iudicem eligere, pulcra est quæstio, quam ex Decisionistis proposuit Benintend. *Bonon. decis. 66. num. 2. ad finem vsque.*

Sed hæc sufficiant præsenti Considerationi subiecisse.

ARGVMENTA.

I Excõmunicatus an fruatur beneficio l. diffamari.

II L. diffamari remedium vtrum aduersus excommunicatũ cõpetat.

III Bannitus an citatione ex l. diffamari ad agendum habilitetur.

SVMMARIA.

1 *Excommunicatus æquiparatur mortuo & bannito.*

2 *Excommunicato in vtroque foro denegatur audientia.*

3 *Excommunicatus an contra excommunicatum agere possit, contrariæ sunt opiniones.*

4 *Excommunicatus contra excommunicatum, testis esse non potest.*

5 *Excommunicato an detur beneficiũ l. diffamari, controuertitur, & referuntur negantes.*

6 *Excommunicato l. diffamari beneficium dari contendunt alii.*

7 Con-

7 *Cõciliatio dissidentiũ opinionũ adducitur.*
8 *Excommunicatus minori excommunicatione ab accusando non repellitur.*
9 *Excommunicatus minori excommunicatione testis iuxta communem esse potest. Secus in excommunicato maiori excommunicatione.*
10 *Excommunicatus an possit Iudicis officium ratione l. diffamari implorare super exceptione. Citantur opiniones.*
11 *Excommunicatus maiori excommunicatione ad agendum non admittur de iure, quamuis aduersarii procurator de excõmunicatione non excepisset.*
12 *Remedium l. diffamari, an contra excõmunicatum detur.*
13 *Bannitum ex l. diffamari, posse citari, iuxta nonnullos. & num. 14. corroboratur.*
14 *Licet Dn. Gaill. videatur dissensisse.*
15 *Prior tamen opinio contra Gailliũ in Cam. approbatior.*

CONSIDERATIO II.

1 SIQVIDEM excommunicatus † æquiparetur mortuo & bannito, & in iudicio esse non possit, sed sibi petenti, &
2 quidem indifferenter † tam de iure Cæsario, quam Canonico, atque etiam in vtroque foro audientia denegetur, sicuti multorũ auctoritate nisus deducit Prosp. Farin. *in tract. crimin. quæst. 12. num. 27. 28. 29. 30. Ioan. Petr. Surd. de aliment. tit. 8. quæst.*
3 *83.* in tantum, vt nec contra alium † æque excommunicatũ agere possit. *Viu. Neapol. decis. 96. num. 5.* Et licet Canonistæ *in c. nulli post glossam ibi in verb. familiaritate.* contrarium velle visi sint: his tamen in specie contradicit, atque ita Viuio consentit Tiber. Decian. *tractat. crimin. lib. 3. cap. 20. num. fin.* Confirmatur hęc Viuij & Deciani opinio, quod nec excommunicatus
4 aduersus excommunicatum † in testem produci possit, prout communẽ dicit Prosper. Farin. *de test. q. 56. num. 257.* Mirum haud erit, vt vel ex hoc fundamento legis nostræ beneficiis non fruatur. Ceterum quia contrariæ in hoc reperiantur Dd. sententiæ, an nimirũ excommunicatus per citationem ex *l. diffamari*, cẽseatur ad agẽdum habilitatus,
5 necne, quibusdam cum † Dn. Gaillio *n. 8.* simpliciter negantibus, *Cæsar. Contard. in l. diffamari. c. 3. nu. 103. vers. existimo tamen, Boer. Burdeg. dec. 255. sub n. 7. vers. Sed non habet locum,* vbi etiam dissentientes aliquos citat, & communem esse opinionem ex Felino refert Ant. Gabr. *lib. sent. 2. tit. de act. concl. 6. num. 25.* vbi tamen Gabrielius restringere visus est hanc opinionẽ, quãdo excommunicatus non plene probasset de iure suo. Nonnullis vero † affirmãtibus inter multos nominatim ex grauissimis Practicis Robert. Marant. *tract. de multipl. alien. nu. 352.* Plures subiunxissem auctores, nisi ob sequentem cõciliationem ostẽtationis forte magis, quam necessitatis argumentum videri posset. 6

Considerandũ itaq; est, excommunicationẽ esse aut minorẽ, aut maiorẽ. In excommunicato minori excõmunicatione affirmantiũ † opinionẽ, quod scilicet huic etiã agendo beneficium huius *l. diffamari*, cõpetat, pcedere. Et ita in terminis terminantib⁹ declarat Bart. Blar. *in l. diffamari, c. 2. n. 26. vers. vbi tamen notãdũ, quod minor excõmunicatio nihil prohibebit hac condictione l. experiri, cum ea ab agendo nõ repellat. c. fin. vbi gloss. 3. q. 4.* quamuis vero relatam a Blar. *c. fin. & ibi. gloss.* sententiam Blareri expresse non probent, vera tamen est: excõmunicatio enim minor ab agendo non repellit. *ex Abbate tradit Ioan. Pet. Surd. tract. alim. tit. 8. priuil. 83. nu. 7. & conferunt notata per Farin. d. q. 12. n. 32.* vbi post Plac. probat, excõmunicatum † excõmunicatione minori minime ab accusando repelli, & idem Farin. *in tract. suo insigni de testibus q. 56. n. 266.* vbi post omnes recẽtiores adducit, excõmunicatum minori, † excommunicatione testimonium, ex cõmuni opinione Doctorum, dicere posse, licet secus sit in excõmunicato maiori excommunicatione. Rationes ab ipso relatæ ibidẽ videri poterunt. Sed & expresse ita excõmunicato excommunicatione minori remedium huius l. non denegari, scribit post alios Cæs. Contard. *in d. l. diffamari cap. 4. limitat. 82. sub num. 82.* Sunt etiam qui volũt, quod licet excommunicatus ex cõdictione huius *l. diffamari*, agere non possit, queat † tamen nihilominus implorare officiũ iudicis super exceptione. *Ant.* 7 8 9 10

de Butr. quem refert Francisc. Marc. Delph. decis. 492. sub num. 4. vers. Veruntamen poterit. vol. 1. Licet non desint, qui & in hoc contrarium obseruent. *Alexand. & alii.* Sicuti animaduertit inter alios etiã Francisc. Marc. *dicto loco.*

Extenditur, quod dixi, excommunicato maiori excommunicatione præreptam esse agendi facultatem, vt nec
11 † consentiente aduersarij procuratore, ad agendum admitti debeat. *Ita sentit deciditque Roffr. Beneuent. in quæstio. Sabbat. (mihi) 42. incip. rusticus dum esset excommunicatus.*

Hactenus de excommunicato ex remedio *l. diffamari*, agente vtcumque diximus. Nunc breuiter de eodem conueniendo notaturi: Sciendum veram & concordem esse Doctorum traditio-
12 nem, aduersus † excommunicatum remedium *l. diffamari*, competere. Ita in hoc cum Dn. Gaillio conueniunt Blarer. *in sæpe d. repet. l. diffamari. cap. 3. numero 8. Contard. ibid. capite 3. numero 103. Cagn. ibid. numero 13. vers. Sed contra ipsum excommunicatum,* vbi tamen post alios declarat, quod iudex posset hunc excommunicatum, suadente animæ periculo, & vtilitate publica, a limine iudicij repellere, voluntate diffamati minime attenta. Ita hanc etiam declarationem admittit, iisdem relatis auctoritatibus, Blarer. *d. cap. 3. numero 9. Ant. Gabri. libro sentent. 2. tit. de act. conclus. 6. numero 26.* Comparet vero hic excommunicatus non per se, sed per procuratorem. *post Calderin. Imol. Aretin. Barbat. Felin. &, qui communem dicit, Decium voluit Ioan. Petr. Surd. tract. aliment. tit. 8. priuileg. 83. numero fin.* Videatur Contard. & Blar. *vterque dicto capite 3. hic sub numero 10. & 11. ille numero 104.*

Sed obiter adnectenda est illa, consideratione in præsentiarum dignissima
13 quæstio: vtrumne idem sit in † bannito, quod hic etiam ex remedio huius l. citari queat? Et vtiq; posse monet Blarer. *d. c. 3. num. 9.*

Ceterum Dn. Gaillius *in tract. de pac. public. 2. cap. 12. num. 24. & 26.* videtur
14 contendere, bannitum † ex hac l. citatum, iura sua in iudicio proponere haud posse, atque ita audiendum non esse. Sane si iura sua nec proponere valet, nec audiri admittitur, citatio aduersus eum decreta, nullius erit effectus, & proinde nec decernenda. Ego intelligerem Dn. Gaillium, quatenus iura deducenda respicerent fauorem banniti sine læsione tertij. Sed quia maior DDNN.
Cam. Assessorum † pars CONCLVSE- 15
RIT, per citationem ex *l. diffamari*, Bannitum ad agendum habilitari. *ad scripta Thilem. de Benign. in Aposp. Prodr. pract. obs. 61.* ad præsens pluribus non insisto.

ARGVMENTVM.

Ex Constitutione l. diffamari, in S. Cam. agi vt queat, tria præcipua requisita desiderari?

SVMMARIA.

1 *L. diffamari, Constitutio Imp. vt locum sibi vendicet ex ipsa Constitutione requisita præscribuntur.*

2 *Indubitatum adeo nil est inter homines, quod aliquam sollicitam dubitationem non admittat.*

3 *L. diffamari ex Constitutione vt detur processus tria requisita præcipua requiruntur: videatur & considerat. 1. ead. Conclus.*

CONCLVS. X.

ORDINATIO Camerę Imp. de Anno 1548. emanata *part. 2. tit. 25.* dilucidissime huius super *l. diffamari*, fundatę Cõstitutionis requisita † exponit, ita vt o- 1
peram inanem impedisse videretur, qui vel tantillum illustrando adduceret. Ceterum quandoquidem nihil inter homines sic indubitatum sit, quin aliquam
† sollicitam dubitationem suscipere pos- 2
sit. *Ant. de Gamm. Lusit. decis. 202. sub num. 3. ex text. in Auth. de tabellion. in prin.* aliorum vestigiis insequendo & hic ex ordinis serie paucis agendum erat.

Tria præcipua interueniãt requisita, vt processus ex constitutione *l. diffamari*, in Imp. Cam. † obtineri queant, concludit Dn.

dit Dn. Gaillio in hoc cōſentiens Mynſing. *obſeru. 81. cent. 5.* de quibus ſub Conſiderat.

ARGVMENTVM.

Conſtitutionis ex L. Diffamari, Requiſita explanantur.

SVMMARIA.

1 *Super l. diffamari Conſtitutio Imp. licet tria neceſſe ſit interueniant requiſita, ad hoc, vt proceſſus in Cam. decernantur. Primum, qualitas cauſſæ.*

2 *Vt ſupplicans diffamatus Imperio immediate ſubſit.*

3 *Quod cauſſæ quadam cognitio præceſſerit. Declaratur tamē ſecundum & tertium requiſitum. num. 4. 5. & 6.*

7 *Diffamatio vt decernatur ex l. diffamari, proceſſus ſufficit, probetur copia ſcripti diffamatorii.*

8 *Diffamatio teſtibus etiam probari poteſt.*

CONSIDERATIO I.

1 PRimum requiſitum eſt qualitas cauſſæ; ſeu, vt cauſſa propter † quam ex *l. diffamari* proceſſus petūtur, ſit grauis, adeoque (ceu ſcite Dn. Gaill. ſub *numer. 1. verſiculo ſecundo requiritur. & numero quinto* notat) inde Imperii tranquillitas lædi poſſet.

2 Secundum, quod ſupplicans diffamatus † in cauſſa principali immediate Imperio vel Cameræ ſubiectus ſit.

3 Tertium eſt, vt omnium primū cauſſæ cognitio præcedat, quod ipſum, etiam in iudicio Cameræ † ex d. Conſtitut. *l. diffamari*, requiri graphice exornat Blarer. *in rep. l. diffamari. cap. 1.* & Ioan. Fichard. *conſil. 147. num. 2. vol. 2.*

4 Verum (vt hoc breuibus ſubiiciam) licet primum illud requiſitum ſit abſolutiſſimum, ſecundum nihilominus & tertium declarationem admittere videmus. Nam quoad ſecundum duo in † conſiderationem veniunt caſus. Vnus eſt, quando diffamatus immediate & in prima inſtantia Camerali iudicio ſubiectus eſt: quin hoc caſu proceſſus ex d. Conſtitutione *l. diffamari*, decernantur, dubium non eſt; & quidem cōtra quemcunq; nullis priuilegiis vel exemtionib. obſtantibus. Alter caſus eſt, quando diffamatus Imperio quidem immediate ſubditus, ſed in prima inſtantia Camerali iudicio non ſubiectus eſſet: hoc caſu ad ad eius inſtātiam in Camera diffamanti certus terminus; intra quem corā ordinario ſuo iudice, diffamationem ſuam deducendo probet, conſtituitur, hac ſubiuncta cōminatione, vt ſi intra eundem terminum agere neglexerit, ſibi perpetuum ſilētium impoſitum eſſe debeat. Ita in ſpecie expreſſim declarat Barth. Blar. *in d. repetit. l. diffamari. cap. 4. num. 29. & 30.*

5 Circa cauſſæ cognitionem ſeu tertiū requiſitum animaduertēdum, quod cum à ſupplicante diffamato, antequam citatio † decernatur, diffamatio ſit probanda, cum Dn. Gaillio *num. 7.* poſt alios recentes docet Ioſeph Lud. *concl. 14. nu. 224. verſ. infertur centeſimo quadrageſimo octauo.* auctoritate Baldi, Cagn. & Contard. Ita in terminis reſpondit Menoch. *conſil. 366. num. 1.* vbi tamen *num. 4.* refert, & alios ſequitur, quod licet diffamatio ſit probata, adhuc cognoſcendum, ſi iuſta diffamandi † ſubeſſet cauſſa, ſi quidē 6
hoc caſu remedium hoc *l. diffamari* ſileat (de tertio hoc requiſito videatur etiam *infr. concluſ. 12.*) Probabitur autem, quum ſummaria hic ſufficiat cognitio, inter cetera etiam, ex notabili & Camerali DECISIONE firmata Mynſing. *obſeru. 8. cent. 5.* relata obſeruatione, diffamatio eiuſmodi ad effectum decernendæ citationis vel ſolo † exemplo ſeu copia ſcri- 7
pturarum, ſi ſcripto diffamatio facta eſſet. Illudmet præiudiciū refertur iiſdem fere ſyllabis *in nouiſſimo per Magenhorſt. publicato Comment. ad Ord. Cameralem. part. 2. tit 25. § tertio quoque.* De alio ſimili præiudicio Camerali teſtatur ex Obſopœo Ioan. Fichard. *conſil. 147 ſub numero 3. vol. 2.* vbi & conſulendo in terminis hunc per copias probandi modum amplectitur.

Teſtibus diffamationem poſſe probari dubium haud erit, & in ſpecie huius remedii † ſufficere, vt per duos teſtes 8
de diffamatione fides fiat (ſicuti in aliis

C

caussis regulare est) scribit Ludolph. Schrad. *de feud. part. 2. nona part. princip. sect. 13 sub num. 112. vers. attamen statuo sufficere.*

ARGVMENTVM.

Præuentio iurisdictionis quando locum sibi in materia l. diffamari vendicet.

SVMMARIA.

1 *Præuentioni regulariter locus est, plures vbi sunt vnius caussæ iudices.*
2 *Huius regulæ fallentia, remissiue.*
3 *Præuentioni an & quando in remedio super l. diffamari. sit locus, distinctione explicatur. & num. 4.*

CONCLVSIO XI.

REGVLA est a Doctorib. constituta, quod vbi plures sunt vnius caussæ iudices, locus
1 † sit præuentioni. *l. si quis postea ff. de iud. c. penul. de foro compet. c. tum plures. de off. c. deleg in 6. l. 1. ff. de offic. consul.* Ita, post Romanum, quem citat, regulam hanc constituit, & pluribus comprobat, Tiber. Decian. *tract. crim. lib. 4. cap. 20. nu.* 3. vbi vndecim † ampliationes, & duo-
2 decim limitationes adducit: sed nouissime explicatius regulam eiusmodi firmat, & communiter ab omnibus recipi testatur Prosp. Farina. *in tract. crim. lib. 1. tit. 1. q. 7. num. 52. parce Vincent. de Franch. Neap. decis. 147. num* 5.

Si igitur in materia *l. diffamari*, plures possent esse iudices, quæstionis est, si hic etiam præuẽtio effectus exserere queat? Et sciendum, quod duplici modo pos-
3 sit *l. diffamari* remedium † intentari. Primo modo, vt statuatur diffamanti terminus, intra quem agat vel accuset: & tunc quoad istud iudicium, an sit dandus petitus terminus, præuentioni locus erit: quoad vero aliud iudicium, quo diffamans condemnatus ad agendum vel accusandum intra terminum vellet accusare, quum illud sit aliud iudicium, hic actor, vel accusator, coram alio iudice agere vel accusare poterit, atque ita præuentio diffamatorii iudicii, actorem vel acusatorem diffamantem non constringit, quo minus coram alio iudice agat vel accuset. Secundus est modus, quando officium iudicis imploratur, petiturque declarari, se nõ esse culpabilem, & diffamanti perpetuum silentium imponi: isto casu, præuenta censetur † iu- 4
risdictio quo ad totum: atque ita diffamans actor vel accusator nõ poterit coram alio agere vel accusare. Ita totidem fere verbis post alios explicat Tiber. Decian. *d. tract. crim. dictoque cap. 4. nu. 13.*

ARGVMENTVM.

Præuentio vtrumne per citationem inducatur, remissio statuitur.

SVMMARIA.

1 *Præuentio vtrumne & quando citatione, inducatur, remissiue.*

CONSIDERATIO REMISS.

QVibus, & an † citatione, inducta cẽ- 1
seatur præuentio, vtilissimæ est indagationis. Et licet de citationis effectu in materia præuentionis hic scripserit Dn. Gail. cum tamẽ rubricę nostræ præsenti minime de eo in præsentiarũ disserere conueniat; & infra *conclus. 29.* sedes sit cõuenientior, eo me refero. Posset etiam adiri Dn. Reusn. *decis. 22. lib. 4.* vbi an præuentionis exceptio aduersus Imperatorem detur. *per tot.*

ARGVMENTVM.

Processus super constitutione l. diffamari.

SVMMARIA.

1 *Super l. diffamari. obseruandus qui sit procedendi modus, remissiue.*
2 *Item & synoptica relatione explicatur.*
3 *Citatio vnica ante perpetui silentii impositionem sufficit secundum nonnullos in iudicio l. diffamari.*
4 *Sed quod bina requiratur, & receptius, & verius.*
5 *Declaratur posterior opinio primo.*
6 *Declaratur secundo.*

CONCLVSIO XII.

ORDINIS series suadebat quidem de processu super *l. diffamari*, obseruando differere, verum quia Clariss. Iurisc. † Barth.

Barth. Blarerus expeditissimum conscripserit tractatum, quo & iuris communis & Cameræ Imperialis huius l. processum praxinque grauiter propalauit, nec non Cæsar Contard. Hier. Cagn. & Ioan. Oldendorp. egregiam in huius l. praxin enodanda nauarint operam, eo remittendum duxi laudabilius, quam optime congesta frustatim diuellere.

Si tamen aliquis synopticam processus relationem † expeteret, huic verbis
2 Alex. Raudẽsis excultissimi practici gratificari possem. Hic *respons. 26. nu. 100. vol. 1.* sequentibus scribit verbis. *Primum* (inquit) *ac præcipue requiritur, quod præcedat summaria cognitio diffamationis iudici facta.* Secundo, *assignatio termini, cum quadam caussæ cognitione*: Tertio, *interlocutoria, qua, audientia denegatur*: Quarto, *valida partis citatio, cum caussæ cognitione*: Quinto, *assignatio termini ad agendum*: Sexto, *duæ monitiones ad minus intra illum terminum, de quibus in actis appareat*: Septimo, *impositio perpetui silentii*: *& hæc opinio est longe tutior & crebrior vsque adeo, vt ex sententia non imminuat periculum priuationis in hoc remedio nisi expressa silentii impositione*: Octauo *contumacia*: Nono *pronuntiatio iudicis in termino sibi assignato contumacem esse*: *Et* Decimo, *vt doceat de interesse suo & se possidere, seu ius habere.* Hactenus Raud. Auctoritates ab ipso in comprobationem citatas, ne prolixior in transscribẽdo viderer, non addidi. Nec illepide etiam processum huius l. synoptice exposuit Ferrar. Mont. *de iudic. praexercit. lib 3. cap. 9. per tot.*

ARGVMENTVM.

Binam requiri citationem præcessisse sentẽtiam impositionis perpetui silentii.

CONSIDERATIO I.

QVamuis nonnulli arbitrentur, vnicam citationem ad imponendum,
3 † contumaciter emanẽti diffamato perpetuum silentium, suffecturam. *Roman. Alex. & alii per Gabr. Rom. lib. sentent. 2. tit. de actionib. conclus. 6. sub num. 21. Mynsing. obseruat. 86. cent. 3. Barth. Blar. in l. diffamari. cap. 6. num. 21. relati.* Receptior tamen & verior perhibetur illa opinio, qua bina
† requiritur citatio. *Mynsing. obseruat. 86.* 4
vbi multas in hoc congessit auctoritates. *cent. 3 sequitur eandem Matth. wesenb. consil. 96. n. 52. Nic. Reus. consil. 19. n. 36. 37. li. 2.* Alex. Raudens. *respons. 26. sub nu. 100. vers. sexto, duæ monitiones ad minus. vol. 1. Robert Marant. tract. de multipl. alienat. sub n. 350. vers. tertio requiritur*, vbi adseueranter scribit, hanc opinionem esse & magis communem, & tutiorem. *Cæsar Vrsil. in addit. Afflict. decis. 264. sub nu. 1.* refertque vterque Mynsi. & Blarerus ex Afflict. *decis. 164. nu. 4.* ita in Neapol. Consilio IVDICATVM exstitisse. Et iterum in S. Camera Imp. sic TENTVM obseruatumq; fuisse, iidem testantur: quorum assertione corroborantur a consentiente Dn. Gaillio. *nu. 4.* scripta. Et binam requiri citationẽ comprobauit Benintend. *Bonon. decis. 66. num. 1.* vbi asseuerat in eod. Consil. IVDICATVM esse.

Diffidentium harum opinionũ † con- 5
ciliatorem se præbuit Ant. Gabr. *d. tit. de act. conclus. 6. nu. 22. 23.* Aut (inquit) præfigitur terminus accusatori ad instantiam accusati, & non comparente in termino accusato, citatio secunda, ad hoc, vt ab instantia iudicii accusatus absoluatur, requiritur, & sic posterior receptior opinio procedit: aut accusatori terminus intra quem vel accusare, vel accusationẽ prosequi debeat, præfigitur: quod si non fecerit accusator, vlterior non requiritur citatio, & eo casu prior obtinet opinio. Alteram ibidem ex Afflicto *d. decis. 264* adducit conciliationem, quam, siquidem eam, nec Afflictus probet, nec tutam arbitrer, non adduco.

Et hæc quidem conciliatio posset etiam posterioris opinionis declarationẽ primam referre.

Declaratur posterior & verior opinio
secundo, vt † fallat, quando diffamator 6
ad primam sibi factam citationem respondisset, se nolle comparere; eo enim casu, alia seu secunda non requiritur citatio, quin magis ad perpetui silentii impositionem procedere iure possit. nominatim Blar. *in d. l. diffamari. c. 6. nu. 101.*

Assentitur Wesenb. *consi.96.num.26.* dixi infra circa materiam citationis.

ARGVMENTVM.

Mandata sine clausula iustificatoria, quando decernantur.

SVMMARIA.

1 *Mandata sine clausula iustificatoria regulariter non decernuntur.*

2 *Fallit primo in caussa fracta pacis publica. Licet aliud hodierna Imp. lege cautum sit sub eod. nu.*

3 *Secundo super puncto nuntiandi noui operis.*

Et quatenus hoc in Cam. Imp. procedat, num.4.

Noui operis nuntiatio celeritatem desiderat. num.10.

5 *Tertio in puncto exsecutionis rei iudicata.*

6 *Quarto, vbi ex voluntate contrahentium partium mandata sine clausula decerni possunt.*

Declaratur nu.7.

8 *Quinto aduersus confessum & conuictum.*

9 *Sexto vbi periculum in mora.*

11 *Septimo, in caussa, qua notorie Christianismo aduersatur, atque ita in fauorem Christiana religionis.*

12 *Fallentia plures remissiue.*

CONCLVSIO XIII.

EGVLA non modo de iure communi Romanorũ, verum etiam Ord. S. Cameræ Imperialis exsistit,
1 mandata sine clausula † haud decernenda esse. *Vincent. Carot. decis. cas. 19. num. 1. vbi alios citat. Matth. Coler. process. exsecut. part. 1. cap. 2. num. 242. Ant. Sola in constit. antiq. Sabaud. decret. Carolus. gloss. 2. num. 1.* de iure Camerali est text. *tit. 23. par. 2.*

Fallit primo, in caussa fractæ publicæ
2 † pacis. *dixi sup. conclus. 4. numero 6. Col. de process. exsecut. cap. 2. num. 248. part. 1.* Ceterum hanc fallentiam hodie in S. Camerali iudicio non obtinere ex recessu Imp. Anno 1594. adduxit referendo Dn. Denais. in synopsi iuris Camer. *rub. mandata super pace publica.* §. 5. vbi, quod mandata ex Constitutione pacis publicæ, siue cum citationibus, siue seorsim, non sine, sed ex recepto stylo cum clausula decerni debeant.

Fallit secundo super operis † noui nũ- 3
tiatione. *Vincent. Carot. decis. cas. 19. num. 20. Dn. Gaill. 1. pac. publ. cap. 5. sub num. 10. Videatur item Dn. Gaill. 1. obseruat. 16. num. 12. 13. 15.*

Declaratur fallentia, vt mandatum hocce de iure Camerali, dum de opere
† restituẽdo idonea cautio oblata sit, de- 4
cernatur, *ex memorial. An. 79. refert Denais. in synops. Iur. Camer. rubr. mandata sine clausula.*

Fallit tertio, in puncto exsecutionis † rei iudicatæ. 5

Fallit quarto, si inter partes ita † con- 6
uentum esset.

Huius quartæ fallentiæ illationes grauissimas videat studiosus, † *in Recess. De-* 7
put. Ann. 1600. §. Ob auch auff *obligationes* vnd Verschreibungen. *& aliquot seqq. vsque ad* §. Weiter ist auch. quas hic inducere prolixitatis caussa esset.

Fallit quinto, in confessum † & con- 8
uictum.

Fallit sexto, vbi periculum esset † in 9
mora, quo spectat & relata secunda fallentia. Nuntiatio enim noui operis † ce- 10
leritatem desiderat. *ad not. Lancell. tract. attent. cap. 28. num. 63. part. 3. Borgn. Caualc. Finiz. decis. 23. nu. 7 & 8 part. 2.*

Fallit septimo, in re notorie Christianismo aduersante, vt quia † patri in Iu- 11
daismo remanenti mandaretur de exhibendo filias suas.

Has quinque proximas fallentias recensuit, textibus & auctoritatibus confirmando, Ant. Sola *d. decret. Carolus. glos. 2. num 8.*

Fallit adhuc aliis modis a Dn. Gaillio. *1. pac. publ. cap. 5. num. 10. & Dn Coler. d. cap. 2. num. 249. & seqq.* collectis, apud quos
† studiosus videre posset, quum omni- 12
bus sint ad manus. Carot. etiam *d. cas. 19. per tot.* occupatus est in recensendis casibus, quibus vel mandata cum, vel sine clausula decernantur.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Mandata vt contra magistratus ad subditorum instãtiam decernantur, quid considerandum sit.

SVMMARIA.

1 *Mandata sine clausula ad instantiam querelantium, subditorum non facile decernenda aduersus magistratus, nisi primum informatione habita.*

2 *Vel narratis per subditos verosimiliter probatis.*

CONSIDERATIO I.

NE facilior rebellandi suboriatur occasio, quin mandata sine clausula subditis aduersus magistratus suos, nisi
1 primum † informatione a magistratu habita, vel alias narratis verosimiliter
2 † probatis, denegari optime conueniat, ex memoriali An. 68. & Recess. Imp. An. 94. retulit Dn. Denaisl. *in synops. iur. Cam. rub. mandata sine clausula* §. 5. & §. 2.

Quod notandum duximus ad illustranda a Dn. Gaillio *sub num. 4. & 5.* tradita. Videantur etiam, si libet, a nobis inf. *concl. 22. consid. 1.* ad finem relata.

ARGVMENTVM.

Mandata sine clausula, an exceptionem sub & obreptionis admittant.

SVMMARIA.

1 *Obreptio & subreptio rescripta vitiant.*

2 *Obreptio an a subreptione distet, controuertitur, affirmantesque recensentur, & Negantes num. 4.*

3 *Adeoque vt obreptio subreptione existimetur odiosior.*

5 *Rescripta ad lites exceptionem sub & obreptionis admittere.*

6 *Rescripto in quouis ad lites subintelligitur claus. si preces veritate nituntur.*

7 *Rescriptum ob vitium sub vel obreptionis non penitus annullatur, quando duntaxat circa accidentalia, non vero essentialia sub vel obreptum esset.*

CONCLVSIO XIV.

OBREPTIONEM & subreptionem rescripta † & mandata vitiare, nulli dubium est. *ex l. sed si hac. §. patronum. ff. de in ius vocan. l. idem Vlpian. ff. de excusat tut. l. si quis obrepserit.* & aliis insuper legibus auctoritatibusq; fretus in specie respondit Menoch. *cons. 1. num. 309.* 1

Omissa illa disceptatione, vtrum obreptio a subreptione distet, vt hæc in † falso reticendo, illa in falso exprimendo obseruetur & committatur, iuxta traditionem Crauet. *in consil. 68. num. 5. consil. 591. num. 72. cons. 1000. num. 182.* Cum Crauetta diserte eiusmodi differentiam statuit Tiber. Decian. *resp. 29. num. 58. volum. 2.* vt ita obreptio † sit odiosior, & fortius quam subreptio rescripta & mãdata vitiet. *post Crauettam in specie Verall. Rom. decis. 34. num. 8. part. 2.* In tantum vt nonnulli velint obreptionem ipso iure: subreptionem vero ope saltẽ exceptionis rescriptum vitiare. *post alios Ioan. Petr. Surd. consil. 23. num. 44.* quibus, differentiam hanc remouendo, † contradicunt Hieronym. Schurff. *consil. 7. num. 1. cent. 2. Menoch. de arbitr. iud. cas. 201. num. 10. Mascard. de probat. conclus. 1123. num. 2.* Concurrit horum in sententiam nupero scripto Bapt. Leonell. *tract. de subrept. rescript. quæst. 1. art. 3.* 2 3 4

Firma est Doctorum conclusio, rescripta ad lites seu principum mandata † exceptionem sub & obreptionis admittere. Conclusio hæcce videtur fundari *in l. 1. §. 1. ibi. si scripserit quisquam ad nos, & illi aliquid rescripserimus:* volentibus ad sententiam nostram prouocare, permissum erit. Si enim docuerint vel falsa, vel non ita se habere, quæ scripta sunt, nihil a nobis videbitur iudicatum prius, quam contra scriptum fuerit, quemadmodum aliter res se habeat, quam nobis insinuatum sit. *ff. de appellat.* & nominatim conclusionem admittit Mynsing. *obseru. 8. vers. & hinc est, quod quotidie. cent. 4. Wames. tract. appellat. c. 63. nu. 1. 2. Baptist. Leonell. tracta. de subrept. rescript. quæstio. 12. artic. 1. in princip.* vbi scribit, neminem 5

esse, qui de hoc dubitet. Et sane clausula,
6 *si preces veritate nitantur*, in quocunq; † rescripto, seu mandato ad lites, subintelligitur. Scite vbertimq; firmauit Mascar. *tract. probat. conclus. 1123. nu. 5.*

Declaratur conclusio, vt nec tamen mandatum eiusdemq; effectus corruat,
7 nisi circa caussæ substantialia, † seu fundamentum mandati sub vel obreptum esset; secus vbi circa accidentalia, *Robert. Lancellot. tract. attent. cap. 20. limita 12 princip. num. 15. part. 2.* Cetera huc spectantia ex tractatibus super hac materia cōscriptis, petenda erunt: nominatim vero recenter promulgato, *tract. de rescriptorum subrept.* Io. Bapt. Leonellii.

ARGVMENTVM.

Excipientem de sub & obreptione rescripti, oportere vt probet.

SVMMARIA.

1 *Excipiens de sub & obreptione exceptionem debet probare.*
2 *Quousque hoc verum sit, dantur remissiones.*
3 *Excipienti esse facultatem concedendam probandi sub vel obreptionem.*
4 *Vt si hoc sibi beneficii denegaretur, ad appellationis remedium confugiat.*
5 *Rescripta ad lites subreptitia non dare iurisdictionem.*
6 *Sub & obreptio, quomodo & quo tempore sit probanda. remissiue.*

CONSIDERATIO I.

EXcipientis esse partes, probare sub
1 † & obreptionem, videtur Dn. Gail. *num. 2.* asserere. Ceterum de eo grauissima est apud Doctores altercatio in va-
2 rias † declarationes distracta; quibusdam affirmantibus; quibusdam negantibus; nonnullis vero distinguentibus; sicuti ex recentioribus prodidit, & enucleare studuit Mascardus, *tracta. probat. conclusio. 1123. numero 11. & sequentib. nouissime Baptista Leonell. tract. de subrept. rescript. quæstio. 13. articu. 1. & 2. Alexand. Raudens. consil. 26. num. 26. volum. 1.* quo me refero: multis enim vterque prosequitur. Vera tamen interim est illa resolutio, Excipienti vtique probationem sub & obreptionis non † esse denegandam, sic post alios conciliat Mascard. *d. conclusio. 1123. num. 12.* qua conciliatione stabilitur nostra conclusio. 3

Exceptionem sub & obreptionis vbi audire recusaret iudex, vel illam tacite ad vlteriora procedendo reiiceret, datur † appellatio *ad not. Ioan. wames. in cap. dilecto. 63. nu. 2. de appellat.* 4

CORONIS.

Rescripta seu mandata ad lites subreptitia non dare iurisdictionem, maxime, † quando essent auocatoria, respondit Tiber. Decian. *resp. 36. volum. 3. per tot.* Videtur interim Baptist. Leonell. *tract. de subrept. rescript. quæstio. 17. artic. 1. & 2.* Sed qui & quibus, sub & obreptio probetur, & quo tempore probanda sit, latior est disquisitio, quam vt hic discuti debeat, vel etiam possit. Menoch. *de arbitr. iud. cas. 202. per tot.* eleganter de modis † probandi sub & obreptionem rescripti ad lites seu iustitiæ differit, qui videndus. Mascardus vero *dicta conclusio. 1123. numero 23.* tradit, quo tempore sit probanda, ante litem scilicet contestatam. Sed de hoc alibi, ne terminos propositi amouisse videamur: nuper de singulis articulatim ex professo tractationem reassumsit Baptist. Leonellius, *d. libro.* 5 6

ARGVMENTVM.

Præceptum iudicis contemnentem statim, absque noua citatione, in pœnam comminatam declarari non posse, & quid in Sacr. Imper. Cam.

SVMMARIA.

1 *Iudicium offendere, reputatur graue commissum.*

2 Index

2 *Iudex pœnali mandato iurisdictionem suam defendere potest.*
3 *Comminatio iudicis exsequenda est.*
4 *Declaratoria est necessaria etiam in casibus, vbi lex etiam ipso iure operatur.*
5 *Imo & citatio requiritur.*
6 *Citatio noua desideratur, antequam in pœnam cōminatam iudicis præceptum cōdemnatus condemnetur.*
7 *Fallit in Cam. Imperial. his in casibus, in quibus mandato inseritur clausula, vt nisi paruerit, in pœnam comminatam declaratus esse debeat.*

CONCLVSIO XV.

SIQVIDEM, non modo graue reputetur, Prætorem vel
1 iudicem † offendere, *vt ex Innocent. refert Asin. in prax. Florent. §. octauo, capite primo, numero decimosexto*, sed & omnibus magistratibus (vt inquit Vlpianus sub *l. vn. ff. si quis ius dic. non obtemp.*) concessum sit, iurisdi-
2 ctionem suam defendere † pœnali iudicio: *Ioan. Petr. Surd. consilio 360. numero septimo. pluribus deducit nouissime Dominus Gœddaus in l. prima. numero octauo & nono. ff. de verborum & rerum significat.* & com-
3 minatio alias debeat etiam † operari, *vt dicebat post Baldum, in rubr. comminat. vel epist. Ioan. Petr. Surd. consilio trecentesimo sexagesimo. numero vigesimoseptimo:* Doctorum vero sit traditio, quod in omnibus casibus, vbi lex vel ipso iure
4 operatur, necessaria nihilominus † sit declaratoria. *Menoch. consilio nonagesimonono sub numer. 170. Mynsinger. obseruatione septuagesimaseptima ad finem. centur.*
5 6. atque adeo etiam † citatio, *ad not. Gabr. Rom. lib. sentent. conclusio. 1. numero centesimo septuagesimosexto. de quo & infra conclusio. octuagesimasexta. monui*, quæstionis erat, an statim pœna in mandatis iudicum comminata, absque vlteriori citatione exigi posset, an vero noua citatio ad docendum paruisse, & si paritum non esset, audiendum, se in pœnam comminatam incurrisse, requireretur.

Et vera receptaque est conclusio de iure communi, nouam citationem † ante declarationem ad docendum paritum esse, vel ad videndum se pro inobediente pronuntiari, atque adeo pœnam incurrisse, requiri: sic respondendo conclusioni assentitur Tiberius Decianus, *consilio 14. numero octuagesimosecundo. volumine tertio.* Et nuncupatim nouissime statuit Vincentius Carot. *decis. cas. 19. numero nonagesimooctauo.* vbi ex Herculano, Decio, Cagnol. & Bonacos. firmat, præceptum iudicis sub aliqua certa pœna factum, non intelligi ipso iure. Confirmatur etiam conclusio ex inferius sub consideratione dictis. 6

Fallit conclusio in Sacr. Camerali iudicio iis in † casibus, in quibus citatio ad docendum se paruisse, vel videndum in pœnas mandato insertas declarari, decernitur Dn. Gaill. *sub num. 3. & numero 4.* de quibus casibus mentionem nouissime fecit Denais. *in synops. Cam. rubr. mandata sine clausula. §. quarto. rubr. mandata super constitutione pignorationum. §. secundo.* Et tantum de iure Camerali, cetera sub seq. consid. 7

ARGVMENTVM.

Citatio vnica vtrumne ad mulctæ comminatæ impositionem sufficiat de iure communi.

SVMMARIA.

1 *Citatio primum requiritur, antequam contumax in obediendo ad mulctam condemnari valeat.*
2 *Quamuis in primo monitorio adscripta fuisset clausula, vt monito non obediente ad mulcta impositionem sine vlteriori citatione procedi debeat.*
3 *Exceptis tamen casibus de iure Camerali.*
4 *Declarationes huius considerationis plures, remissiue.*
5 *Contumax in iudicio semel citatus, monitus & comminatus, vbi non compa-*

ret, an denuo ratione processus citari debeat. remissiue.

6 *Mandatis comminatoriis pluribus emissis, vltimo tantum grauior comminata pœna contumaci infligitur.*

CONSIDERATIO MISCEL.

Contumacem in obediendo præcepto (de quo Dn. Gaill. *sub nu.* 1) non statim atq; contumax est, mulctari posse, sed iterum ad allegandum & docen-

1 dum caussam, † quare propter incursam contumaciam mulctari haud debeat, citandum esse, multis grauissimis congestis auctoritatibus adseuerat ex modernissimis Prosp. Farinac. *tract. crim. tit. de delict. & pœnis. quæst.* 18 *nu.* 44.

2 Ampliatur, vt adhuc † iterato, ad videndum se in mulctam comminatam declarari, citari debeat, quamuis in monitorio dictum esset, quod monito non obediēte ad mulctæ impositionem procedi deberet, sine vlteriori citatione. *ita ex 8 ned. P. ot. referendo adduxit Farin. d. loc. & consentire videtur Ant. Gabr. Roman. lib. sent. 2 tit. de citat. conclus. 1. nu. 161. iuncta declaratione sub nu. 163. relata.*

Fallit item in S. Camerali iudicio, quoties ad docendum se paruisse, vel videndum declarari in pœnam, mandatum factum esset, *iuxta notata paulo superius sub hac conclus.*

Sed quia huius considerationis obiectum exsistit nonnihil intricatum ob varias declarationes, quas si sigillatim prosequi velimus, prolixiores, & forte extra scopum errantes videremur, adeatur

3 † Robert. Marant. *tract. de multipl. attenat. nu. 311.* inde multis sequentibus, qui distinctis conclusionibus resoluit.

Contumax in iudicio, & quoad processum semel citatus, monitus, & comminatus, an denuo, vbi non † compa-

4 ret, citari debeat, proponere, & declarationibus illustrare, etiam studuit Ant. Gabr. *d. titu. de citat. conclus. 1. num. 160. & seqq.*

CORONIS.

Omnibus quidem notissimum est, aduersus contumacem, seu præcepto iustitiæ inobedientem arctiora mandata decerni vtique posse (*adnot. Gaillii sub num. 3.*) ita etiam, vt si mulcta in primo mandato quinquaginta florenorum cōminata esset, arctiori post mandato centum refrenandæ contumaciæ ergo inferi posset: hoc tamen interim considerandum grossioribus iudicibus erit, vltimo in mandato præfinitam contumaci mulctam duntaxat esse † commissam, nuncupatim ita ex Marsilio statuente Vincentio Carot. *cas. 19. nu. 99.*

ARGVMENTVM.

Remedium noui operis nuntiationis vt competat, & e contra nuntiatio remittatur, casus explicantur.

SVMMARIA.

1 *Noui operis nuntiat. interdictum a quibus Dd. explicetur.*

2 *Nuntiatione noui operis, iure vel iniuria facta, inhibetur ædificatio.*

3 *Nuntiatione facta per modum attentati iniungitur destructio.*

4 *Nunciatus ab ædificando desistere debet, etiamsi de suo iure adhuc non probauerit nuntians.*

5 *Modo nuntians rei, cuius ratione nuntiatum est, dominus vel possessor sit.*

6 *Nec ex legum præscripto interdicta nuntiatio esset.*

7 *Opus post nuntiationem factum, destrui debet ante omnia, etiam lite super principali negotio pendente.*

8 *Noui operis nuntiatio aduersus ædificanda, neque vero ædificata, operatur. & num. 9.*

10 *Nuntiator pro demolitione instans, quid post nuntiationem ædificatum sit, probare debet.*

11 *Nuntiatio impune spernitur, in casibus vbi notorie de non iure nuntiatoris constaret.*

12 *Nuntiatio non tenet aduersus restaurationem.*

13 Nun.

13 *Nuntiatio valide operatur aduersus iam funditus collapsa dirutaque ædificia.*
14 *Licet nonnulli contrarium velint.*
15 *Nuntiatio non tenet, nuntiator vbi super caussa, ius sibi prohibendi competere, litem esset contestatus.*
16 *Quamuis dissentiat Berous.*
17 *Noui operis nuntiatio tollitur idonea cautione.*
18 *Modo nuntiatus se non offerret intra trimestre tempus de suo iure ædificandi velle probationis perficere.*
19 *Declarationibus hoc vltimum explicatius proponitur.*
20 *Minori an detur restitutio aduersus lapsum trium mensium probationi & interpretandæ cautioni præscriptum, licet sint contrariæ opiniones, affirmatiue tamen concludit Fachin.*
21 *Noui operis inhibitionem per iudicem factam, postea cautione remissam, reuocari non posse.*
22 *Nouum opus nuntiãdi facultate, an fruatur emphyteuta, & an dominus directus ipse, remissiue.*
23 *Nouum opus an recte nuntiet seruitutem habens remissiue.*
24 *Nouum opus an denuntiari possit in publico ædificanti, remissiue.*

CONCLVSIO XVI.

NTERDICTI, & de noui operis nuntiatione, & ad cautionem idoneam vel factam, vel oblatam, remissione, praxin, vt quæ a Doctoribus & commentatoribus diffuse luculenterque, nominatim †vero Roffredo Beneuent. *tract. ord iudic. part. 2. rubr. de interdicto noui op. nunt. & seq. rubr. de interdicto, vt liceat ædificare ei, cui nuntiatum est, si satisdederit. Specul. titu. de nou. oper. nuntiat. Pract. Papiens. in forma libelli, quo agitur ad nuntiationem noui oper. Ioann. Oldendorp in progymnasm. act. forens. clas. 3. act. 7.* proposita sit, haud referendam seu transscribendam duxi, sed saltem nuntiationis, & e contra cautionis effectus principaliores notabilioresq; subiicere statui. Vtriusq; enim effectus eo maxime 1 tendere constat, quo & opera non per inanes denuntiationes (vt ipsissimis tex. *l. vn. C. de noui oper. nuntiat.* verbis loquar) prohibeantur, & recte denuntiantibus consulatur.

Cõclusio est apertissimi iuris per †nũtiationẽ, siue iure, siue iniuria opus nouum fieret, inhiberi ædificationem, *l. 1. in princ. l. prætor ait. 20. §. interdictum. §. ait prætor. ff. de oper. nou. nunt. tex. c. 1.* quod est, denuntiatione noui operis, siue iure, siue iniuria aliquid construatur, legalibus debet constitutionib. demoliri. *ext. eod. tit.* Et ex modernioribus conclusionem respondendo, post Crot. Ias. Bald. Pract. Papiens. Plot. & Bar. nuncupatim induxit Io. Petr. Surd. *consi. 121. nu. 10.* Plures Dd. referre supersedeo, textus quum habeamus claros. Et per modum attentati destructionem post nuntiationem ædificatorum † iniungi ex Baldo docet Lancel. *tract. attent. part. 2. cap. 20. limit. 22. num.* 11. 2 3

Infertur ex conclusione, vt adhuc nũtiatus ab ædificando desistere debeat, quamuis nuntians de †suo iure non probasset. *And. Fachin. controuers. iur. lib. 8. cap. 44.* 4

Declaratur illatio vera, quando nuntians esset dominus, vel saltem possideret: non vtique autem, † vbi nec dominus, nec possessor esset. *ex Alex. Surdus induxit. cons. 154. sub nu. 23.* 5

Declaratur item vt fallat in casibus, quibus ex †legum præscripto ædificatio interdicta esset. *adnot. Fachin. d. cap. 44. §. quartum argumentum. inde, ad fin.* & huc etiam referenda est limitatio conclusionis prima. 6

Extenditur cõclusio, vt opus, post nũtiationem factum, destrui debeat, etiam postquam lis super ædificationis negotio cum aduersario contestata esset, & quidem ante omnia, priusquam, scilicet, de iure vel non iure ædificantis †per sententiam constiterit. Ita cum Menoch. Lancel. Spanochio & assentientibus statuit And. Fachin. *lib. controu. iur. 8. c. 55.* aduersus Iason. suæq; opinioni adstipulantes. Et est huius extensionis separatus casus ab eo, de quo *num. 15.* 7

Declaratur conclusio, vt noui operis remedium duntaxat competat aduer-
8 sus ædificationem futuram, nō iam † factam. *l. 1. § 1. ff. de op. nou. nunt. in terminis wesenb. conf. 34. nu. 51. & 62. in terminis item Marant. conf. 56. num. 3. Damhoud. in prax. ciuil. cap. 15. vers. noui itaque operis nuntiatio*: Plures qui cernere auet auctores, copia est Caualc. Fiuiz. *decis. 23. num. 16. part. 2.* quos citare esset frustraneum, quandoquidem & hic perspicui sint textus. *ad notat. in proœm. nu. 6.*

Declaratio hæcce sui effectu est etiam plurimū notabilis, eo, quod ea duntaxat veniant demoliēda, quæ post nuntiationem factam ædificata essent, non
9 † quę ante. *iuxta d. § l. 1.* ita tamen, vt nuntiator pro demolitione instans, quid facta nūtiatione superædificatum sit, pro-
10 bare habeat † necesse. *firmat Borg Caualc. Fiuiz. decis. 23. nu. 17. part. 2.* eius etiam opinionis deprehenditur Oldend. *clas. 3. act. 7. vers. hoc oportet probare actorem.*

Limitatur iam cōclusio primo, vt impune nuntiatus spernere nuntiationem possit, quando de non iure nuntiatoris
11 † notorie appareret. *Dn. Gail. nu. 4.* Accedit auctoritate ductus Abbat. Bart. Ias. Paris. Ruin. Crot. Dec. Soci. iun. Spannochii Senens. Bologn. Bald. Beroi. & Ploti, Alexander Raudens. *respons. 24. nu. 12. vol. 1.* quam limitationem veram & communem ex Croto laudat Ioan. Petr. Surd. *cons. 154. nu. 20.* Confert declaratio supra sub *nu. 6. relata.*

Limitatur secundo, & statuendum, remedium noui operis nuntiationis ad restaurationem & refectionem ædificii non pertinere, quin potius facta nuntia-
12 tione nō obstante adhuc impune † nuntiatus ædificium restaurare queat. *text. express. l. 1. §. si quis ædificium vetus fulciat. ff. de noui oper. nunt. & Raudensis ex Remigio & Bruno induxit respons. 16 num. 27. vol. 2. Maranta etiam recipit cons. 56 nu. 4.*

Declaratur limitatio, vt locum sibi non vindicet, quando ædificiū iam ante
13 fuisset funditus collapsum † destructumque. Eo enim casu nuntiatio teneret. Eiusmodi declarationem, sequutus Castrens. Alex. Ias. Alber. & Afflictus, in facti contingentia respondendo stabiliuit Ioan. Petr. Surd. *cons. 121. num. 22. 23. 24.* & diserte etiā ex Decisionistis neotericis eandem recepit, rationibusque firmare adnisus fuit, Marc. Ant. de Amat. *Rot. Prouinc. Marc. decis. 64. num. 38. inde ad nu. 44* Hoc idem ex Alberico (qui Mediolani ita IVDICATVM exstitisse asserit *in l. 1. de nou. op. nunt.*) & Iasone pro firmamento statuit Academ. Ingolstad. *cons. 1. sub nu. 27. diuersorum tom. 1. apud Stein. nouiter Francof. impress.*

Contrarium † aduersus declarationē 14
autumat, referente etiam eodem Surd. *d. loc. Bologn. in l. qui viam. 14. ff de nou. oper. nunt.* quo & Maranta *cons. 56. sub num. 4.* videtur inclinare.

Limitatur tertio, vt fallat conclusio, quando nuntians lite iam super † caussa, 15
sibi nimirum ius prohibendi competere, contestata, iam primum nuntiationem fecisset: tunc enim nuntiandi ius non esse, atq; proinde post nuntiationē non destrui, asseuerat in facti terminis allegando Bald. & Ias. Ioan. Petr. Surd. *cons. 154. nu. 22.*

Beroum, *quæst fam. 3.* dissentientem, † futilibus vti fundamentis, idem Surd. 16
d. cons. 154 nu. fin. scribit.

Limitatur quarto, vt inhibitio noui operis cautione idonea vel facta, vel oblata remissa † seu peremta existimetur. *l.* 17
prætor ait. 20. § 1. ibi. vel vice nuntiationis missa satisdatio de opere restituendo fuerit interposita, & §. si quis ibi. si quis paratus fuerit satisdare. deinde actor stipulari nolit, in ea caussa est, vt remitti debeat. *ff. de noui oper. nuntiat. l stipulatio. 21. § 1. ff. eod. cum concordan.*

Declaratur limitatio, vt non obtineat, quando nuntiator replicando se offerret, probationem sui iuris intra trium mensium spatium perfecturus: hac enim
† oblatione facta, videtur nuntiato, non 18
obstante cautione ab ipso de opere, si non iure ædificatum exstiterit, demoliendo, oblata, intra trimestre hoc tempus in ædificando pergendum neutiquā esse. *text. in cap. fina. de oper. noui nuntiat.* Quo etiam facit *l. vn. C. eod.* & spectant scripta Dn. Gaillii. *num. 17.* Declarationem

nem hanc diserte confirmauit nuper And. Fachin. *lib. controuers. iur. 8. cap. 48. per tot. præsertim versic. postrema igitur. & seq. fin.*

Subdeclaratur tum demum procedere declarationem, quando nuntiatum
19 † esset ab initio, antequam ædificans expensis multas fecisset in cæmentis, & instrumentis ad ædificandum, & non esset ædificare volenti graue supersedere per tres menses, nuntiansq; allegaret se habere iura, quæ tamen allegationis tempore producere non posset, sed trium mensium tempus faciendæ probationi peteret.

Quando vero e contra res non esset ædificanti integra, sed periculum in mora vel ex aspectu, aliaue ex caussa iudex animaduerteret, nuntiationem esse calumniosam, cautio admittenda statim foret, non exspectato trium mensium lapsu. Ita nominatim Thessaurus scriptum reliquit, *Pedemont. decis. 204. sub num. 4* testatumque fecit iuxta hanc subdeclarationem in eodem Senatu tribus vicibus IVDICATVM exstitisse. Conferunt notata per Francisc. Marc. *Delph. decis. 106.* vbi, quando de animo malignandi apparet, & de iure nuntiantis non constaret. *part. 2. & Borgn. Caualc. Finiz. decisio. 23. sub num. 9. in verb. maxime non apparente a principio de aliquo iure nuntiantis, & dicta fideiussione præstita. par. 2.* Robert Lancellot. etiam *tract. attent. part. 2. cap. 20. limitat. 2. num. 14.* accedere videtur. Satisdatio (*inquiens*) non solum operatur, quando statim post nuntiationem offertur, verum etiam si offeratur inde ad tres menses, etiamsi nuntians offerat, se in continenti probaturum, quod nuntiato ius ædificandi, non competit, nititur *decis. 20. Crescent.* Quinimo, post hæc scripta editus, Vincent. Carot. *decis. casu 19. num. 23.* expressim subdeclarationem recepit, &, sibi, propter frequentes vicinorum æmulationes, videri æquum, dixit.

Sed an minori detur restitutio in in-
20 tegrum aduersus † omissam iusto trium mensium circumscripto tempore interponendam cautionem de, in casum succumbentiæ, demoliendo? Fachin. *contro. iur. lib. 8. cap. 49.* vbi pro affirmatiua concludit, reiectis interim dissentientium opinationibus.

Inhibitio noui operis per iudicem facta, si idonea præstita destruendi cautione remissa esset, postea † non poterit reuocari, quamuis aduersarius libellum produceret, & de iure suo se in continenti probaturum offerret; nuncupatim adseuerat, & de iure verum esse, propalare adstudet Borgn. Caualc. *Finizan. decisio. 23. numero 1. inde multis sequentib. part. 2.* 21

Pluribus in recensendis, vel ampliationibus, vel declarationibus non insisto, siquidem commentarii de hoc exstent absolutissimi, integrique tractatus.

Emphyteuta an possit nouum opus domino nuntiare, † & an dominus alii in re emphyteutica ædificanti, Valasc. *tract. emphyt. quæstio. 18. num. 24. & seqq.* reassumsit. 22

Seruitutem habenti vtrumne remedium hoc noui operis † nuntiationis competat, Vaud. *variæ quæstio. lib. 1. quæst. 39.* examinat. Et alii plures alias atque alias proposuere quæstiones, de quibus dici, institutum non patitur. Ad fontes enim lectorem relegatum volo. 23

Et an huic nouum opus nuntiari possit, qui in † publico ædificat, videatur pulcer casus, *in decision. Curiæ Prouinciæ. causs. 22. quæst. 1. & 2. Francisca de Claperiis auctore.* vbi quidam ædificabat super turrim ciuitatis. 24

ARGVMENTVM.

Forma nuntiandi nouum opus per iactum lapilli recipiendane sit.

SVMMARIA.

1 *Noui operis nuntiationis faciendæ caussa triplex.*

2 *Nuntiatio noui operis tribus modis fieri vulgo docetur.*

3 *Nuntiatio, an recte per lapilli iactum fiat.*

CONSIDERATIO I.

QVemadmodum triplex est nuntia-
1 tionis noui † operis caussa (*vt est in l. de pupillo. 5. §. & belle Sextus Pedius. ff. de noui oper. nuntiat.*) Naturalis, Publica & Impositita. Sic etiam (*inquit Roffred. Beneuent. tract. ord. iud. part. 2. rubr. de interd. noui oper. nunt. numero 2.*) tribus modis
2 † nuntiatio fit. Primo, nudo sermone: Secundo per Prætorem: Tertio per iactum lapilli, ceu etiam Dn. Gaillius *numero* 11. adduxit, & Doctores communiter recepere.

Primum & secundum nuntiandi modum admittit quidem Ludou. Bologn.
3 tertium † vero in *l. qui viam. 14. ff. de oper. noui nunt.* reprobat Bologn. Nuper consensum adhibuit Alexan. Raud. in celeberrimo & doctissimo suo tractatu. *de analog. cap. 7. nu. 14. & sequen.* vbi inter cetera in hæc prorupit verba. Ridiculus (*inquit*) est hic intellectus, quia nullibi legitur lapillum proiici debere in opere. Item nonne hæc proiectio esset vana, & otiosa, cum liceat mihi ædificantem in meo propria auctoritate impedire? *l. quemadmodum. §. 1. ad leg. Aquil. l. si inter. §. qui aditanuam. quod vi aut clam. cum aliis ibidem ab ipso citatis. Et paulo inferius.*

Est ergo (*pergit*) verus sensus (quem nota (*inquit idem Raud.*) in praxi pro defendendis his, qui de facto destruunt clusam, vel aliud ædificium in cauo rugiæ eorum factum per possidentes bona inferiora, vt diuertant aquam; & mille similes contentiones quotidie emergunt ratione aquarum ac ædificiorum) quod in solo meo, vbi ædificatur, capiam, vel capere faciam lapillum, id est, lapillos præparatos pro ædificando, & iactem dispergendo, ac proiiciendo extra signum, seu limites ac confines meæ possessionis. Illa enim arena grossior, & sabulum pro ædificando constat ex lapillis. *gloss. l. 1. verbo. glarearum. de vi publica.* Et profecto si Doctores diligenter perquisiuissent omnes species, de quibus prædicatur dicta vox, *Lapillus*, nunquam talem ineptiam dixissent intellectui, quem primus omnium dixit Ludouicus Bologn. cum quo concordat ratio naturalis, & ipse hominum vsus, licet vulgo ignoretur, vbinam fundetur. Hactenus quidem Alexan. Raudensis.

Mandatum sine clausula, an decernatur aduersus nuntiatum, dixi sup. *Conclus. 17.* & an per comparitionem in simplicem citationem resoluatur notaui, *infra conclu. 19.* vbi videre poteris ad satietatem.

ARGVMENTA.

I. Sæuitia inferioris in subditos mandatis pœnalibus compescitur.

II. Vasallus in subditos feudales sæuiens, iurisdictione in eos sibi concessa priuatur.

SVMMARIA.

1 *Reges & superiores liberare oppressos iure diuino tenentur.*
2 *Iudici immodice sæuienti frænum iniiciendum.*
3 *Imperatoris proprium est, e manu sæuientium eripere subditos.*
4 *Principem offendit, qui subditos offendit.*
5 *Ab immediato domino indebite grauati ad superiorem recta confugiunt.*
6 *Domini possessionum colonis innouationem, vel violentiam inferre non debent.*
7 *Eleemosyna est apud Deum magna, oppressos liberare.*
8 *Subditis, se a vasallo onerari conquerentibus, Dominus succurrere debet.*
9 *Quinimo ex officio etiam non requisitus subditis recte succurrit.*
10 *Superior inferioris sæuitiam mandatis pœnalibus compescere potest, & debet.*
11 *Item per viam sequestrationis.*
12 *Iudex sæuiens in subditos a superiore ab officio deponendus.*
13 *Camera Imperial. ratione sæuitiæ, & insolitorum seruitiorum, recta adiri potest, neque obstat priuilegium* der Außträge.

14 *Vasallus supra modum in subditos sauiẽs, iurisdictione priuatur.*
15 *Vasallos sauientes coercendi optimũ remedium, apud Saxones receptum.*
16 *Illicitis extorsionibus innouata, probata sauitia officio iudicis veniunt rescindẽda.*
17 *Sauitia punibilis & coercenda quæ sit, arbitrio iudicis relinquitur.*
18 *Vasallus sæuiens non in totum, sed in eos, in quos sæuiit, iurisdictione priuatur.*
19 *Vasallum in totum priuari a consilio Reg. Neap. decisum.*
20 *Vasallus an & quando ob sæuitiam feudum amittat, remissiue.*

CONCLVS. XVII.

1 SACRA dictante pagina Reges & superiores teneri † liberare oppressos, docemur. Sic enim edicit Iehoua Esa. 1. vers. 17. *Quærite iudicium, subuenite oppresso.* & Ierem. 22. vers. 3. *Facite iudicium & iustitiam, & liberate vi oppressum e manu calumniatoris.*

Quemadmodum igitur iudicibus *(vt est in l. 2. C. de cust. reor.)* immodice sæui-
2 entibus fræni quædam temperies † est adhibenda, sic etiã Imperatoris est pro-
3 prium † e manu calumniantium & sæuientium oppressos liberare. *cap. regum. 23. q. 5.* ceu ipsemet Imperator Iustin. *in Proœm. Instit. princ. ibi. sed etiam per legitimos tramites calumniantium iniquitates expellat.* profitetur: ex nostris autem Menoch. *cons. 675. n. 31. Et post alios Fab. de Anna consult. 7. num. 26. tradit, & ex Mart. Laudens. nuper etiam docuit Petr. Ant. de Petr. tract. de potest. Princip. cap. 8. sub num. 73. vers. nouus casus est.* Nec immerito: quandoquidem
4 principem offendisse † dicatur, qui subditos offendit. *ex Baldo & Alex. Ludolph. Schrad. de feud. part. 9. cap. 3. sub n. 60. & quæ id genus alia sunt.* Quare iure optimo ab immediato domino grauati ad superio-
5 rem † pro remedio confugere possunt, implorando eius officium, ne permittat eos ab immediato domino oneribus indebite aggrauari. *ad notat. Ioan. Petr. Surd. cons. 83. n. 8.* Et caueant (inquit Diuus Imperator noster Iustinianus sub l. *cum satis. 22. C. de agric. & censit. lib. 11.*) possessionum domini, in quibus coloni constituti sunt, aliquam † innouationem vel vio- 6
lẽtiam eis inferre. Si enim hoc approbatum fuerit, & per iudicem pronuntiatũ, ipse prouinciæ moderator, in qua aliquid tale fuerit perpetratũ, omnino ꝓuideat. Nouissime hunc textum induxit Ioan. Koppen. *quæst. 19. nu. 9.* Et præfectus (inquit Vlpianus *sub l. 1. §. 1. ff. de offic. præfect. vrb.*) seruos de dominis quærentes audiet. *iuncto §. quod autem. ibi. si sæuitiam, si duritiem, si famem, qua eos premant, si obscœnitatem, in qua eos compulerint, vel compellant, apud præfectum vrbi exponant.* Magna quippe apud Deum erit eleemosyna, † pauperes & oppressos defendere, 7
ceu ex Baldo in his nostris terminis versans induxit Thom. Gramm. *Neap. decis. 104. n. 17.* Quod & in subditis † cõquerẽtib. si hi a vasallo onerentur locũ habe- 8
re, scribit, post Afflictũ Guido Pancirol. *inter cons. Menoch. cons. 604. n. 8.* Et in contingentia facti respondit Ludou. Fachis. *cons. 1. n. 19. 20.* Immo & in vniuersum, etiamsi de domino subditi conquesti † nõ 9
essent, superior nihilominus ex officio subditos ab inferiore, vel etiam dominus a vasallo, plus æquo oneratos liberare posset. *Dn. Gaill. sub n. 7.* accedit per *l. illicitas. §. ne potentiores. vers. nec innocentibus. de offic. præsid.* auctoritateq; nisus Bald. atque Ioan. Fabri. Thom. Gramm. *Neapol. decis. 104. n. 15. idem admittit Francisc. Marc. Delph. decis. 474. sub num. 1. vers. & debet iudex isto casu ex officio prouidere. p. 2. auctoritate item Ioan. Fab. & Guid. Pap. in specie scriptũ reliquit Ioan. Borcholt. tract. feud. c. 8. nu. 139.* Et Guido Pap. *decis. 62.* in auctoritatẽ citans Fabrũ, Bart. & Bald. refert ita in eodem Consistorio Delphin. OBSERVATVM esse: sicuti &, Papæum referẽdo, animaduertit Francisc. Viu. *Neap. dec. 447. sub n. 17. vers. nec circa hoc vllatenus.* Sciteq; tradidit Dn. Gaill. *de pac. publ. c. 2. num. 14. Schenck. Baro in c. vn. §. Si vero vasallus conqueritur. n. 20. de milite vasallo qui cont. est.*

Lites, dissensionesq; ꝓinde inter dominum immediatũ, & populos huic subditos, supremus audit, diffinit, cõpescit. *ex Bald. Natt. Alb. & Cacherano, Ant. Peregr. respondendo statuit cons. 1. num. 44.*

Hinc iuribus apertissimis, & doctorũ auctoritatibus stabilita, bimẽbris conficitur, in idem tamen recidens, cõclusio.

Vna est, quod superior mandatis pœ-
10 nalibus sæuitiam † inferioris in subditos compescere possit, immo & debeat. Cũ Dn. Gaill. pulcre exornando concurrit Dn. Mynsf. *obs. 8. cent. 5. Baum. de sequestr. c. 3. num. 8.* vbi & Dn. Gaillium refert, & insuper contendit etiam per viam seque-
11 strationis † subditos a sæuitia eximere posse.

Et quod iudex in subditos sæuiens a
12 superiore officio deponi † possit, adseuerat Francisc. Marc. *Delph. decis. 474. per tot.* testaturque in eodem Reg. Cons. sic IVDICATVM exstitisse. *p. 2.*

13 Et hoc casu cessat † priuilegium Ordinationis **der außträge**/ seu, vt loquũtur, austregarum, atque proinde recta in Camerali iudicio ratione sæuitiarum & in solitorum seruitiorum grauamine agitur. Sic in specie post Mynf. & Gaillium, Ioannes Caluin. *de process. iudic. c. 8. 2 mem. 2. num. 25.*

Altera conclusio est, vasallum nimi-
14 um in subditos feudales sęuiẽtem, † priuari iurisdictione sibi alias a domino cõcessa. *post Bald. Aluarott. Bart. Roman. Iacobin. & Euerhardum expresit Matth. Wesenb. in tract. feud. cap. 15. sub numero 5. vers. item si nimium sæuiat.* Et ita etiam concludit Rosenth. *de feud. cap. 10. §. 55. in lit. A.* Conclusionem nominatim etiam firmat & auctoritatem in hoc Martini de Laud. Grammat. & aliorum sequitur Petr. Ant. de Petr. Placent. *de potest. Princip. capite 8. numero 74.* & merito, (inquit) idem Placent. quia abutitur dominio sibi concesso, & ideo non meretur dominari, *vt concludit Curt.* Iun. *consil. 137.*

Est & remedium vasallos sæuientes
15 coercendi optimum, quod ex † consuetudine Saxonica, *teste Lud. Fachsio cons. suo primo, numero 27.* obseruatur. Vt scilicet Dominus, spreta a vasallo monitione, prohibeat rusticis ne soluant census, nec præstent seruitia, donec grauatos in sua iura reponant, atque ita a sæuitia desistant.

Et sane sæuitia adeo legibus est exosa, vt si subditi ea perciti aliquid de iure illorum siuissent † detrahi, probata sæ- 16
uitia illud met officio iudicis debeat rescindi. Sic in multo fortioribus terminis, auctoritate Soarezi & Parisij, prodidit Octauian. *Pedemont. decis. 179. num. 3.* Sed quæ dicatur sæuitia punibilis † & co- 17
ercenda, quæri posset? Menoch. *de arbit. iud. cas. 138.* docet, iudicis relinqui arbitrio: iudex igitur discretus, pro modo sęuitiarum pœnam & coercitationem statuet.

Limitatur iam conclusio, vt quidem iurisdictione in eos, in quos sæuitum esset, priuetur vasallus, non vero, vbi in aliquos particulares tantum sæuitum esset, tota in omnes † iurisdictione, priua- 18
retur. Ita in specie limitationem adduxit Francisc. Viu. *Neapolit. decis. 447. sub num. 15. vers. verumenimuero animaduertendum est.*

Huic limitationi aduersatur decisio
† Neapolitana, *vt est apud Grammatic. decis. 104.* vbi ad finẽ testatur IVDICATVM 19
per magn. Curiam vicarię exstitisse quẽdam Paleatium, qui aliquos vasallos indebite tractauerat, in eosq; sæuierat, omnium vasallorum iurisdictione priuatum esse, eiusdemque Curiæ vicarię sententiã Cons. Reg. Neap. APPROBASSE.

Feudum vero an, & quando vasallus † 20
ob sæuitiam amittat, videatur Menoch. *de recup. poss. rem. 10. n. 86. Schraderus de feud. p. 9. c. 3. n. 59. & seqq.*

ARGVMENTVM.

Extorsio insolitorum seruitiorũ iure reprobatur.

SVMMARIA.

1 *In extorquentes a subditis insolita seruitia, pœna quinquaginta librarum auri, leges pie animaduertunt.*

2 *Censum insolitum extorquentibus pœna quadruplici præstita.*

3 *Nec, si res, quarum caussa seruitia præstãtur, meliorata sint, licebit insolita seruitia imponere.*

4 *Modo diligentia Coloni vberiores prouentus reddat.*

5 Me-

5 *Melioratio si casu contigerit, quid iuris, remissiue.*
6 *Insolita seruitia per vim vel metum extorta præsumuntur.*
7 *Quod procedit, etiamsi subditi oneri insolito quandoq; acquieuerint.*
8 *Nisi diuturna sit facta præstatio, & hoc modo non metus ratio perdurasset.*
9 *Insolita imponenti seruitia impune resistitur.*

CONSIDERATIO I.

PIissima est a legib. præscripta anim-
1 aduersio in extorquentes seruitia † insolita. Nouis enim oneribus subditi non sunt grauandi. *post Neuizanum in terminis Ant. Sola in Const. antiq. Sabaudiæ. Decret. in casibus. glossa secund. sub n. 1. vers. seruitia debent.* Sub pœna de iure quinquaginta librarum auri. *ex l. fin. C. de alluuion. idem Sola. n. 2.*
2 Sin vero census † insoliti extorquerẽtur, pœna quadrupli præstituta est. *ex Iasone & aliis Sola. d. gloss. 2. sub num. 2.*

Minitantur etiã horrendæ afflictiones imponentib. insolitas pensiones & inconsueta seruitia. Sic Auctor opusculi, de Regim. rusticor. *c. 4. pag. (mihi) 66.* vbi inter cetera his scribit verbis. *Non longe* (inquit) *ante hæc tẽpora, princeps quidã, dum vltra solitã pẽsionem inhumaniter quosdã rusticos grauaret, nec quicquã suspicaretur mali, subito absq; aliquo morbo cœpit dolere vẽtre, & in breui miserabiliter os eius occlusum fuit, ita vt sine sacramentis formidabili morte, velut canis, vitam finiret.*

Ampliatur primo, vt nec super solita antiqua seruitia noua imponi possint, et-
3 iamsi † res, quarũ caussa seruitia antiqua præstabantur, vberiores daret prouẽtus. Probat *Sola. d. gloss. 2. sub n. 1. vers. Nõ obstãte.*

Declaratur tñ hęc ampliatio, dũmo-
4 do diligentia aliqua † p̃stãtis seruitia, res ad meliorẽ statũ seu vberiores prouẽtus reddendos meliorata esset. Idem Sola *ibidem*, dum considerat rationem, ne diligentia *(inquit)* possessoribus damno sit. Cęterũ ex Decisionistis hui⁹ declarationis varias adduxit distinctiones Francis. Mar. *Delph. dec. 210. per tot. p. 2.* Sed q̃d si ca-
5 su melioratio † cõtigerit? vide cõc. 23. *l. 2.*

Ampliatur secũdo, vt si cõstiterit antiquitus minora p̃stita esse seruitia, præsumantur † illa insolita seu noua per vim, 6
vel metũ extorta esse. *Vincent. Honded. cõsult. 86. n. 17. vol. 1.* vbi Honded. dicit in ea caussa ita IVDICATVM esse. *Ioan. Pet. Surd. cons. 323. n. 14. & seq.* atq; infinitis, p̃pemodũ collectis auctoritatib⁹ ampliationem hãc nominatim ex professo firmauit Ioseph. Mascar. *tra. prob. cõcl. 1301.* Idẽ, quod dominus non possit se excusare ex eo, q̃
quãdoq; subditi † acquieuerint oneri in- 7
solito, sed præsumatur per impressionẽ acquisisse. *Nominatim tradit post Baro. Caball. & alios Petr. Ant. de Pet. Placent. de potest. Princip. cap. 8. num. 78. Schrad. de feud. part. 9. sect. 5. num. 109. Sola d. gloss. 2. sub num. 2.*

Declaratur ampliatio fallere, vbi de diuturna p̃statione † cõstaret, hoc quip- 8
pe casu prę̃sumtio impressionis seu met⁹ cẽsetur purgatus. *in terminis facti respõdit Ant. Peregrin. cons. 13. n. 13. 14.* Modo, ceu omnino arbitror, metus ratio continuo diuturneq; non perdurasset, vt multis solidissimis argumentis facili negotio posset cõprobari: vt ita perdurante metus caussa, ipsemet haud purgat⁹ cẽseri possit. *ad not. Mascard. tra. prob. concl. 1054. n. 34. 36. 40.* Pro subdeclaratione etiã Fulu. Pacian. *tract. prob. c. 29. n. 80. lib. 1. videri posset.*

Ampliatur tertio, vt & insolita imponẽti seruitia † impune resistatur. *Sola d. n.* 9
2. circa mediũ, & auctoritate Boerii & Iasonis cõcedit Pet. Ant. de Pet. de potest. princ. c. 8. n. 79.

Est tamen hęcce ampliatio ita moderanda, ne rebellionis vel alterius tumultus in dominos ansam præstet.

ARGVMENTVM.

Monitio an priuationem iurisdictionis sæuientis iudicis præcedere debeat?

SVMMARIA.

1 *Monitionem debere præcedere priuationẽ in praxi receptum.*
2 *Quidam Dd. in iis, quæ in omittendo cõsistunt, monitionem requirunt, non in iis, quæ committendo patrantur.*
3 *Verum communis indistincte monitionem requirit.*
4 *Feudum vt ob sæuitiam amittatur, trina monitio præcedere debet.*
5 *Subditi insolitis beneficiis præstãdis rebel-*

les & refractarii, quib. mediis cōpellātur.
6 *Rebelles qui, & quæ eorum pœna.*
7 *An, & quando, ad hoc, vt quis cēseatur rebellis, sententia declaratoria requiratur, remissiue.*

CONSIDERATIO II.

MONITIONEM superioris, vt desistat inferior a sæuiēdo in subditos, debere præcessisse, antequā illemet sæuiēs iurisdictione priuari posset, Practica ser-
1 uari †, scribit Dn. Gail. *sub nu. 4.* Non desunt, qui distinguāt, monitionē quidem
2 in iis, quæ in omittendo † consistunt, necessariā esse: secus in iis, quæ committēdo patrantur: vt si vasallus sæuitia presserit subditos, absq; vlla monitione priuari iurisdictione possit; sed vtroque casu ex
3 communi † Doctorum placito monitionem debere primum interuenire testatur post multos a se citatos Henr. Rosenth. *de feud. cap. 10. §. 85.*

Vbi vero de ipsius feudi amissione ad-
4 uersus dominū ageretur, trinā, † vt feudum ob sæuitiam amittatur, requiri monitionē, autumat in terminis Viu. Neap. *dec. 447. n. 14. 19. 20. & 21.* subiungens, contrariam sententiā, quod scilicet monitio nō requiratur in vasallo, nullatenus esse attendendam, vt quæ lubrica & periculosissima sit, cōmunemq; aduersus eandem stare opinionē feudistarū. A Viuij sententia, trinam scilicet requiri, nec vnicam, nec binā sufficere monitionē diserte voluit post Curt. Iun. & alios Petr. Ant. de Pet. Plac. *tra. de Princ. potest. c. 8. n. 75.* vbi & hāc sententiam veriorē laudat.

CORONIS.

Subditi vbi essent rebelles & refractarij in præstandis solitis seruitiis & oneri-
5 bus, quomodo † ad obedientiam compelli debeant, monet D. Gaill. *n. 8.*
6 Verum quis dicatur † rebellis, & quib⁹ coerceātur rebelles pœnis, grauiter post moderniores ex professo scriptum reliquit Tib. Decian. *tra. crim. l. 7. c. 32. per tot.*

Et an, & quando sententia vel cōde-
7 mnatoria †, vel declaratoria, vt quis censeatur rebellis, requiratur, ex neotericis tradidit nouissime Ioseph. Mascard. *tractat. probat. conclus. 1257. per tot.* quo studiosum lectorem, siquidem huius, (ceu puto) nō sit examinare loci, ablego.

ARGVMENTVM.

Sæuitia mariti in vxorem quibus compescatur remediis, quamquam sustineat pœnam?

SVMMARIA.

1 *Ratio ordinis.*
2 *Vxor ob nimiam mariti sæuitiam diuertere potest, & separari a marito.*
3 *Nec dos hoc casu marito, licet cautionem de non amplius offendendo obtulerit, restituenda.*
4 *Sæuitiam ob viri vbi vxor recessisset, restituenda sub cautione viro est semper, reconciliationis vbi superesset spes.*
5 *Sæuiendi caussa quamuis ab vxore processerit, vbi tamen nimia esset sæuitia mariti, separatio indulgebitur.*
6 *Nec dotem solummodo repetit mulier, sed & donationē propter nuptias lucratur.*
7 *Sæuitia tamen ab vxore necessario & concludenter probanda.*
8 *Alimenta interim vxori a marito subministranda.*
9 *Quin & expensæ litis vxori collitigāti etiam eo casu, quo a marito adulterii accusatur, suppeditandæ, & n. 11.*
10 *Pauperi cum diuite litiganti, litis sumtus ab aduersario suppeditari debent.*

CONSIDERATIO III.

INTERMITTERE haud debui, quin vestigia † sequens Dn. Gaillij, hic de sæuitia mariti aliquid pro instituti ratione 1
adiiciam. Dn. Gaill. editioni quartæ inseruit, vxorem † ob nimiam mariti sæui- 2
tiam diuertere, atq; adeo etiam separari posse. Quā sententiam grauissimis argumentis solide visus est defendisse Tiber. Deci. *resp. 26. per tot. vol. 4. & resp. 68. vol. 5.*

Ampliatur primo, vt nec dos † sit hoc 3
casu restituenda. *Ant. Gabr. Roman. li. sent. 5. tit. de restit. spoliat. conclus. 1. num. 179.* Etiamsi maritus cautionem de non amplius offendendo, obtulerit. *Decian. in terminis terminantib. resp. 26. vol. 4. & resp. 68. numero 7. vol. 5. & expresse nisus auctoritate, Cravetta Riminald. sen. Aemil. Alex. Menoch. & Neuiz. docet Francisc. Viu. Neap. decis. 435. nu. 3.* vbi etiam testatur hanc senten-

tentiam esse frequentiorem, æquiorem, grauioré, tutioré atq; maturioré, quicquid intolerabiliter ac tędiose in cōtrarium consulēdo affirmauerint Paril. *cōs. 54. vol. 4.* & Hippol. Riminaldus tanquā lubricus, instabilis & fragilis.

Declaratur ampliatio vt fallat, quan-
4 do aliqua † reconciliationis superesset spes: in dubio enim cautionē admitti satius est. *ad not. Lud. Mor. resp. 41. per tot. maxime sub n. 7. 8. 9.* subdētis n. 11. ita IVDICATVM a Card. Vincent. Laureo eadem in caussa fuisse.

Ampliatur secundo, etiamsi sæuiēdi
5 caussa processerit † ab vxore, modo sit odium capitale. Ita disertis verbis in terminis consuluit Tib. Decian. *resp. 68. nu. 10. vol. 5.* quam tamen ampliationem intellige, dum ipse maritus culpa sua caussasset odium adulterando: vel vbi vxor adulterium patrasset, & maritus condonare voluerit, ad se vt vxor reuertat, instaret. Sic videtur intellexisse Abbatē *in c. vn. in 6. notab. vt lite non contest. Francisc. Viuius Neap. decis. 435. n. 21.*

Immo & mulier hæc diuertens non modo dotem repetit. *Viu. Neapol. decis. 435. in ipsis terminis Hieronym. a Laurent. Auinion. decis. 131.* sub *num. 4.* adseuerans ita in eadem Rota IVDICATVM esse. Sed &
6 donationem † propter nuptias lucratur. *post Abbatem in c. fin. n. 3. de adult. sentit Vincent. de Franch. Neap. decis. 244. n. 3.* Et ita in omnibus generaliter IVDICATVM per Senatum Pedemontanum consentiens testatur Thessaurus *decis. 130. sub num. 2.*

Limitatur, & tenendum, vt nō statim eo ipso, quod vxor se acerbe & acriter verberatam & tractatā esse, asserat, queraturque, diuertendi sibi sit concessa libertas: nam licet discedere vel potius fugere a sæuiente marito possit, sæuitia
7 tamen ab vxore necessario † & concludenter probanda erit. *ad notata Natta consil. 616. vol. 3. Rolond. consil. 27. lib. 3.* vterque relatus a Viuio Neapol. *decis. 435. num. 1. 2.* & idem Viu. ex Octau. Vulpel. & Herculano insuper eadem *decis. num. 4.* probat. Et ex Parisio nominatim respondit Menoch. *cons. 850. num. 3.*

Subministrabuntur tamen interim, dum super † sæuitiæ probatione ventilatur, ex domo mariti alimenta extra 8
domum vxori. Ita in ipsis terminis in regio criminali Concilio Cathaloniæ, ex iure communi & Doctorum auctoritatibus IVDICATVM esse asseuerat Ludou. a Peguer. *in suis quæstionibus, decis. q. 20. nume. fin. per tot. quæst. hanc materiam tractans.* Et in terminis, vbi vxor ob a se allegatam sæuitiam viri recesserat a marito, fuisse a Senatu Mantuano DECISVM & ordinatum, vt subministrarentur alimenta, testatur & insuper hanc sententiam probat Ioan. Petr. Surd. *tra. de alimen. tit. 1. quæst. 118. numero quinto.* Videatur item ex modernioribus, qui de alimentis vxori collitiganti a marito suppeditandis tractat, Robert. Lancellot. *de attentat. part. 2. cap. 4. limit. 11. nume. 31. 32. 33. & seqq.* Et quid vbi maritus vxorem adulterij accusaret? Dn. Nicol. Reusn. *decis. 9. lib. 2.*

Alimentorum nomine comprehendentur & expensæ in litem faciendæ:
nam vxori cum marito † litiganti subministrandæ sunt ex domo mariti litis expensæ. Ex Cephalo tradit Francisc. Milanens. Reg. *Sicil. decis. 17. num. 6. lib. 1.* (vbi per tot. decis. ampliando & limitando, 9
quibus casibus pauperi † litiganti cum 10
diuite, expensæ litis debeant ab aduersario suppeditari, de quo & Asin. *in prax. Florent. §. 32. ampliat. 33. & aliquot seqq.*)
In terminis, vbi maritus vxorem † adul- 11
terij accusaret, litis sumtus ab eodē suppeditandos esse DECISIVE consuluit Colleg. Iurid. Rostochiense; & iterum DECISIVO responso confirmauit Dicasterium Ienense, teste & assertore Dn. Nicol. Reusn. *decis. 9. num 5. & 9. lib. 2.* Et in hanc concedit etiam sententiam Aluar. Valasc. *consultat. decis. Regn. Lusit. consult. 1. num. 4.*

ARGVMENTVM.

Naufragij calamitate perdita bona in commissum non cadere?

SVMMARIA.

1 *Naufragium passa nauis vel bona naufragiorū, vt non restituantur dominis, cōsuetudine induci haud potest.*

2 *Nec fiscus ea capit.*
3 *Nec vsucapi possunt.*
4 *Naufragio amissa bona surripiens de iure Canonico excommunicationis pœna tūditur.*
5 *Vt nec Papa hanc pœnam retinentibus bona remittere valeat.*
6 *Naufragii in caussa proceditur leuato velo.*
7 *Modo ciuiliter agatur, non æque criminaliter.*
8 *Naufragii caussa coram quo iudice ventiletur.*

CONCLVS. XVIII.

ONSTITVTIO Imp. Crim. *ar. penult.* Georgio Remo paraphraste in hæc edicit verba. *Maximum vitium, quod con-*
1 *suetudines aliquot locis † introduxere, quibus plerumque calamitas calamitoso, afflictio afflicto addebatur (vnde fiscus in rebus luctuosis compendium sectabatur) a medio tollere atque corrigere cupientes, primum Friderici Aheno barbæ Imp. constitutionem nouo robore confirmam⁹, quæ, Codici Iustinianeo inserta, vult, vt nauigia, quorumque locorum peruenerint, si quo casu naufragio facto rupta, scopulisque illisa fuerint, tam ipsa nauigia, quam nauigantium bona, nautis, naucleris & mercium dominis, ad quos, antequam nauigia huiusmodi periculum incurrissent, spectabant; integra o-*
2 *mnia reseruentur: neque domino † fluminis addicantur, vel in commissum cadant: sublatu penitus omnium locorum consuetudine, quæ huic aduersatur sanctioni.*

Sic nec consuetudine induci potest,
3 vt res eiusmodi ex naufragio † deperditæ vsucapiantur. Ita aliorum fretus auctoritate in specie scribit Sebast. Medices. *de fort. casib. q. 9. num. 7. part. 2.* fuse de huius conclusionis materia Franc. Mar. *Delph. dec. 893. part. 2.*

De iure Canonico graui pœna feriuntur diripientes naufragio amissa bo-
4 na, nimirum † excommunicationis. *ad not. Dn. Gaillii. num. 3.*

Extenditur hoc vltimum adeo procedere, vt sibi retinentes hæc bona, nec
5 a Papa † recte absoluantur. Ita nominatim contendit Martin. Azpilc. *consil. 39. per tot. tit. de sent. excommunicat. lib. 5.*

Leuato velo in caussa naufragij contra surripientes bona naufragiorum, inquirit † iudex. *Marant. in Specul. part. 6.* 6
rubr. & peruenitur aliquando per viam inquisit. num. 246. Bernard. Muscat. in recent. prax. crim. tit. de incend. ruin. naufr. num. 10. vbi admittit, quando ciuiliter ageretur, secus † si criminaliter. Et summarie pro- 7
cedi in caussa naufragij tradit etiã Bapt. Asin. *in prax. §. 3. cap. 31. num. 29.*

Sed corã quo iudice † naufragij caus- 8
sa tractanda sit: Et coram iudice naufragium passi, atq; ita actoris, tractandã esse voluit Bern. Muscat. *d. ti. de inc. ruin. nauf. nu. 23.* Ceterum de his Commentatores *ad tit. ff. de incend. ruin. naufr.* nominatim vero Peckius, videndi sunt.

ARGVMENTVM.

Testes super naufragio passo recepti vt probent, quæ requirantur?

SVMMARIA.

1 *Naufragii super probatione testes non citata parte recipi possunt.*
2 *Dum in longinquis partibus naufragium esset passum.*
3 *Declaratur vt obtineat duob. cõcurrentib.*
4 *Naufragii bona qui surripuit an furtum commisisse dicatur? distinctione resoluitur.*

CONSIDERATIO I.

TESTES super probatione naufragij, parte etiam nõ citata, † recipi posse, 1
testatur aliorum nisus auctoritate Dn. Gaill. *ad finem.* Sed hic considerandum ex nonnullorum sententia, citationem censeri remissam tum demum, quando in longinquis † partibus naufragium fa- 2
ctum esset. *ita diserte Asinius in prax. Flor. §. 7. cap. 5. limitat. 20. ibi. vt puta si pars in longinquis regionibus esset.* Et sic mihi visus est sentire etiam Mascard. *de probatione conclus. 682. numero 21.* & Gabriel. *lib. sent. 2. tit. de citat. conclus. 1. numero 352.* ampliando dicit, id quod scribunt, naufragium testibus, non citata parte, probari posse. Hoc etiam in quolibet alio casu in remotis partibus occurrenti, proce-

procedere, & nouissime cõmuniter receptum esse testatur multis grauissimis fultus auctoritatibus Prosp. Farinac. *in tract. de testibus. quæst. 72. num. 53.* vbi expresse casus naufragii, robariæ & similium, in partis longinquis cõtingentes, proponit.

Imo etiam in nõ tam longinquis partibus testes super naufragio, posse non citata parte recipi, voluisse Bertaz. *consi. 343. nu. 6. refert Farin. sub d. nu. 53.*

Limitatur Dn. Gaillii ex Portio & aliis a se firmatam sententiam, non absolute, sed duobus † concurrentibus obti-
3 nere. Primo, vt attestationes parte non citata super naufragio receptæ, infra annum exhibeãtur. (quia si quis velit probare se naufragiũ esse passum, infra annum debebit probare. ceu *l. 2. & l. penult. (Cod. de naufrag. libr. 11.* deduxit Rofred. *in tract. ordin. iudic. part. 3. rubric. de actione in factum ex edicto. de incend. ruin. num. 9.)* Secundo dummodo de euitando damno agatur (vt hic agũt, qui naufragium passi sunt.) Ita declarat Prosper. Farin. *de testibus. d. q. 72. nu. 54. 55.*

COROLLARIVM.

Cum Imp. Iustinianus *in §. fin. Instit. de rer. diuis.* (cum concordant.) constituisset, earum rerum, quæ in tempestate leuandæ nauis gratia eiiciuntur, dominium permanere Dominis, quibus ante eiectionem erant: siquidem palam sit, non eo animo eijci, quod quis eas habere nolit, sed quo magis cũ ipsa naui maris periculum effugiat: qua de caussa, si quis eas fluctibus expulsas, vel etiam in ipso mari nactus, lucrandi animo abstulerit, furtum commisisse hunc dicendum sit, quæstio inde suborta apud Doctores est, vnde dignosci queat, apprehendentem res eiectas animo lucrandi
4 abstulisse, atque adeo † furtum commisisse vel minus? Et quo hanc quęstionem explanatius resolutã aperiamus, sic cum Vlpiano *in l. falsus. §. si tactum ex naue. ff. de furtis. post Menochium 5. præsumt. 30. nu. 20.* distinguendum erit. Aut inuentor scit rem non esse habitam pro derelicto, & tunc furtum commisisse dicendum erit. Scire autem censetur vel certo, vt si eadem in naui nauigans audiuit proiicientem protestari, se ita abiicere, vt si quando saluus ipse erit, saluaque res, eam velle recuperare: præsumtiue scire cẽsetur, vt cum videt naufragiũ, vel in flumine, vel in mari, vel prope littus fieri. Aut vero inuentor ignorat, quo animo res abiecta sit: & tunc si in littore maris, vel in mari ipso eam inuenit, furtum nõ commisisse existimandum erit; cum in dubio præsumendum sit, inuẽtorem hunc putasse rem illam pro derelicto habitam fuisse a domino. Ita totidem fere verbis Menochius.

Sed quibus pœnis furtum huiusmodi coerceatur, docet idem Menochius, *de arbit. iud. cas. 297.* vbi probat iudicis in hoc residere arbitrium. Hæc in præsentiarum sufficiant.

ARGVMENTVM.

Mandata cũ clausula an & quando decernantur.

SVMMARIA.

1 *Amandatis regulariter non est incipiendum.*

2 *Ampliationes, remissiue.*

3 *Mandata cum clausula iustificatoria iure probantur.*

4 *Mandata cum clausula, parte cui mandatum, non comparente in præfinito termino, in iudicatum transeunt.*

5 *Huius fallentiæ, remissiue.*

6 *Mandata cum clausula, quibus casibus de iure Camerali decernantur.*

CONCLVS. XIX.

MANDATIS seu præceptis non esse incipiendum, conclusionem, regulã † & com- 1
munem omnium Practicam exsistere, ad pręsentes terminos nuncupatim scripsit & corroboraui t Vincent. Carot. *casu. 19. nu. 1. cum concordantibus infra citandis auctoritatibus.*

Ampliationes aliquot † cõgessit Ca- 2
rot. *d. loco.* quarum nullam refero, siquidem apud eum facile lectu sint.

Fallit inter cetera (*vt mox recta conclusionis scopum attingamus*) in mandatis iustificatoriis, seu cum clausula † iustifi- 3
catoria, vt si senseris te hoc mãdato gra-

uatū, tali die, caussas allegaturus, compareas decretis. *Matth. Coler. de proces. exsecut. part. 1. cap. 2. num. 232. 234. & seqq.* vbi etiam Dn. Gailliū in hoc citat. Eandem fallentiam firmat Vincent Carot. *cas. 19. num. 13.*

Extenditur fallentia, vt hocce præceptum seu mandatum cum clausula, parte in † præfinito ad dicendum caussas
4 termino non comparente, & contumacia accusata, transeat in rem iudicatam. *ita Afflict. Neapol. decis. 167. sub num. 4. Cas. Vrsill. ibidem in addit. numer. 6. Barnab. Cornazz. Lucens. decis. 43. num. 2.* vbi non difficile, quod in Rot. Luc. iuxta eandem extensionem IVDICATVM sit, colligere licet.

5 Declaratur fallentia multis † modis, *vt est apud Carot. d. cas. 19. per tot.* ad quem locum, cui libuerit, conferre se posset.

De iure Camerali quib. casibus man-
6 data † cum clausula decernātur, ex modernioribus plerosque notabiliores collegit Dn. Denais. *Synopsi Iur. Cam. Rub. mandata cum clausula.*

ARGVMENTVM.

Mandata cum clausula vtrumne per comparitionē in simplicem citationē resoluantur, & quid in mandato noui operis nuntiationis.

SVMMARIA.

1 *Mandata cum clausula comparente mandato in vim simplicis citationis resoluuntur.*
2 *Tum in foro Imperii, Canonico, Saxonico.*
3 *In Cam. Imp. effectus horum mandatorum comparente mandato suspenditur, non vero ipsa mandata simpliciter & absolute in citationem resoluuntur.*
4 *Mandata sustinentur in casibus, in quibus iudex a præcepto potest incipere.*
5 *Mandatum noui operis comparente nuntiato in vim simplicis citationis resoluitur.*
6 *Licet in hoc alii dissentiant.*

CONSIDERATIO II.

MAndatum cum clausula iustificatiua, comparente parte, cui mandatum factum erat, resolui in vim † simpli- 1
cis citationis (*de quo Dn. Gall. num. 5. 6.*) autumant multi per consentientē Ant. Gabriel. *lib. senten. 2. tit. de citat. conclus. 1. num. 375. Coler. de proces. exsecut. part. 1. cap. 2. num. 237. 238. relati.* Siue (*inquit Coler.*) versemur in foro Imperii, siue etiam in 2
foro Saxonico, vel Canonico, præcepta illa exsecutiua, quatenus habent clausulam saluatoriam, omni iure valere, cum reo comparente in tempore, resoluantur in vim simplicis citationis, adeo q; medio tempore, donec aliud quid auditis partibus, super actis interloquatur iudex, non cogatur inhibitus aut iussus, iussioni vel mandato parere. Et paulo post. Præceptum cum clausula (*inquit*) duo importat, videlicet, quod iussus soluat, aut alter pareat mandato, vel, si nolit parere, sistat se certo die coram iudice, propositurus suas exceptiones, ob quas se teneri putat ad obtemperādum mandato. Est enim præceptū alternatiuum, & in alternatiuis sufficit vnū adimpleri. Fundamenta ab ipso relata non refero, ne transscribendo prolixiores simus. Accedit etiā huic sententiæ Vincent. Carot. *cas. 19. num. 13. 14.* vbi alios insuper citat. *& nu. 18.* vbi idem ad inhibitionem extendit.

Declaratur relata sententia de resoluendo mandato per comparitionem in vim simplicis citationis, quatenus ad S. Camerale Iudicium, vt eiusmodi mandatum cum clausula per cōparitionem non † simpliciter & absolute in citatio- 3
nem resoluatur, sed illius effectus duntaxat suspendatur. *ex Consulto Cameræ. Ann. 1576. adduxit Denais. Syn. Iur. Cam. rubri. mandata cum clausula. §. 2.*

Declaratur item in casibus fallere, in quibus iudex a præcepto † posset incipe- 4
re. *ex Ripa Carot. d. cas. 19. num. 19.*

Extenditur iam relata firmataq; sententia, vt etiam mandatum cum clausula seu inhibitio noui † operis per cōpa- 5
ritionem nuntiato in vim simplicis citationis resoluatur. Ita in ipsis terminis respondit Wesenbec. *consi. 34. num. 61. & recepit Alexand. Raudens. tract. analog. cap. 7. num. 13. Borgnin. Caualc. Fiuizan. decis. 23. sub num.*

sub nu. 9. vbi Vinium & Grammat. citat. par. 2. Nuperrime etiam extensionem approbauit Vincent. Carot. *decis. 19. nu. 22.* vbi ex Gram. refert, ita pluries in ciuitate Terani IVDICATVM fuisse.

6 Dissentientes nonnullos † idem Carot. *eod. loco. num. 20. citat.* priorem tamen & veriorem & æquiorem laudat.

ARGVMENTVM.

Fiscalium Imperii caussarum cognitionem ad S. Cameram Imperialem spectare.

SVMMARIA.

1 *Fiscus, est vox æquiuoca.*
2 *Fiscales Imperii caussæ Camerã habent iudicem.*
3 *Exceptis caussis fiscalibus Ducatus, Comitatus, Territoria, vrbes, Arces concernentibus.*

CONCLVSIO XX.

1 FISCVS, cum sit verbum † æquiuocũ, ex Bal. refert Alex. Raudens. *in Reperto. Analog.* varias recipiens significationes. *Doct. in tit. de iur. fisc. Ant. Peregr. tract. eiusdem inscriptionis. tit. 1. per tot. Lexic. Prat. lit. F. fol. (mihi) 215. Boss. tract. de Principe. tit. de fisc. in prin.* Nos hic ex instituti ratione de immediato (ad differentiam fisci Statuũ. *per not. Vultei in l. vn. nu. 16. C. vbi caussæ fisc. diuin. dom.*) Imperii fisco saltem dicturi, adseruamus expeditam illam iuris Cameralis conclusionem, qua asseritur,
2 caussas Imperii fiscales † ad Cameram spectare. *Ord. Cam. par. 2. tit. 20. D. Gaill. n. 1. & post Io. Calu. IC. German. in proces. Iudi. ca-*
3 *pitis 8. tmemat. 2. n. 8.* exceptis caussis fiscalib. Ducatus, Comitatus, Territoria, Vrbes, Arces cõcernentibus, vt q̃ sine Cæsareæ Maiest. speciali auctoritate in eadem ventilari non oporteat. *Ordin. par. 1. tit. 16.* referente ex modernis etiam Dn. Pet. Denais. *in Synops. iur. Cam. rub. Fiscales caussæ. §. 1. 2. & seqq.* vbi recẽsentur caussæ. De quib. singulis hic nõ dissero, sed Cõmentatoribus, quorum hodie non rari exstant, sartum tectumq; id genus scriptationis relinquo, ne & operam, actum agendo, lusisse deprehenderer.

ARGVMENTVM.

Caussæ fiscales, quem requirant, vel amittant processum.

SVMMARIA.

1 *Fiscales caussæ ordinarium non requirunt processum.*
2 *Collectarũ Imperialiũ soluendarum caussa, ab ipso monitorio statim incipi potest.*
3 *Fiscales caussæ quæ de iure commu. requirãt admittantq. procedendo ordinẽ remissiue.*

CONSIDERATIO I.

IN caussis Imperii fiscalib. ordinarium non requiri processum, sed summarie procedi, † suadent notata Ant. Peregr. *tract. de iur. fisc. lib. 7. tit. 3. sub nu. 3.* Matth. Coler. *tract. proces. exsec. par. 1. c. 2. n. 143. & c. 3. n. 85. & seq. & iterum par. 3. c. 2. nu. 34. inde ad fi.* vbiq; D. Gaill. auctoritatẽ in cõprobationẽ adducit. *Thessau. Pedem. dec. 164. nu. 2.* Adeoq; ab ipso collectarũ Imperialium soluendarũ monitorio † exsecutiue incipi, idemmet Coler. comprobat *d. c. 2. nu. 35. & 37. par. 3.* 1 2

Cetera de iure cõmuni circa processum ordinemq; iudicii in caussis † fiscalibus obseruanda exsequutus est Anto. Peregr. *de iur. fisc. lib. 7. tit. 1. 2. 3.* & quid in caussis pensitationum & tributorũ Menoch. *de arbit. iud. cas. 55. per tot.* 3

ARGVMENTVM.

Exemtionum caussas in Cam. Imp. summatim expediri.

SVMMARIVM.

1 *Exemtionum caussæ in Cam. Imp. summarie pertractantur, & accelerato fine deciduntur.*

CONCLVSIO XXI.

PROXIMVM nũc est de exemtione Iurisdict. & immunitate contributionum Imperialium ꝑ continuatione seriei subnectere. Vtriusq; quippe sedula obseruatio ad fisci munus quin spectet caussisq; fiscalib. accenseatur, palam est.

Caussas exemtionum in S. Camera Imperiali summarie & de plano, sine accelerando, expediendas esse, conclusio † exstat solida, quemadmodum nuper Dn. Danais. *in Synops. iur. Camer. rub. contributiones Turcica. §. 11. ex Recess. Ann. 48.* 1

& rubr. Fisci Procurator. §. *12. ex Memor. Ann. 80. retulit.*

In exemtionum caussis recensendis occupatio nos tenere non debebat, vti a nostro cœpto alienior.

ARGVMENTVM.

Tributum & collectas successor, vel emtor, an venditor soluat.

SVMMARIA.

1 *Tributa Imperialia possessor nouus exsoluit.*

2 *Imo quamuis vnius ditionis plures essent heredes, adhuc solus gentilitiæ dominus possessor tributa Imperialia exponit, postea ab coheredibus repetenda.*

3 *Tributa ex re persoluenda, emtoris esse onus.*

4 *Non vero emtoris annui census.*

5 *Tributa vel collectas an Ecclesia soleat emtrix, vel alio titulo rerũ collectationem sentientium acquisitrix. remiss.*

6 *Literas sine contradictione recipiens quatenus contenta approbasse, iisq; consensisse existimetur, remissiue.*

7 *Collectas semel qui soluit, an & quãdo præstationibus vlterioribus se subiecerit.*

8 *Notarius an & quomodo præsumatur in matriculam receptus.*

CONSIDERATIO I.

Possessores nouos, quoad cõtributiones Imperij attinet, earum ditionũ, quarum possessio sibi contigit, intuitu,
1 collectarũ soluendarũ † ineuitabili necessitate constringi, edicitur. *Recess. Imp. Ann. 1594.* Adeo quidẽ, vt quamuis vnius ditionis plures essent domini seu cohe-
2 redes, possessor † gentilitiæ Domus cõtributiones subeat solus, pro rata tamen a ceteteris reposcendas. *ex Recess. Ann. 76. vtrumq; Denais. adnotauit Syn. Cam. Rub. cõtributiones Turcicæ.* §. *8. & 9.*

De iure vero communi, an & quando successor ad collectarum solutionẽ teneatur, lui perplexitate alta est & diffusæ resolutionis quæstio, quam si suo cũ apparatu hic ꝓponeremus tractabilẽ figuram referret: exstãt vero integri de Collectis tractatus, Nic. Fest. Ægid. Thom. & aliorum. Saltem de vno atq; altero admonere debui, circa notata Dn. Gaillii *nu. 20.* vbi quod res in emtorẽ sine onere persoluendi † tributi haud transeat, sed 3
onus emtorem comitetur.

Declaratur enim hæcce ꝑ se quidem iuribus consona traditio, vt de emtore ipsam rei possessionem acquirente, non vero cẽsum sibi constitutũ seu annuum reditum † emente, & vtente intelligen- 4
da sit: emtor enim annuorum redituum ad collectarum & tributorũ solutionem neutiquam, sed ipse reditus constituens, tenetur. *Io. Pet. Surd. consi. 162. sub nu. 25. ver. sed emtor census non tenetur ad collectas. & sub nu. seqq. 26. 27. 28.* & post in ipsis terminis factique contingentia respondit Menoch. *consi. 990. per tot.*

Ecclesia vero emtionis, vel alio lucratiuo titulo rerum collectationem † sen- 5
tientium possessione potita, an etiam ad collectas teneatur, ex modernis Decisionistis Thesaurus *Pedem. decis. 264.* variis declarationibus adductis luce veritatis donare studuit.

CORONIS REMISS.

Est sane egregię disquisitionis quęstio, vtrum recipiens sine contradictione literas, taciturnitate eas approbasse, in illarumq; † contenta consentiisse præsu- 6
matur, qua de D. Gaill. *sub nu. 9.* cõmeminit, asserens simpliciter, recipientẽ literas contenta approbasse cẽseri, in cuius comprobationẽ notata Mascardi *tract. prob. Conclus. 480. nu. 3. & 4.* cedunt.

Verum, si quidem declarationes plures recipiat hæc iuris sentẽtia, remittendus erit studiosus ad scripta Menoch. *tract. præsumt. 3. præsumt. 65. Mascard. cit. conclus.* vterque ex professo hanc quæst. reassumsit explanare. Addat Viu. *Neap. decis. 153. nu. 6.*

Collectas iam ante (de quo Dn. Gaill. *sub nu. 9.*) aliquem soluisse, ita vt amodo ad eas constringatur, quib. † probetur, 7
Mascard. adduxit, *tract. probat. Concl. 316. per integ.* quib. subiungãtur, ꝙ idem Mascard. *conclus. 274. de probat. per Catastrum inducenda*, conscripsit: in quo vltimo laboris etiam aliquid insumsit Francisc. de Clap. *Decis. Prouinc. caus. 36. q. 1. & 2.*

Notarius

Notarius an præsumatur in matricula † descriptus (*ad notat. Dn. Gaill. num. 6. noue examinat Menochius. 2. præsumt. 78. num. 4. 5. 6.*

Sed forte plus iusto remissionib. hisce miscellis Lectorem detineo.

ARGVMENTVM.

Habilitatio ad effectum agendi, quando, & quomodo vtiliter petatior, vt proinde concedenda sit.

SVMMARIA.

1 *Habilitationis finis est, ne agẽdo periurium incurratur:*

2 *Sed habilitatus citra periculum periurii de nullitate obligationis dicere possit.*

3 *Culpam agnoscere, vbi culpa non est, bonarum dicitur esse mentium.*

4 *Habilitatio ad effectum agendi, vt quocunque casu petatur, cautius & verius esse.*

5 *Iuramentum, licet de iure nõ esset obligatorium, relaxationem tamẽ ad effectum agendi petere, salubrior est sententia.*

6 *Iudicis relinquitur discretioni, quando petita habilitatio sit concedenda, nec ne.*

7 *Habilitatio ante libelli oblationem petenda est, non primum post.*

8 *Habilitationem ad effectum agendi, etiam minor ad instar maioris, necesse habet petere.*

9 *Habilitatio petenda est, vbi iuratum est de non petendo relaxationem.*

10 *Iuramentum an per partem possit remitti, iurante in periurium incurso, declaratione explicatur.*

11 *Simplex petitio de habilitando ad effectum agendi nõ sufficit, vt super pluribus capitibus iuratum esset.*

12 *Iuramenta tot esse credũtur, quot sunt separata, super quib. iuratum est, capita.*

13 *Iusiurandum in die in honorem Dei feriato præstitum, an liget.*

14 *Absolutio an sit petenda a iuramento in die in honorem Dei feriato, præstita.*

15 *Heres & defunctus reputantur vna eademque persona.*

16 *Heres non habet necesse absolutionem petere a iuramento per defunctum præstito.*

CONCLVSIO XXII.

De habilitatione seu absolutione ad effectum agendi, (cuius finis est, ne agendo periuriũ † incurratur. Peregrin. *consil. 53. nu. 19. & consi. 77. num. 16.* atque ita habilitatus possit citra † metum periurij de inualiditate contractus, obligationis, &c. dicere. Ludou. Moret. in terminis grauiter, *consi. 87. sub nu. 10. versi. & concessa.*) cum dicendũ nobis hic sit, & sciamus bonarum † mentium esse, ibi etiam culpas agnoscere, vbi culpa nulla est, *cap. ad eius vero. fin. distinct. 5. & optimus in id text. in ca. consilium nostrum. 2. §. cum autem quæsieris. ibi, preces tamen Domino cum illis, & pro illis effundas, ne ipsis aliquatenus imputetur, quia bonarum mentium est, ibi timere culpam, vbi culpa minime reperitur. de obseru. ieiunior. ita noue Masc. de probatio. concl. 13. nu. 5.* vbi subdit, huic sententię tam simile esse quã lac lacti, quod scripsit Soc. Iun. *consi. 29. nu. 31. volum. 2.* vbi dixerit, quod vbi culpa non est, fauore tamen animæ timenda sit: eiusmodi constituamus conclusionem, vt quocunq; casu habilitatio † petatur & cautius & verius esse. Hæc conclus. firmatur per Tiberium Decian. *tract. crim. lib. 6. ca. 11. nu. 4 vers. requiritur autem absolutio.* Et ad finem eiusdem num. Et conclusionem hanc de iure canonico esse indubitabilem, approbat post Innocent. & Salic. Afflictus *Neapolit. decis. 263. ad fin. ibi, tamen salubrior est mea opinio. & 322. num. 6.* etiam quando iuramentum verberibus & metu esset extortum (de quo nos diffuse, *consil. 42. lib. 2.*) & dictum Afflicti, quod scil. in casibus, vbi iuramentum non † esset de iure obligatorium, nihilominus iuramentum propria auctoritate neutiquam sperni possit, sed absolutio peti debeat, extollit Menoch. *consil. 24. nu. 25.* quo loci sub pręcedenti & sequenti num. conclusionem nostram plurib. firmat, nec non in specie allegando Afflictum scribit Anton. Thesaur. Pedemont. *decis. 223. sub num.* 18. tutius esse, vt in omnem casum petatur absolutio a iuramento ad effectũ agendi & excipiendi. Sic & nouissime Bernhard. Musca-

tell. *in praxi recentiss. Regii consil. Magnæ Curiæ Vicariæ & regni Neapol. part. 1 gloss. gradum.nu.64.* Aduerte, inquit, licet prædicta de iure sustineri possint, tamē semper ego putarem cautius esse, obtinere habilitationem a iuramēto, quando de facili obtineri possit: hæcque opinio est magis salubrior, in hancque respondit sententiam Alex. Raudens. *cons. 42. num. fin. vol.* 1. vbi scribit, si opponatur de iuramento, non auditur postea allegans læsionem enormissimam, nisi prius obtineat absolutionem ad effectum agendi, *allegat Bald. Castr. & Innoc.* etiamsi statuto esset cautum, quod contractus fieri debeat certis solemnitatibus, alias iuramētum adhibitum haberi pro extorto per dolum, vt absolutio a iuramento non sit necessaria, si detecta sit læsio, antequam & de iuramento esset oppositum. Atque ita teste Gabrielio *consi. 9. libr. 2.* Rotam IVDICASSE subiecit. Et conclusione hac admissa, vtique illa remouetur altercatio, vtrum contrauenicns iureiurando periurium ante habilitationem incurrisset. Ita video etiam animaduertisse post alios Borellum *consult. 160. nu. 2.*

Dixi petatur, non vero, & simul con-
6 cedatur: discretioni enim iudicis † relinqui dicendum erit, quando quibusq; casibus (quod ipsum sub *concl. 42 lib. 2.* examinauimus) cōcedenda habilitatio sit vel minus. Ita pie admodū & recte mihi sensisse videntur Domini Consistoriales collegij Wittenberg. *q. 4. nu. 7. p. 1.* & DECIDIT Facult. Iuridica Ienēsis, *teste Nicol. Reusn. cons. 23. nu. 33. & per discursum tot. cons. vol. 2. vide infr consid. 1. nu. 5.*

AMpliatur primo, vt necesse sit habilitationem ad effectum agendi, an-
7 te † libelli oblationem fuisse petitā, alias per oblationē periuriū incurrisse dicendum est. *Marant. in term. cons. 72. nu. fin.* vbi q; sic etiam IVDICATVM sit, testatur.

8 AMpliatur secundo, nec minori integrum esse aduersus a se præstitum iuramentum agendo venire posse, quin potius sibi iniunctū sit ad instar maioris absolutionem ad effectū agendi petere. ex Nat. statuit Ioseph. Ludou. Perus. *dec. 18. num. 10.*

AMpliatur tertio, notabiliter conclusio, quod & hoc casu, quando iuratum esset † de non petendo absolutio- 9
nem a iuramento, omnino necesse sit petere prius relaxationem ab hoc iureiurando de nō petendo absolutionem, alias habilitatio esset subreptitia, & periurium committeretur. *Ita in specie auctoritate Bald. Fel. Ant. Padill. Seraph. & Molinæ, respondit Ioan. Pet. Surd. consi. 424. nu. 55. Marant. consi. 46. nu. 18.* vbi quod iurans se non petiturum absolutionē a iuramento duplicem teneatur habilitationē petere. Adeo quidē, vt, si aduersa † pars iu- 10
ramentum vellet remittere, non possit periurio ita incurso. *Menoch. consil. 343. nu. 48* licet non desint, qui velint, quod etiam absolutio a iuramento concedi possit contrauenienti, vbi statim pœnituisset, vel citra dolum, aut necessitate, vel difficultate compulsus periurium incurrisset. *Turzan. com. m. opin. 2. referente Fichardo cons. 135. n. fi.* vbi tamen tutius dicit esse, vt omnino euitetur periuriū, *vol. 2.*

AMpliatur quarto, (& consideratissime ex parte petētis habilitationē in hoc aduertendum erit) vt, vbi † plura 11
constat esse capita, super quib. iuratum esset, simplex petitio de se absoluendo non sufficeret, sed requireretur, vt ab omnibus capitibus gradatim, & ordinatim, prout præstita fuerūt, relaxatio peteretur: & quidem explicite & expresse, in tantum, vt neq; relatio ad instrumentum obligationis vel cautionis vtiliter fiat. *In terminis consuluit Tiber. Decian. responsi. 56. nu. 95. & 96. vol. 4.* Nec sane hoc alicui mirum videri debet. Quandoquidem tot † sunt iuramēta, quot sunt clau- 12
sulæ vel capita. *Decian. d. resp. 56. nu. 95* totque absolutiones necessariæ, quot iuramenta. *Menoch. cons. 24. num. 15. & consi. 343. nu. fin. Crauet. consi. 815. nu. 1. Noue Surd. cons. 38. nu. 4. & cons. 424. nu. 54.*

AMpliatur quinto. Notum est iusiurandum † in die in honorē Dei fe- 13
riato præstitū inter contrahentes (nisi pro pace, trāsactione, & aliis priuilegiatis casibus) non obligare. Multis noue probat, & illationibus exornat *Ioan. Petr. Surd. cons. 87 nu. 15.* An contrahentes a iureiuran-

14 reiurando in eodem die † præstito, absolutionem petere habeant necesse, ne periurij pœnas sentiant? Et necesse non habere, maluit Borgn. Caualc. Fiuiz. *dec. 9. nu. 31. p. 1.*

Ipse tamẽ nemini auctor essem, q. iuramentum, etiã in die Paschatis pstitum, sperneret (*vide lib. 2. conclus. 44. consid.* 1.)

15 LImitatio est illa tritissima, quod licet heres & defunctus † reputentur vna eademque persona, §. 1. *Auth. de iureiur. a morient. praest.* quam 128. illationib. vestiuit noue Ioseph. Lud. *conclu. 16. per tot.* non tamẽ absolutionem iuramenti per

16 defunctum † præstiti, euitandi periurij caussa, petere habeat necesse. *Rober. Marant. disp. 10. nu. 39.* & ita iudicatum esse in Cam. Imp. videre est *in Commentario ad Ordin. cam. p. 2. tit. 24 in princ. vers. sed quaestionis est. per Magenh. promulgato.* Dixi aliis nisus auctoritatib. *inf. conc. 27. n. 4. lib. eod.* Proinde limitatiue tenẽdum: quod in casib. vbi defunctus relaxato demum iuramento contrauenire poterit iuratæ obligationi, heredẽ, citra habilitationẽ seu relaxationem iuramenti, obligationem illammet infringere sine metu periurij posse, *post Innoc. Hostiens. Ioan. Andr. Alex. Soc. Corn. Dec. Alban. & Gabriel. Rom. respondit Ioan. Petr. Surd. consi. 194. num. 25. notaui etiam pluribus d. conclu. 27.*

ARGVMENTVM.

Citatio aduersæ partis cui iuratum est, an requiratur ante habilitationem, seu ad actum habilitandi.

SVMMARIA.

1 *Citatio aduersæ partis an requiratur, vt habilitatio concedi queat? ingens pugna.*

2 *Affirmat Gaillius & nonnulli alii.*

3 *Negant plures, quorum sentẽtia magis probatur.*

4 *Habilitatio ad agendum concessa, non irritatur ex citationis defectu.*

5 *Habilitatio a iuramento ad effectum agendi vt concedatur in Cam. Imp. qui seruetur stylus.*

CONSIDERATIO I.

1 QVæstio mire ob Dd. varietatẽ contorta est, vtrũ relaxatio † a iuramento requirat partis aduersæ citationẽ? Sed quo de huius quęstionis resolutione nouellis practicis constet clarius, animaduertendũ est, nõnullos quoad absolutionem a iuramento ad effectũ agendi, discrimen non cõstituere a petitione absolutionis iuramẽti, qua obligatio seu cautio radicitus euelleretur, vt ita iurans ad iuramenti obseruantiam prorsus non teneret, vtroq; casu citationẽ partis desiderantes. Sic vere in terminis, quando absolutio a iuramẽto ad effectũ † agendi 2 petitur aduersæ partis, citationẽ requiri, respondet auctoritate Anch. *Feder. de Senis, Barb. Gemi. Fel. Alex. Guid. Pap. Curt. sen. Soc. sen. Ruin. Mars. Paris. & Beroi, Menoch. cons. 343. n. 51. & his accedũt Io. de Amicis, Ias. Gozad. Hier. Gratus, Rom. Mod. in add. ad Alex. Bertr. & Ferret. relati per Vrsill. in add. ad Afflict. Neap. dec. 220. sub nu. 11. & seqq.* vbi ipse subiicit hãc videri magis cõmunem opin. Itẽ & frequẽtius receptã esse post Hypp. & Fran. Viu. testatur Eman. Soarez *recept. sent. Thesaur. lit. I. nu. 320.* Quinimo, & pro magis cõmuni hãc sentẽtiam recipi, in terminis ipsaq; specie respõdit Io. Vin. Hond. *con. 9. n. 31. vol. 1.* nec ab hac recedere visus est Barth. Bertazol. *in l. si quis maior. q. 27. n. 403. C. de trãsact.* Et sic videbatur Dn. Gaillium. *num. 3.* recte eandem sequutum esse.

Verum cogimur in contrarium † negatiuã scil. ire sententiã, proindeq; a D. 3 Gaillio discedere, ducti tũ Doctorũ dissentientiũ & nonnullorũ conciliantium auctoritatibus, tum summorũ Tribunalium, imo ipsius Imperialis Iudicij Præiudiciis. Dissentit vtique Afflictus *Neap. decis. 220. n. 10.* receptiorem negatiuã 21. auctoritatib. grauissimis stipatus adstruens, & iuxta eandem IVDICATVM esse a S. Consilio testat Vrsil. *in addit. ad Afflict. ibid. n. 14.* Laudat & hanc cõmunem Alciat. *in c. cũ contingat. n. 124.* Sicuti & consentiens animaduertit Ant. Gabr. Rom. *lib. sent. 2. tit. de cit. concl. 1. n. 96. ver. & quando petitur absolutio ad habilitationẽ.* Eidem adstipulatur sententiæ Crauetta. *consil. 7. sub num. 7.* vbi ex Paulo de Castro deducit, quod eiusmodi habilitatio parui reputetur præiudicij. Nã, inquit, aut pro-

batur caussa relaxationis allegata, & tūc operatur absolutio: aut non probatur, & tunc nihil operatur talis absolutio, sed iuramentum remanet in suo robore. Sic idem Crauetta, insuper fulciens auctoritatibus Decij, Aufrerij, Calcan. Curt. sen. Ruini, Boerii, & Cardinal. firmat, *consi. 628. num. 5.* Et hanc sententiam negatiuam, esse priore receptiorem post Afflict. Natt. Riminald. iunior. Ioan. de Amicis Rot. Perus. (ceu est apud Ioseph. Ludou. *decis. 18.* qui *num. 8. 9.* ex aliis dixit magis communem & in practica receptam opinionem) Beroum & Roland. tradit Borg. Caualc. *Fiuizan. decis. 9. num. 24. part. 1.* & eandem admittit idem Caualc. *decis. 33. num. 42. part. 2.* Grauissimus etiam ille Pract. Andr. Tiraq. *in tract. suo, Res inter alios acta. limitat. 30.* diserte probat, & communem dicit, quod citatio in absolutione ad effectum agendi necessaria haud sit. Et Tiraq. etiam ante retulit, & sequutus videtur Asin. *in prax. §. 7. cap. 5. limit. 103. num. 1. vers. praterea & secundo.* Necnon contrariam seu negatiuam præiudicio receperunt, seu iuxta eandem IVDICARVNT Domini Auditores Rotæ Genuæ, *vti ex decis. de mercat. 193. num. 13. dilucide constat.* vbi in hæc verba, plurimum lucis ad conciliationem allatura. Ad tertium (*scribunt,*) obiectum responsionem hanc accommodari posse iudicauimus, quod ad obtinendum absolutionē ad effectum tantummodo agendi, & excipiendi, prout in casu isto, nō erat necessaria partis aduersæ citatio, secundum cōmunem sententiam, quam refert Afflictus *decis. 220. num. 10.* vbi multos citat. & idem DECISVM reliquerunt Domini de Rota, *in decis. 767. in antiq. in tit. de iureiur.* & post istos Ripa. *in rubr. extra de iudic. num. 29. Cagn. in l. 2. num. 101. C. de rescind. vendit.* & ad iura in contrariū allegata respondetur, quod illa loquuntur, & locum sibi vendicant, quādo petitur absolutio non simpliciter ad effectum agendi, & excipiendi, sed ad effectum destruendi contractum & similia: Et hoc ita declarant Canonistæ *in cap. debitores. de iureiur.* Huc vsq; Genuenses. Negatiuę etiam sententiæ post Beccium subscribit respondendo Alex. Raudens. *cons. 42. n. 23.* vbi communem dicit esse practicam, & extēdit eam procedere, etiamsi concurrat iuramentum confirmatoriū & assertorium, reprobato in hoc dissentiente Roland. Eiusdē negatiuæ assensor exstitit & Ant. Peregr. *cons. 53. sub nu. 19. vers. absolutiones huiusmodi, idem cons. 77. nu. 36.* & semper se hanc opinionē vidisse OBSERVARI testatur assentiens Rob. Marant. *tract. de multipl. alien. sub nu. 255. vers. secus est in habilitatione.* & communiter eandē teneri collaudans respōdit Ludou. Morot. *con. 87. sub nu. 10. vers. respondetur.* Et tandem hanc negatiuam sententiā, & veriorem, & receptiorem esse, nec non in Camera Imp. in viridi obseruātia HABERI, testatum reliquit D. Mynsing. *obs. 83. cent. 6.* subdens, de veritate & obseruātia negatiuæ huius sententiæ, amplius dubitandum nō esse: quinimo veriorem nominatim aduersus D. Gaill. & concordātes eruere adnisus est And. Fach. *lib. cōtrouers. 8. c. 62.* in primæ quęst. explanatione. Et hæc posterior sententia omnino maximeq; ꝓcederet, si iā habilitatio absq; aduersæ partis citatione concessa esset, vt scil. ex defectu † citationis nō annul- 4
letur. *post Ant. de Butr. & alios Asin. in prax. Flor. §. 7. c. 5. lim. 103. n. 2.* Stylus S. Cam. iudicii ex ordinatione partim ꝑscriptus, (licet nō requirat citatio ad assentiā habilitationis, quemadmodum Myns. vbi paulo ante obseruauit) eiusmodi est. Supplicantibus ꝓ habilitatione ad effectū agendi, nō statim creditur, seu ad illorum nudā petitionē relaxatio haud cōcedit, sed querela ad magistratū, cui scil. iuratum est, ꝑscribitur, vt hic iuramēti ꝑstiti caussas referat. *Ord. Cam. p. 2. t. 24.* Magistratui certus ꝑfinitur dies, ad quē relationē trāsmittat, respōdeatq; in Camera, vt si negligens in hoc foret, petitioni supplicantis deferat. *ita in visitationis Memoriali. 75. & not. D. Dionys. in elaboratiss. illa iuris Cam. recēter edita Synops. lit. R. rubr. Relaxatio iuramēti ad effectū agēdi.* Sin caussas Magistrat⁹ iusto tpe exposuerit, illęmet cōmunicant supplicāti, an illas refellere, vel se defendere posset, & ita ex vsu obseruari in Cā. testāt auctor cōmētarii *Ord. Cā. p. 2. t. 24. in pr. per Magenb. ꝓmulgati.*

demum

demum subsequitur decretum, concedenda nec ne sit habilitatio. *Rucg. Rolan. tract. de commiss. lib. 2. c. 5. nu. 8. part. 1.*

Relatus stylus cessat in casibus, quando supplicãs aduersus pacem publicam & Constitutiones Imperij adactus esset iurare. *Ord. Cam. d. part. 2. tit. 24.* In his enim continuo habilitatio decernitur: sicuti & mãdata, quo de suo diximus loco.

ARGVMENTVM.

Ordinarius Processus an requiratur super habilitatione ad effectum agendi.

SVMMARIVM.

1 *Habilitationis ad effectum agendi vel excipiẽdi articulus processum ordinarium non exigit.*

CONCLVSIO XXIII.

PROCESSVM ordinarium super habilitationis articulo sui necessitate non requiri, licet haud difficulter ex cõclusione praeced. intelligere sit, ne tamẽ & hic nobis conclusionis interrupta series obtingat, nominatim ex modernissimis, summariã sufficere cognitionem,
1 non vtiq; ordinarium † desiderari processum concludit D. Nicol. Reusn. *consi. 25. num. 28. vol. 2.* Dn. Gaillio subscribens, nominatim item recepit Borgn. Caual. *Finiz. decis. 9. nu. 29. part. 1.*

ARGVMENTVM.

Absolutio a iuramento ad effectum agendi, vt per procuratorem recte petatur, quid obseruandum.

SVMMARIA.

1 *Habilitationem ad effectum agendi procurator petere potest.*

2 *Modo habeat speciale mandatum.*

3 *Principalis alias contraueniendo iuramento periurium non incurrit:*

4 *Nisi postea nominatim ratificasset procuratoris gesta.*

CONSIDERATIO I.

PRocurator quin habilitationem iu-
1 rantis nomine † petere possit, nihil habet dubii. *nuncupatim inter recentiores adduxit Borgn. Caualc. Finiz. decis. 9. num. 30. par. 1.* Ceterum, cũ & alias non, nisi producto mãdato, procurator admittatur. *ad not. Ioseph. Lud. conclus. 46. Fran. Viu. Neapol. decis. 249.* maxime hic eo destitutus repelletur, adeo quidẽ, vt speciale † de 2
petenda absolutione ad effectũ agendi necesse esse videat. *per ea, quae Peregr. Iann. tract. de cit. reali. lib. 3. ca. 21. post nu. 91. & Ludou. conclus. 30. variis sub numeris, recensuerunt.* Alias † principalẽ, vbi procurator 3
sine speciali mandato iuramento contrauenisset, vt, quia ante absolutionem ad effectum agendi obtẽtam in iudicio experiretur super eadẽ, de qua iuratum est, caussa, neutiquã in periurium incidisse dicendum est. *ita in terminis facti respondit Ioan. Vincent. Honded. consult. 9. num. 32. 33. 34. vol. 1.* Declaratur hoc vltimum, nisi principalis seu iurans ratificasset † in 4
specie haec a procuratore gesta. *ad not. per eundem Honded. nu. 35. 36.*

ARGVMENTVM.

Absolutio a iuramento ad effectum agendi quando decernitur, an simul litis expensarum restitutio decernenda sit.

SVMMARIVM.

1 *Habilitatio quando reluctante aduersario decernitur, non indifferenter, sed ex arbitrio iudicis in expensas condemnatur aduersarius, cui iuratum est.*

CONCLVSIO XXIV.

LICET grauiter docteque Dn. Gaill. praesentis cõclusionis resolutionem distinctione adduxerit, cẽserem tamen magis eius decisionem ex arbitrio iudicis dependere, vt hic iustam an habuerit pars, cui iuratum est, contradicendi, atque proinde litigandi caussam, nec ne, diligenter pro sua † discretione 1
examinet, &, quid vel in refundendis, vel compensandis expensis hoc casu statuendum sit, inde colligat. quemadmodum & alias decisio circa expensarum excusationem ex caussis litigandi iustis in ciuilibus simul & criminalibus controuersiis ab arbitrio iudicis depẽdeat. *ad notata Prosp. Farinac. tract. crim. quaest. 16.*

nu.40. Quod vero quandoq; iusta posset relaxationis cōtradictio niti caussa, nemo, ceu arbitror, inficias ibit.

ARGVMENTVM.

Iuramentum remittere quando possit pars, cui iuratum.

SVMMARIA.

1 *Iuramentū parti præstitum, ipse pars remittere potest.*

2 *Modo antequam iuramento contrauentum esset, non postea.*

CONSIDERATIO I.

IVramentum parti præstitum, seu potius obligationem iureiurando datam
1 ab ipsamet parte † remitti posse, textus suadet *c. præterea. 2. ibi, qui societatem interpositione fidei contrahunt, & postea eandem sibi remittunt. ext. de sponsalib. cum cōcordant. D. Gaill. nu. 1. diserte Borgn. Caualc. Fiuiz. decis. 9. nu. 55. part. 1.*

Declaratur vt fallat, postquā iurans in iudicio, libellum exhibendo vel alio actu, iuramento a se præstito contrauenisset: eo enim casu pars, cui iuratū est,
2 remittere † iusiurandum non posset. Ita in his terminis ꝓpriis habilitationis ad effectū agendi Menoch. respondit *consi. 343. nu. 48. & seqq.* & conferunt in idē notata. *sup. concl. 22.* nuncupatim etiam adduxit Borgn. Caualc. *Fiuiz. decis. 9. sub nu. 35. vers. Quod est intelligendum, antequā quis sit effectus periurus. part. 1.*

ARGVMENTVM.

Absolutio a iuramento ad effectum agendi, an etiam ad S. Cameram Imp. spectet.

SVMMARIA.

1 *Relaxationē a iuramento iure optimo Cameram Imperialem concedere.*

2 *Imperatores antiquitus concedebant remissionem iuramenti.*

3 *Relaxationem a iuramento ad effectum agendi, & excipiendi, ab ecclesiastico iudice petendam.*

4 *Ecclesiasticus iudex, habilitationis tanquam præparatorii non modo iudex est, sed & præparatæ caussæ, vbi declaratur.*

5 *Ecclesiastici iudices duo vbi concurrunt, a quo petatur absolutio iuramenti, sunt opiniones.*

6 *Habilitationi ab ecclesiastico factæ, non tenetur laicus iudex caussæ, vbi animaduerterit eam sub vel obreptam esse, deferre, quinimo & de sub vel obreptione cognitionem hic Laicus habet.*

CONCLVSIO XXV.

POTESTAS absoluendi a iuramento rectissime † tribuitur S. Cameræ Imperiali. 1 Præterquam quod ex *L. Imperii. Ordinat. Cam. parte 2. tit. 24.* eiusmodi concessa sit Dominis Cameralibus potestas: sic etiam ex iure communi, Dn. Gaillio concordans, adstruit D. Mynsing. *obser. 99. cent. 3.* & in specie Domini Consistoriales Collegij Witemberg. *in consultat. suis. q. 4. nu. 13. 14. 15. part. 1.* hāc conclusionem corroborant, diserte tradentes ex *l. fin. ff. ad Municip. l. adigere. §. vlt. ff. de iure patro.* & auctoritate Baldi, *in leg. non dubium. C. de legat.* Cameram Imperialem defendi, quod absolutiones a iuramentis cōcedit. Noue eadem conclusio nuncupatim probatur *in comment. Camer. Imp. per Magenhorst. Publicato. par. 2. d. tit. 24. Ordin. §. Imperator tantum.* vbi & refertur itidem conclusionē probans Schenk. *in conclus. sua 69. num. 1.* qui vere tenet Consistorium Principis a iuramento absoluere posse ex relata. *l. fin. & l. adigere. & l. fin. ff. de re milit.* Eandem conclusionem etiam admittit Bernard. Muscatell. *in modernis. prax. ciu. Magna Cur. Vicar. Regni Neapol. par. 2. glo. Gradum. num. 63.* dum probat, quod Princeps a iuramēto absoluere possit. Et sane remissionem iuramenti seu absolutionem antiquitus ab † Imperatoribus solere fieri, ex Suetonio in vita Vespasiani, demonstrat Tib. Decian. *tract. crim. lib. 6. cap. 11. num. 54. in princ.* Nam (*inquit Sueton.*) Vespasianus Equiti cuidam Romano gratiam iurisiurandi fecit, vt vxorem in 2

rem in stupro graui repertam dimitteret, quam se nũquam dimissurum iurauerat. Conclusionem etiã nuncupatim, in hoc, quod Imperator a iuramento ad effectum agendi relaxare queat, nouissime, quod sciam, admittit Nicol. Reus. *consi.25.ad fin.lib.2.*

Obuersatur And. Fachin. *libr. controuers. iur. 3. ca. 13.* concedens quidem in effectũ, de iure Ciuili Principibus secularib. potestatem relaxandi iuramentum esse, de iure vero Canonico. *per c. nouit. de iudi.* denegari iisdem: licet Duare. titul. Cod. si aduers. venditionem, contrà sentiat. Ceterum ad maiorẽ elucidationem de hoc vltimo sequentem cõsiderationem subieci.

ARGVMENTVM.

Facultas habilitandi, an & quando, vel iudici Ecclesiastico, vel Laico competat.

CONSIDERATIO I.

3 Relaxationem † a iuramẽto ad effectum agendi, & excipiendi, nonnisi ab ecclesiastico iudice esse petendã, textibus iuris Canonici & Dd. auctoritatibus firmare visus est noue Prosp. Farina. *in tract. suo crim. q.8. nu. 143.* in tantum, vt

4 iudex ecclesiasticus, † ob concessam absolutionem a iuramento, remaneat etiam iudex in caussa principali rescissionis cõtractus vel obligationis, tamquam in caussa præparata, ibidem *nu.144.* multorum auctoritate communem ostendit, & auctores a Farinacio citatos plerosque ante citabat Cacheran. *Pedem. decis. 78. num. 6.* vbi tamen Cacheranus scite admodum extensionem hanc multifariam declarat. Et post eundem aliosque Farinacius *dict. quæst. 8. post num. 144.* contrahendo declarationes dicit, quod extensio illa tum demũ procedat, quãdo iuramentum esset interpositum super aliquo contractu vsurario, simoniaco, matrimonii & similibus, quorum cognitio etiam iuramento circumscripto, seu non apposito, ad ecclesiasticum iudicem spectaret: his casibus ecclesiasticus iudex remaneret iudex præparatæ caussæ, non quidem contemplatione iuramenti, sed contractus, cui iuramentum est appositũ, intuitu. Et huc faciunt in terminis tradita Viu. *Neapolitan. decis. 380. num. 43. & seqq.* Secundo, extensionem procedere scribunt, quãdo ad obseruantiam, secus si ad inobseruantiam iuramenti agatur. Tertio, obtinere perhibetur, quando non ageretur de tertii præiudicio, nec fieret præiudicium alterius iurisdictioni.

Cautela igitur, (ex doctrina Farinacij & aliorum, quos citat) esset, vt pars, quæ iuramẽtum recepit, illud remittat: nam tũc iudex ecclesiasticus caussæ non esset iudex, quãdoquidem absolutio ad habilitandum non requireretur, vbi a parte ipsa habilitatio cõcessa esset, relaxato sic iuramento. *sicuti & statuit Francisc.* Viuius *Neapolit. decis. 380. num. 40.* Et quando iudex ecclesiasticus absolutionem a iuramento concedere, & an Papa seipsum a iureiurando absoluere queat, videri etiam posset Tib. Decian. *tract. crim. lib. 6. cap. 11. sub. num. 54.* & an Papæ commissarius, Robert. Marant. *consi. 72. num. 1. & seqq.*

Sed quid dicemus, vbi duo iudices ecclesiastici † concurrunt, vnus scilicet loci contractus seu obligationis, alter domicilij iurantis, vter horum absolutionem concedat? Pugnantes reperiuntur sententię. Et ne nimis in citandis auctoritatibus super hoc casu, licet notabili, incidenti tamẽ, videar, sciendum nouissime Camillum Borellum *consultat. 50.* in terminis Episcopo loci cõtractus palmam in hoc tribuere. Ipse tamẽ in præsentiarum, siquidem hæc quæstio indagationem altiorem alibi requirat, nihil certi statuo: saltem digitis extremis attigisse hic sufficiat. 5

Declarant prædicta, vt eo casu, quando ecclesiasticus cõcessisset habilitationem ad effectum agendi coram Laico, vt Laicus eiusmodi habilitationem præcise non † teneatur ratam habere, quin 6 potius, vbi eã sub vel obreptam animaduertit, opponente parte aduersa, iure respuat. Ita nominatim comprobat, & in consi. Neap. IVDICATVM exstitisse ex

Afflict. refert Francisc. Viu. *Neapol.deci. 380.nu.46.* adeo quidem, vt ipsemet secularis iudex de sub vel obreptione concessæ habilitationis cognitionē habeat, non ad ecclesiasticum remittere teneatur, eodem Viuio. *nu. 45.* in terminis factiq; contingentia firmante: & huic postremo post Pet. de Anch. insistit etiam Tiber. Decia. *respons. 56. nu. 98. vol. 4.*

ARGVMENTVM.

I. Debitor vt legitime dicatur ex ciuili caussa captus, quæ requirantur præcessisse.

II. Debitor, quando dicatur ob æs alienum iuste captus.

III. Debitor ex caussa ciuili captus quando veniat relaxandus.

SVMMARIA.

1 *Debitoris incarceratio remedium subsidiarium.*
2 *Debitoris captura vt legitima dicatur facta, quæ præcedere debeant.*
3 *Debitor de iure ciuili regulariter non incarceratur.*
4 *Statuto potest disponi, vt debitor incarceretur.*
5 *Heres promissoris ex statuto, debitorem posse incarcerari disponente, non incarceratur, licet in debitoris herede fallat. nu. 6. & quando remissiue. ibidem.*
7 *Mulieres etiā statuto, debitores posse incarcerari permittēte, venire. limit. n. 8.*
9 *Frater debitor non comprehenditur statuto de debitore incarcerando.*
10 *Doctor debitor ob æs alienum non incarceratur, nec statuto id permittente comprehenditur.*
11 *Aduocatus debitor, dum Doctoralib. insigniis præfulget, ob æs alienū nō capitur.*
12 *Debitor ex insigni calamitate facultatibus lapsus non incarceratur.*
13 *Minor etiam ob debitum carceris tædio non grauatur.*
14 *Debitor, an se ipsum ad carcere: obligare possit, controuertitur, affirmatiua pro communiore recipitur.*
15 *Fisci debitor an incarceretur.*
16 *Etiamsi debitum esset ante confiscationem nominum confiscati contractum.*
17 *Quinimo senex fisci debitor ab incarceratione ob senium haud excusationē habet.*
18 *Quamuis senex priuati debitor incarceratus leniorem consequatur custodiam.*
19 *Fuga, & fugæ suspicio idem operantur, sed quem ad effectum. nu. 20.*
21 *Debitor in forma Cameræ obligatus potest incarcerari.*
22 *Filiusfamilias potest ob æs alienum incarcerari.*
23 *Repressaliæ an sint in caussa capiēdi aliquē.*
24 *Debitoris captura vt dicatur iusta, quæ cōsideranda sint. & nu. 25.*
26 *Debitor iniuste captus pristinæ libertati est restituendus.*
27 *Relaxationem debitoris superior inferiori mandare potest.*
28 *Iniuriarum tenetur creditor, qui debitorem iniuste fecit capi.*
29 *Credito cadit.*
30 *Carceratus vbi p̄ expeditione p̄cessus aduersus se instituti institisset & nihilominus tardum in expediendo processum se gessisset iudex detinens, superior relaxationem mandare potest.*

CONCLVSIO XXVI.

INCARCERATIO debitoris cum sit remedium † subsidiariū, adeoq; ad eam tunc demum, cum alio remedio creditori consuli haud poterit, deueniendum. *post gl. Bar. Bal. & Alex. Matth. Brunus. de cess. bonor. q. 16. quarta q. prin. nu. 2. Peregr. Iannin. de cit. reali. lib. 2. c. 1. nu. 348. Petrus Pekius in tract. de iur. sist. c. 45. vers. ad quem carcerem tunc demum, Borgn. Cavalc. Finiz. dec. 1. num. 1. part. 1. Ant. Sola in Constit. antiq. Sabaud. Decret. Abusionib. gloss. secund. nu. 4. Mart. Mont. Regn. Aragon. deci. 9. n. 44.* infinitis auctoritatib. etiam idem adstruxit Ludolph. Schra. *tract. feud. par. 10. sect. 10. n. 55.* Primo omniū iudex † consideret, antequā debitoris incarceratione decernat, sequētia requisita interueniant. Primo, vt de debito sibi liqueat. Secundo debitorē in soluendo esse contumacē: Tertio vt condemnatio debiti præcedat: Quarto, vt bonorum excussio condemnationē subsequatur: Quinto, vt monitio de soluēdo fiat: Sexto, comminatio accedat, vt nisi intra certū tempus sol-

pus soluerit, capietur: Septimo, vt demũ citetur ad dicendum caussas, quare contra eum captura minime decerni debeat. Posset autem præcidẽdorum subterfugiorum & abbreuiandarum dilationũ caussa, & dicta monitio, & comminatio, & citatio insimul fieri *ita Peregr. Iann. d. li. 2. cap. 1. num. 349. ad num. 353. & num. 418. ad num. 423.* quibus in locis latius declarando eiusmodi requisita prosequitur. His addatur ex neotericis videndus Marcel. Cala. *tra. de modo art. & prob. gloss. vn. §. 2. n. 606. & seqq.* Intelligas tamen relata requisita non esse necesse, vbi debitor se ad fugã parasset iam discessurus. *iuxta ea quæ diximus concl. 44. lib. 2. & quæ scribit Asin. in prax. Flor. §. 7. c. 5. limit. 12.* Quamuis igitur non nisi in subsidium (ceu diximus) ob
3 æs alienum carceri quis mancipari † queat de iure ciuili, *vt etiam in specie dixit Ant. Sola in Constit. antiq. Sabaud. gloss. prima 1. p. n. 3.* fallit tamen pluribus modis.

Fallentia prima est, vbi statuto con-
4 trarium esset dispositum. Statutum enim ob æs alienum quem incarcerari permittens, licet vere de iure communi sit exorbitans. *Crauett. cons. 336. num. 22.* valet tamen nihilominus. Sic in Gallia constitutione Regia esse cautum & in Practica obseruari, vt debitor ob æs alienum incarcerari possit, nouissime auctor est Annæus Rober. *rer. iud. Parisiens. lib. 2. cap. 6.* Et Florentiæ esse statutum, quod debitor per instrumentum guarãtigiæ, quod nos vulgo publicum & liquidum dicimus, ad libitum creditoris capiatur, Asin. *in prax. Florent. §. 7. cap. 5. limitat. 11. num. 1.* Vbi etiam docet, stante hoc statuto, ad capturam nulla præuia citatione procedi posse, de quo vltimo, quoad citationem, cum sint qui dissentiant, videatur pro nunc Ant. Gabr. Roman. *lib. sext. 2. tit. de Citationib. conclus. 1. num. 55. & seqq.* vbi *n. 59.* conciliationem adduxit, & de hoc suo loco, volẽte Deo, dicturi sumus.

In Saxonia obseruari testatur nouissime Ioan. Koppen. *q. 29. n. 2.* nec non Domini Consistoriales Scabinat. Witenb. *in consultat. q. 25. n. 1. 2.* concedunt, debitorem non soluendo exsistẽtem de iure Saxonico dari per iudicem posse ad manus creditoris. (hodie tamen illa mancipatio in Saxonia silet, &, alia post cõstitutione lata, abrogata est, videatur Iac. Schult. *in addit. q. Modest. Pistoris. 101. n. 56.*) Et eiusmodi statutũ iure subsistere, probant auctoritate Panormitani, Zasij. de quo videndus Pet. Peck. *de iure sist. c. 4.* nõ procul a princ. Sed & Gom. *l. 2. var. resol. c. 11. post n. 51. vers. hodie tamẽ in nostro Regno.* scribit idem, ꝙ debitor ad manus creditoris, vt operas ad compensationem debiti præstet, in Hispania esse constitutũ.

Ampliatur hæc limitatio prima, vt quamuis statuto dictante † promissorem 5
debiti esse ob morã solutionis incarcerandũ, hères promissoris non comprehendatur. *ad not. Surd. cõs. 425. sub finẽ n. 32.* plures ex industria non refero: debitoris tamen heres, vbi statutũ disponeret, debitorem ob æs alienũ esse incarcerandũ,
hoc † constringeretur, licet in statuto de 6
herede nihil esset dictum. *Post. Bart. Ang. Castr. Alex. Natt. Ruin. & Cephalum illatiue scribit Iosep. Lud. concl. 16. n. 19. Bertazzol. tra. claus. 12. gloss. 4. n. 2. Ant. Sola. in Consti. antiq. Sabaud. Decret. Abusionib. gloss. 2. n. 7. & noue Koppen. q. 19. sub n. 2.* Sed huic ampliationi non simpliciter insistas, fallit enim pluribus modis, sicuti apud Asin. *in l. 1. ff. de relig. & sumt. fun. & eundem in prax. Floren. §. 31. amp. 16. sub ampliat. 2. Francisc. Milanẽs. Regn. Sicil. decis. 12. num. 74. 75. lib. 2.* & alios cernere est.

Ampliatur secundo, vt statutum etiã
† mulieres æque ac viros constringat, in 7
terminis terminantib. Ita a Senatu Regio Parisiens. IVDICATVM esse, testatur Ann. Rob. *rer. iud. lib. 2. c. 6. per tot.* Sed hæc decisio videtur dura, quandoquidẽ constet, ꝙ licet alias debitor fiscalis de iure communi possit incarcerari (*infra n. 14.*) mulierẽ tamen ob fiscale debitũ nõ carcerari. Ant. Peregr. *de iure fisc. l. 6. tit. 7. n. 9.*

Limitanda igitur eiusmodi ampliatio 8
erit, vt non procedat in matronis & mulieribus honestis. *Prosp. Farinac. tract. crimin. quæst. 27. num. 64. & ita visi sunt velle Domini Consist. Scab. Vuitemb. q. 25. n. 11.* nec honestis mulieribus aduersatur. *Ant. Sola in Constit. antiq. Sabaud. Decret. Abusio-*

nibus gloss.2.sub num.6.ad finem.ibi.aut si aliqua honesta mulier.

9 Declaratur iam notabiliter principalis prima hæc limitatio, vt scilicet statuto, de debitore incarcerando, neutiquã frater debitor censeatur comprehensus: nam frater vigore statuti generalis ad instantiam fratris creditoris, non incarceratur. Ita in ipsis terminis sentit, & in Consilio Pedemontano IVDICATVM esse tradit Ant. Thessaur. *Pedemont. decis.119. per tot.* reiecta opinione dissentientis *Gasp. Beat. Hispan. in tract. de inope debit.c.17.n.80.& seqq.*

Declaratur secundo eiusmodi statutum seu prima relata principalis limita-
10 tio, vt † vires non exserat in Doctore, etiamsi expresse statutum caueret, quod quilibet pro ciuili debito personaliter capi posset, non obstante quocunque priuilegio. Ita luculenter noue Iacob. Ben. Eugub. *in suo tract. de priuil. iurisconsf. part.2. priuil. 49. num.4.* & post nouissime Prosp. Farinac. *tract. crim. quæst. 27.nu.81.* vbi *num.82.* multorum insignium auctorum testimonio corroborat, & pro communi opinione extendit, post Benium *eodem tract. part.3. priuil.96.num.5.* ad Do-
11 ctores † actu etiam non legentes, scilicet aduocatos, seu alio modo in legali scientia se exercentes. In tantum vt huic Doctoribus ita concesso priuilegio renunciari non possit, secundum sententiam Benij *d.part.2. priuil. 49. nu. 4.* Quod forte ex omni parte tutum haud esset; sicuti aduertit Farinac. *d.q.27.n.85.*

Declaratur ex commiseratione Christiana tertio principalis fallentia, vt scilicet vigore statuti non intelligatur debi-
12 tor, qui † ex insigni calamitate infortunioque citra suam culpam facultatibus cecidisset, atque ita soluendo non esset. Probatur auctoritate Strachæ de mercatura. *tit. de decoctorib. 4. part. sub num.2.3.4. 5.6.7.* Et in specie ita etiam constitutionem Saxonicam de dando debitorem ad manus creditoris limitant Domini Consist. Scabin. Witenb. *quæst. 25. nu.9. part.3.*

Declaratur quarto, vt non procedat
13 in minore: nam minorem † ex caussa debiti ciuilis incarcerari non posse, *ex Caccialupo & aliis admittit Coler. de process. exsecut.p.2.c.3.sub nu.248.& seq.*

Fallentia secunda principalis est, vbi debitor se ipsum ad carceres, casu quo non soluerit, obligasset; (modo non per creditorem (intellige extra periculum fugæ) sed ad eius instantiam, iudicis iussu, ad carceres ducatur:) nã hoc † casu in- 14
carceratio de iure conceditur. Noue cõtrariis doctissime respondendo hanc limitationem esse de iure firmioribus & melioribus fundamentis fultam, nec nõ communiorem, in specie scripsit deduxitq; Matth. Coler. *de process. exsecut. p.1. c. 6. per tot. præcipue vero n. 40. & seqq.* Et eandẽ sententiã admittit, Gloss. Alex. Card. Abbat. Mars. & Menochij auctoritate, Ant. Sola. *in Constit. antiq. Sab. Decret. Abusionibus. gloss.1. primæ part. sub.n.3.* Video etiam eandem limitationẽ nouissime approbasse Ioan. Koppen. *in q.19.n.5.* Fuluium Pacian. *tra. prob. c.72.n.23.l.1.* Scias tamen etiam ex neotericis in contrariam descendisse sententiã nonnullos. Ita in specie Ioan. Borch. *de feud. c.8. num.114.* & Borgn. Caualc. *Finiz. dec.1.n.7.p.1.* vbi etiam subiicit, hanc contrariam procedere, etiamsi iureiurãdo ad carceres in defectum solutionis se obligasset.

Fallentia tertia, est in debitore † fisci. 15
nam & hic ante bonorum discussionem capi potest. *Ant. Sola. in Constit. antiq. Saband. Decret. Abusionib. gloss.2.n.8. Ant. Peregrin. de iure fisci. l.6.tit.7.n.5.* Vbi ex Baldo refert, hoc esse singulare priuilegium fisci, vt debitor fiscalis incarcerari possit. *Ioan. Pet. Surd. cons.39.n.21.* Multos plures, & alios refert Menoch. *consil.916.n.1.*

Extenditur primo hęc fallentia, vt etiam in debitis † priuatis ante cõfiscatio- 16
nem contractis, & postea fisco per confiscationem obuentis, procedat. *Francis. de Claper. decis. Curiæ Prouinc. caus.40. q.vn. per tot.* vbi ad finem subiicit in eadẽ Curia sic IVDICATVM exstitisse.

Extenditur secundo eadem fallentia, vt etiam senex, quamuis alias multum in iure priuilegiatus, ob caussam fiscalis debiti † capi incarcerariq; possit. In ipsis ter- 17
minis respondit & confirmat Menoch. *cons.*

conſ. 916. per tot. ſubiungit. *ad conſ. finem.* Senatum Mediolan. iuxta hanc extenſionem IVDICASSE.

In priuatorum debitis exigendis aliquãto mitius cum ſene incarcerando erit agẽdũ. Nam, quamuis, ceteris parib⁹ ſenex poſſit ob debitũ priuatũ pręhẽdi, quẽadmodũ in ſpecie per Cacher. Ped.
18 *deciſ. 123. per tot. aſſeritur,* cuſtodia † tñ ſeu potius cuſtodię locus lenior detẽtioniſque mod⁹ remiſſior eſſe debet. Et ita Senat. Ped. CENSVISSE, & Principẽ IVDICASSE teſtatur idẽmet Cacher. *d. dec. n. 4.*

Quarta eſt fallentia, in debitore fugi-
19 ẽte (quod idẽ operatur †, *Tib. Decian. reſp. 59. nu. 8. vol. 5.* vt ſcilicet vtroque caſu
20 intercipiat † facultatem exigendi debitorem. *Coler. de proceſſ. exſecut. p. 1. c. 2. n. 101.*) de fuga ſuſpecto, quam quidem fallẽtiã *concl. 44. lib. 2.* vtcumq; explicauimus.

21 Fallentia quinta principalis eſt, in † debitore in forma Cameræ obligato, *Peregr. Iannin. de cit. reali l. 2. c. 1. n. 425. Ioan. Pet. Surd. conſ. 39. ſub nu. 21. Ant. Sola in Conſt. antiq. Sabaud. Decret. Abuſionib. gloſſ. 2. n. 5.*

22 Fallentia ſexta perhibetur † in filiofamilias. *Bald. Peruſin. in tract. de carcerib. c. 1. poſt n. 3. verſ. quarto quæro.* vbi ſubdit rationem, quod filius poſſit cedere bonis. *l. 1. C. qui bonis ced. poſſ. & dicit gloſſam in l. 3. §. vtrum ff. de minorib.* contrarium tenentẽ communiter reprobari. Hanc fallentiam comprobant etiam multi alij, ſed ipſe, ſi penitus animaduertas, nõ eſſe fallẽtiam rectius dixeris: neutiquam vero, vbi ętas minorennis concurreret. *ad not. Caccialup. de debit. ſuſp. q. 5. nu. 1. 2. 3. & ſeqq.*

23 Fallẽtia ſeptima, quũ pro † repreſſaliis aliquis capitur. *Peregr. d. c. 1. n. 426. l. 2.* Sed hęc nõ eſt huc ſpectãs, ꝓprie fallẽtia, quãuis Doctores plerique. his accenſeant.

Plures hic referri poſſent fallẽtiæ, ſed quia hæ principaliores ſunt, iiſdem nũc contenti erimus. Nunc concluſionem pro more noſtro ſtatuamus. Et quo magis perſpicua eluceſcat, primum pręmit-
24 to, quatuor, vt incarceratio † iuſta & legitima dicatur, requiri, videlicet, cauſſa iuſta, iuriſdictio competens, ordo iuris, & forma incarcerationis. Ita poſt Baldũ & Hippolytum, quos refert, notauit Boer. Burdegal. *deciſ. 215. num. 34. in princip.*

Sed ad planiorẽ intellectum libet cõtractiſſimis verbis referre traditionem Proſp. Far. *in tra. crim. tit. de carcerib. & incarceratis, q. 27. qui (nu. 4. & ſeqq.)* conſiderat carcerationem eſſe † nullam & inua- 25
lidã multis modis. Primo ratione iuriſdictionis incompetentis. Secundo *(n. 36. 37. 38. 39.)* eſſe iniuſtã & inualidam ex defectu cauſſæ. Tertio *(n. 40. & ſeqq)* ratione perſonæ incarceratæ. Quarto *(num. 95. & ſeqq.)* indebita & iniuſta dicitur ratione loci, in quo captus detinetur. Quinto *(n. 105. & ſeqq.)* dicitur iniuſta ratione temporis, quo quis capitur, in die ſcilicet feriato. Sexto *(n. 111. & ſeqq.)* dicitur iniuſta ratione ordinis non ſeruati, antequam ad capturam proceſſerit iudex. Vbique exactiſſimo ſtudio & ampliando & declarando proſequitur.

His parce pręlibatis cõcluſio erit Rubricę conueniens, debitorẽ iniuſte † car- 26
ceratum eſſe relaxandum. *Camill. Borell. auctoritate Bart. Alex. Roland. & Couar. conſultatione ſua. 15. n. fin. & multis pluribus grauiſſimis auctoritatibus probat Farinacius de carcerib. & carceratis, ſeu tra. crim. q. 27. n. 146. Vueſenb. conſ. 30. n. 23.* & in ſpecie concluſionem firmat noue Peregr. Ioan. *tra. de cit. reali. l. 2. c. 1. nu. 33. & iterum n. 211. & ſeqq.* vbi latiſſime deducit cõcluſionem, item nominatim ſtabiliuit Ant. Sol. *in Conſtit. antiq. Sabaud. decret. Abuſionib. gloſſ. tertia p. n. 2.* (& ea quæ *concl. 44. l. 2.* vbi de debitore fugiẽte ex Angelo, & aliis diximus cõcluſionẽ corroborãt) conferunt itẽ iura per Ant. Theſſaur. *Pedem. deciſ. 220. in diſcurſu, præſertim ante num. 1. relata.*

Et ſane ſuperior iudex † inferiori opti- 27
mo iure relaxationẽ indebite carcerib⁹ detenti mãdato pœnali iniũgere poteſt. *ad not. Far. d. q. 27. n. 147. Coleri de Proceſſ. exſecut. p. 1. c. 2. n. 81. 82. 83.* Sic etiã ad ſuperiorẽ cognitio cauſſæ incarcerationis factæ deuoluitur, qñ iudex incarcerans tardũ
† ſe in expediendo proceſſu aduerſus in- 28
carceratũ inſtituto præbuiſſet. *in terminis Franciſc. Monald. conſ. 128. n. 1.* & quidem hoc vel maxime ad querelã partis *ib. n. 2.*

Ampliatur concluſio, vt non modo 29
ita iniuſte incarceratus debitor rela-

xandus sit, sed etiam creditor iniuriarum actione conueniri poterit per debitorem. *Ant. Sola in Constit. antiq. Sabaud. Decret. Abusionib. gloss. 3. n. 3.*

29 Ampliatur secũdo, vt & creditor hic, qui iniustam incarceratione procurasset, credito cadat. *post Bald. & Decium Ant. Sola, in Constit. antiq. Sabaud. Decret. Abusionibus. gloss. 3. n. 4.*

30 Declarationes in seq. nonnullę adducuntur, cæteræ ex tractatib. petendæ, vt quæ a nostro cœpto alieniores sunt.

ARGVMENTVM.

Debitor ex ciuili caussa captus, præstita idonea cautione relaxãdus est?

SVMMARIA.

1 *Debitorem incarceratum ex ciuili caussa, præstita idonea cautione, relaxari debere.*

2 *Cautio idonea dicitur, quæ aut pignorib. aut fideiussoribus præstatur.*

3 *Cautionis simplici verbo, debitor vbi de fuga suspectus est, venit idonea cautio.*

4 *Cautionis qualitas discernitur iudicis arbitrio.*

5 *Fideiussor de soluendo debitum dandus, vt relaxetur debitor, nec sufficit de iudicatum soluendo.*

6 *Fideiussorem inidoneum admittens iudex, ad quid teneatur, & qualiter idẽmet excusetur. n. 8.*

7 *Debitor potest recarcerari, donec idoneores præstet fideiussores.*

9 *Debitor in die in honorem Dei feriato capi potest. remißiue ad librum secundum.*

10 *Relaxatio debitoris an in die in honorem Dei feriato fieri licite poßit.*

11 *Recommendari verbum quid pragmaticis significet.*

12 *Incarceratus debitor dicitur persona miserabilis.*

13 *Incarceratorum caussa censetur pia.*

14 *Piam caussam in die etiam in honorem Dei feriato tractare, conuenit.*

15 *Decretum in caussis minorum in die in honorem Dei feriato interponi poteſt.*

16 *Relaxatio quando in die feriato fieri poßit, dantur casus.*

CONSIDERATIO I.

DEBITOREM incarceratum præstita
idonea † cautione (quæ aut pigno- 1
rib⁹, aut fideiussoribus fiat, † relaxari de-
bere notissimum est. *ad notata Cothm.* 2
cons. 18. num. 490. vbi multos in hoc congessit iuris text. & Gaillium inter alios citat. Maxime & nuncupatim, quãdo persona, quæ ad cautionis præstationem teneretur, esset de fuga suspecta: & tũc sim-
plici † cautionis verbo venit idonea, quę 3
scilicet fideiussoribus vel pignoribus detur. *Franc. Viu. Neapolit. decis. 137. num. 3.*
(licet qualitas † cautionis, an scilicet illa 4
fideiussio, illa pignora idonea sint, iudicis arbitrio æstimetur. *Menoch. de arbit. iud. cas. 142. n. 4.*) relaxandum esse, in specie ita semper se vidisse OBSERVARI in tribunali illustrissimi Auditoris Camerę Apostolicæ, testatur in specie Prosp. Farinac. *in tract. crim. q. 34. sub finem num. 28.* & in Senatu Pedemontano ita etiam IVDICATVM asseuerat Thessaur. *dec. 220. ad finem.* ibi, fuit dictum esse relaxandũ media cautione.

Videbatur debitorem relaxari fideiussoribus non posse, quãdo iam solutionis instaret terminus, *ex notatis per Farin. tra. crim. q. 34. n. 25.* Verũ ipse Farin. *d. q. 34. sub n. 28. vers. & licet contra hanc limitationẽ de directo obstent iura & auctoritates supra deducta.* quibus aperte probatur nõ debere relaxare debitorem carceratũ pro debito in exsecutione sententiæ ac rei iudicatæ, nisi cum effectuali solutione debiti, reiecto omni fideiussore, suadet, nõ per hoc tamen recedendum esse a priori opinione de relaxando debitore, propter eius summam æquitatem.

Diligenter hic erit animaduertendum, vt cautus sit iudex in recipienda fideiussione: nam cum diuersi sint fideiussores, alius scilicet fideiussor de iudicio sisti, alius de soluendo debitum, curet
fideiussorem dari † expresse, de soluen- 5
do debitum, neutiquam vero solummodo de iudicio sisti: ne sibi contingat (prout in specie & terminis terminantibus ex Baldo in c. *dilectis. col. 4. nu. 12. vers. nota bonam practicam, de Appell.* referendo monet Prosp. Far. *de carc. & carceratis. q. 34. n. 28.*) quod

28.) quod alias contigit cuidam Potestati, qui hæc ignorans, pro incauta relaxatione cuiusdam carcerati fuit condẽnatus in Syndicatu & desolatus. Hæc Farinac. vbi pro cautela a Doctoribus assumi ex Cœpolla, Romano, Odofredo & Cattellin. Cotta, dicit. Sic legimus in Consilio Neapolitano magnum *(vt vtar verbis Afflicti in dec. 170. n. 4.)* fuisse dubium, vtrũ ille, qui est suspectus de fuga, & concurrunt requisita ad capturam sufficientia, possit liberari sub fideiussione de stando iuri; vel requiratur, vt fideiubeat de iudicato soluendo. Et fuisse DECISVM, quod fideiussio debeat de iudicio sisti, & iudicatum soluendo præstari, scriptũ reliquit ibidem Afflict.

Cautus item sit iudex, vt idoneum ad-
6 mittat † fideiussorem, alias si relaxatum iterum recarcerare non posset, (quod vtiq; donec idoneores præstet fideiusso-
7 res, iudici † permissum est. *Baiard. in addit. ad Clar. §. fi. q. 46. n. 44.)* de suo soluere tenetur. *per l. 1. §. si magistratus. ff. de magist. conuen. §. sciendum. Inst. de satisd. tut. l. Imperatores. ff. de re iudicata,* quę iura post Bossium in hoc multis subiũctis auctoritatib. citat Farinacius. *d. q. 34. n. 83.*

Dato autem idoneore fideiussore primi nihilominus remanent obligati. *ex mente Baiard. d. q. 46. n. 45.*

Quæ igitur D. Gaill. *nu. 6.* de relaxandis debitoribus incarceratis fideiussione oblata dixit, limitanda erunt, vt procedant in fideiussore de soluẽdo debitũ, & quidẽ, vt fideiussor sit idoneus. Quæ vero excusationes (vt hoc obiter remissiue
8 adspergam) iudex † vel eius substitutus Notarius, inidoneum admittentes seu recipientes fideiussorem pro incarcerato, prętexere valeant, illustrat suo necessario apparatu Farin. *d. q. 34. nu. 79. & seqq.*

Præstita idonea cautione debitorem esse relaxãdũ, vtrumq; firmauimus. Sed hic alia insurgit dubitatio. In propatulo
9 est, debitorẽ de instanti seu subita fuga † suspectum in die in honorem Dei feriato prehendi posse, diximus conclus. *44. consid. 1. li. 2.* an & in die in honorem Dei
10 feriato † relaxatio fieri possit? Caccialupus *in tract. de debit. susp. q. 16.* auctoritate Baldi concedit relaxationem, eo in die feriato. Menoch. *de arbitr. iud. cas. 303. nu. 38.* expresse scribit, carceratos sub fideiussione in diebus solemnib⁹, Paschatis scilicet & Natalis Domini, relaxandos esse. Francisc. Marcus *Delphin. decis. 796. n. 1. p. 2.* rotundis verbis asserit, in diebus illis solemnibus carceratos posse relaxari.

Et horum sententia mihi videtur nõ modo vera, sed etiam vera & Christianismo conuenientior: videatur Borg. Caualc. *Fiuiz. decis. 1. n. 41. p. 1.*

Huic sententię videtur nonnihil aduersari Ioan. Bauman. *in suo tra. de sequest. c. 15. n. 19.* vbi in hæc verba. *Quod sequestrũ personale attinet, cui decernendo, etiam die in honorem Dei feriato, locum esse scripsi, magis est vt dicamus, etsi decerni, tamen reuocari die feriato non possit.*

Verum enimuero quamuis ex Baldo (vt obiter hoc pręmittam) referat debitorem carceratum in die in honorẽ Dei feriato relaxari, seu etiam capturam reuocari non posse; eo tamen sensus Baldi (ceu puto) erit non accipiendus, quasi sentiret, quod Recommendari, importaret relaxationis effectũ: siquidẽ † Re- 11
commendari (in hac materia: alias enim dicitur etiam recõmendari quis a testatorę heredi, ad effectũ præstandorũ alimentorum &c. de quo alibi & nouissime Ioan. Pet. Surd. *tract. alim. tit. 2. q. 11.)* Bartolo & suis sequacibus, immo & grauissimis nostri seculi Iurisconsultis sit, quum aliquis iam incarceratus existit propter vnum crimen, vel intuitu vnius debiti, & relaxatio iamiam fieri debet; sed vel ille met primus accusator, seu creditor, vel etiam alius, de nouo apud iudicem instet pro retinendo in carceribus relaxandum; ne scilicet relaxetur, donec petitioni huius de nouo instantis satisfecerit: si huius petitioni deferatur, dicitur relaxandus recommendari. Bartol. & eius sequaces hoc verbo in hunc sensum vsos esse, videre est in maiori Lexico iuris, diligentia Pratæi congesto, & Francofurti ad Mœnum An. 1578. *impresso. lit. R. seu li. 17. verb. Recommẽdari.* Moderni eodem adhuc vtuntur sensu. Sic Peck. *de iure sistendi. cap. 49. ibid. debitorem*

ab alio creditore recommendari, id est, pro alio debito retineri. Ita & Prosp. Farinac. *q. crim. 27. sub num. 152. & 156. ibi. cum sit de carcere relaxandus, recommendari non poterit.* nec non Peregr. Iannin. *de cit. real. lib. 2. c. 1. nu. 243.* Vbi in septem lineis non minus quã quatuor vicibus eodem verbo *Recommẽdari*, in hoc sensu vsus est, & nostri IC. Germani ab hoc sensu non declinant, sicuti apud Dn. Coler. *in suo processu. exsecut. part. 1. cap. 2. n. 139.* & apud alios passim obuium est. Est illius igitur recommẽdationis effectus, non vt relaxetur iam captus debitor, sed vt detineatur.

Retinenda proinde erit prior Caccialupi, Menoch. & Francisc. Marc. sententia, relaxationem carcerati, etiam in die in honorem Dei feriato, fieri posse. Rationem, quare incarceratus etiam die in honorem Dei feriato relaxari possit, aliquam si habere velimus, occurrit, quod
12 cum carcerati † sint personæ miserabiles reipsa, *post Baldum Viu. Neapol. decis. 341. n.*
13 *4.* & illorum caussa † censeatur pia *l. si quis ad declinandam. 43. in princip. ibi. pietatis intuitu valere, & non esse respuendam C. de episc. & cler. idem Viuius d. loco. Vuesenb. consi. 97. nu. 13.* Et aliis pluribus textib. & auctoritatib. respondit Ioan. Petr. Surd. *consil. 367. nu. 11.* qui in specie differit de incarcerato debitore ob æs alienum, quinimo & Dn. Gaill. *obseru. 153. num. 13. l. 1.* concedit carceratorum caussas, in die in honorẽ Dei feriato, expediri posse: & Gailliũ sequitur Caluin. *de processu. iud. cap. 7. tmem. 1. nu.*
14 *7.* Caussæ autem † piæ, die in honorem Dei feriato, licite etiam de iure Canonico apud iudicem tractantur. *c. conquestus. fin. ibi. vel pietas suadeat. de feriis.* & hac pietatis ratione arguit post Azonem Octau. Simoncell. *de decret. lib. 1. tit. 1. in spect. 3. sub finem num. 85.* quod nimirum in mino-
15 rum † caussis, die in honorem Dei feriato, decretũ iudicis interponi valeat. Et
16 sane nulla † videtur esse hæsitatio, quin incarceratus debitor die in honorẽ Dei feriato, relaxari possit, quando vel satisdatio in die iuridica facta esset. *Borgn. Caualc. Fiuizan. decis. 1. sub num. 41. part. 1.* Vel vbi creditor in relaxationem consensisset: nam cum hoc posteriori casu nulla caussæ cognitio requiratur, relaxationis actus vtique in die ad reuerentiam Dei feriato, expediri licite potest. *ad notata Menochii de arbit. iud. quæst. 30. n. 14. 15. 16. Viuii Neapol. decis. 35.*

ARGVMENTVM.

Incarceratus ob delictum, an, & quando sub cautione fideiussoria veniat relaxandus.

SVMMARIA.

1 *Incarcerati ex delicto, an & quando cautione fideiussoria relaxentur. remissiue.*

2 *Incarceratus ob delictum quando sit relaxandus, ex iudicis pendet arbitrio.*

3 *Iuratoria cautio quando sufficiat facienda relaxationi. remissiue.*

CONSIDERATIO II.
Siue Coronis remissoria.

MONENDI sumus dum Dn. Gaill. ad finem obseru. remissionem faciat super illa, sane multum egregia & practicabili quæstione, *an & quando incarcerati ex delicto † cautione fideiussoria relaxari* 1
debeant, quæ relaxatio, cum a discreti iudicis † pendeat arbitrio. *Iodoc. Damhaud.* 2
in prax. crim. cap. 20. num. 7. sed magis in specie Menoch. de arbit. iud. cas. 303. ob diuersos separatosque casus multifariam examinatur, a Damhaud. *cap. 19. num. 5. & d. cap. 20. per tot. Martin. Monter. Regn. Arapon. decis. 23. Valent. Franc. de fideiussorib. cap. 3.* Et exactissimo propositam habemus studio Menochij. *d. casu. 303. per tot.* & noue Farinacij. *tract. crim. lib. 1. tit. 4. q. 34.* quo semper recurrendum erit. Et quãdo sub cautione iuratoria † quis relaxandus sit, 3
examinat more suo latissime Boer. *Burdeg. dec. 349. per tot. Cacheran. parcius. Pedem. decis. 70.* accedit his Farinac. *q. crim. 33. num. 43. & seqq.* nouissime non illepide etiam prosequitur Franc. *de fideiussoribus, cap. 3.*

ARGVMENTVM.

Iuramẽtum defuncti an eius heredem ab agendo repellat?

SVM-

SVMMARIA.

1 *Heres tenetur stare iuratis a defuncto celebratis contractibus.*

2 *Iuramentum, quo ad spiritualitatis vinculum personale est.*

3 *Vasalli heres in feudo succedens, tenetur iuramentum fidelitatis præstare, etiamsi defunctus pro se & heredibus ante præstitisset. Et quatenus hoc procedat ibidem.*

4 *Heres habilitationẽ quo ad effectum agendi contra iuramentũ a defuncto præstitum petere non habet necesse, quoad periurii reatum vitandum. Declaratur nu. 6. & 7.*

5 *Relaxatio vinculi non desideratur, nullo exsistente vinculo.*

7 *Habilitatus ad effectum agendi vel excipiendi, non censetur absolutus ad effectum dissoluendi contractum, quia potius absolutionem in id petere tenetur.*

CONCLVSIO XXVII.

VERA est illa ac receptissima Doctorum conclusio, heredem teneri † ex contractib. & obligationibus iuratis 1 defuncti; atq; adeo ad contractuum & obligationum obseruantiam, &, vt moderniores in huius conclusionis confirmationem, omissis omnibus longa serie a Gabr. Rom. *lib. sent 2. tit. de iur. iur. concl. 6. nu. 3.* recensitis, citem, ita concludit in ipsis terminis Menoch. *cons. 24. n. 22.* vbi dicit hanc conclusionem esse veram. Idem Menoch. *cons 609. nu. 38. Tiber. Decia. in terminis resp. 39. n. 169. vol. 2. idem resp. 71. n. 39. vol. 4. Octau. Cacher. Pedem. decis. 41. nu fi.* vbi & inter cetera super hac concl. IVDICANDO sensum asserit. Et respondent Crauet. *cons. 902 n. 3. Wesenb. cons. 23. n. 55. Io. Pet. Surd cons. 165. ante n 44. & consi. 194 n. 22.* & multorum insignium Iurisconsultorum auctoritate limitando cõcludit Prosp. Far. *trac. crim. lib. 1. lit. H. q. 8. sub n. 141. vers. limita hanc ampliationem,* & in hanc sententiam iuit Viu. Neap. *decis. 372. n. 9.* & iuxta eandem in Regia Audientia Apuliæ IVDICATVM esse n. fi. scripsit. Accedit aliis relatis auctoritatibus, postea visus Ludolph. Schrad. *de feu. par. 10. sect. 3. nu. 59. & seqq.* Alex. Raudens. *respons. 9. nu. 17. & seqq. vol. 1.*

Ceterum quum iuramentum quo ad spiritualitatis † vinculum personale sit. 2 *Menoc. cons. 355. nu. 7. & 8. auctoritate Cagn. Couarr. & aliorum. idem Menoch. cons. 439. n. 37. cons. 609. nu. 38. Io. Petr. Surd. Mant. decis. 148. n. 6.* vbi ex hoc fundamento post alios multos Feudistas infert, quod cum (inquit) iuramentum sit personale, & nõ egrediatur personam iurantis, cogitur heres defuncti vasalli de nouo iurare, etiamsi defunctus † ille vasallus pro se, he- 3 redibus & successoribus iurasset. Quam illationem (vt obiter hoc moneam) intellige, nisi & Dominus Feudi a primo inuestito recepisset fidelitatis iuramentum pro se & suis successoribus: hoc enim casu vasallo in feudo heredes iterũ nec iurare, nec renouationem petere tenentur. Ita in terminis respondit Menoch. *cons. 467. n. 7.* de quo alibi exactius.

Et quod iuramentum, quantum spiritualitatis vinculũ attinet, personale sit, diserte grauib. nisus auctoritatib. astruxit etiam Prosp. Far. *q. crim. 8. sub n. 141. ibi. Quia tamen iuramentum, in comperto apud omnes est, quoad periurii reatum heredem non deuincire. Tib. Dec. tract. crim. lib. 6. c. 11. n. 51. Prosp. Farin. d. q. 8. sub num 141. ibi. & ideo ad heredes,* vbi infinitis auctoritatib. probat. *Vrsil. in addit. Affli. decis. 381. sub n. 5. Tib. Dec. resp 71. nu. 39. vol. 4. Viu. Neap. decis. 372. nu. 5. Francis. Monald. cons. 38. nu. 16.*

Ex his conficitur alia Doctorum traditio, nimirum, cum dispensationis, vel ẽt absolutionis a iuramẽto is finis sit, ne iurans periurium cõtraueniendo incurrat, sed periurium dũtaxat ipsiusmet iurãtis personam teneat, vt heres si iureiurando a defuncto præstito contrauenire animum induxerit, necesse non † habet 4 dispensationẽ, vel etiam relaxationem a iuramento ad effectum agendi, vel excipiendi petere, ne periurium videatur incurrisse, *Tib. Dec. tract. crim. lib. 6 c. 11. n. 51.* Et in specie tradit post Guid. Pap. Ange. Bar. Bal. Bologn. & Beroum Ant. Sola *in constit. antiq. Princip. Sabaud. ti. de iudiciis decret. Philiber. gl. vn. n. 3.* & respondit Crau. *cons. 852. nu. 8. cons. 815. n. 3.* egregie iuxta ac

diffuse Io. Pet. Surd. *cons. 165. nu. 8. Francis. Viu. Neap. decis. 372 sub n. 5.* Et idem, quod scilicet absolutio a iuraměto, quæ in defuncti persona fuisset necessaria, in herede nō requiratur, DECIDIT Rot. Rom. *deci. 102. incip. Domini die Lunæ p. 2. in nouis.*

Noue etiam idem admittitur *in comment. ad ord. Camer. p. 2. ad tit. 24. vers. vltimo notandum, per Magenhorst publicato.*

Solutio enim non est necessaria, vinculū vbi † nullum exsistit. *post Soc. & Corn. Io. Petr. Surd. mox dicendo loco*, ita, vt qui ligatus non est, absolutione non indigeat. *Pet. Ant. de Petra. tr. de potesta. prin. c. 29 n. 47.*

5

Declaratur primo relata traditio, vt heredi non sit integrum a quibusuis iuratis contractib. defuncti ad libitum recedere, sed saltem illis, quib. ipse defun-

6 ctus iurans † obtenta ad effectum agendi, vel excipiendi, contrauenire potuisset. Et sic intelligenda est eiusmodi illatio: quemadmodum etiā scribit Io. Petr. Surd. *cons. 194. n. 25. (vide & supra concl. 22.* vbi etiam de absolutione iuraměti, quatenus heredem respicit, limitatiue dixi) & est notabilis declaratio, quem etiam diserte recepit Ant. Quett. *cons. 35. nu. 12.*

Declaratur secundo, vt quamuis ad effectum agendi vel excipiědi, habilitationem petere non habeat necesse, teneatur tamen ab ipsiusmet iurati contractus obligatione se sentētia liberari inductis probationib. ad effectum rescindendi d. contractum. Ipse n. defunctus, quamuis habilitationem ad effectum, vel agendi, vel excipiendi cōsequutus fuisset, adhuc

7 nihilominus † absolutionem ad effectū rescindendi contractum petere cōstringitur, sicuti Crauet. respondit *cons. 7. n. 7.* Absolutio illa (inquit) limitata fuit ad fines agendi & excipiendi tantum metu periurii, &c. quemadmodū & Rot. Bononiens. IVDICAVIT, adseuerāte Benintend. *decis. 14. sub nu. fi.*

Dissentire a Crauettæ sententia visus est Afflict. Neapolit. *decis. 322 sub nu. 12.*

ARGVMENTVM.

Iurantis heres, an coram ecclesiastico iudice ad iuramenti obseruantiam conueniri queat.

SVMMARIA.

1 *Iurantis defuncti heredem coram ecclesiastico iudice ad iuramenti obseruantiam conueniri non posse.*
2 *Refertur declaratio vna.*
3 *Eiusdē declarationis adducitur refutatio.*
4 *Declaratio altera refertur.*

CONSIDERATIO I.

HEredem iurantis ad iuramenti per defunctum præstiti obseruantiā coram ecclesiastico iudice conueniri haud † posse. post alios cumulatim citatos scri- 1
bit, & probat Prosp. Far. *in tract. crim. q. 8. sub n. 141. vers. ideo pariter heredem.* Vbi tn̄ dicit, nōnullos a se ibidem relatos, limitare hanc sententiā, vt scilicet, nō † pro- 2
cedat, qn̄ officium iudicis imploraretur, vt heres animā defuncti exoneret, facta debita satisfactione, secus vbi ageretur ex ipso contractu. Verum ipse Farin. cōtrarium in hac sententia, atq; ita distinctionem refutanti Philippo Franco accedere † visus est. Secundo limitatur sen- 3
tētia, dicit Fari. vbi iam cœptū esset cōtra iurantē † iudiciū coram ecclesiastico 4
agendū esse. Sed de his alibi oportunius.

ARGVMENTVM.

Iurisdictionem inferiorem iudicē ob denegatā iustitiam, amittere.

SVMMARIA.

1 *Denegans iustitiæ administrationem iudex illius caussæ iurisdictionem amittit, & superior super ea adiri potest.*
2 *Mediatus tamen, non immediatus, quod & in ecclesiasticis iudicib. obtinet. nu. 13.*
3 *Denegatæ iustitiæ ratione etiam a commissariis iuxta Imperii ordinationem datis, caussa ad Cameram deuoluitur.*
4 *Austregarum priuilegium reus conueniendus amittit, elapso ordinationis ad nominandum tempore.*
5 *Quo casu non bina requiritur, sed vnica sufficit monitio.*
6 *Negligens vbi esset inferior iudex in administranda iustitia etiam lite pendente, superior adiri potest.*
7 *Quinimo quamuis diffinitiue coram inferiore iudice conclusum esset, adhuc tamē in Camera denegata, vel prolata iustitia intui-*

intuitu, caussa recipitur decidenda.

8 *Denegata & protracta iustitia caussa superior negotiū ad se auocare potest, quãuis priuilegium inferiori deneganti dedisset, de nō auocandis ob denegationem, vel protelationem iustitia caussis.*

9 *Protelata denegataq; iustitia ratione vasallum superiorem adire potest.*

10 *Negligens vbi ecclesiasticus esset in administranda clerico iustitia, clericus impune Principem laicum adit.*

11 *Et e contrario idem in laico.*

12 *Clericus perhorrescens ecclesiasticum iudicem de sibi non impertienda iustitia, superiorem laicum implorat.*

13 *Negligens vbi ecclesiasticus esset iudex, ad proximum superiorē ecclesiasticum eundum est, non recta ad Papam.*

14 *Princeps tamen, donec ab ecclesiastico subuentum esset clerico, suppetias huic ordinare potest.*

15 *Negligens iudex si postea se declarasset, iustitiam citra protelationem administraturum, caussæ illiusmet erit iudex. Declaratur eod. num.*

CONCLVSIO XXVIII.

CAMERÆ Imp. iurisdictionem ob denegatam ab inferiore iudice iustitiā fundari posse, cum dixisset D. Gail. *obs. t. n.* 21. (sicuti & in specie post Gail. noue protulit Io. Calu. *in process. iud. c.* 8 *tmem.* 2. *n.* 14. 15.) illudmet *sub obs.* 28. ampliatiue simul & restrictiue explanauit.

Sed vt & nobis, pro instituti ratione lapidem aliquem, ne interruptam ordinis seriē reliquisse videremur, vel attingere saltem liceat, conclusionem hãc veram, solidam & receptam construamus, vt sc.
1 inferior iudex † ob denegatam iustitiā, illius caussę, in qua iustitiæ administratio denegata esset, iurisdictionem amittat, superiorq; pro administranda iustitia ea in caussa adiri possit: *Menoc. respondit cons.* 2. *nu.* 59. *Petr. Ant. de Pet. Placent. tract. de potest. Princip. c.* 15. *nu.* 28. grauiter conclusionem cateruatim recensitis auctoritatib. firmat Sarad. *de feu. p.* 10. *sect.* 40. *sub n.* 121. *vers. & cōfirmatur per id, namq; & legib. cautum.* Sic ēt Petr. Greg. Tholos. *in tract. de appel. lib.* 2. *c.* 28. *n.* 5. vbi omnes iurium tex. a Dn. Gail. *nu.* 1. citatos adducit: addatur Rot. Rom. *decis.* 514. *incip. dubitari de validitate. par.* 1. *in nouiss.*

Dum dixi, superiorē pro administrãda iustitia, adiri posse, intelligo superiorem † mediatum. Nam vbi iudex iustitiā denegãs, haberet mediatum superiorē, hic primo requirēdus erit, nec ad Cam. Imp. continuo recurrendū. *ad not. Petr. Foll. in add. Marantæ in Spec. dist.* 11. *sub n.* 11. *vers. intellige sane vt procedant.* Sin vero mediatū hic iudex nō haberet superiorē, ad Cam. recta iri expeditum est. *Myns. obs.* 82. 2

Ampliatur primo, vt ēt cōclusio, adeoque constitutio Imperii de denegata iustitia in cōmissariis, † iuxta ordinationē datis procedat, vt etsi hi nollēt requisiti procedere, iurisdictio seu caussa illa cōmissa statim ad Cameram deuoluatur. *ita Myns. obs.* 95. *cent.* 1. 3

Ampliatur secundo, cum reus conueniendus ordinationis pscripto, tres Principes nominare debeat, qui tñ duntaxat vnum, in quem acturus non cōsenserit, nominasset, & terminus ex eadē ordinatione præfixi mēsis (antequã alius fuerit nominatus) elabatur, vt hoc † casu priuilegium primæ instantiæ, Austregarū scilicet, reum amisisse dicendū sit, atq; proinde protinus in Cam. Imp. processus impetrare possint, *Ord. Cam. p.* 2. *tit.* 2. & noue eleganter illudmet in specie exornat Dn. Vulteius *in l.* 1. *n.* 33. *C. vbi senatores vel clarissimi ciuil. vel crim. conueniant.* 4

Nec requiritur trina, nec bina requisitio, vt hoc instantiæ priuilegium amiserit reus, sed vnica † sufficit: ita diserte, crebrius in iudicio Cam. obtinuisse, adseuerat Myns. *obs.* 91. *cent.* 1. *idem tradit, & argumento §. fi. ord. par.* 2. *tit.* 1. probat D. Vult. *in d. l.* 1. *n.* 46. *ibi. & crebrius placuit, acturum non teneri requisitione semel facta, hoc casu ad requisitionem vlteriorem. &c.* quid aliis in casibus obseruetur dixi *seq. consid.* 2. Sed hæc forte alibi commodius tractabuntur, & conuenientius. 5

Ampliatur tertio, vt etiã superior iudex, quando inferior in administranda iustitia negligens esset, adiri possit, non

6 obstante † litis pendentia. Nuncupatim ampliationem stabiliuit Mart. Monter. *Regn. Arag. deci. 23. n. 10.* citās in hoc Gabr. Rom. Gallesium Massam. Et Dn. Gail. ex obs. huius quotationis 28.

Subampliatur, vt & in Sacr. Camer. iudicio caussæ iam lite coram inferiore cœpta, & contestata, imo postquam de-
7 finitiuam, super negotio principali cōclusum fuisset, ratione † vel denegatæ, vel protractæ iustitiæ, recipiantur & ventilentur. *Nouell. constitut. Imper. Recess. deput. Ann.* 1600. §. **Ob auch** *promotoriales cum effectu deuolutiuo caussa principalis.* Vide *& infra ad fin. consider.* 2.

Ampliatur quarto, & est quidem notabilis, pietatisq; plena ampliatio, vt scilicet quamuis Princeps concederet Comiti, Baroni, ciuitati, &c. priuilegiū exemtionis, quod mandato mediante nec comminari, neq; per viam denegatę, vel protractæ iustitię caussa auocari debeat, adhuc nihilominus Princeps, ob denegatam, vel protractam iustitiam cōmi-
8 nari, † & caussam ad se auocare possit, *ex Gramm. vot. 28. laudat Francisc. Viu. Neapolit. decis.* 208 *nu.* 5. & subnectit Imp. Carol. V. ita etiam in Regni Neapolit. Pragm. diserte cōstituisse. Et quamuis me haud fugiat, constitutiones illas locales exteros haud ligare: recipiendam tamen eādem ampliationem arbitrarer. Quid enim si priuilegio abuteretur?

Extenditur primo, vt etiam vasallus, quando sibi Dominus iustitiam facere (inquit text. *in c. vn. sub finem de milite vasallo qui contumax est*) distulerit, superio-
9 rem † adire possit. *Menoch. de retinen. poss. remed.* 3. *num*... *Mynf. cons.* 22. *nu.* 3. vbi respondet, tum demum deuolui cognitionem in caussis feudalibus ad ordinarium, si Dominus deneget facere iustitiam; vel si pares non habeat, vel habeat quidem, sed suspectos. Et ita communiter Dd. probare *in c. ceterum. de iudic.* De huius ampliationis declarationibus omnino videndus est Lud. Schrad. *de feu. part. 10. sectio.* 4. *nu.* 119. *inde multis seqq.*

Extenditur secundo, vt etiam cleri-
10 cus possit adire Principē † laicum, quando iudex ecclesiasticus esset negligens in administranda iustitia. *Prosp. Farin. q. crim. 8. sub num. 23. versi. limita tertio hanc nonam.* Sicuti & ex contrario potest iudex † ecclesiasticus ob negligentiam iudicis secularis adiri, *Marant. in speculo, distinct. 11. numero 11. versic. septimo. & concedit post Menoch. Mart. Monter. Regn. Aragon. decisio. 23. sub num.* 10. sed de hoc alibi latius. 11

Extenditur tertio, vt etiam clericus a iudice ecclesiastico citatus ob caussam, in qua ecclesiasticus esset iudex, si perhorrescit iudicis ecclesiastici † perso- 12
nam, metuens, vt secum iniuste procedat, Imperatorem vel Principem suum, vt coram eo caussa examinetur, possit adire. Et hoc casu potest Imperator vel Princeps iudici seculari rescribere, vt informationes, quibus contra clericum procedere intendit, transmittat. Hanc ampliationem in vtramque partem disputādo, & tandem eandem confirmādo deduxit Oct. Cacheran. *Pedemont. decis.* 30. vbi etiam ita Senatum IVDICASSE testatur. Et hæc sane notabilis est ampliatio, & in terris Imperii maxime procedet.

In terris Ecclesiæ, quando primus ordinarius clerici esset negligens facere iustitiam, tunc debet † ad superiorem 13
prælatum clericum recurri; & si ipse etiam negligens esset, ad Pontificem Romanum. *ita Tiberius Decian. tracta. crim. lib 4. cap. 9. num.* 85 *vers. quæ tamen omnia intellige vera.* Posset tamen & Princeps † clerico obuenire, donec per superio- 14
rem Prælatum, vel Papam prouideretur. *ad notat. Menoch. de retin. possess. rem.* 3. *num.* 354. *& seqq.*

Limitantur iam prædictæ extensiones. & nominatim ampliatio tertia, vt non procedat, quando iudex antea negligēs, postea se declarasset, obtulissetq; se ius & iustitiam sine protelatione † ad- 15
ministraturum: tunc enim cognitio sibimet relinqueretur. *ad notat. Vincent. Carot. in decis. cas.* 123. *nu.* 20. vbi docet, quod si iudex ad quem, negligens & morosus offerat in futurum, se ius & iustitiam administraturum, audiatur, si in caussa procedere velit. *Alexand. in l. hoc autem.*

§. Cel-

§. *Celsus sub nu. 22 ff. de damno inf. in auctoritatem citans.*

Limitatio tamen hæc apud me nonnihil dubii habet, maxime vero, quando hic iudex non mature se administraturũ expeditius iustitiam monitus obtulisset, vel etiam res nõ esset adhuc integra, h. e. in Curia superiore recepta.

ARGVMENTVM.

Iustitiam se non posse cõsequi quibus probetur, & an iuramento.

SVMMARIA.

1 *Iustitiam se non posse consequi ad effectum deuoluendi caussam iuramento non probatur, iuxta Gaillium.*

2 *Contrarium Mynsing.*

3 *Conciliatio tentatur.*

4 *Iustitiam se non posse consequi, vbi iuramento probatum esset, contraria probatio non recipitur, secundum nonnullos.*

5 *Dissentiunt alii.*

6 *Iuramentum perhorrescentiæ procurator recte præstat, modo speciale ad id habeat mandatum.*

7 *Iuramentum perhorrescentiæ, non recipitur a iam periuro.*

8 *Denegata vel protracta vt existimetur iustitia, quot requisitiones iudici factas requirantur interuenisse.*

CONSIDERATIO I.

IVstitiam posse consequi se non sperare, quibus probetur ad effectum, deuoluendi caussam, quæstionis est, & quidem (ceu prima specie videbatur) quæ ancipitis resolutionis exsistat Dn. Gaill. *ante nu. 4.* censuit iureiurando eiusmodi
1 probationem † haud induci posse, sed instrumento publico opus esse.

Ceterum Mynsingerus *obser. 58. cent. 3.* expresse scribit in Camerali iudicio CONCLVSVM esse cõtrarium, nimirum iuramento, se non sperare consequi pos-
2 se iustitiam, recte † probari. Sententiæ eiusdem cum Dn. Mynsingero reperitur multorũ nixus auctoritate Ioseph. Mascard. *de probat. 963. num. 9. & plurium conclus. 960. num. 1.* nec ab ea alienus esse videtur Simon Pistoris. *consil. 1. num. 16. 17. volum. 1.* Et diserte in terminis respondit auctoritate Rotæ Rom. (quæ ita IVDICAVIT, *decis. 42. incip. item si impetratur, in nouis.* refert Cachera. citando loco) Abbat. Imol. Francisc. Præpos. Ant. de But. & Decii Cacheranus *consil. 69. numero 11.* nuper vestigia Mynsingeri insequutus sic etiam nominatim amplectitur Marcell. Cal. *tract. de mod. art. & prob. glo. vn. §. 2. num. 841.*

Et sane longe aliud diuersumque est supplicare, se nõ sperare, iustitiam posse consequi, ob perhorrescentiam, vt Canonistarum vtar verbo, vnde iuramentum perhorrescentię: & longe aliud cõqueri de denegata sibi iustitia: sicuti Practicis notissimum est.

Censerem autem Dn. Gaillium voluisse dicere, denegatam sibi esse iustitiã, non posse iuramento ipsiusmet conquerentis probari, ad effectum † deuol- 3
uendi caussam, sed necesse esse, vt de denegata iustitia documento superiori iudici constet liqueatque. Hoc enim casu iusiurandum probationem deuolutionis effectricem haud induceret. Sic videmus timorem, in puncto satisdationis de non offendendo, iuramento quidem probari posse, qualitatem vero iustitiæ aliam insuper probationem requirere, *dixi sup. conclus. 4.* Et idem Mynsing. *obs. 57. cent. 3.* scribit in Camera, vt caussa aliqua per viam denegatæ iustitiæ deuoluatur, necesse esse, vt vel de denegatione notorie constet, vel documento legitimo probetur.

Ampliatur contraria aduersus Gaill. stans sententia primo, vt adeo stetur iuramẽto conquerentis, se non sperare cõsequi iustitiã, adeo quod † contrariũ pro- 4
bari non possit. Ita sentire Rot. *decis. 60. incip. vbi quis impetrat. ti. de rescrip. in antiq.* & Parid. de Put. scribit Cach. *d. cõs. 69. n. 11.*

Contrarium huius tenere Io. And. & Philip. Franc. *in c. statutum. de rescr. in 6.* & Gemin. ibidem, conciliationem induxisse † refert Ofasc. *d. cons 69. sub n. 11. vers.* 5
sed in hoc contrarium.

Ampliatur secundo, vt & procurator hoc perhorrescẽtiæ iuramentũ præstare valeat, dummodo speciale sibi ratione

huius iuramenti datum esset mãdatum. Ita in terminis firmat Cacheran. *d. consil. 69. num 12.*

Limitatur iam, vt opinio asserétium, iureiurando probare posse, se non sperare iustitiam consequuturum, fallat in
7 eo, qui † antea periurasset. Ita nominatim ad hos ipsos terminos scripsit nuper Marcel. Cal. *tract. de modo art. & proband. gl. vn. §. 2. sub nu. 841.*

CORONIS REMISS.

Quot requisitiones, ad hoc, vt iustitia vel denegata, vel protracta existimanda
8 sit, iura † desiderent, egregia est disquisitio: qua de ex recentioribus videantur Io. Pet. Surd. *cons. 173. n. 77. & seqq. Masuer. in prax. de appellat. num 40. Rand. de analog. cap. 33. num. 185 & seq Mynsing. obs. 24. cent. 2. Petr. Gregor. Tholos. tract. de appellat. lib. 2. cap. 28. Cacheran. Pedemont. decis. 12. Ant. Sola in constit. antiq. Sabaud. decret. super terminis. gl. vn. num 9. Rot. Roma. decis. 514. incip. dubitaui de validitate sententiarum. nu. 4. part. 1. in nouiss.*

ARGVMENTVM.

A denegata, vel protracta iustitia si querelatum iure esset, caussa ad superiorem deuoluitur agnoscenda: nec ad hoc appellatio requiritur, quantumuis lis coram inferiore differente iudice iam cœpta, contestata, imo in caussa conclusum fuisset.

SVMMARIA.

1 *Iustitia vbi vel denegatur, vel protelatur saltem per viam appellationis iudicio iam cœpto, non vero querela, superior adeundus est, iuxta Gaill.*
2 *Dissentiunt alii.*
3 *Quorum sententia etiam nouella Imperii constit. recepta est.*
4 *Denegatæ vel protelatæ iustitiæ caussa, repressaliæ conceduntur exteris.*
6 *Et quæ ad hoc requisita exigantur, remissiue.*

CONSIDERATIO II.

IVdicium vbi esset coram inferiore iudice cœptum, & postea iustitia vel denegetur, vel protrahatur, saltem per viã † appellationis, non etiam querelæ seu 1
recursus, iudicem superiorem adiri posse, docet Dn. Gaill. *sub num. 2.* & conueniunt notat. Mynsing. *obseruat. 82 sub nu. 4 cent. 5.*

Contrarium in hoc diserte nominatimque † aduersus D. Gaill. & Mynsing. 2
statuit Ludol. Schrad. *tract. feud part. 10. sect. 4. num. 139.* vbi in hæc erumpit verba: *attamen illa* (intellige Gaillii & Mynsingeri relata, de ea enim nominatim refellenda agit) *sententia, meo iudicio & falsa, & communiter reprobata est. Namque & legibus cautum, & a Doctoribus communiter traditum est, quod ei, cui iustitia vel denegatur, vel protelatur, permittatur, vel per viam querelæ, siue recursus, vel etiam per viam appellationis superiorem adire, & quidem indistincte siue alicui iustitia denegetur, vel protelatur, ante iudicium cœptum siue post, sicut hoc ex ll. & Dd. supra citatis liquet.* Hactenus Schraderus, qui seqq. num. pluribus insistit. Et quod iudex superior adiri possit per querelam, quando inferior protelaret iustitiæ administrationem, tradidit etiam diserte firmatq; Francis. Marc. *Delph. decis. 281. num. fin. part. 1.* Et huc spectant tradita etiam per Ioan. Garz. *tract. expensar. cap. 12. num. 56. & seqq.* Et de iure Camerali hodie † contraria aduersus 3
Dn. Gaillium sententia, nimirum etiam per viam querelæ citra appellationem caussas indifferenter, tam ob dilatam, quam negatam iustitiam, lite quantumuis contestata, imo caussa super negotio principali conclusa, ad Cameram Imp. deuolui constat, *secundum ea, quæ sup. in hac conclus. §. Ampliatur tertio. vers. sub ampliatur. notaui.*

CORONIS.

Denegatæ vel protelatæ iustitiæ caussa, de quo Dn. Gaill. ad finem, arresta & repressalias concedi quidem posse † non 4
est, quod dubitemus. *adnot. Matth. Col. de process. exsecut part. 2. cap. 3. num. 469. part. 3. cap. 8.*

cap.8.num.51 Mynsing. obseruat. 1. num. 4. centur.6. Ioan. Frider. Hus. tract. de seruis & hominib. prop. quaestio. 4. princip. par. 1. versic. septimo potest petere (numerum allegassem, nisi tractatus hic praxi ciuili Gothof. insertus numeris destitutus esset) Menoch consil.675. num. fin. Ludolph. Schrad. tract. feud. par.10. sect.4. num.204. & sequentib. Matth. Wesenb. consil.46.

Sed quia necesse sit, plura ad hoc in-
5 teruenient † requisita, ita vt haud leuiter ad id compulsionis genus procedendum sit, adeat studiosus Menoch. *cas. 527. centuria 6.* vbi requisita ordine recenset.

ARGVMENTVM.

Si de feudo Imperii controuersia fuerit, cuius sit cognitio, an S. Caesareae Maiestatis, an Camerae Imperialis.

SVMMARIA.

1 *Capitanei si de feudo disceptent, iudex est Imperator vel Rex.*
2 *Licet controuersa caussa ipsummet Imperatorem concerneret.*
3 *Ratio ampliationis.*
4 *De feudis Imperii regalibus, Ducatu, Principatu, Comitatu, ortam controuersiam Caesar, non Camera diiudicat.*
5 *Idem in Baronatu, reliquisque feudis regalibus obtinet.*
6 *Discrimen Baronum remissiue.*
7 *De parte regalis feudi, idem statuitur quod de toto.*
8 *Nisi parti, puta castro vel ciuitati, regalis dignitas non sit annexa.*
9 *Priuilegium* der Außträge *in feudis Imperii regalibus non habet locum.*
10 *Limitatur principalis conclusio, vt tum demum procedat, si Caesar sit immediatus dominus feudi.*
11 *De feudis regalibus, non de regalibus simpliciter, intelligenda conclusio.*
12 *De aliis rebus, praeter feuda Imperii regalia contendentes Principes gaudent instantiis Austregarum.*

CONCLVSIO XXIX.

NTER Capitaneos † si controuersia de feudo sit, coram Imperatore, vel Rege finiatur. *text. in capit. vn. in princip. de l. Conradi, cap. vn. in princip. apud quem vel quos contr. feudi definiatur.* Quae procedunt, vt scilicet Imperator controuersiam feudalem inter Capitaneos definiat, etiamsi caussa ipsa controuersa ipsummet † Imperatorem 2
(vt quia alteri de euictione teneretur) concerneret: quia Imperator pecuniam † spernit, & facile aliud aequiualens 3
feudum dare posset; nec praesumendum erit, cũ ob haec quippiam praeter iustitiã facturum, quippe in S. Maiestat. nullae sunt affectiones, nulla in eandem cadere potest sinistra suspicio: quod secus in aliis perhibetur esse feudi Dominis. Ita in specie nuncupatim Francisc. Sonsbec. *de feud. part. 14. num. 19. num. 28.* Et cum textus feudales, quod Imperator super feudo Imperii exortam contentionem definiat, exsistant apertissimi, Doctorum auctoritates in id haud erunt accumulandae. Si quis auctoritates tamen desideraret, offerunt se ex recentioribus. Mozz. *de feud. rubr. de naturalib. feud. numero 110.* qui Curtium & Clar. refert. Alios insuper citat Rosenth. *de feud. cap. 12. §. 12. sub lit. e.* accedit nouissime Dn. Vulteii. *de feud. 2. c. 2. num. 9.*

Missis feudorum textibus, ipsam conclusionem firmabimus. Vera igitur & indubitata est conclusio: S. Caesaream Maiest. † non vero Cameram Imperialem esse iudicem competentem, quan- 4
do de feudo Imperii, Ducatus, Principatus & Comitatus, controuersia fuerit. *Cam. Imp. Ord. part. 2. tit. 7. Si de Ducatibus* (inquit Petrus Denaisius *in synopsi tur. Cameralis lit. F. §. Feuda.*) *Comitatibus, Imperii feudis, alterutri parti adiudicãdis agetur, Caesar iudex esto.* Et praeterea ex nostris inter moderniores ordinatione freti scribũt, praeter D. Gail. *nu. 1.* Borcholt. *de feu. c. 10. nu. 3.* & post Vulteius *de feud. 2. c. 2. num 9. vers. adeo autem de feudis.*

Ampliatur, vt conclusio procedat, nõ modo in Ducatib. Principatib. & Comitatib. Imperii feudis, sed etiam † in Baro- 5

natibus, reliquisque feudis regalibus. Ita docte ex ipsa Cam. Ordin. eneruat Lud. Schrad. *de feud. par. 10. sect. 2. sub nu. 66. vers. & hæc conclusio. & seqq. nu. 67.*

Confirmatur relata ampliatio quo ad Barones, ex eo etiam, quod Capitaneorum nomine in citatis *cc. tt. de lege Corr. & apud quem vel quos*, non duntaxat Duces, Marchiones & Comites, verum etiã Barones, quos liberos Dominos vocamus, veniant. Ita diserte docet Schenck. *in d. c. vn. in prin. nu. 1. de lege Corrad.* & Barones item adnumerat Clar. *§. feudum. q. 90. nu. 5. Mozz. de feud. rubr. de naturalib. feud. nu. 110. & seqq.* Intellige hæc, iuxta relatã ampliationem in illis Baronibus, qui feuda regalia ab Imperio recognoscunt:

6 alias enim † Barones in S. Imperio nationis Germanicæ, non sunt eiusdem conditionis: de quo nouissime Dn. Rutg. Ruland. *de commissar. lib. 5. c. 4. num. 34. & seqq. par. 2 differit.*

Ampliatur secundo, vt non modo cõclusio procedat, quando de integro Imperii feudo, Ducatus, Principatus, Baro-

7 niæ, &c. sed etiã de eius parte † controuersia esset. Nam adhuc S. Cæs. Maiest. non Cameræ cognitionẽ esse, in specie contendit Lud. Schrad. *d. par. 10 sect. 2. n. 68.* Et quãuis ibi meminerit de dimidia vel tertia illius regalis feudi parte, intelligo tñ eius dicta etiam obtinere: licet de minore, quã tertia parte contentio esset.

Declarat eãdem ampliationem ipsemet Schrad. vt non admittatur, quando de castro vno vel pluribus, vel etiã de ci-

8 uitatibus aliquibus, † quibus regalis dignitas, siue nomen regalis dignitatis nõ est annexum, cõtrouersia esset: Eiusmodi enim controuersiam ad Cam. Imper. pertinere, non Imperatorem de eadem cognoscere autumans, etiamsi (*sunt verba Schrad.*) illa castra, & ciuitates simul iuncta dimidiam, vel etiam maiorẽ partem Ducatus, Principatus, Comitatus constituerent. Hæc Schrad. sub *d. nu. 68. vers. ceterum si de castro.*

Ampliatur tertio cõclusio, iuxta sententiam eiusdem Schraderi, *sub nu. 69.* vt ratione huius cõtrouersiæ de feudis Imperii regalib. non sine locum vendicat,

† *Ord. Imp. Cameræ c. 2. 3. 4. 5. & 6.* quodque 9 etiam in terminis in dictis capitibus relatis, lites motæ in prima instantia, ad S. Cæs. Maiest. cognitionem spectent.

Declaratur iam cõclusio obtinere in illis feudis regalib. quæ immediate † ab 10 Imperatoria Maiestate in feudum tenẽtur. Sic Schrad. *sub d. nu. 69. vers. hæc conclusio.* vbi etiam dicit, conclusionem nullo modo procedere in illis feudis regalib. quæ quis non mediate ab Imp. Rom. sed ab alio Domino tenet, quandoquidẽ de his feudis suborta lis non ad Imperatorem, sed ad Dominum immediatum pertineat.

Declaratur secundo conclusio, vt nõ procedat, quando de regalibus, † de qui- 11 bus *in c. vn. quæ sint reg. mentio fit.* controuersia esset, licet eiusmodi regalia ab Imperatore in feudum essent concessa: sed vt intelligatur, si controuersia de Ducatib. Principatib. Comitatib. Baroniis vel aliis feudis regalibus esset. *Schrad. d. num. 69. vers. secundo videtur.*

Et huc facit, quod etiam ipsi Duces, Principes, &c. quando de alia re, † quam 12 Imperii feudo, controuertunt, non S. Cæs. Maiest. iudicem habeant, sed peculiares illas Austregarum instantias. *ex part. 2. Ord. Cam. in princip.* sicuti aduertit Dn. Vultei. *de feud. 2. c. 2. sub num 9.*

ARGVMENTVM.

Camera Imper. ex præuentione inter vasallos Imperii, super non regali feudo contendentes, cognoscit.

SVMMARIA.

1 *Etiam vasalli inferioris gradus Cæsarem habent iudicem.*

2 *Camera cum Imperatore concurrentem habet iurisdictionem.*

3 *Hinc de feudis Imperii non regalibus præueniendo recte Camera cognoscit. & num. 5.*

4 *Neq. Imperator, ex præuentione cœptam caussam, auocare hoc casu potest.*

6 *Ad solam Cam. Imp. non ad Imperatorem harum caussarum cognitionem spectare, contra Gaillium.*

CONSI-

CONSIDERATIO I.

SEd quum & inferioris gradus vasalli ab Imperatore feuda recognoscētes,
1 inter se disceptantes Cęsaream † Maiest. habeant iudicem, *in specie Zasius de feud. part. 11. nu.* 6. quæstionis erat, anne & in Camerali iudicio (quippe quandoquidē cum Imperatore Camera ex contractu
2 † concurrentem, in commissis casibus, dicatur habere iurisdictionē. *Mynsi. consil. 94. n. 3.*) disceptantibus illis super feudo Imperii vasallis, ius dici, seu contentio eiusmodi diffiniri possit? Et posse vtique,
3 modo primum pręueniendo † in Camera citatio petatur, in specie refert, & in Camera tribus vicibus OBSERVATVM esse, testatur, Addit. ad Hartm. Hartmāni *in obs. pract. tit. de feud. obser.* 43. & Dn. Gail. *nu. 7.* & vtrumq; referendo sequutus Borch. *de feud. c.* 10. *sub n.* 3. 4. post hos omnes Rosenth. *de feu. c.* 12 §. *12 sub lit. b.*

Atque ita hoc casu Imperator, vbi scilicet, de feudo non regali, seu Ducatus, Marchionatus, Comitatus, &c. sed alio Imperii, Camera notionem ex præuentione adsumsisset, caussam ad S. Maie-
4 statis † clementiā auocare haud posset.

Ex supra deductis constat apertissime, *iuxta relatam doctrinam D. Gaillii, nu. 3.* iure præuentionis, eiusmodi controuersias,
5 quando scilicet non de regalibus † feudis cōtentio est, sed de aliis Imperii feudis, Cameram cognoscere posse, adeoq; & Imperatorem in iisdem concurrentem habere iurisdictionem.

Verum Domino Gaillio nūcupatim
6 contradicit Ludolph. Schrad. † *de feud. par.* 10. *sect 2. ante nu. fin. & sub eod.* Et licet *(inquit)* Andr. Gail. tradat, quod hoc casu Imperator habeat concurrentem iurisdictionem cum Camera Imperiali, vsq; adeo, vt præuentioni locus sit; attamen ego credo hanc sententiam Andr. Gaill. veram non esse: sed quod hoc Cameræ Imp. respectu Imperatoriæ Mai. jurisdictio competat priuatiue, non cumulatiue; quodque cognitio illarū caussarum, ad solam Cam. Imp. spectet, vsq; adeo vt præuentioni locus non sit. Multis suam hanc sententiam probare, inde ad finem sectionis nititur.

ARGVMENTVM.

Præuentio, an & quando sola citatione inducatur.

SVMMARIA.

1 *Præuentionem sola citatione induci.*
2 *Eaque vnica.*
3 *In tantum, vt index citatione præueniens, præferatur iudici, prius sententiam proferenti.*
4 *Citationem tamen rite exsecutam esse oportet.*
5 *Nec sufficit quem, vt certo die ad audiendam actionem veniat, citatum.*
6 *Nec libelli oblatio præuentionem operatur.*
7 *Nec exsecuta citatio, si is qui citari fecerat, citati non comparentis contumaciam non accuset.*
8 *Nec citatio nulla vel inualida.*
9 *Præuentionis effectus remissiue.*
10 *Qui omnes, nisi de præuentione excipiatur, cessant.*

CONSIDERATIO II.

QVatenus de præuentione subiecit Dn. Gail. *num. 5. & seqq.* (quam tamē non sine difficultate, quoad præsentis conclusionis materiā vbiq; admitti, proxime supra admonuimus) in studiosorū gratiam adscripsi & ego notabiliora pro declaratione eorum, quæ a Dn. Gaillio dicuntur.

Per solam † citationem (inquit Dn. 1
Gail. *n* 5) inducitur præuētio: Gaillium referēdo infinitisq; auctoritatib. cōmunem exstruendo idem deduxit Mascar. *tract. probat. concl. 1226. n. 6. Schrad. de feud. p 10. sect. 1. sub n 203. vers. & praeoccupatio siue præuentio.* vbi itidem multos refert, & cōmuniter receptum esse, ex aliis laudat: admittit etiam Nic. Reus. *decis. 22. nu. 30. lib. 4. & idem Reusn. decis. 18. num. fin. eodem lib.*

Ampliatur primo, vt vnica † citatio 2
præuentionem inducat, non vero trina, nec peremtoria requiratur, *Tiber. Decia. tract. crim. lib. 4. cap. 21. num* 5. vbi ex aliis communem laudat, *Mascard. d. conclus. 1226. num. 7.*

Ampliatur secũdo, quod adeo per citationem inducatur præuẽtio, vt si vnus
3 iudex in citando præueniat, † alter vero sententiando, ille adhuc potius iudex esse debeat, qui primo citauit, & processum incoauit. *ita post alios ampliat Prosper. Farin in tract. crim. q. 7. nu. 59.*

Limitatur primo, ad hoc vt citatione præuentum dici queat iurisdictioni, requiri, vt citatio sit † exsequuta, non vero
4 sufficiat mandatum iudicis de citando. *Tiber. Decian. tracta. crimin. lib. 4. capit. 21. num. 7.*

Limitatur secundo, vt præuentio iurisdictionis non censeatur citatione inducta, quando aliquis citaretur, vt certo
6 die veniat † ad audiendam actionem, seu recipiendum libellum. *Afflict. Neapol. decis. 294.* vbi VOTATVM esse asserit: & eandem limitationem corroborat Vrsil. *ibid. in princip.*

6 Limitatur tertio, vt nec libelli † oblatio præuentionem inducat, *Tiber. Decia. d. cap. 21. num. 1. Mascard. d. conclus. 1226. nu. 10.* vterque sublimitat, nisi vigore statuti libelli oblatio haberetur pro litis contestatione.

Limitatur quarto, vt qui citari fecerat in termino non comparente citato, cõ-
7 tumaciam † accuset, alias etiã exsequuta citatio præuentionis effectum non operabitur, *ita post Villalob. in com. opi. verb. iurisdict. nu. 161. ad fin scripsit Prosper. Farin. d. q. 7. sub nu. 60.*

Limitatur quinto, vt citatione præuenta dicatur iurisdictio, quãdo illa met
8 citatio non esset nulla, † secus quando nulla esset, vt quia esset facta ad diem in honorem Dei feriatum, *ita Bernh. Furm ser. pract. obs. tit. 6. obs. 13.* vel alia ex caussa inualida, *in specie eiusmodi limitationem admonuit Prosp Farina. d. q. 7. nu. 61.* Effectus
9 † vero præuentionis qui sint, hic pluribus. prosequi instituti non exigit ratio. De iis aũt inter recẽtiores disserit, Tib. Decia. *tract. crim. lib. 4. c. 22. per tot.* vbi vndecim
10 ordine recenset: qui omnes † cessant, nisi de præuentione, nimirũ, quod caussa iam corã altero iudice pendeat, esset exceptum: sicuti Gail. & alios referendo scribit Masc. *de probat. concl. 1216. nu. 13.*

ARGVMENTVM.

Preuentionis exceptio contumaci an indulgeatur.

SVMMARIA.

1 *Contumaci non competit exceptio præuentionis, & quare.*

2 *Nisi postea, re integra, contumaciam purget.*

CONSIDERATIO III.

PRæuentionis exceptio haud compe-
tit † contumaci, Gail. *nu. fin.* accedũt 1
infiniti relati a Prosp. Farin. *q. crim. 7. nu. 55.* vbi Abbatis testimonio communem dicit, quin exceptione admissa illuderetur vterque iudex, primus quidem per contumaciam, secundus per exceptionem, *Schellingius tract. act. cap. except. loci non tuti. §. præuentionis exceptio.*

Declaratur dictum Gaillii non procedere in cõtumaci cõparẽte, & expen-
sis † contumacialibus, quando has con- 2
tumax refunderet expensas contumaciales. Siquidem contumaci integrum sit purgare contumaciam, & refusis expensis contumacialib. præuentionis exceptionem allegare. Ita in specie declarat Prosp. Farin. *crim. q. 7 sub num. 55. vers. sublimita hanc tertiam limitationem.* Et licet dissentientes non desint, declaratio tamen eiusmodi est communis, *teste Gabriel. Roman. lib. sent. 2. tit. de iudic. conclus. 1. sub nu. 23. vers. tenendo tamen primam opin.* vbi videndum: maxime communis illa procedit, quando partis agentis ius non esset effectum deterius, *vt ibidem conciliando adduxit Gabr.*

ARGVMENTVM.

Capitula cathedralium ecclesiarum, respectu temporalium bonorum S. iudicii Cam. Imp. iurisdictioni subesse.

SVMMARIA.

1 *Capitula ecclesiarum cathedralium mediata, episcopum suum habent iudicem.*

2 *Non tamen super bonis ab Imperatore sibi datis, siue collatis.*

3 Sed

Sed potius Cæsaream Maiest. vel Cam. Imperialem.

CONCLVSIO XXX.

CATHEDRALIVM ecclesiarũ capitula immediata, vt quæ Metropolitanum vel Episcopum in prima instãtia, in tẽporalib. non cognoscunt iudicem, Camerali iurisdictioni subiecta esse, idemque iuris in mediatis sede vacante statui, siquidem per sese expeditissimum sit, hic pluribus non prosequor.

In aliis vero mediatis capitulis, aliud cum dicendũ sit, vt quæ Episcopum suũ
1 †iudicem habeãt, ceu D. Gail. *nu.4.* monet, declarandum hoc vltimum de iure cõmuni esset, vt nihilominus super bonis tẽporalib. ab Imperatore vel Imperio istiusmet capitulis datis & concessis
2 ad S. Cameram †appellari cõueniat. Est n. apud pragmaticos conclusio multis corroborata, appellationem nequidẽ ab Episcopo ad archiepiscopum, vbi caussa
3 ab Imperatore donata †bona concerneret, sed ad Imperial. Maiest. faciendã esse. *Io. Pet. Surd. respondit conf. 265. per tot. Cacher. item conf. 3. nu. 15. idem Pedemont. decis. 30. nu. 6. pulcre nuper Marc. Ant. Peregr. consi. 1. per tot. vbi inter alios etiam Dn. Gail. ad hoc citat.*

ARGVMENTVM.

Clericus vtrumne in temporalibus regnãdi facultate recte fruatur.

SVMMARIA.

1 *Clericus an vna in persona officium seculare & clericale recte sustineat. remissiue.*

2 *Pontifices maximos Iudæorum, regimen etiam seculare obiisse, & militiam. num. 3.*

3 *Leuitas Iudæorum secularem militiam exercuisse citra peccatum.*

CONSIDERATIO I.

QVamuis & apud antiquos, & modernos vtriusq; censuræ Dd. hucusque non conuenerit, vna clerici persona (*de quo Dn. Gail. nu. 4.*) vtrum secularis simul magistratus, & episcopale officium
†sustinere iure queat? de quo post Damas. & Alciat. nouissime Io. Caluin. IC. Germanus. *tracta. process. iud. titu. de potesta. c. 1. tmemat. 6. num. 10. & seqq. Alex. Raudens. tract. analog. c. 39. Annæus Robert. mox citando loco.* (De Theologorum hac in re altercationibus, quæ hodie hinc inde pro asserenda & destruenda Papali Monarchia integris prolixisq; tractatib. cõspiciuntur, nihil in hac practica tractatione adscribendum erat) Non tamẽ incognitum nouumq; est, Pontificem maximũ inter Iudæos secularis magistratus officia † exercuisse, ceu ex nostris omnium, quem viderim, nouissime refert Ann. Robert. *rer. iudic. Regii Consil. Paris. lib. 3. cap. 1. Hebræi* (scribit ex Euseb. *lib. 1. Ecclesiast. hist.*) *Iudæorum regibus oleo consecrari, magnæ religionis instar fuit. Neque vero sacris tantum præerant, sed & ministros ecclesiæ ac Pontifices proficiebant: Imo Iudæos, Iustinus ex Trogo lib. 36. refert, eosdem & Reges & Sacerdotes habuisse; & Tacitus lib. 3. histor. Iudæis* (inquit) *sacerdotii honos firmamentum potentiæ erat.* Hactenus facundissimus Rober. Sic & † Leuitas, imo summos sacerdotes, militiam secularem citra peccatũ obiisse, Mart. Azpilcuet. deduxit *consil. 3. num. 13. lib. 1. titu. de iis, quæ vi met.* 1 2 3

Ceterum, quum hæc praxeos tramites excurrant, vela contraho.

ARGVMENTVM.

Nuda supplicationum narrata, an & quando Cameræ iurisdictionem fundent.

SVMMARIA.

1 *Iudex ad certas caussas datus, supra aliis caussis iudicans, nulliter iudicat.*

2 *Iurisdictionis fundatiuã qualitatem sufficere in narratis exprimere. Iuxta Gailium & nonnullos.*

3 *Contrarium alii.*

4 *Conciliatione contrarietatis dissoluitur.*

5 *Iurisdictionis ex narratis nudus qualitatum obseruantia Cameralis, remissiue. Et de iure communi quid sciendum contra hoc. num. 6.*

CONCLVSIO XXXI.

QVALITATEM iurisdictionis fundatiuã allegasse maximi refert: nam & inter cetera cõstat, iudicem ad certas
1 † caussas datum, super aliis caussis iudicantem, operam lusisse, quippe quod ipsius sententia, tanquam a priuato lata, de iure sit nulla, diserte in facti terminis Borg. Caualc. *Fiuiz. decis. 11. nu. 16. part. 1.* cum similibus aptiori loco cõgerendis.

Quo vero ab ipso principio scopũ attingamus, cõclusio regularis ea est, quod nuda supplicationum narrata fundãdæ
2 † iurisdictioni sufficiant. *l. cum quadã puella. 19. § quotiens. C. de iurisd om. iud.* Gailliõ nominatim accedit Schrad. *de feu. par. 10. sect. 4. n. 208.* Conclusionem item ex moderniorib. admittunt Borg. Caual. *Fiuiz. decis. 3. nu. 17. & in Repert. verb. in fundanda iurisdictione, & verb. iurisdictio. par. 1.*

Contrariam in partem nonnulli declinare † videntur, quorum multos Dn.
3 Myns. *obs. 9. cent. 2.* citat, quibus ex neotericis subscribunt Vrsill. & nouissime Ang. Pisan. *in addit. Afflic. decis. 297.* & post Bal. Soc. Corn. Curtiumq; iun. Crauett. *cons. 196. nu. 5. & iterum cons. 923. nu. 18.* vbi Bellameræ auctoritatem ceteris subiungit. *Tiber. Decian. tract. crim. li. 4. c. 56 Menoch. cons. 2 nu. 92.* & commune asseuerat placitum Prosp. Farinac. *tract. crim. tit. de inquisitione est quæst. 8. sub nu. 86.* Licet (inquit) ad tribuendum iurisdictionis exercitium satis fuerit, quod in libello deducatur qualitas iurisdictionem tribuẽs, licet de eius veritate dubitari possit. *prout notat Ant. de Butr.* &c.

Nihilominus si a principio ad impediendam iurisdictionem qualitas huiusmodi ex aduerso negata fuerit, debet saltem summarie, plene tamen probari, secundum communem Dd. opinionẽ, de qua testantur Alex. &c.

Concordantur dissentientes hæ opiniones, vt prior procedat, quoad fundã-
4 dam iurisdictionem † in procedendo: eo enim casu nuda narrata suffecerint. Ita in Cam. Imp. IVDICATVM exstitisse asseuerat cõcilians Myns. *obs. 9. vers.* & hãc posteriorem sententiam *cent. 2.* idemq; respondit *cons. 22. nu. 16 cent. 1.* Posterior quoad caussæ principalis decisionem, vtrobiq; Myns. *d. in locis.*

Declarationes & fallentias cõclusionis in S. Cam. iudicio † obseruandas Dn. 5
Gail. & post eum Frid. Mind. *de process. extrah. lib. 1. c. 14.* sex numero recenset, quo se studiosus conferre posset, ne transscribere cogamur.

De iure communi ex Pragmaticorũ traditis conclusio plures † recipit decla- 6
rationes, quæ, cum interpretes & commentatores *in d. l. cum quadam puella 19. C. de iurisd. om. iud.* longa serie accumulent, & ab argumento conclusionis distent, non subiicio. Ex neotericis consulentibus, videatur etiam Io. Petr. Surd. *consil. 286. per tot.*

ARGVMENTVM.

Iudex vtrum factum notorium attendere debeat, citra partis allegationem & probationem.

SVMMARIA.

1 *Notorium facti momentanei & transeuntis probandum a parte haud esse, licet secus sit continui & permanentis.*

2 *Ampliatur & declaratur variis modis. remissiue.*

CONSIDERATIO I.

VArii sane varia, super resolutione q. illius, notorium allegãdum & probandum sit, nec ne (de quo Dn. Gail. *nu. 5.*) scripsere Doctores, & multorum grauissimorum Iurisc. illam et exercuit ingenia. Eo tamen communius itum † est, 1
vt notorii facti momentanei, & transeũtis probatio requiratur, non vtiq; continui & permanentis, vt quod oculis semper cerneretur esse verum. Post multos a se in comprobationem citatos ita sentit Prosp. Farin. *tit. de delict. & pœnis q. 21. nu. 88.* subditq; hoc sic posito contrarietatem, quæ videbatur subesse, consopiri.

Ceterũ siquidẽ adhuc varias hoc recipiat ampliationes & declarationes, quas repetere † altius assumsit Farin. *d. loco.* vbi 2
recentiores Doctores citat. Nunc supersedeo, & hæc quasi indigitasse sufficiat.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Caussarũ connexitates S. Cameralis iudicij iurisdictionem fundare?

SVMMARIA.

1 *Continentia caussarum, triplici dicitur respectu.*

2 *Continentiam caussæ diuidens, quibus casibus a pœna diuidẽtis cẽseatur immunis.*

3 *Continentia caussæ non est diuidenda.*

4 *Continentiæ caussarum intuitu, Cameræ Imp. iurisdictio nũ detur? & quibus casibus. num. 6.*

5 *Continentia dicitur caussæ, vbi ius inseparandum subesset.*

CONCLVS. XXXII.

1 CONTINENTIAM caussarum triplici respectu † dici, nimirum, vel personarum, vel subiecti, vel actionis, explicat Tiber. Decian. *respons. 97. nu. fin. vol. 2.* & extensius prosequitur Menoch. *de arbi. iud. cas. 371. n. 4. & plurib. seqq.* vbi etiam casus, quibus continentiã diuidẽs a pœna im-
2 munis † sit, recenset, de quo & idẽ Menoch. *consi. 130. nu. 1. & seqq.* videndus erit.

Conclusio iuris apertissimi est, caus-
3 sarum connexitatem † non esse diuidẽdam. *tex. l. nulli. 10. C. de iud. l. 1. vna cum gloss. verb. eundem iudicem. ff. de quib. reb. ad eund. iud. eat. l. ordinarii. 13. C. de rei vendic.* textibus, & auctoritatibus illustrat Francisc. Viu. *Neapolit. decis. 136. num. 1.* Et Sacri Cameralis iudicij iurisdictionem ob caussæ
4 cõtinentiã fundari, † nominatim Mynsing. firmat. *consil. 87. n. 4. cent. 1. & obseruat. 4. cent. 1.* vtrobique ita in Camera OBSERVATVM fuisse subiiciens, & ex Consultis Cameræ Ann. 1594. refert Denaiss. *Syn. iur. Cam. rubr. continentia caussæ.* hodie expeditissimum est ex ipsa Imperij lege, *Recess. Deput. Ann. 1600. §.* Bey vnserm Kayserlichen Cammergericht. *& §. seq.* Gleicher massen.

Declaratur iam conclusio illa meri iuris, vt procedat, quando continentia seu connexitas caussæ allegaretur insepa-
5 randi † iuris, secus vbi separata ratio subesset. Ita in ipsis terminis respondit Crauett. *consil. 818. per tot.* & huc spectant notata Marcelli Calæ *tract. de modo artic. & proband. gloss. vn. §. 2. nu. 721.* vt qui de continentia caussarum non diuidenda excipere intẽderit, in articulis exceptionalibus deducere necesse habeat, de identitate personarum, actionis, reiq; petitæ.

Declarationes plures nõ refero. Singularem de continentia caussarum non diuidenda, tractatum edidit nuper Pet. Frid.

Casus, quibus in Camera iurisdictio † 6
habeatur fundata ob continẽtiam caussæ, Dn. Denaiss. & Recess. Deput. citatis in locis, exponunt. Videatur multa præiudicia apud Thile. de Benign. *obs. pract. pent. 2. obs. 50.*

ARGVMENTVM.

Exceptio non diuidendæ continentiæ caussarum quo tempore opponenda sit.

SVMMARIA.

1 *Continentiæ caussæ non diuidenda, exceptio nisi opponatur, diuersum subsistit iudicium.*

2 *Et est quidem eiusmodi exceptio ante litis contestationem facienda.*

3 *Litis pendentis exceptio ante litem contestatam, venit opponenda.*

CONSIDERATIO I.

RECEPTA videtur Doctorum traditio processus coram diuersis iudicibus ventilati, quamuis ex continentia caussarum, coram vno eodemq; iudice, vno processu expediri caussa potuisset, haud collabi, parte † super connexitate 1
non excipiente. *adnota. Menoch. de arbitr. iud. cas. 371. n. 20. Mynsing. obs. 97. ad fin. cent. 1. & conuenit Dn. Gaill. n. 13.* Exceptio vero eiusmodi, siquidem dilatoria sit, ante litis contestationẽ † opponenda erit. *Crau- 2
ett. cons. 818. n. 2. Dn. Mynsing. d. obseruat. 97. cent. 1. iisdem fere verbis, quibus Dn. Gaill.* Sic etiam litis pendentis exceptio † ante cõ- 3
testationem opponi debet, quemadmodum post alios Lancell. nominatim adduxit. *tract. attent. p. 2. cap. 4. limitat. 2. n. 83. cum similibus.*

Pluribus nõ insisto, sed hæc pro seriei continuatione addendo citaui.

DE IVDICIBVS.

ARGVMENTVM.

Iudex an, & quando suspectus allegari queat?

SVMMARIA.

1 *Lites sine suspicione procedere iura exigunt.*
2 *Suspecto sub iudice litigare durum.*
3 *Recusationis exceptio fauorabilis censetur.*
4 *Quippe quæ in naturali æquitate fūdetur.*
5 *Imperator suspectus allegari haud potest.*
6 *Nec Augustissimum Imp. Iudicium.*
7 *Quamuis de assessore vno atque altero, vt singulis, suspicionis allegatio non improbetur.*
8 *Iudex suspicionis ex caussa argui iure potest.*
9 *Vbi tamen suspicionis exceptio neglecta esset, iudicium nihilominus coram suspecto fabricatum subsisteret.*
10 *Suspicionis allegatio Principali cōpetit, quāuis Procurator se inscio in iudicem consensisset.*
11 *Suspicionis exceptionem tertius, pro suo interesse interueniens, habet.*
12 *Suspectus allegari potest Commissarius a Camera Imp. datus.*
13 *Et in Camera, vbi ad vlteriora procederet, appellatio recipitur.*
14 *Recusari possunt iusta ex caussa Austregarum iudices.*
15 *Recusari totum prouinciale collegium non potest, secundum Gaillium.*
16 *Contrarium alii.*
17 *Suspecto capite, & membra suspicione laborare intelliguntur.*
18 *Senatus ciuitatis in criminalibus recusari potest, eorum ex medio, si recusantē detulerint.*
19 *Ordinarius, quantumuis suspectus allegari possit, non tamen remouendus, quin potius sibi adiunctus dandus erit.*
20 *Adiuncto dato purgatur suspicio.*
21 *Adiunctus datus potest inhibere, ne sine se procedatur.*
22 *Ordinariū recusari posse, iuxta nonnullos.*
23 *Et in criminalibus.*
24 *Licet tunc etiam adiunctus dari queat.*
25 *Quid si crimen recusantis esset notorium.*
26 *Ordinarius, in casibus, vbi recusari non posset, de honestate sibi alios substituit iudices.*

CONCLVS. XXXIII.

OMnes lites sine suspicione † procedere (inquit Imperator Iustinianus *sub l. 14. C. de iudi.*) nobis cordi est: & ipsa ratio dictat, & plurimis constat exemplis, suspectos non debere esse iudices. *text. c. fin. 3. quæst. 5.* Atq; adeo periculosum durumq; † est, sub iudice litigare suspecto, sicuti ex nostris in specie tradidere inter. moderniores post Parisium & Rol. a valle, quos citat Tiber. Decian. *resp. 26. num. 12. vol. 1. idem Decian. resp. 110. num. 6. vol. 3. Crauett. consil. 132. num. 25. cum aliis concordant.* multis stabiliuit etiam Fulu. Pacian. *tract. prob. c. 45. n. 1. 2. 3. 4.* vbi etiā Dn. Gaillium cit. *l. 2.* Quare haud iniuria dixerimus, recusationis exceptionem † esse fauorabilem. *Robert. Lancell. tract. attent. p. 2. c. 6. sub n. 74.* subdens ita in Rot. Romana IVDICATVM exstitisse, fundatamque in naturali † æquitate & ratione. *adnot. Pet. Ant. de Pet. tract. de potest. Princ. c. 6. sub n. 36. Schrad. de feud. p. 10. sect. 14. nu. 24.*

Suspicio nulla cum in Imperatorem cadere possit, ceu admittunt omnes, Imperator suspectus allegari † non potest. *post Aufrerium Borgn. Caualc. Finiz. dec. 28. n. 111. p. 2. Robert. Lancell. tract. attent. p. 2. cap. 6. n. 41.* Vbi in hoc nuncupatim Dn. Gailliū refert. *Fulu. Pacian. d. c. 45. n. 94. lib. 2.* & plures in re planissima non refero. Videantur notata *inf. concl. 39.*

Sic cum S. Imper. Camera Cæsaream Mai. repręsentet, adeoq; summū sit Imperij Romani Tribunal, ordinariā habēs iurisdictionē, dixi in Proœmio & alibi; temeritatis Augustissimum hoc iudiciū recusare † præsumens incusandus esset.

Ceterum vbi de Assessoribus, Cameralibus, vt singulis, quæstio esset, an horum vnus, vel plures recusari possint, existimarem suspicionis † caussam proponere iure licere, *per ea, quæ in Visitationis Cam. Memoriali An. 62. habentur,* vbi prouisum, quod Assessoribus suspectis caussæ illius acta committi non debeant.

Sed

Sed de inferioribus iudicibus recusandis progredientes, nonnullas insigniores quæstiones instituto nostro deseruientes adducemus, vberiorem Recusationum materiei disquisitioně tractatibus de his conscriptis intactam relinquentes. Ea nobis sit, vti vera est, iuris Conclusio, de suspicione aduersus iudi-
8 cem allegare † partem posse. *ad notat. in princ. nuncupatim Pacian. etiam d. loc. Ferrar. Montan. de exceptionib. cap. 6. est lib. prox. 5.*

Posse dixi: est namque facultatis, non necessitatis: quare vbi suspicionis allegationem intermiserit, sententia a suspe-
9 cto lata valet, & tenet: sicuti auctoritatibus probat, & in Regia Audientia Apuliæ, Comitatusque Molisij sæpius IVDICATVM esse, adseuerat Viu. *Neap. decis. 390. num. 1.*

Ampliatur primo, & quidem notabiliter, vt adhuc dominus seu principalis
10 recusandi † ius habeat, quamuis procurator, in iudicem consensisset, ante ratificationem domini. *Rob. Lancellot. tract. attent. p. 2. cap. 6. n. 74.* vbi refert ita in Rot. Roma. IVDICATVM fuisse. Videatur etiam inf. *consid. 4. n. 5. 6.*

Ampliatur secundo, vt & tertius pro
11 suo iure interueniens, † de suspicione iudicis excipi possit. *Mascard. de prob. concl. 954. num. 4. Robert. Lancellot. tract. attentat. c. 6. n. 71. part. 2.*

12 Ampliatur tertio, vt & commissarij † ad examinandum testes &c. in S. Cam. dati recusari ex caussa possint. *Rutg. Rul. de Commiss. lib. 2. c. 15. p. 1.* ad instar delegati. *Rofred. tract. ord. iud. rub. vtrum recusetur iudex delegatus. vbi non illepide. per tot. cum aliis in hoc consentientibus, suo loco allegandis.*

Extenditur, vt & in Camera appella-
13 tio accipiatur casu, quo recusatus Commissarius in examinando procederet. *Mynss. obs. 29. cět. 3.* Vbi sic OBSERVATVM fuisse, refert. Ad quem iudicem, alias appelletur a recusante, dixi infra sub Coronide.

Ampliatur quarto, in priuilegiatis
14 Austregarum † iudicibus, quandoquidem & hi ex caussa recusari poterunt. *Mynss. obs. 52. cent. 2. sequitur Roland. de Cõmiss. lib. 3. c. 5. num. fin. part. 2.*

Ampliatur quinto ex mente Dn. Gaillij *nu. 2.* cui sententiæ accessisse visus etiam est Mascard. *tract. probat. conclus. 452. num. 32.* vt totum etiam Collegium † 15
vel Regimen prouinciale recusari possit.

Contrariũ eius diserte admittit Martin. Azpilcuet. *consil. 3. vers. tum quia totum vnum Concilium prouinciale. lib. 2. sub tit. de appell. recusat. & relat.* Atque post Albericum, Iasonem, Decium, Ripam, Gratũ,
Boer. & Portium, videtur † approbasse 16
Menochius. *cõs. 94. n. 10.* qui & *n. 7.* in ipsis terminis respondet, quod Conciliũ prouinciale, iustam ob caussam, recusetur, multorũ auctoritatibus nixus. Et cõtrariam hanc affirmatiuam partem esse negatiua veriorem & cõmuniorem, vbi iusta & probabilis allegaretur caussa, in ipsis terminis terminantibus respondet Tiber. Decian. *cons. 26. per tot. præcipue sub n. 5. & 15. vol. 1.* multis textibus & auctoritatibus grauissimis probãs. Et idem Decian. *cõs. 8. n. 155. eod. vol. 1.* eandem profert sentẽtiam. Ab eadem nec recedit sed in terminis ipsaq; facti specie consulendo nuper adstruit Alexand. Raudens. *respõs. 8. nu. 2. lib. 1.* Et contrariam hanc sententiam affirmatiuam visus est etiã approbasse Robert. Lancellot. *tract. attent. part. 2. cap. 6. num. 44.* vbi scribit Port. Imolen-
sem. *cons. 91. lib. 2.* tueri, suspecto † capite, 17
omnes ciuitates, quæ sub ipso sunt, censeri tanquam suspectas allegatas, & a iudicando abstinere debere. Sic & *nu. 46.* multorum auctoritate probat, superiore suspecto, eius quoque officiales esse suspectos.

Pro coronide subiungam, & Senatum
† ciuitatis tanquam suspectum recusari 18
posse, quando aliqui ex medio Senatorum recusantem de crimine detulissent. Ita DECISIVE respondit Collegium Ienense, ceu est apud Reusn. *decis. 11. per tot. lib. 2.* Quod suas tamen haud dubie admitteret, pro contingentia casuum, declarationes.

Limitatur, vt quamuis Ordinarius iudex suspect⁹ allegari possit (de quo mox
infra) neutiquã tamen † in foro ciuili pe- 19
nitus recusari; sed vt sibi adiunctus as-

societur, peti possit. Et hanc esse veram, & communem Doctorum sententiam, ex professo scripsit Schneidew. *in §. omnium.nu.26. Instit.de action.*& respondit post Iasonem & Panorm. Fichard. *consil. 109.num.1.2. vol.2.* eandemq; opinionem concedit Viu.Neap *dec.363.n.1.Borgn.Caualc.Fiuiz.dec.38.n.96.*

Hinc est, quod dicunt, suspicionem
20 purgari † dato adiuncto. *Crauett. consil. 238.numero 12. De Adiuncto dixi infra Considerat. 2.*

Siquidem ordinarius ille suspectus al-
21 legatus absq; adiuncto procedere † non possit. Ex Ruino & Mādosio tradit Ant. Thessaur. *Pedemont. decis. 255. num. 7.* Ita vt adiunctus inhibere valeat, ne sine ipso procedatur, *idem Thessaur. dict. loco.* Et scribit traditq; Robert. Lancellot. *tract. de attent. part. 2. cap. 20. numero 101.* regulam illam, qua dicitur, maiorem inhibere inferiori; Item, quod par in parem non habeat potestatem; limitari in Adiuncto: siquidem hic statim præsentata sibi commissione possit coniudicibus inhibere, ne vlterius sine eo in caussa procedant. allegat Staphil. qui ita practicari dicat. *vt ibidem per eum.*& suis nominatim sententiæ Thessauri accedit idem Lancellot. *cap. 20. præfat. num. 163. part. 2.*

Ordinarium penitus recusari, qui ad-
22 seuerant, his, obstat † responsum Matth. Wesemb. *sub consil. 6. numero 201. & seq.* Vbi autumat, quod etiam ordinarius ex grauibus caussis recusari queat, scribens, licet de iure ciuili dubium habere videatur, iudex ordinarius an recusari possit; cum tamen de iure Canonico expresse decisum sit, vt recusari possit, merito, & in foro ciuili ordinarij recusationem admitti. Eiusdem opinionis videtur esse, & Baiard. *in additio.ad Clarum. §.fin. quæst.43.num.2.* Et in Regno Neapolitano in hoc iuris Canonici dispositionem sequi testatur Viu. *decis.363.sub num.1.* Et de iure ciuili etiam Ordinarium iudicem in totum ex caussa recusari posse, scribit Fulu.Pacian.*tract.prob.c. 45.n.37.& seqq.lib.2.*

Sic ordinarium in caussa criminali recusari † posse, deduxit Osascus Pedem. 23
decis.15. vbi ad finem refert ita Senatum IVDICASSE.

Alias sibi adiunctus & † in criminali- 24
bus daretur. *Thessaur Ped.dec.255.n.6.*

Et quid si crimen recusantis esset † 25
notorium. *Prosp. Farin.tract. crim.q.21.nu. 129.& seqq.*

Sane dicendum, posito ordinarium ob suspicionem recusari non posse, de
honestate † tamen potius conduceret, 26
iudices non suspectos ab illo substitui, diserte aliorum fretus auctoritate sic respondet Menoch. *consil.94. num. 12.* pulcreque induxit Ioan.Petr.Surd.*consil.50. num.28.*

De iure Hispaniarum arbitratur Gomez. *Leon. decis. Hisp. 66.* Ordinarij suspicionem non sanari adiuncto.

Pluribus in referendis ampliationibus & limitationibus insudandum non statui, vt instituti metas obseruem: alias & mihi hic integer esse inserendus tractatus. Videatur, & inter recentiores *Pacian.d.c.45.per tot.lib.2.*

ARGVMENTVM.

Caussa vtrum recusatione remota, committi possit, & quando?

SVMMARIA.

1 *Recusatione remota, an committi valide possit caussa, & hæc remotio quatenus stringat, dignosci, circa reuocationem attentatorum maximi refert.*

2 *Recusatione remota caussa cōmitti an queat, inter Doctores haud conuenit.*

3 *Conciliatio adducitur.*

4 *Recusatione remota, clausula, de friuola recusationis exceptione intelligi magis iustitia conuenit.*

CONSIDERATIO I.

NON vltimę censurę quæstio hæcce est, ad dignoscendum attentati vitio an laborent facta per commissariū post interpositam recusationis exceptionem † de quo Robert. Lancellot. *p. 2.c.6.de attentat.*

Recusatione remota cōmitti an caussa possit, videntur Doctores contrarias † 1
protu-

protulisse sententias. Dn. Gaill. *num. 4.* affirmatiuã visus est admisisse. Petr Ant. de Petr. *tract. de potest. Princip. cap. 6. num. 35.* diserte multis in comprobationem citatis auctoritatibus eandem affirmatiuam stabilire connisus est. Ante pro vtraq; parte relatis auctoritatibus dissensum Doctorum aduertit Ant. de Tremo. *in additio. ad Hubertum de Bonacurso. rubr. 10. §. sed necessarium dubium est, vtrum Imperator (mihi sub lit. D.)*

3 Subdens distinguendo †, aut generaliter sub clausula, recusatione remota, est commissio facta: & recusatio permittitur; aut specialiter, non obstante scilicet, quod consanguineus &c. & non permittitur.

Æquitate naturali iustitiæque splendore perlucida est traditio autumantium, clausulã eiusmodi recusatione re-
4 mota, saltem † de friuola, non autem de graui euidentique suspicione intelligendam esse. *Mynsi. obseruat. 63. ad finem cent. 3. Dn. Gaill. numero 5.* Gaillium referendo nominatim sequutus Robert. Lancellot. *tract. attent. part. 2. cap. 6. num. 40. vtrumque Mynsi. & Gaill. Bend. tract. Recus. concl. 36. n. 10.*

ARGVMENTVM.

Delegato ad partis instantiam vtrum adiũctus ad alterius partis petitionem dari queat.

SVMMARIA.

1 *Adiunctus ad instantiam partis delegato datur.*
2 *Siue leuis, siue grauis suspicio subsit.*
3 *Declarationes remissiue.*

CONSIDERATIO II.

COMMISSARIOS in Camera datos ex caussa recusari posse, dubiũ haud erit, dixi sup. hac. *concl. Ampliat. 3.*

Sed an his adiunctus associari possit
1 ab altera parte? Et vtique † sic, in specie Ant. Thessaur. *Pedemont. decis. 255. nume-*
2 *ro 5.* vbi extendit, siue leuis suspicio † aliqua subsit, siue nulla. Et hoc: ex æquitatis scaturigine profluere asserit; quandoquidem ad vnius partis requisitionem, vt plurimum deputari illos in et Cõmissarios contingat: proinde etiam alteri parti, vt adiunctum præsentet his casibus non esse denegandum, scribit, & ita in Senatu Ped. passim OBSERVARI testatur.

Declarationes, quantum Solum Cameralem respicit, admouit nonnullas 3
Ruland. *d. t. 15. in discursu.*

De adiuncto sup. hac conclus. sub limit. monui etiam nonnihil.

ARGVMENTVM.

Exceptio suspicionis quo tempore proponenda sit?

SVMMARIA.

1 *Recusationis exceptio ante litis contestationem opponenda.*
2 *Ante omnes alias exceptiones.*
3 *Scripto, non viua voce.*
4 *Recusationis exceptio etiam lite iam contestata opponi poterit, suspicio vbi iã primum suborta esset.*
5 *Quinimo, & post conclusionem in caussa, adeoque emanatam ad audiendum sententiam citationem.*
6 *Dummodo notorie & euidenter de suspicione constaret.*

CONSIDERATIO III.

EXCIPI quo tempore de suspicione debeat quæritur? Et quum eiusmodi exceptio inter dilatorias recenseatur, regulariter ante litem contestatam † al- 1
legari conuenit, traditioni Dn. Gaillij. *numero 11.* consentit Mynsing. *in c. quoniam contra falsam. 11. numero 61. de probatio. Viu. Neapol. decis. 390. numero 8.* & quidem ante † omnes alias exceptiones. *ad no-* 2
tat. Cantuccii Rom. decis. 2. numero 2. part. 2. in nouiss. scripto, † non viua voce. *Ant.* 3
de Tremo. in additio. Huberti de Bonacurs. in prax. rubr. 10. vers. & quod in scriptis, vbi multos in hoc citat. Ruland. de Commissar. lib. 2. cap. 15. ante num. 9. part. 1. maxime in recusandis Commissariis a Camerali iudicio datis. *ad notat. Dn. Denais. Synops. iur. Cam. rubr. Commissariorum recusatio. §. 1. 4.*

Declaratur regula fallere, quando de
4 nouo, lite contestata, vel † emersisset suspicionis caussa, vel primum ad recusantis notitiam peruenisset. *Mascard. tract. probat. conclus. 952. num. 35.* Extenditur fallentia, vt & his casibus, quando scilicet suspicio vel de nouo emersisset, vel primum ad notitiam excipientis peruenisset,
5 post † conclusum in caussa, immo citationem ad audiendum sententiam, de suspicione adhuc excipi possit. *Mascard. d. concl. 952. n. 36.*

Declaratur fallentia, eiusq; extensio, tum demum in S. Camera obtinere, si
6 notorie, & † euidenter iudici constiterit, suspicionis caussam de nouo superuenisse. *Mynf. obs. 59. ad finem. cent. 4.*

ARGVMENTVM.

Iudicem quasi suspectum allegāti iniunctam esse suspicionis probationem?

SVMMARIA.

1 *Recusantem ob suspicionem oportet, suspicionis caussas, & alleget, & probet.*
2 *Petendo terminum ad probandum.*
3 *Recusans, & in suspicionis probatione deficiens, iniuriarum recusato tenetur.*
4 *Procurator sine speciali mandato dominū in pœnam cadere non facit.*
5 *Recusatio proinde per procuratorem facta & non probata, domino nocumenti nil infert.*
6 *Quin potius procurator pœnas ipse sustinet, mulctamque de suo secundum ius Camerale soluit.*
7 *Suspicionē iuramento probari iuxta Gaill.*
8 *Vt alia insuper non desideretur probatio.*
9 *Temperamētū huius adducitur remissiue.*
10 *Suspicionis caussæ ordinarius quando allegatur suspectus probandæ, an minus sit inter Legistas & Canonistas non conuenit, quamuis ex consuetudine affirmantibus Canonistis magis adstipuletur.*

CONSIDERATIO IV.

NON statim atq; obiicitur suspicionis exceptio, continuo vti recusatum iudicem haberi existimandum est, sed
1 excipientis partes erunt † copulatiue, & de suspicione (quo vero tāgere videatur noue Pacian. *tract. prob. c. 45. n. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. & 87. lib. 2.*) alleget, & suspicionē probet. Ita in specie *Viu. Neap. dec. 390. n. 2.* petendo terminum † pro illa probanda. 2
Idem Viu. d. dec. 390. nu. 5. Iudex allegationi, etiamsi præuideret allegatam suspicionem nō subsistere tenetur deferre, alias, si deferre nolit, alleganti indulgetur appellatio. *Viu. d. dec. 390. n. 6.*

Excipiens igitur de suspicione sibi haud satagit, vbi primum non expendisset a se allegata suspicionis caussa vera an sit, & probari queat: nā vbi in probatione defecerit, iniuriarum pœnisq; † con- 3
stringitur. *Baptista Baiard. in addit. ad Clar. § fin. q. 43. n. 7. Borgn. Caualc. Fiuiz. dec. 28. n. 108. par. 2.* Et quod multa non debeat pertransiisse friuola recusationis exceptio, monet Boer. *Burdeg. dec. 269. nu. 4.* Quare quū Procurator absq; speciali mandato dominū † in pœnam cadere non faciat. 4
Ioseph. Lud. concl. 30. n. 7. nec suspicionis allegatio a se facta † quicquam in domini 5
præiudicium operabitur. multis Caualc. & parcius Baiar. dictis locis. Ioseph. Lud. *concl. 30. n. 50.* vide sup. *hac ead. concl. num. 10.* Quin potius Procurator temere Commissarij recusationem in S. Camera proponens de suo † mulctam pendet. *Rul. de* 6
Commiss. p. 1. lib. 2. cap. 15. n. 8.

Allegantem suspicionē iureiurando, quod suspectus sibi sit iudex, probare † 7
posse, communiter esse receptum, post Dn. Gaillium firmat Ioseph. Mascard. *de prob. concl. 952. n. 1. & 3.* ita vt alia insuper probatio † non desideretur. *Mascard. ib.* 8
num. 7. ibi, vt nulla alia probatio requiratur. Et hoc postremum, quod iuramentum sufficiat pro caussa iusta, in specie nominatim, auctoritate Roland. & Seraphin. respondendo tenet Alex. Raud. *cons. 8. num. 3. li. 1.* quod ipse absolute verum esse non crederem. aduertatur circa hoc in- 9
terim. *ad not. noue per Pacian. tract. probat. d. c. 45. n. 55. & 61. lib. 2. 70. & aliquot seqq.*

Caussæ vero suspicionis, quando ordinarius allegatur suspectus, an exprimendæ sint, inter Legistas & † Cano- 10
nistas haud conuenit: his affirmantibus; illis negantibus. Dn. Gail. *n. ... Mynf. obs. 52. cent. 2. & melius obs. 63. cent. 3.* Vterq;, quod

quod consuetudo magis Canonistis accedat, testatur. Videatur Pacian. *d.c.45. num.89.*

ARGVMENTVM.

Recusato iudice superior, procedente recusato, appellandus quis æstimetur.

SVMMARIA.

1 *Recusato iudice superior, procedẽte ad vlteriora recusato, per viam appellationis adeundus est.*

2 *Superior quis hoc casu dicendus sit.*

CONSIDERATIO V.

DElegato post recusationem procedenti dari appellationem admonui supra *in conclus. post Ampl.3.* & proximum superiorem recusati appellandum esse, Dom. Gaill. *sub numer.18.* admonuit, & quod a sententia arbitrorum appelletur ad Principem, qui caussam recusato iudici delegarat, cum D. Gaillio (quẽ nominatim citat) statuit Fulu. Pacian. *tract. probat.c.45.nu.25.lib.2.*

Hocce dictũ Gaillij nuncupatim declarat Rober. Lancellot. *tract. attent. par. 2. cap. 6. nu. 69.* licet ratione recusationis (inquit) iudicis sit recurrendum ad superiorem And. Gaill. *1. obser.33.nu.18.* ille tamen dicitur superior, qui maior dicitur in illo genere iurisdictionis, in quo erit iudex recusatus. Et propterea licet Papa sit maior & superior omnib. ordinariis. *c. cuncta per mundum. 9.q.3.* & consequenter etiam delegatus ab eo. *c. sane. de off. deleg. cum simil.* nihilominus in terris, in quibus Papa in temporalib. nõ est dominus, sed alius, si ordinarius in caussa profana recusetur, debet recurri non ad Papam, sed ad illum in temporalibus dominum, tanquam ad superiorem hoc casu in caussa profana. *vt declarat eleganter Aug. Bero. consi.117. ex vltima. nu. 7. lib.3.* Hæc Lancellot.

ARGVMENTVM.

Iudex se incompetentẽ pronuntians, adhuc super expensis litium pronuntiandi facultatem habet.

SVMMARIA.

1 *Super incompetentia obiecta ipsemet cognoscit iudex.*

2 *Incompetentia exceptio etiam tacite procedendo, & procedi mandãdo ad vlteriora, censetur reiecta.*

3 *Dissentiunt alii.*

4 *De dissensionis veritate remissio statuitur.*

5 *Exceptionem per processum ad vlteriora, quando iudex reiectam eam fecerit. remissiue.*

6 *De incompetentia iudex pronuntiãs potest alteram partiũ in expensis condemnare.*

CONCLVSIO XXXIV.



IVDEX super incompetentia sibi obiecta † quin cognitionem habeat, atq; adeo pronuntiare possit, nihil habet dubij. *ad notat. Domin. Gaill. n.1.* 1

Ampliatur, vt & tacita pronuntiatio procedendo † scilicet, iam incõpetentiæ exceptione opposita, ad vlteriora & procedi mandãdo sufficiat. Ampliationem hanc nominatim statuit And. Fachin. *lib. controuers. 1. c.43. §.pen. Sed mihi* (inquit) *magis probatur Innocentii opinio. in c. praeterea. de dilation. videlicet etiam hoc in casu sufficere tacitam pronuntiationem, vt si mandet ad vlteriora procedi. Et ita sæpissime* OBSERVATVM *vidi: satisque iudex, certum se esse de sua iurisdictione ita pronuntiando, significat.* Hæc Fachin. 2

Contrariũ tamen ex nostris Germanis † respondendo adduxere Ludouic. Fachsius. *consi. 12. nu. 99. Hieron. Schurff. consi. 60. nu. 25. cent. 1.* 3

De huius ampliationis (multum varie a Doctorib. resolutæ) veritate videatur † ex neotericis Fulu. Pacian. *tracta. probat. c. 28. nu. 23. 24. 25. & seqq. lib. 1.* Non enim est huius loci suo cum apparatu prosequi.

Quãdo vero per ꝓcessum ad vlteriora iudex † exceptionẽ reiecisse existimetur, videri posset Crauet. *consi. 1000. nu. 236. consi. 431. nu. 13. consi. 408. nu. 7. consi. 815. nu. 11. Menoch. consi. 153. ad fin. sed enucleatius idem Menoch. 2. præsum. 64. per tot. Ant. Gab. Rom. lib. sent. 2. tit. de excep. concl. 1. & 2. Foll. prax. cens. c. incip. vt vides. nu. 22.*

In ceteris ampliationib. & restrictionibus, siquidem conclusionis argumentum nō respiciant, agglomerādis, haud sustineor.

Iudicem, de sui incompetentia pro-
6 nuntiantem alterā partium in † expensis cōdemnare posse, cōcludit D. Gaill. *num. 4.* & conclusioni huic assentitur Io. Wames. *de appell. cap. reprehensibilis. 26. sub num. 8.*

ARGVMENTVM.

Iudex suspectus allegatus, vtrumne de suspicionis obiectæ caussa cognitionem habeat.

SVMMARIA.

1 *Suspectus allegatus iudex de suspicionis caussis cognitionem non habet.*

2 *Et quid in commissario Cameræ, remissiue.*

CONSIDERATIO I.

Recusatio legitima, nec ne sit, iudicem pro suspecto allegatum (de quo consentiens Dn. Gaill. *num. 6.*) non ha-
1 bere † cognitionem ex text. *l. apertissimi. C. de iud. c. si contra vnum. de off. deleg. in 6. c. 2. requiris. §. 3. de appellat.* auctoritatibusq; Paris. & Crauett. adductis nominatim consuluit Tib. Decian. *respons. 26. num. 3. vol. 1.* & alibi, Deo suggerente, pluribus.

Ceterum in Delegato seu Commis-
2 sario a S. Camera Imp. dato † an idem obtineat? Rutg. Roland. *tract. de Commiss. lib. 3. cap. 15. nu. 10. part. 1.* prosequitur.

Atque hæc minutula continuandæ seriei pro nunc sufficiant.

ARGVMENTVM.

Delegati iudicis potestas ex cōmissione vel restringitur, vel ampliatur.

SVMMARIA.

1 *Commissarii iurisdictio ex ipsa commissione vel restringitur, vel ampliatur.*

2 *Commissarius nec in modo commissionem excedere potest.*

3 *Nec forma.*

4 *Nec citra personas, res, tempus, &c.*

CONCLVSIO XXXV.



Verissima & apud omnes in confesso est conclusio, delegati seu com-
missarii † iurisdictionē ex 1
ipsa cōmissione & restringi, & ampliari. *Menoch. in terminis. consil. 263. num. 15. Ant. Marius. de Canib. consilio suo. Decisionibus Borgn. Caualc. 31. part. 2. in termixto. nu. 50.* & alii sexcenti, quos longiori serie referre esset ostētationis fortè specimen edidisse. Quare si vel a procedendi in cōmissione præscripto mo- 2
do. † *Raud. respons. 39. nu. 3. vol. 2.* vel † for- 3
ma. *ex Butrio aliisque adduxit AEmil. Verall. Rom. decis. 143. num. 4. Ioan. Vincent. Honded. plures citat. consi. 24 num. 56. vol. 2.* vel cir-
ca † personas, vel res, vel tēpus, vel caus- 4
sas, vel qualitates, vel quantitates recessus fieret, commissio non censeretur valide legitimeque peracta. *ad notat. Rutg. Roland. tract. de Commiss. part. 2. lib. 3. cap. 2. num. 14. & seq.* qui noue singula recenset. Dn. Gaillium citat, eiusque dicta illustrando exornat. *Et seq. cap. 3. per tot.* declarationes nonnullas adduxit, quare hic ipse parcius scribo. Dixi item de cōmissariis pluribus. *infra tit.* de Commissariis.

ARGVMENTVM.

Cōmisso Possessorio, an & quādo petitorium etiam commissum intelligatur.

SVMMARIA.

1 *Petitorium vt vna simul cum possessorio terminetur, princeps potest cōmittere. Declaratur. nu. 4.*

2 *Quinimo vt prius petitorium discutiatur.*

3 *Licet in hoc dissentiant alii.*

5 *Possessorio simpliciter cōmisso, petitorium non intelligitur commissum.*

6 *Possessorio commisso delegatus super petitorio ventilari, etiā consentientibus partibus, non admittit.*

7 *Possessorium cum petitorio vna commissum censetur, stante clausula, ex sola facti veritate.*

8 *Fallentiæ plures remissiue.*

9 *Petitorio simpliciter commisso, super possessorio*

sessorio delegatus cognoscendi facultate destituitur.

CONSIDERATIO I.

TOta die frequentatur quæstio præsentis arguměti. Petitorium vna simul cum possessorio terminari, ꝙ Prin-
1 ceps † recte committat, ex Alex. & Bruno Crauetta admittit. *conf.1000.sensi.num. 239. Menoch. recipit. de recup. possess. rem. 15. n. 369. & iterum conf. 180. sub nu. 13.* vbi Neui-
2 zani auct. addit. Imo (ceu quidam † autumat, Thesaur. Pedem. *decis. 19.* contra-
3 dicentibus aliis † ibidem relatis) petitorii discussionē ante possessorij iudicium perfici, de quo alibi latius. Saltem hoc admonendum erat, Fachineum *libr. controuers. 8. cap. 7.* tum demum sententiam Crauettę & aliorum relatam admittere,
4 duo † hæc si concurrerent. Primum, vbi coniunctam eiusce modi cognitionem petens probationes haberet in promtu. Secundum, quando pauper esset tenuiorisq; fortunæ, aduersarius vero potens & rixosus, vel alia similis ratio adesset. Hoc præmisso statuēdum est, possesso-
5 rio simpliciter commisso, † petitorium haud commissum censeri. *Dn. Gaill. nu. 11.*

Ampliatur primo, vt nec delegatus
6 super possessorio possit etiā † super petitorio ꝓcedere, quāuis aduersa pars non opposuerit. Ita nominatim ipsisq; in facti terminis firmat Æmil. Verall. *Rot. Ro. decis. 143. alias. de sent. 30. n. 3.* subdens sic in Rot. IVDICATVM exstitisse.

Declaratur conclusio primo, vt fallat atq; proinde petitoriū cum possessorio
7 commissum † intelligatur, quando cum clausula, ex sola facti veritate, cōmissio facta est, *ex Decio, Alex. Crau. & Alciat Tibe. Decian. respons. 81. nu. 4. vol. 5. Menoch. in specie comprobat. conf. 180. nu. 7.*

Declaratur etiā fallere pluribus aliis
8 modis, ceu † est apud Menoch. *de recup. poss. remed. 15. nu. 368. & seqq. eundem consil. 180.* Videatur etiam idem Menoch. *consi. 630. a nu. 1. ad nu. 9.*

Inuersa conclusione idem iuris est, nimirum simpliciter petitorio commis-
9 so, super † possessorio delegatū non posse pronunciare multis auctoritatib. stabiliuit Ioan. Vinc. Honded. *conf. 24. nu. 60. lib. 2.* vbi ampliat indistinctim procedere, siue commissio esset facta, cum, vel sine taxatiua tantum.

ARGVMENTVM.

Iudex secundum consuetudines & statuta iudicare debet.

SVMMARIA.

1 *Consuetudo est Lex:*
2 *Venit appellatione iuris:*
3 *Vim decreti & iustitiæ habet:*
4 *Non differt a lege scripta, nisi quantum expressum a tacito.*
5 *Consuetudinis transgressor, vti diuinæ legis transgressor coercendus.*
6 *Statutum reputatur re ipsa ius ciuile:*
7 *Lex appellatur & pro lege seruatur:*
8 *Vim diffinitiuæ sententiæ exserit:*
9 *Legibus Imperialibus & Canonib. derogat.*
10 *Statutum etiam in foro conscientiæ seruandum.*
11 *Statutū & lex nihil sui effectu differunt, nisi quantum tacitum ab expresso.*
12 *Statuta iuxta & consuetudines iudex debet iudicare. & nu. 13. 14.*
15 *Etiam Camerales Assessores.*
16 *Iudex iurans statuta & consuetudines obseruare, iniusta non tenetur sequi.*
17 *Iudex iurans obseruaturus consuetudines & statuta, non præsumitur ad iniquas & iniustas se obligasse.*
18 *Confirmatio statutorū generalis trahitur solum ad iusta & licita statuta.*
19 *Quamuis confirmatio ex certa scientia facta esset.*

CONCLVSIO XXXVI.

SI QVIDEM consuetudo, 1
(intellige iusta, de quo seq. *lib. conclus. 31.* diximus) † sit 2
lex. *Tib. Decian. resp. 11. nu. 115. vol. 1.* adeoque veniat † appellatione iu- 3
ris, communem probat *Fern. Vasquius in modernissim. illustriss. quæstio. cap. 3. numer. 2.* habeatque vim decreti † & iustitiæ. *Ti-* 4
ber. Decian. respon. 54. numer. decimo. vol. 2. & respons. 15. numer. 42. vol. 4. nec quicquam differat a lege scripta, nisi quantum † tacitum ab expresso. *post alios Myn-*

sing.obs. 41.cent. 6. cum id genus similibus. de quibus inter moderniores Marc. Ant. Pereg. consi.102.n.10. splendidius vero & apparatius Schraderus tract. feud. part.10. sect.9. nu.229. inde ad num.242. Obseruanda quippe est in tantum, vt eius transgressor, perinde ac legis. *Francis. Monald. consi.7.num.5.* ad-
5 eoq; vt diuinę legis † transgressor, sit iudicandus. *ad not. Viu. Neapol. decis. 290.n.5.* Sed hoc cum mica salis condiendũ est.

Sic, cum statutum dicatur reputetur-
6 que † reipsa ius ciuile. *Viu. Neap. decis. 221. num.1.* vbi pluribus exornat cõmunemq; dicit, *Quint. Mandos. de ætate minor. q.18. num.(mihi)5. Ioan. Petr. Surd. decis.170.num. 11. & decis.138.num.17. in specie Rota Genuens. de mercat. decis.138.nu.4. Ioan. Vincent. Honded. consi.12.nu.31.vol.1.* Lexque appelle-
7 tur, † ac pro lege seruetur. Viuius multis adductis in specie probat. *decis.221. nu. 2.* videatur nouissime Schrad. *in l. vn. de cõdict. ex lege.* vbi quando statuta dicantur ius ciuile multis exornat. Nec non diffi-
8 nitiuæ sententiæ † vim exserat. *Borgn. Caualc. Finiz. decis.21.num.30.part.3. Tib. Decia. resp.52.num.7.vol.5.* adeoque legibus Im-
9 perialibus & Canonibus † deroget. *Borg. Caualc. Fiuizan. decis.13.num.57.part.3. Ioan. Vincent. Honded. consi.13.nu.12. lib.1.* & hoc equidem seruãdum erit, in tantum, vt &
10 in foro conscientiæ veniat † seruandum. *Borgn. Caualc. Finiz. decis.21.num.64. part.3. Asin. in prax. Florent. §.7. cap.5 limit.6. nu. 8.*

Præsupposito igitur, quod statutum
11 & consuetudo nihil sui effectu, † nisi quantum suum expressum a tacito, differant. *Tiber. Decian. resp.42.num.24.vol.5. cum similibus, &c.* firmabimus vnite con-
12 clusionem, quod iudex † loci debeat iuxta consuetudinem & statuta iudicare. *Auth. iubemus. C. de iudic. c. cum venisset. 3. ibi. vt si consuetudinem quam allegat. de eo, qui mittitur in possess. causs. rei seruand. cum*
13 *concordant.* In † consuetudine, inter infinitos sic expresse prodidit Matth. Wesemb. *consi.50. sub num.14. vers. cum igitur*
14 *in præsenti casu.* In statuto † vero, Tiber. Decian. *resp.3.num.7.vol.5. cum similibus.* atque secundum conclusionem hanc in Regia Audientia Barensi IVDICATVM esse adduxit Viu. Neap. *decis.221. num.2.*

& in Rota Lucens. IVDICATVM esse, præmonstrat eiusdem Rotæ *decis.145.* in nouiss. Horatio Roato relatore.

Et in Camera Imper. Dominos assessores ex dispositione Ordinationis † Ca- 15
meralis obstrictos esse iudicare secundum consuetudines locorum, scribit Ioach. Mynsing. *resp.9.nu.19.cent.1.*

Declaratur conclusio, vt procedat in laudabilibus statutis & consuetudinib. *Laudabiles* (inquit Dn. Gaill. *num.14.*) *locorum consuetudines velle iudicare iurant Assessores.* Et sane signãter dixit, *Laudabiles:* Licet neutiquam necesse sit, iurisiurandi formæ specifice *Laudabiles* inserere: nam apud omnes, legibus sacrosanctis digna est illa nostrorum maiorũ in confesso traditio; Quod iudex iurans obseruare consuetudines & statuta locorum,
non teneatur † sequi iniusta seu iniqua, 16
post Crauettam quẽ citat, *de antiq. temp. in 1.part.1.part.prin. nu. 6.* sic in specie tradit Menoch. *de præsumt.2.præs.1.nu.9.* accedit Francisc. Marc. *Delph. decis.908.nu. 8.part.1. per tex. cap. 1. de iureiuran.* mox citandum.

Imo nec præsumendum in dubio,
quod alia intentione † iurauerit iudex 17
super obseruatione statutorum, text. in vtrumque expressus *in c.primo, de iureiur. in 6.* vbi Pontifex Nicolaus 3. *ibi ad obseruanda duntaxat licita, possibilia, &c. referri debet intentio. Declaramus quoque iuramenta sub huiusmodi generalitate qualitercunque & sub qualicunque verborum forma præstita vel præstanda, ad licita, possibilia, &c. tantum extendi, ipsosque iurantes ad alia per præstationem iuramenti huiusmodi non teneri.* Et huc confert decisio illa elegans, quod confirmatio statutorum generalis tra-
hatur duntaxat ad iusta † & licita, non 18
iniusta vel illicita, *post Bar. Ang. Bald. Rom. Alex. Iason. Ruin. & Parisium in specie respondet Ioan. Petr. Surd. consi.252.num.25. & nu. seq.* ex Parisio & Natta ampliat, etiam si
confirmatio ex certa scientia † facta es- 19
set. de quo fusius suo loco, & aptius *conclus.1.lib.2.* dicturi.

ARGVMENTVM.

Statutum allegans intentionem suam

ſuam habere fundatam, quatenus verum ſit.

SVMMARIA.

1 *Regulã iuris pro intentione ſua allegans fundatũ ius ſuũ habet, donec de exceptione ſeu limitatione ex aduerſo doctum ſit.*

2 *Statutũ pro ſe habens intentionẽ ſuam fundatam habet.*

3 *Quid ſi allegaret in defectum ciuitatis domicilii ſuperioris ciuitatis dominantis ſtatutum, remiſſiue.*

4 *Quid ſi nouo facto ſtatuto a priore receſſum eſſe videretur. remiſſiue.*

CONSIDERATIO I.

QVemadmodum regula iuris communis Romanorum nitens, dicitur
1 intentionem ſuam fundatam † habere eatenus, donec de exceptione ſeu limitatione expreſſim cõſtet. *Hieron. Schurff. conſi. 8. num. 1. cent. 2. Mynſing. in c. quoniam frequenter. in prin. num. 10. vt lite non conteſt.* multos ex recentioribus longa ſerie citat & approbat Ioan. Pet. Surd. *conſ. 180. nu. 9. 10. Maſcard. de probat. conclu. 1261. per tot. Tiber. Decian. tract. crim. lib. 3. cap. 6. nu. 3. 4. & Franciſ. Viu. Neapol. deciſ. 135. per tot.* Sic
2 etiam allegans † ſtatutum, intentionem ſuam fundatã habere dicitur. *Tiber. Decian. reſponſ. 17. num. 12. vol. 5.* Et quid ſi in defectum ſtatuti ciuitatis domicilii, an
3 dominantis † ciuitatis ſtatuta pro regula allegari vtiliter valeant. *Ioſeph. Ludouic. concluſ. 55. & alibi Menoch.* & ipſe proſequutus ſum. *concl. 23. lib. 2.* an vero & quãdo quibuſq; modis probanda ſit, atque poſſit conſuetudo, latioris eſt tractatus, quam vt hic explicetur. Adeatur videndus Maſcard. *de probat. concluſ. 423. inde aliquot ſeqq.*

Quid autem, vbi variatum a priore ſtatuto eſſet, nouo facto, vtrũ in cauſſis
4 decidendis † potius ſit, Menoch. *conſil. 240. per tot.* huic reſolutioni incumbit. *idem 6. præſumt. 38.*

Videantur, ſi libet, notata lib. ſeq. *concluſ. 31.* vbi itidem de conſuetudine & ſtatuto monui.

ARGVMENTVM.

Clericos coram iudice laico regulariter conueniri non poſſe.

SVMMARIA.

1 *Concluſionis huius tractatio in praxi vtilis & neceſſaria.*

2 *Actor laicus trahens clericum ad ſeculare iudicium cauſſa cadit.*

3 *Acta ſecularis iudicis prorſus concidunt, licet clericus fori exceptionem non opponat.*

4 *Quod procedit, etiamſi laicus clericũ eum eſſe ignorauerit.*

5 *Iudex ſecularis clericum iudicãs, eo ipſo iudicandi poteſtate priuatur.*

6 *Imo, ſecundum quoſdam, ipſo iure excommunicatur.*

7 *Clericus non declinans forum laici extra ordinem punitur.*

8 *Non obſtante ſtatuto, quod declinatoriam fori opponere prohibet.*

9 *Clericus, lite iam conteſtata opponens declinatoriam, condemnatur in expenſis.*

10 *A quo iudice iſta condemnatio fieri debeat, eccleſiaſtico, vel ſeculari.*

11 *Generalis concluſio,* CLERICVM NEC IN CIVILI NEC IN CRIMINALI *quæſtione coram ſeculari iudice conueniri poſſe.*

12 *Adeo vt nec poſſit renuntiare priuilegio fori clericus.*

13 *Nequidem cum iuramento.*

14 *Neque tacite, neq; expreſſe poterit renuntiare.*

15 *In contractu, quem cum laico celebrat clericus, efficaciter eum renuntiare, Cuiacius aſſerit.*

16 *Si priuilegium clericale renuntiatione non minuatur, in laicum recte conſentit.*

17 *Alias ne cum conſenſu epiſcopi vel ſuperioris renuntiare poterit.*

CONCLVSIO XXXVII.

QVAM alte præſentis concluſionis tractatio in praxi radices egerit, quamq; diffuſe a nonnullis explicata ſit, nemo vel mediocriter in pragmaticorum libris euoluendis verſatus non intelligit: quam denique ſcitu † neceſ- 1
ſaria vtiliſque exſiſtat tam iudici quam actori Laicis, patet. Nã actor Laicus trahens † clericũ ad ſeculare iudiciũ, cadit 2
cauſſa. *poſt Spec. Rol. Abb. Villalob. & Neuiz.*

Prosp. Farinac. quæst. crim. 8. sub num. 1. & est text. expressius in Authen. statuimus ib. quod si actor fecerit, a suo iure cadat. C. de Episcop. &
3 *cleric.* Et si clericus dolose † nō opposuerit exceptionem fori declinatoriam, etiam quando Laicus nō sciuisset, nec probabiliter scire potuisset, a se conuentum
4 esse Laicum, adhuc acta † secularis iudicis prorsus concidunt, atq; adeo de nouo coram ecclesiastico processus cōtra clericū esset incoandus. Sic in ipsis terminis in Concil. regio Lusitan. IVDICATVM esse scribit Aluar. Valasc. *consultat. rer. indicat. tom. 1. consult. 65.* vbi & hanc sententiam firmat *per tot.* Quod si
5 iudex secularis † clericum iudicet, ex tunc iudicandi potestate priuatur. *dict. Authen. statuimus.* Quinimo secundum
6 nonnullorum † opinationem ipso iure excōmunicatur..... *Guido Pap. decis. 77.* Quod vltimum tamen alii negāt. *Baiard. in addit. ad Clar. q. 36 num. 9.* Sed de his suo loco. Sic & ipsimet clerico interest scire, quod declinet Laici forum: quando-
7 quidem † non declinans extraordinarie, punitur tāquam canonis transgressor, *post Boer. & Clar. Farinac. dict. quæst. 8.*
8 *sub finem num. 11.* Etiamsi † statutum prohiberet forum declinare. auctoritate Grammatici, Baiard. *in addit. Clar. §. fin. q. 36. num. 11.*

Et non excipiens de fori priuilegio
9 ab initio, sed primum lite † iam ventilata, condemnatur in expensis. *post alios Menoch. de arbit. iudi. cas. 227. num. 8 concedit & Aluar. Valasc. dict. consult. 65. nu. 4.*
10 A quo vero iudice Laico, † vel ecclesiastico condemnatio eiusmodi fieri debeat, controuertitur. *Ioan. Petr. Surd. consi. 396. num. 3. 5. & 29. de quo Farinac. d. quæstio. 8. sub nu. 17.* Sed, vt instituti ordinem obseruasse videar, firmabo primū conclusionem: deinde considerationes subiiciam.

Vera & indubitata iuris est conclu-
11 sio, Clericum coram iudice † seculari haud conueniri posse. *ca. si diligenti. c. significasti. de compet. c. at si clerici. de iud. Auth. statuimus. ibi. statuimus, vt nullus ecclesiasticam personam in criminali quæstione, vel ciuili trahere ad iudicium seculare præsumat, contra constitutiones Imperiales & Canonicas. Cod. de episcop. & cleric. cum multis maxime Iuris Canonici textib. concordantibus.* Hanc conclusionem ex professo firmat Tiber. Decian. *tract. crimin. lib. 4. cap. 9. num. 1. Prosper Farinac. quæst. crim. 8. num. 1.* vbi multos in auctoritatem citat. *Franc. Viuius Neapol. decis. 49. num. 3. Menoch. de arbitr. iud. cas. 340. nu. 5.*

Ampliatur conclusio, vt nec clericus fori † priuilegio renuntiare possit. *c. si diligēti. de foro compet. cu n similib. Dn. Gaill. post num. 1. Ioan. Petr. Surd. consi. 2. num. 17. Borell. consult. 68. num. 18. Afflict. Neapolit. decis. 85. num. 1. Vrsill. ibidem in additio. num. 2. infinitis prope auctoritatibus probat. Prosper Farin. tract. crim. quæst. 8. num. 10.* Videatur & Vulteius *in l. 1. nu. 122. & seqq. C. de iurisdict. omn. iud.* & eiusmodi renūtiationē esse nullam, scribit Borgn. Caualc. *Viuiz. decis. 28. nu. 120. part. 2.* 12

Extenditur ampliatio primo, vt etiam procedat, quando † iurato renuntiasset, *post Folleriū, quem citat, Farinac. d. q. 8. sub nu. 10.* & ita consuluisse Io. de Compeg. scribit Baiard. *in addit. ad Clar. §. fi. q. 36. num. 10.* 13

Extenditur secundo ampliatio procedere, etiam quod nec tacite, † nec expresse, priuilegio fori renuntiare possit. *Franc. Marc. Delph. decis. 157. nu. 3. part. 1. & quæ eadem est, decis. 619. nu. 2. par. 2. Borg. Caualc. Viuiz. deci. 45. nu. 77. par. 1. & in Repert.* vbi Nattam addit & Abbatem. Tiber. Decian. *tract. crim. lib. 4. c. 9. nu. 61.* 14

In contractu † tamen, quē cum Laico celebrat clericus, posse clericū efficaciter fori priuilegio renūtiare, autumat Cuiac. *in l. ius publicū. de pact. & in tract. ad Affrican. nu. 7.* vbi *l. traiect. de oblig. & actio.* explicat. Ita ex Cuiacio refert Borch. *de feud. c. 10. nu. 23.*

Limitatur hæc extēsio, vt neutiquam obtineat, quando nō minueretur † priuilegium clericale: nam tunc potest clericus in iudicem Laicum consentire, & se consuetudini Laicorum submittere. *Verallus, post Abbatem, quem refert, Rom. decis. 75. nu. 11. & decis. 149. nu. 9. part. 2. Viuius Neap. decis. 125. num. fi.* 15

Extenditur tertio. Nā ampliatio fertur et-

tur etiam procedere, quamuis renũtia-
17 tioni accessisset cõsensus † episcopi seu superioris. *Ioan. Petr. Surd. consi. 193. nu. 5. & cons. 396. num. 15. Mant. decis. 26. num. 4. Baiard. in addit. Clar. §. fin. quæst. 36. num. 10. Farinac. dict. q. 8. num. 13. Viuius Neapolit. decis. 125. sub nu. 1.*

Extenditur quarto, vt ampliatio etiam ad clericos primæ tõsuræ vires porrigat, de qua extẽsione seq. considerat. vberius.

ARGVMENTVM.

Clericus etiã primæ tonsuræ fori priuilegio gaudet.

SVMMARIA.

1 *Clericus prima tonsuræ fori priuilegio fruitur.*
2 *Etiamsi sit coniugatus.*
3 *Non tamen in mere ciuilibus, sed in criminalibus duntaxat, siue criminaliter, siue ciuiliter institutis.*
4 *De vestitu clericali, de tonsura, de ordine post incoatum iudicium assumto, an & quatenus prædictum priuilegium, vel tribuant vel adimant, remissiue.*

CONSIDERATIO I.

COnclusionem non modo in clericis in sacris constitutis, sed etiam in cle-
1 ricis primæ tonsuræ † procedere, vt & hi fori priuilegio perfruantur, tradit cum Gaill. *sub n. 2.* ex recentiorib. Camill. Borell. *consult. 15. n. 23. & consult. 11. n. 7. Crauet. cons. 616. n. 13. Io. Petr. Surd. cons. 259 n. 23.* vbi alios refert, & communem refert ex Viuio Soarez. *in Thes. sent. lit. C. nu. 124.* Plures, quorum infiniti sunt, ex industria non adscribo.

Ampliatur, vt clericus primæ tõsuræ
2 coniugatus † fori priuilegio fruatur, *Farin. d. q. n. 6.* vbi ex Claro cõmunem dicit.

Declara Gaillii & assedarũ traditio-
3 nem nõ procedere in † caussis ciuilibus, sed duntaxat in caussis criminalibus, siue criminaliter, siue ciuiliter intentatis. Nam in ciuilibus clericus in minoribus constitutus, seu primæ tõsurę, fori priuilegio non gaudet. Ita in specie etiam asseuerat Prosper Farinac. *d. q. crim. 8. sub n. 5. vers. limit.* Huiusmodi limitatio & in clericis in minoribus constitutis, coniugatis vires exserit, vt nec hi in ciuilibus caussis fori vtãtur priuilegio. ex Couarru. communem renuntiat idem Farin. *d. q. 8. nu. 7. & seqq. nu. & tripliciter declarat.* Alias declarationes, vt quæ de † vestitu 4
clericali (*quo de Menoch. de arbit. cas. 392. per tot. & ad præsentes terminos Farinac. dict. q. 8. nu. 60. & seqq.*) de tonsura, item an ordo clericalis post incoatũ iudicium in fraudem vel minus assumtus sit, & quæ id genus plura sunt, hic nõ subiicio, tanquam a scopo remotas.

ARGVMENTVM.

Clericus an in laicũ, vt arbitrum compromittere queat.

SVMMARIA.

1 *Laicus non potest esse arbiter in caussa clericorum.*
2 *Nisi in ipsum insimul vna cum clerico compromittatur.*
3 *Arbitrator in caussis clericorũ poterit esse Laicus.*
4 *Modo caussa transactionem admittant.*

CONSIDERATIO II.

CLericum in iudicem laicum nec expresse, nec tacite cõsentire posse, supra diximus: sed anne in laicũ compromittere † possit (intellige vt arbitrum) 1
quæstionis est? Et nõ posse D. Gaill. *n. 2.* docet. Eiusdem est sententiæ *Dn. Mynsi. obseru. 67. in prin. cent. 2.*

Limitatur primo Gaillii doctrina, vt non procedat, quando insimul vna in clericum † & laicum compromittere- 2
tur. *post Felin. Hyppol. & Couarr. expresse limitat Prosp. Farinac. q. crim. 8. sub num. 24. vers. limita secundo.* Et ab hac limitatione non discedere visus est Alex. Monet. *in suo tract. de decim. c. 8. nu. 23.*

Limitatur secũdo, Gaillij doctrinam nõ obtinere, in arbitratore † laico: nam 3
laicus potest esse arbitrator seu amicabilis compositor in caussa clericorum. Huiusmodi limitationem consulendo expresse in specie probauit, auctoritate Host. Io. Andr. Specul. Bald. Anch. Alex. Felin. Dec. Natt. & Rebuff. Tiber. Decian. *resp. 39. nu. 38. vol. 4.* vbi & com-

munem ex Decio laudat, & in iudiciis obseruandam dicit. Sic & post Decium, Villalobium & Couarruuiam Prosp. Farinac. *q. crim. 8. sub num. 24. vers. limita primo*. Et in hanc limitationem forte referendum erit præiudicium illud Cameral. Iudicii, de quo meminit Mynsing. *d. obseru. 67. vers. atque ita determinarunt*, de quo & mox dicam plura.

Sublimitatur hæc secunda limitatio, vt intelligatur in his caussis spiritualibus,
4 in quibus † transigere permissum est, secus in aliis. Sublimitationem hanc induxit Prosp. Farinac. *dict. quæstio. crim. 8. sub num. 24. & sub num. 147. vers. imo licet*, (vbi exemplificat in caussa matrimonij: sed de hoc puncto alibi vberius) Conferunt, quæ noue scripsit Alex. Monet. *de decimis. cap. 8. num. 25. & seqq.* Et communem ex Couarr. renuntiat Soarez. *Thes. sent. lit. A. nu. 253.*

Et sic tibi, candide Lector intelligenda erunt, quæ scribit Myns. *in princ. dict. obser. 67. ibi, valeat tanquam per pactum, & Gaill. num. 11. ibi. vt eius sententia.* scilicet, vt intelligantur de arbitratore seu amicabili compositore. Atq; ita diserte declarat Mynsingerum Farinac. *dict. quæst. crim. 8. nu. 24. vers. & secundum prædicta.*

ARGVMENTVM.

Continentia caussarum efficit, vt Laicus & clericus vnum ecclesiasticum iudicem habeant.

SVMMARIA.

1 *Ob connexitatem caussæ, ecclesiasticus index rectè aditur.*
2 *Imo ad instantiam vnius ex Laicis hoc casu remißio fieri debet.*
3 *Academia vel vniuersitas, quæ ex clericis & laicis constat, quẽ habeat iudicem, remißiue.*

CONSIDERATIO III.

IN caussis connexis, quæ simul & clericum & laicum, † imo & plures Laicos
1 tangunt, posse ad vnum eundemque iudicem ecclesiasticum iri, dubium haud erit, sicuti vltra relatos a Gaillio, *sub nu. 2.* tenet Tiber. Decian. *tract. crim lib. 4. c. 9. num. 44.* vbi plures decisiones, in corroboratione huius ampliationis adducit. Nuper etiam stabiliuit Marcel. Cal. *tract. de mod. art. & art. glo. 1. §. 1 nu. 59.*

Ampliatur, vt etiam obtineat relata traditio, licet clericus non petat se remitti, sed vbi vnus † ex Laicis peteret: 2
nam omnes & clericus & laici ad iudicem ecclesiasticum remittentur. Ita expresse Tiber. Decian. *tract. crim. libr. 4. cap. 9. num. 46. argumento. l. si post mortem. §. fin. de bonorum possess. contr. tabulas.* vbi filius institutus potest bonorum possessionem petere beneficio fratris sui præteriti, vbi ipse præteritus non petat. Decianum visus est etiam probasse Ioan. Petr. Surd. *cons. 396. sub nu. 18.*

Hic præterire non debeo, quæ limitando docet Marant. *de ord. iudic. dist. 11. num. 23.* & apprime adnotauit Tib. Decian. *tract. crim. lib. 4. cap. 9. num. 42. & 43.* dum quæstionem illam admouẽt, quem iudicem habeat vniuersitas † seu Aca- 3
demia, quæ constaret ex clericis & laicis. Resolutio illius apud eundẽ Decianum ad lõgum relata videre est: in præsentiarum locum iudicasse sufficiat.

ARGVMENTVM.

Vasallus clericus, fori an habeat priuilegium, vt iudiciũ feudale possit declinare.

SVMMARIA.

1 *Feudi contemplatione clericus corã laicis, domino scilicet vel paribus curiæ, comparere cogitur.*
2 *Eaque est communis & vsu recepta opinio.*
3 *Quæ procedit, etiamsi de sola possessione feudi controuersia exoriatur.*
4 *Si contra clericum, ex delicto, ad priuationem feudi agatur, ordinarius ecclesiasticus iudex erit, non feudi dominus.*
5 *Idem obtinet, si ex alio iure, aliisque caussis, quam quæ iuri feudorum innituntur, agatur.*
6 *Omnis controuersia feudalis, tam de possessione, quam proprietate, si non agatur ex lege feudali, non ad dominum vel pares, sed ad ordinarium loci spectat.*
7 *Eo casu etiã prorogatio iurisdictionis, alias inuito domino prohibita, admittitur.*
8 *Quando vtroque ex iure agi potest, neque dominus*

dominus expresse ius feudi deducat, caussa ad ordinarium ecclesiasticũ erit remittenda.

9 *Eadem casu, si vasallus laicus sit, ad ordinarium loci.*

CONSIDERATIO IV.

PRiuilegio fori in iudicio feudali, an clericus vasallus fruatur, egregia est disquisitio, & in praxi sæpe obuia. Limitando conclusionem dicendum, quod

1 non fruatur, sed cogatur †, vel corã domino Laico, vel parib. curiæ Laicis feudali se submittere iudicio. *Nic. Mozz. de feud. rubr. de natur. feud. n. 120. & post Innoc. Arch. Felin. Dec. Iacobin. Curt. Iun. Ign. Guid. Pap. Clar. Molinæum, Hancton. Zas. & Sonsb. quos citat Menoch. de retin. possess. rem. 3. nu. 397.* (vbi in feudi domino loquitur) *& nu. 439.* (vbi in parib. curiæ) *Wesenb. in tract. feud. c. 17. sub nu. 4. Mynsing. obseru. 22. vers. sic etiam iudex Laicus. cent. 1.* Accedũt Maranta, Amad. de Ponte & alij relati a Io. Petr. Surd. *cons. 193. nu. 1.* (vbi de domino feudi) *& num. 8.* (vbi de paribus curiæ) *& cons. 396. num. 8.* vbi & D. Gaillium refert. Sic etiam in specie conclusionem limitat Prosp. Farinac. *q. crim. 8. nu. 22. Rosent. in syn. feud. c. 10. nu. 21. & 24.*

Contrarium limitationi tenet Barbatia *in c. ceterum. col. 5. ext. de iud.* vbi relatam limitationẽ in quantum potest (*inquit Mozz. d. rubr. de nat. feud. nu. 121*) impugnare conatur.

2 Sed opinione Barbatiæ reiecta, limitatio supra firmata est † communis, & vsu recepta, sicuti plerique ex relatis testantur, & in specie etiam Mozzius *citato loco. sub nu. 121. vers. ideo secundo dicas.*

Ampliatur recepta illa limitatio, vt procedat, non modo, quando de proprietate, sed etiam quando de sola † pos-

3 sessione feudi ageretur. *Menochius de retinend. possess. remed. tertio. numer. 396. Mozz. de feud. rubr. de naturalibus feud. sub num. 121. vers. tamen illa gloss. Mynsing. obseru. 22. vers. & prædicta sententia. capit. 1. Prosp. Farinac. quæst. crim. 8. sub numer. 22. vers. & hoc siue agatur.* vbi communem ex Claro & Villalobio laudat.

Et quamuis glossographus *in c. ceterum verb. quamdiu parati. de iudic.* ampliationem hanc non recipiat, redarguitur cõmuniter tamen, vt dicebat ex aliis Farinac. *dicto loc.*

Declaratur vero limitatio supra firmata, vt non procedat, quando principaliter † contra clericum vasallum age- 4
retur ad priuationem feudi ex delicto: eo namq; casu, siue criminaliter, siue ciuiliter agatur, semper Iudex ecclesiasticus cognoscat, non autem feudi dominus. Ita in specie ipsisq; terminis respondit, auctoritate Innoc. Host. But. Abba. Soc. Iacob. Menoch. Amad. de Ponte & Beroi. Io. Petr. Surd. *cons. 193. n. 15. & cons. 396. sub n. 32.* vbi Follerium addit. Ab eadẽmet declaratione nõ recedit Mozz. *d. rub. sub nu. 121. vers. intellige tamen.*

Declaratur secũdo limitatio principalis, vt non obtineat, quando nõ ex lege feudi, sed ex condictione feudali ageretur aduersus clericũ vasallum, sed alio iure † aliisque ex caussis, quæ nõ innite- 5
rentur iuri feudorum: nam tunc ad ordinarium iudicem ecclesiasticum itur. *ita declarat Menoch. de retin. possess. rem. 3. nu. 443. & post Ioan. Pet. Surd. cons. 193. nu. 13.* vbi alios addit. Quandocunque enim † (re- 6
spondit, auctoritate Curtij, Ioach. Mynsing. *decad. 11. respons. 7. n. 29. cent. 2.*) non agit ex lege feudali, sed alio ciuili remedio, non itur neq; ad pares curiæ, neque ad dominũ feudi, sed ad loci ordinariũ. Et cum Mynsingeri sentẽtia facit Hart. Pistori. *lib. quæst. 1. q. 15. n. 28. vers. ex quo fit, vt etiamsi de ipsa possessione feudi, non quidem ex iure feudali, sed ex legibus ciuilib. ageretur, cognitio non ad dominũ feudi, sed potius ad ordinarium loci pertineat.* citat Bal. Afflict. & alios plures. Et huc spectat, quod etsi per vasallos inuito domino iurisdictio prorogari non possit, prorogatio tamen admittatur, quando quæstio inter vasallos non † deduceretur lege feudorum. *Soci.* 7
reg. 262. iuxta recentem Colon. impres. incip. Iurisdict. fallen. 3.

Declaratur tertio principalis limitatio, vt non procedat, quando vtroq; † ex 8
iure potest agi aduersus Clericum vasallum, & Dominus non expresse deducat ius feudi: nã & hoc casu non existiman-

dum tractari de feudo, & proinde caussa remittenda iudici ecclesiastico. *ita Surd. dict. consi. 193. num. 14.* vbi dicit etiam hoc procedere, quando † vasallus esset Laicus, vt & tunc ad ordinarium caussa sit remittenda.

ARGVMENTVM.

Clericus reus laicum habet iudicem in caussis realibus, ordinarium scilicet, loci, vbi res, in cõtrouersiam deducta, sita est.

SVMMARIA.

1 *Clericus sortitur forum laici in realibus.*
2 *Contrarium affirmantes referuntur.*
3 *Dissidentium opinionum conciliatio.*

CONSIDERATIO. V.

1 Limitatur & conclusio nostra non procedere, quando caussa † realis inter clericum, reum, & laicum, actorem, tractanda esset: nam hæc caussa coram ordinario loci, etiamsi laicus esset, discептāda est, nec ita poterit clericus forum declinare. Ita limitant (cum Gaill. *n. 4.*) *Myns. obs. 22. cent. 1. & obseru. 95. cent. 4.* vtroq; in loco testatur iuxta hanc limitationem in Cam. Imp. IVDICATVM esse, & quidem duabus vicibus, sicuti videre est apud eundem Myns. *obser. 93. n. 6. cent. 5.* & idem Myns. *cons. 47. nu. 26.* dicit eandem esse communem plurib. exornando. In hanc etiam concedit sententiam Ioan. Caluinus *in proces. iud. tit. de potest. c. 1. tmemat. 6. nu. 12.*

2 Contrarium huius † limitationis, & quod clericus nõ sortiatur forum ratione rei coram iudice seculari, post Boerium & alios voluit Vant. *de nullitat. ex defect. iurisdict. ord. sub nu. 54. vers. qua procedunt.*

3 Conciliantur dissidẽtes † hæ opiniones, vt prior affirmatiua, intelligatur de consuetudine locali, seu recepta certis in locis & tribunalibus, in quib. scilicet, eam opinionem tenentes versati sint, & in quibus sic obseruatum adserunt: Posterior vero negatiua, de iure. Ita auctoritate Couarruuiæ & Menochii visus est conciliasse Prosper Farinac. *quæst. crimin. sub finem. num. 21.* Ex qua conciliatione conficitur, quod negatiua innitens intentionem suam habeat probatam, donec de consuetudine cõtraria legitime constet, vt alibi diximus.

ARGVMENTVM.

Iudex laicus an & quãdo in caussis possessoriis rei beneficialis competens existimetur.

SVMMARIA.

1 *In possessorio caussæ spiritualis, Laicus potest esse iudex:*
2 *Licet multi contrarium teneant.*
3 *Si tamẽ principaliter de titulo beneficii cognoscendum sit, Laicus non poterit esse iudex.*
4 *Secus si incidenter.*
5 *Vel si pars non opponat.*
6 *Prædicta affirmatiua procedit, quãdo Laicus est reus, non vero quando clericus.*
7 *Possessoria (in spiritualibus) retinẽda & recuperandæ, coram iudice seculari recte tractantur, non etiam adipiscendæ.*
8 *Etiam in possessorio adipiscendæ Laicũ recte cognoscere, quidam statuunt.*
9 *Vbi periculum subest, ne partes ad arma veniant, Laicus super possessorio rei beneficialis se licite intromittit.*
10 *Maritus vbi vxorẽ sibi petit restitui, ecclesiasticus an Laicus sit iudex, remissiue.*

CONSIDERATIO VI.

Limitatur & conclusio a nonnullis, vt non obtineat in possessoriis † caussæ 1 spiritualis seu beneficialis, sed quod iudex Laicus in his competens sit, autumantibus: D. Gaill. sic *n. 5.* Opinanti accedunt Thomas Gram. *in addit. Afflict. decis. 2. ad verb. de foro compet.* vbi aliquot PRÆIVDICIA ex Papço (sicuti & Franc. Marc. *Delph. decis. 111. part. 1.* & nouissime eorundem Præiudiciorũ meminit Vincent. Carot. *decisione sua particulari, seu cas. 137.*) refert & idem Gram. *in additio. decis. 24.* Præiudiciis vero, ne hoc reticeã, a Papæo in Curia Gratianopol. latis, extra curiam non firmiter insistendum foret. Siquidem, ceu scribit Francis. Marc. *Delph. decis. 19. n. 3. part. 1.* ex indulto papali id priuilegii, q. in possessoriis spiritualibus iu-

bus iudex sit, eadē curia habeat: quamuis idem Marc. *decis. 111.* etiam de iure communi limitationem hāc esse veram deducat, & iuxta eandem IVDICATVM in Parlam. testetur. Ab eadem nec recedit Mynsing. *obs. 67.* vbi testatur in Cam. IVDICATVM. Et hanc limitationem respondendo firmauit Crauet. *consil. 258. in princip. & num. 1. inde ad numer. 9.* & esse magis communiter receptam, eandem probando, dixit Prosp. Farin. *quæstio. crimin. 8. num. 23.* vbi Menoch. Mynſ. Cacheranum & Thesaur. in id adducit, qui sane omnes excepto Mynsing. de magis communi testantur. Cacheranus nititur auctoritate communē dicentis Couarruuiæ, Menochius auctoritate Cacherani & aliorum. Thesaurus vero Pedem. *decis. 82. nu. 1.* & Couarruuiā & Cacher. & Mynſ. citat. & ita continue IVDICARI in senatu Pedem. testatur. *ibidem Thesaur. & decis. 117. num. 1.* & iterum admittit limitationem idem Thesaur. *decis. 131. sub nu. 6.* Eandemq; sententiam quotidiana Practica seruari, & in Burdegalens. Senatu sic IVDICATVM esse adstruit Nicol. Boer. *decis. 69. sub nu. 23.* vbi pro eadem opinione multos citat. Boerium etiam refert Thom. Grammat. alleg. decis. atq; idem Grammat. testatur se ita IVDICASSE *Neapol. decis. 78.* nec non iuxta eandem sentētiam IVDICASSE Senat. Mediolan. adserit (teste etiam Carot. præsentibus diebus euulgato Codice decisionum particularium suarum. *casu 137. nu. 3.*) *Alciat. resp. 24. & idem Carott. d. loco assentitur.* Accedunt nonnulli alij assentatores a Pet. Ant. de Pet. *tracta. de potest. Princip. c. 6. num. 83. & seqq.* citati: licet ipse, vt mox referam dissentiat.

2 Contrarium tutatur † Vrsill. *in addit. ad Afflict. decis. 2. nu. 7. 8. 9. 10.* Contrariæ huic sententiæ assentitur Petr. Anto. de Petr. Placent. *de potest. Princip. c. 6. nu. 90.* Et ne longior sim in recensendis auctoritatibus, hanc partem contrariam, videri veriorem, ex tex. *c. tuam. de ordinat. cognit. c. lator. qui filii sint legit.* & auctoritate Decij, Castr. Vant. Iason. Ferret. Anguissol. & Franc. Marc. scribit Borgnin. Caualc. *Fiuiz. decis. 45. num. 76. par. 1.*

Pro hac cōtraria opinione nuper suffragia tulit Andr. Fachin. *lib. controuers. iur. 8. cap. 15. in secunda quæstionis decisione. vers. hæc sunt quæ alii. inde ad finem.*

Sed quo contrariæ eiusmodi opiniones non turbent, declarabimus limitationem hanc principalem seu affirmatiuam opinionem.

Declaratur itaq; primo limitatio, seu affirmantium sententia, vt non procedat, quando in eadem possessorij caussa cognoscendum † esset de possessoris titulo. *Farinac. q. crim. 8. sub num. 23. vers. sublimita primo.* 3

Intelligitur itē dicta limitatio e mente Menochii, quando de titulo principaliter cognoscēdum esset, secus † si incidenter: item quando notorie ex actis vel partis confessione non constaret, alias secus. 4

Item, quando pars † non opponit. *accedit Borgn. Caualcan. Fiuiz. decis. 45. nu. 77. part. 1.* 5

Declaratur secundo principaliter, vt affirmatiua opinio intelligatur, quando scilicet Laicus esset † reus, vt quia spoliauit clericum. Nam recte tunc dicetur, Laicum esse competentem iudicem, & ita Camera Imperial. etiam cognoscit, vbi clericus a Laico esset spoliatus in sua præbenda, seu bonis ad prębendam pertinentibus: testis est Mynsing. *obseru. 93. nu. 7. cent. 5.* duabus vicibus IVDICATVM esse ostendēs: non vero quando clericus esset reus, tunc enim ad ecclesiasticum cognitionem spectare, non secularem iudicem. *post Couarr. Menoch. Roland. & Vrsil. manuls Prosp. Farin. d. q. 8. sub num. 23. vers. sublimita secundo, cui vltimo consentit etiam Fach. dict. cap. 15. ibi. vel clericus a laico conueniatur.* 6

Declarat tertio principaliter, vt quidem possessoria iudicia retinendæ † & recuperandæ possessionis coram iudice seculari tractari possint, non ęque adipiscendæ. *Farinac. post Beroum, Crauet. Couar. Guid. Pap. Natt. Afflict. & Menoch. qui omnes præter Nattam & Afflictum citat. d. q. crim. 8. sub nu. 23. §. sublimita secundo, ibi. quæ multo magis procedat, &c.* Et in specie etiam, quod iudicium hoc adipiscendæ posses- 7

sionis rei spiritualis ad iudicem ecclesiasticum, non secularem spectet, respódit Menoch. *consi. 268. nu. 7.* Mouetur ea ratione principali, quod cum caussa annexam proprietatis habés caussam, a iudice Laico tractari haud possit. *ca. tuã. de ord. cogn. &c. lator, qui filij sint legitim.* & iudicium adipiscendæ sit eiusmodi. Ergo, &c. Adde, quæ seq. conclus. dixi.

8 Sed contrarium huius declarationis, scil. quod Laicus iudex in iudicio † adipiscendæ cognoscat, cum Igneo *in l. necessarios. §. nõ alias. par. 2. ff. ad Syllan.* visus est amplecti Thessaur. Pedem. *a decis. 82. nu. 2.* vbi etiã refert ita tradidisse ac probasse Amadæum de Ponte. *in quæst. quis sit index in causs. feud. ad finem.* sicuti vere, contrariam hanc sententiam IVDICANDO obseruasse Senatum Pedem. *testatur ibidem. sub num. 3.*

Ceterum Thessauro in specie cõtradicit Farinac. *in postrema editione. d. q. 8. dictoque num. 23.*

9 Quando periculum subesset, ne partes † venirẽt ad arma, vel iam arma sumsissent disceptãtes super possessione rei beneficialis, quin iudex secularis possessorij iudicii competens sit, non videtur hæsitandum, quemadmodum & concedit Pet. Ant. de Petr. Placent. *tract. de potest. Princip. c. 6. sub nu. 90. vers. nisi priorem opinionem sustineamus.* Quo casu etiã, ob periculum, scilicet, armorum, seu scandali, fructus beneficij, super quo cõtenditur, secularis sequestrare potest. *idem Petr. Ant. eodem tract. c. 15. nu. fin.*

10 Quid vero vbi maritus † petit vxorẽ sibi restitui, vter iudex sit competẽs, ecclesiasticus, an secularis? Videatur Thessaurus. *decis. 117. per tot.*

ARGVMENTVM.

Clericus conueniens laicum coram iudice laico, an coram eodem reconueniri possit.

SVMMARIA.

1 *Clericus conueniens laicum coram iudice seculari, ibidem recte reconuenitur, secundum communem.*

2 *Licet quidam contrarium statuant.*

3 *Non solum super eadem re, sed etiam super re penitus diuersa reconueniri posse.*

4 *Clerico agenti coram laico iudicio retinendæ recte obiicitur proprietatis exceptio.*

5 *Clericus in iudicio feudali agẽs ex alia, quã feudali caussã, reconueniri non potest.*

6 *Super re allodiali conuentũ coram ordinario generali, ibidem etiam ratione feudi reconueniri posse statuit Schraderus.*

7 *Clericus reconuentioni respondere detrectans, non auditur in conuentione.*

8 *Clericus a conuentione desistens, propterea non liberatur a reconuentione.*

9 *Clericus coram seculari reconuentus, secularib. siue Imperialibus, imo statutariis loci legibus tenetur.*

10 *Non tamen corã laico recõueniri potest in caussa spirituali, vel spirituali annexa.*

11 *Nec si laicus conuentionem in fraudẽ procurasset.*

12 *Nec in criminalib. clericum accusantem reconuentio constringit.*

13 *Licet caussa criminalis ciuiliter intẽtetur.*

CONSIDERATIO VII.

Clericus, agens cõtra laicum in iudicio seculari, recõueniri an possit, esse magnũ dubiũ apud Doctores vtriusq; censuræ dixit Afflict. *Neap. dec. 173. in pr.* & Auffrer. *in addit. Capell. Tolos. q. 95. nu. 3.* scribit, hic, id est, in huius quæstionis resolutione, iacere difficultatẽ, quia super diuersis diuersæ sunt sententiæ.

Reconueniri posse † autumant communiter Doctores, Franc. Viu. *Neap. deci. 49. n. 4. post gl. Spec. Bar. Bal. Host. Io. And. Fel. Iaffr. Lanfr. Anth. de Matthæis, Rom. Marant. Marian. Soc. Alex. Lap. Quint. Mandos. Vrsil. & Vinc. de Franch.* (sed Afflict. quẽ & citat Viu. neutram firmat, sed consuetudini Neapol. inhæret, quæ reconuentionem eiusmodi admittit. Et Afflicti decisionẽ nec aliter intellexit Ioseph. Lud. *conclus. 38. n. 42.* imo, teste Vincentio de Franch. *decis. 193. nu. 3. in prin.* sic expresse cõstitutum per Ritum Magnę Curię) & cõmunem dicit ex Felin. & Curt. Iun. Soarez. *Thes. lit. C. nu. 114.* Myns. *obs. 67. vers. prim. est. cent. 2.* & ex Maran. quasi cõmunem referẽdo admittit Io. Pet. Surd. *cons. 222. nu. 19.* & post Borg. Caualc. Fiuiz. *decis. 19. n. 60. par. 3.* idemque Surdus. *cons. 396. n. 6.* vbi & 1

vbi & Dn. Gaillium (idem *num.6.* tenentem) citat. Sebast. Medic. *tract. compens. quæst. 1. n.9. p.2.* Sed omnium cumulatius Prosp. Farin. *quæst. crim. 8. n. 99.* vbi infinitis prope relatis auctoritatibus, & communem, & in iudiciis seruatam ostendit. His etiam accedit Fer. Vasq. *in nou. illust. controuers. c.5. sub num.18. vers. adeo vt etiam.* qui nonnullos communem asserētes citat. *Francisc. Monald. cons. 22. n.3.4.*

2 Dissentiunt † Geminianus, Domin. Cardin. & alij ab Abbate Sic. *in c. at si clerici. col.7. de iud.* & his accedunt: sed prior receptior, & vt Surd. *d. cons. 393. num.6.* ex Socino refert, magis æqua.

Ampliatur primo, vt non modo reconueniri possit Clericus coram seculari

3 ri iudice super † eadem re, sed etiam super penitus diuersa. *Post Marantam Vinius Neap. decis. 49. nu.5.* vbi, sic sæpius in variis caussis IVDICATVM esse in Curia Aquilana, & Magna Curia Vicariæ, testatur.

4 Et tanto magis clerico agenti iudicio † retinendæ coram iudice seculari potest obiici a Reo laico proprietatis exceptio. *vt dicebat Vincent. de Franch. Neap. decis. 193. num.4.*

Fallit ampliatio in iudicio feudali: in

5 hoc enim vtique † non permittitur, nisi super feudali controuersia reconuētio. Herm. Vulteius. *de feud. 2. cap.3. nu.9.* nisus potissimum auctoritate Bal. Inno. Wesemb. & Rosenth. nec non PRÆIVDICIO Cam. Imp. ex Mynf. *obs. 90. cent. 4. relato.*

Obiter tamen monend[illegible]us, velle Schrad. *de feud. p.10. sect. 6. num. 235.* con-

6 uentum vel dominum, vel vasallum †, ratione rei allodialis coram iudice ordinario generali, vtique posse reconuentionem intentare ratione feudi coram eodem iudice. Licet neminem in specie id probantem citet Schrad. quo spectarent sup. *n.3.* allegata.

Ampliatur secundo, vt si reconuētio-

7 ni † noluit respondere clericus, quod sibi etiam denegetur audientia in conuētione. *Vincent. de Franch. Neap. dec. 193. n.16.*

Ampliatur tertio, reconuētione cle-

8 ricum agentem coram laico obstringi † vsq; ad finem, etiamsi postea a conuentione velit desistere. *Afflict. Neapol. decis. 173. n.4.5.* Vbi ita IVDICATVM adseuerat. Et admittit Vrsil. *in addit. nu.4. Marant. in Spec. dist. 6. n. 55. de arbit. iud. q. 44. n.5.* vterque Afflicti meminit. Et referendo ita post respondentem Guidonem Papæ. *in cons. 183. incip. in Curia Parlamenti*, visus est concedere Vincent. de Franchis. *Neap. decis. 193. sub num. 4.* nuper idem amplectitur Marcell. Cala. *tract. art. & proband. gloss. 1. §.1. n.46.*

Ampliatur quarto, vt clericus conueniens & reconuentus coram iudice seculari, † secularibus etiam, & Imperiali- 9
bus, immo & statutariis eius loci, vbi caussa agitur, legibus teneatur. Nō vero Pontificium obseruetur. Ita deserte docet Fern. Vasq. *in nou. illust. controuer. c.5. n. 19.22. dixi etiam infra concl. 129. hoc lib.*

Declaratur iam, vt quamuis reconuentio teneat clericum, ceu diximus, tamen fallat pluribus casibus.

Primo, vt clericus reconueniri non possit per laicum in caussa † spirituali, 10
seu, quando reconuentio tangeret caussam spiritualem, vel illi annexam. *ex Speculatore Sebast. Med. de Compens. quæstio. 1. sub num. 9. part. 2. Farin. d. quæst. 8. num. 102. Mozz. de naturalib. feud. sub n. 114. ad finem.*

Declaratur secundo, quando laicus conuentionem in se intētatam studio † 11
reconueniendi, seu in fraudem, procurasset. *ex Angel. Marian. Socin. & Greg. Lopez. Vincent. de Franch. Neap. decis. 193. n.5. accedit Farin. d. q. 8. n.101.*

Declaratur tertio, vt in criminalibus † reconuētio, seu reaccusatio clericum, 12
accusantem laicum coram seculari, non constringat. *Tib. Decian. tract. crim. lib.4. c. 9. nu.17.* vbi alios citat. Consentit in hanc declarationem Far. *d. q. 8. n.100.* vbi communiter receptam laudat.

Ampliatur hæc tertia declaratio, vt clericus nec reconueniri queat in caussa † criminali, ciuiliter intentata. *Farinac. d. q. 8. sub n.100.* reprobata dissentiente glossa. *in c. at si clerici. de iudic.* 13

Notabiliores & in nostris Curiis frequētiores subieci declarationes, reliquæ nōn erant hic accumulandæ, sed in Canonistarum commentariis. *in c. 1. de mut.*

petit. & cap. at si clerici. de iudic. &c. videndæ & perlustrandæ.

ARGVMENTVM.

Clericus in auctorẽ laudatus per Laicum in seculari iudicio, in eodẽ laudantẽ defendere tenetur, & quatenus hoc procedat?

SVMMARIA.

1 *Clericus venditor in iudicio euictionis sequitur forum laici emtoris, secundum communem. n. 3.*

2 *An idem in fisco obtineat. remissiue.*

3 *Clericus per conuentum actione reali nominatus dominus, vel possessor, nihilominus coram suo Ecclesiastico iudice conueniendus.*

4 *Nisi coram laico comparens iudicium in se suscipere velle declaret.*

5 *Vel liti assistere, & conuentum defendere velit, siue ab initio, siue iudicio iam cœpto. num. 6.*

7 *Si principaliter se pro suo interesse intromittat, ad Ecclesiasticũ erit remittẽdus.*

8 *Notabilis circa hunc casum distinctio. remissiue.*

9 *Clericus habens directum dominium, conuento laico emphyteuta, vel vasallo, pro suo interesse ad Ecclesiasticum reuocat.*

10 *Clericus a laico pro euictione præstanda coram Ecclesiastico conueniendus.*

CONSIDERATIO VIII.

1 CLERICVM in auctorem laudatum per laicum coram iudice seculari † teneri eodem in iudicio defendere laudantem, nec fori declinatoria gaudere, communis perfertur Doctorum theorica, & conclusionis nostræ limitatio. Sic sane communem ostendit post Vincen. Maxillam, Marant. Ant. de Burgos. Iacob. Nouellum, Florianum de S. Petro. & Casp. Caballin. Francisc. Viuius Neapolit. *decis. 49. n. 8.* Vbi, iuxta eandem se sæpius IVDICASSE, & vidisse in Practica obseruari dicit Mynsing. *obs. 22. ad finem. cent. 1.* Nec non decisio Cameral. 2. *post decis. Fab. de Arcad.* testatur secundum eandem (sicuti & Dn. Gail. *nu. 7.*) in Camera Imper. IVDICATVM, & procommuni admittit ex Capicio *decis. 197.* Ioan. Petr. Surd. *consil. 222. num. 20.* In hanc etiam concedit Ioan. Vincent. Honded. *consult. 25. nu. 14.* vbi *& n. 15.* communem esse ex Rimin. Iun. laud. *vol. 1.* Communem item, & veram esse sententiam adseueranter statuit And. Fachin. *lib. cõtrouers. iur. 2. cap. 37. in secunda controuersiæ diiudicatione.*

Et videtur hæc limitatio, ex illorum traditione iudicari, qui volunt. *l. venditor. ff. de iudic.* nec limitari in fisco †, sed 2 quod, & fiscus venditor laudatus teneatur sequi forum, in quo laudans est conuentus. De qua traditione ex Decisionistis noue tractat Thessaur. Pedemontan. *decis. 213.* qui & eandem, aduersus dissentientes amplexus est. Sed de hoc alibi: scio enim eiusmodi traditionem non esse sine controuersia; *(videatur Cap. Neapolit. decis. 197. Marcell. Ant. Peregrin. tract. de iur. fisc. lib. 7. cap. 1.)* nec argumentum hoc casu, de clerico ad fiscum procedere. Verum de hac traditione, quæ elegans est, & neruosa contrarieque resoluta, in præsentiarum nihil certi est firmandum. Videatur, si libet Borgn. Caualc. *Fiuiz. decis. 8.* præsertim. *num. 12. 13. 14. 15. part. 1. Fachin. controuers. iur. lib. 2. cap. 37. vers. Quod vero dicitur de fisco.*

Ab hac limitatione recedunt præter Angelum & Castrens. *in d. l. venditor. de iudic.* a Gaillio relatos, Riminald. Iun. *cons. 422. vol. 4.* referente Viuio *sub d. num. 8.* & alij per Fachin. *d. c. 37. vers. contrariã sententiam* ingesti.

Licet etiam meminerim, me legere apud Surd. *cons. 396. sub num. 36.* quod declaret dictum Castrensis. *in d. l. venditor. num. 3.* & aliorum dissentientium, vt procedat, quando clericus conueniretur, tanquam Principalis ratione euictionis. Sed quicquid sit illi declarationi tribuendum, vel minus, prior communior & in iudiciis frequentata.

Et hæc vtique in laudato clerico obtinẽt, neutiquam vero in nominato per conuentum † actione reali, quippe nominatus clericus in iudicio tamquam 3 Dominus, vel possessor, intuitu eius iuris, quod ad nominatum, non nominantem

tem spectat, conueniendus coram suo iudice ecclesiastico. Sic nuncupatim restringit Viuius. *Neap. decis. 49. sub n. 8. vers. sed vbicunque clericus.*

Quo vero præsens consideratio exactius percipiatur, cum plures circa eandem veniant examinandi casus, eosdem compendio in studiosi lectoris vsum collectos referre non grauabor.

Primus casus est, quando clericus cōparens coram iudice laico, dicit iudici-
4 um † velle in se suscipere, & hoc casu ad iudicium ecclesiasticum nō remittetur. *Ioan. Petr. Surd. post Ancharanum, respondit cons. 396. n. 35. & Crauett. cons. 997. n. 8.*

Secundus est casus, quando clericus
5 vult adsistere † liti, vt conuentum defendat: & hoc etiam casu iudicium seculare, declinare non potest. *idem Surd. sub d. nu. 35. per l. 3. §. defendi. ff. ex quib. causis in poss. eat. & auctoritate Anchar.*

Quod quidem Ampliatur procedere siue clericus ab initio velit adsistere, siue
6 iam cœpto † iudicio. Ita indistincte ampliari reiecta dissentientis Angeli sententia testatur *Ioan. Vincent. Honded. consult. 25. sub num. 17. auctoritate nixus Socin. sen. Couarr. Cagn. & Caballin.*

7 Quando autem principaliter † pro suo interesse veniret ad iudicium clericus, vt in eo substantiaretur iudicium, ecclesiastico est remittendus. *Ioan. Vincent. Honded. consult. 25. n. 16.*

8 (Et circa hunc casum † obiter studiosum admonitum velim, vt animaduertat ad distinctionem Doctorum, quam nouissime Clariss. Ictus, Dn. Hermannus Vulteius adduxit. *ad tit. C. vbi in rem act. exerc. debeat. sub num. 48.*)

9 Tertius est casus, quando clericus † habet directum rei dominium, & conuento laico, emphiteuta, vasallo &c. clericus dicit, pro suo interesse, velle illum defendere, sed coram suo iudice: & hoc casu ad Ecclesiasticum remittendum esse, post Speculat. & Ancharanum voluit idem Surd. *dict. consil. 396. num. 36. Boer. decis. 69. numero 28. vers. alias vbi iudicium reale. & sequitur Prosp. Carauit. in nouiss. additio. Afflict. Neapol. decis. 15. vers. quando ille, contra quem.*

Quartus est casus, quando clericus a laico † conuenitur, vt pro euictione con- 10
demnetur: & tunc coram ecclesiastico conueniendus, ad eundemq; remittendus venit. *Surd. sub d. num. 36.*

ARGVMENTVM.

Clericus officij secularis administrator, administrationis caussa, fori priuilegio haud gaudet?

SVMMARIA.

1 *Clericus ratione officii coram seculari recte conuenitur.*

2 *Quod ampliatur etiam in officio priuato procedere.*

3 *Clericus chirurgum agens, negligentia nomine coram laico conueniri potest.*

4 *An, & quatenus clericus ratione officii publici, foro ligetur, Doctores variant.*

5 *Quatenus ratione officii, seu artis priuatæ clericus fori priuilegium habeat, nec ne, distinctione explicatur.*

CONSIDERATIO IX.

Clericvm fori priuilegio destitui, vbi ob officij secularis † alicuius 1
administrationem conueniēdus est. *ita voluit inter alios Francisc. Marc. Delph. dec. 46. n. 6. part. 2.*

Ampliatur hæc consideratio, seu cōclusionis nostræ limitatio, vt nedum ob
officij publici, verum etiam priuati † lai- 2
calis administrationem iudicem habeat secularem clericus. *sicuti ex Speculatore Ioan. And. & Socino refert Surd. cons. 396. sub num. 9.*

Hinc clericus chirurgum † agens, si 3
negligens, vel alias in culpa huius artis erit, coram laico conueniendus, ab eoque puniendus venit. *ex Placa refert Farinac. dicta quæstione octaua, numero 94. & numer. seqq. insuper alias illationes adducit.*

Pulcra & practicabilis est huius limitationis consideratio, ea propter sciat studiosus lector, non vsque-

quaque vel absolute limitationi huic deferendum esse. Nam quatenus dicitur
4 ob administrationem † officij secularis publici clericum foro ligari laicali, dissentiunt nonnulli grauissimi ICti: & in specie Ioan. Petr. Surd. *consil. 396. num. 33.* dicens solos Gallos Doctores attentasse affirmatiuam illam supra relatam sententiam adstruere, allegantes semper cõsuetudinem, cum tamen eiusmodi consuetudo in præiudicium clericalis priuilegij haud valeat. Et hoc idẽ est, quod scripsit Farinac. *dict. quæstio. crimin. 8. numero 98.* vbi dicit, affirmatiuam de consuetudine seruari, negatiuam vero de iure subsistere. Et quamuis sciam aliquatenus etiam Tiber. Decian. *tract. crimin. lib. 4. cap. 9. num. 143.* huic limitationi seu affirmatiuæ sententiæ aduersari, videtur tamen eãdem in ciuilibus caussis & iudiciis admittere.

5 Quoad vero officij seu artis † priuatæ exercitium spectat, distinguunt Doctores; aut enim officij illud seu artis exercitium clericis est canonib. inhibitum; aut non est inhibitum; Priori casu exercentes clerici priuilegio fori non gaudent; Posteriori vero adhuc fruuntur. Ita post Alexand. de Neuo, quem citat, distinguit Prosper. Farinac. *dict. quæstio. crim. 8. sub numero 97. vers. sublimita hanc septimam.*

ARGVMENTVM.

Clericus, laici defuncti heres, an ligetur instantia?

SVMMARIA.

1 *Heres ligatur instantia defuncti.*
2 *An idem in clerico, herede laici, obtineat, dubitatur.*
3 *Quidam indifferenter negant, etiam eo casu, quo lis cum defuncto est contestata.*
4 *Verum lite cum defuncto contestata, verior est & communior opinio, in heredem clericum instantiam continuari. num. 6. & 7.*
5 *Reus incoato iudicio factus clericus, adhuc coram laico tenetur respondere.*
6 *Elegans praxis in casu, quo vel clericus ad Ecclesiasticum, vel laicus ad secularẽ remittendus.*
9 *Episcopi aliique clerici feuda regaliaque ab Imperio recognoscentes, horum intuitu etiam coram Imperatore, vel Imp. Camera conueniri possunt.*

CONSIDERATIO X.

HEREDEM ligari † instantia defuncti inter laicos quadantenus videtur expeditũ, de quo suo loco. Sed quid 1
statuendum, vbi clericus esset laici defuncti heres, an & ipse teneatur † eodem 2
litigare iudicio, quod corã seculari cœptũ cum defuncto est? Et videbatur, clericum ad id non teneri. Et hanc sententiam, vt omnes fere, & antiquos & moderniores vnica allegatione cõplectar, late prosequitur Baptist. Asin. *in Florent. praxi. §. 2. c. 12. n. 45. & multis seqq. & nu. 55.* dicit magis communem, & hãc esse veriorem dixit Vincent. Carot. *de excuss. bonor. quæst. 56. n. 21. part. 2.* His accedunt alij multi relati per Ioan. Petr. Surd. *consil. 222. sub numero 4. & 5. licet ipse dissentiat.*

Et admissa hac sententia, ampliatur eadem, vt procedat indifferenter, siue lis † cum defuncto esset contestata, si- 3
ue non esset. Et ita diserte cum Asinio *dict. cap. 12. num. 60.* vbi, reiecta dissentientium opinione, magis communem dixit, recepit Carot. *dict. quæst. 56. num. 21.* (Vide mox infra cõtrarium in eo, quod clericus heres nec lite cõtestata ligetur, cum defuncto cœpta instantia. vers. *Et quod supra.*

Asinij opinionem, dum voluit, clericum heredem non ligari iudicio cum defuncto cœpto, redarguunt † multi 4
grauissimi ICti, nimirum Ang. Imola. Roman. Castrens. Alexand. Barbat. Firmian. Ioan. Milis, Benedict. Cagnol. Boer. Marant. Vasq. Soarez, Ias. & addit. ad Decium, necnon Viuius: qui omnes ordine in hanc sententiam citantur & approbantur a Ioan. Petr. Surd. *consil. 222. num. 16.* Et iterum idem Surd. Mant. *decisione 110. num. 2.* scribit, principale fundamentum, huius contrariæ affirmatiuæ opinionis esse, quod reus, licet

5 licet efficiatur † clericus incoato iudicio coram iudice seculari, adhuc teneatur, coram eodem iudice in lite manere, auctoritate Baldi. *in l. si quis, posteaquam, ff. de iudic.* Et huic fundamento neminem adhuc aperte respondisse Et hanc affirmatiuam sententiam a morsibus aduersantium neruose & grauiter ven-
6 dicat, & magis veram † communioremque ostendit, per tot. & secundum eandem in Consilio Mantuano IVDICATVM testatur; sicuti & Dn. Gaillius *numero 9.* in Summo Imper. Tribunali RECEPTAM esse scribit.

Declaratur hæc posterior affirmatiua, magis vera & receptior sententia,
7 tum demum procedere, quando lis † iam cum defuncto esset contestata. Et in illis terminis versatur Surdus vtroque in loco. Et hac declaratione supposita affirmatiuam etiam admittit ęquioremque dicit Mynsing. *obseru. 45. cent. 3.* & sic etiam ipse Gaill. *sub num. 10.* visus est intellexisse.

Et quod supra, vers. *Et admissa hac sententia*, notauimus ex Carotio, magis communem perhiberi, etiam vbi lis esset contestata, clericum heredem non ligari instantia cum defuncto incoata, huic etiam in specie contradixit Surdus. *dict. consil. 222. sub numero decimosexto, vers. nec refragatur.* vbi adstruit, contrarium eius esse verius & receptius.

Non igitur mirum, Ant. Peregrinum. *de fideicomm. art. 53. sub num. 20.* super hac consideratione quodammodo titubantem videri.

Cum autem videatur esse de mente Peregrini dicto loco, cum clerico herede nouam esse incoandam instantiam, & supra antequam conclusionem firmauerim, dixisse me, acta coram iudice laico ratione clerici confecta, vt nulla concidere, recorder, animaduertat studiosus, & ecclesiasticus simul & laicus iudex, animi conscientiam curans, quid facto plurimum conducat iis in casibus, quando ob incompeten-
8 tiam † vel clericus est ad ecclesiasticum remittendus, vel etiam laicus ad suum ordinarium, processu iam coram incōpetenti habito. Et ne mihi aliorum industriam vendicasse videar, refero elegantem praxim in hoc ab Aluaro Valasco *consult. rer. iud. 65. ad finem.* Memoro (inquit) in proposita materia, (differit ibi in terminis nostris) quod sunt aliqui iudices supremi, adeo amatores abbreuiandarum litium, & cupientes partium expensas & eorum molestias & labores vitare, vt processus propter iudicum incompetentiam, remissos, nos pronuntiant nullos, sed per interlocutoriam iniungant partibus, vt dicant omnia, quæ voluerint, contra illos processus in alio iudicio agitatos, præter nullitatem incompetentiæ, de qua iam actum est: & si non proferant aliquid, per quod videatur deberi nouum processum incoari, iudicant ex illismet actis: & ita longas lites, & proteruiam reorum fugientium proscindunt. Et est optima praxis, & digna, quæ a viris integerrimis ac supremis iudicibus, semper seruetur.

ARGVMENTVM.

Clerici, episcopi &c. regalia ab Imperatore recognoscentes, horum caussa fori priuilegio destituuntur?

CONSIDERATIO XI.

NOTABILITER etiam limitatur nostra conclusio, vt non intelligatur de clericis, & Episcopis regalia ab Imperatore & Imperio habentibus, quandoquidem possidentes temporalia, eorum intuitu sint † subditi Impe- 9
ratori, vel Regibus, vel Principibus. *Oct. Cacheran. Pedemon. decisione 30. numero quinto, & ipse sup. concl. 30. pluribus prosequutus sum.*

ARGVMENTVM.

Decimarum caussę quatenus coram iudice laico tractentur.

SVMMARIA.

1 *Decimalis caussa altero de tribus modis in iudicium deducitur, iuxta nonnullos.*

2 *Decimalis caussa proprietatem respiciens & petitorium, ab Ecclesiastico cognoscitur.*

3 *Quamuis etiam mixtam proprietatis haberet rationem.*

4 *Nec non licet curia esset mixta ex clericis & laicis.*

5 *Decimalis caussa, seu ius percipiendi decimas, quum spectat ad laicos, laici iudicis requiritur cognitio, non vtique admittitur Ecclesiastici.*

6 *Decimalis caussa, cum de possessorio vel retinendæ, vel recuperandæ agitur, coram laico iudice tractatur.*

7 *Et quid si inter duos clericos, super possessorio sit contentio?*

8 *Ecclesiasticum etiam super possessoriis esse iudicem autumant nonnulli.*

9 *Declaratur, modo laicus iudex esset in administranda iustitia negligens.*

10 *Decimalis caussa coram laico tractatur, quando esset contentio de qualitate eligẽdorum decimalium fructuum.*

11 *Decimalis caussa. Quando laicus detractaret integram decimarum solutionem facere, clericus laicum adit iudicem.*

12 *Quemadmodum, si & laicus de conducta decima, solutionem differret.*

CONCLVS. XXXVIII.

A Præcedentis conclusionis resolutione haud quicquã præsens conclusio dissidet, dum quæstio mouetur, an caussæ vel decimalis, vel iuris patronat⁹ cognitio ad iudicem laicum spectet? Sed quo splendidior præsens tractatio elucescat, bimembrem constituo conclusionem. Prius conclusionis membrum erit de decimalis caussæ: Posterius de iuris patronatus iudice. Et quamuis sciam Alexand. Monetam noue *in tract. de decimis. cap. 8. numero 1. inde ad num. 27.* de hoc membro non insulse tractasse; non tamen & ipse studioso, quid apud alios etiam grauissimos Ictos obseruauerim, retinebo, in praxi forte non aspernanda.

Volunt nonnulli grauissimi Icti, caussas decimales altero de tribus modis † in iudicium deduci. Rebuff. & qui Rebuffum refert: licet eosdem casus aliter in ipsissimis terminis conclusionis nostræ, vti ex sequentibus patebit, declaret, *Menoch. cons. 268. per tot.* 1

Primus modus est, quando quæritur de iure ipso decimandi: vt quando actor petit decimam sibi solui, atque præstari; & reus conuentus negat se ad decimarum solutionem teneri; vt, quia priuilegiatus est; vel quia tenetur eam soluere alteri, quam ipsi actori petenti; vel quia prætendit se ita conuenisse cum superiore, ne soluat; vel quia decima petitur de talibus rebus, de quibus decimas deberi reus negat. Cum hoc sub modo quæstio sit de iure, respiciens scilicet iudicium † proprietatis seu petitorium, Iudex nõ laicus, sed ecclesiasticus cognoscit. *post Federicum de Senis, Fulgosium & alios Menoch. dict. consil. 268. sub numero 3. vers. Est sane.* Et huic consentit Alexand. Monet. *d. tract. de decim. cap. 8. num. 1.* vbi cum aliis multis, & Dn. Gaillium in hoc citat. 2

Ampliatur, vt & caussa decimalis possessoria saltem mixtam habens † proprietatis rationem coram ecclesiastico sit agitanda. *sic voluit idem Monet. d. cap. 8. num. 7.* 3

Ampliatur secundo, ex sententia eiusdem Monetæ, vt quamuis Curia esset † mixta ex clericis & laicis, adhuc non coram laicis caussa decimalis proprietatem concernens agenda sit. Vbi declarat tamen, nisi laici (sic enim ipsum voluisse intelligo) a summo Põtifice sint consiliarij dati. 4

Declarãtur prædicta procedere, quãdo ius percipiendi decimas ad ipsos clericos † pertinere diceretur, secus quando ad laicos. Nam quando ad laicos spectaret, vel ex priuilegio, concessione, &c. iudicis secularis esset cognitio. Ita in terminis Menoch. *cons. 757. n. 16.* & eandẽ declarationem visus est admittere Alex. Mon. 5

Mon. *d. c 8. num. 15. Ant. Quett. consil 99. num. 6.*

Secundus est modus, inducendi caussam decimalem in iudicio, cum de possessorio agitur; Eiusmodi possessorium, aut est adipiscendæ; aut retinendæ; aut recuperādæ possessionis. Vbi proponitur, vel possessorium retinendæ, vel recupe-
6 rādæ, caussæ huius decimalis † cognitionem iudicem etiam secularem habere; respōdit in specie idem Menoch. *d. cons. 268. nu. 8.* vbi auctoritate Crauettæ, Ferretti, Aufre. & Cacherani, de iudicio retinendæ decimalis possessionis, *& nu. 9.* vbi post Gui. Pap. & alios a semet *in trac. recup poss. ff rem. 15. n. 211.* relatos, de recuperandæ iudicio tradit. Et caussam decimalem possessoriam tractari etiam corā iudice laico, admittit Io. Pet. Surd. *consil. 328. nu. 26* Sub hunc modum videntur etiam esse referendi Dd. volentes, caussam decimalem, vbi facti est, coram seculari etiam posse discuti.

Sed an laicus sit in caussis his possessoriis iudex indifferenter, etiam quando inter duos clericos disceptatio esset, non
7 † conueniunt Doctores. Videatur Menoch. *d rem. 15. sub num. 234. & præced. conclus.* Menochio, in eo, quod iudiciū possessoriū corā seculari, haud posset tractari, qn̄ clericus ageret, vt manuteneretur in possessione percipiendi decimas, cōsentit Alex. Mon. *d. c. 8. n. 14 & disertim n. 18.*

Autumāt nonnulli (vt hoc obiter re-
8 feram) etiam † ecclesiasticum iudicē in hisce possessoriis caussæ decimalis esse cōpetentem: & videtur de mente Alex. Mon. *d c. 8 n. 7.* Horum opinionem tum demum existimat procedere wesenb. *consf. 56. nu. 12.* (licet nihil alleget) quando
9 iudex secularis † esset negligens.

Tertius modus, quo decimalis caussa in iudicium deducitur, est, quando contētio esset de eligendis fructibus, atq; ita de qualitate fructuum decimalium eligendorum. Huius modi cognitionem et-
10 iam † laicus iudex habet. Et ita omnes Doctores sentire scribit idem Menoch. *d. consf. 268 nu. 11.*

Vltra hos tres modos, sunt & alii casus, quorum nōnullos in studiosorū gratiam referre nō grauabor. I. Quando decimarū solutio integra differreretur ab laico, qui decimas soluere tenetur: nam tunc actor clericus reum laicum † corā 11
seculari iudice conueniet. Ita in ipsis terminis respondit wesenb. *consil. 56. per tot.* Et huc etiam referendi sunt Dd. qui cōmuniter tradunt, quæstionem decimalē facti ad laicum iudicem spectare.

Est & casus, qn̄ laicus, a clerico conduxisset decimas, & detrectaret † solu- 12
tionem: nam & hic coram seculari conueniendus est. Sic Moneta *d. c. 8. n. 16.* (vbi quod Anastas. Germon. voluerit hoc casu etiam ecclesiastici iudicis esse cognitionem, refert.) Et hic casus quæstionis est facti.

Vsus quin ēt, iudicem laicum competentē iudicandis decimarū cōtrouersiis cognoscere in casib. alias corā ecclesiastico disceptandis, & ab eod ē decidēdis, in aperto apud Germanos passim conspicitur: quemadmodū & super iure patronatus ditio Austriaca (ceu infra sub consid. retulimus) laicū habet iudicem.

Compromittere an possit clericus in laicū super caussa decimali, resoluitur ex not. sup. præced. *concl sub 2. consider.*

ARGVMENTVM.

Iuris patronatus controuersiā coram quo iudice agitanda sit.

SVMMARIA.

1 *Patronatus iuris controuersia iudicis ecclesiastici cognitionem requirit.*

2 *Modo beneficiarius ad excludendum patronum pro liberatione ecclesiæ non ageret.*

CONSIDERATIO I.

Controuersiam iuris patronatus suborietem iudicis ecclesiastici cogni-
tione † determinandam esse, post Dn. 1
Gaill. Dec. Barth. Socin. & Henr. Canis. nuperrime ex professo scripsit Andreas Dalner. *tract. iur. patron. nu. 147.*

Declaratur, vt tamen laicus super iuris patronatus caussa cognoscat, quando
beneficiarius † contra patronum eccle- 2
siæ liberatione agit, ad excludendum assertum patronum a iure patronatus, ex Felyno statuit idem Daln. *d loc. num. 148.*

subdens, ex inferioris Austriæ moribus etiam coram seculari iudice de patronatus iure disceptari.

ARGVMENTVM.

Iniuriam iudici factam, an ipsemet puniat.

SVMMARIA.

1 *Magistratui etiam iniuste affligenti, non inferenda iniuria.*
2 *Iudicem intuitu officii iniuriis lacessere, graue delictum.*
3 *Iudex esse in propria caussa nemo potest.*
4 *Iudex de iniuria sibi illata non habet cognitionem.*
5 *In dubio præsumimus iniuriam iudici, non vt iudici, sed vt priuatæ personæ illatā.*
6 *Quo tamen casu iudex, adiuncto sibi dato recte cognoscit.*
7 *Commissarius super iniuria sibi illata non habet cognitionē, nisi sit iniuria leuis. n. 8.*
9 *Iudex ipse cognoscere & punire potest, vbi probabiliter constat, sibi intuitu officii iniuriam illatam, & quatenus hoc procedat. num. 17.*
10 *Iudex ab iniuriante hoc casu pecuniam recipiens ne eum puniat, ad restitutionem in foro conscientiæ tenetur.*
11 *Dominus feudi super iniuria sibi, vt iudici feudali, illata, cognoscere, eamq; vindicare potest.*
12 *Iudex de iniuria sibi illata tum demum cognoscit, si iniurians pœna certa & ordinaria puniendus veniat.*
13 *Secus si arbitraria, etiam in delicto notorio, num. 14.*
15 *Iudex iniuriam sibi illatam notoriam, etiam absq; processu ordinario punit.*
Modo iniuriatus non esset forensis eod.
16 *Si pœna certa & ordinaria iudici esset applicanda, ipse haud poterit cognoscere.*
18 *Iudex omni casu promte, iniuriæ sibi illatæ cognitionem, committere debet.*
19 *Iudex iniuriatus non recognoscens superiorem, ipse iniuriæ sibi illatæ cognitionem, coercitionemq; habet.*
20 *Eo maxime Imper. Maiestas.*
21 *Iniuriator iudicis ab ipsomet iudice ratione huius iniuriæ, quamuis notorie non punitur, vbi forensis esset.*

CONCLVSIO XXXIX.

MAGISTRATVI nihil iniuriarum † contemtim esse inferendum, ipse IEHOVA Deus exercituum grauiter seuereque interminatus est, *Exod. 22. versic. 28.* adeoque quidem, vt quamuis magistratus iniuste nos affligeret, adhuc tamen conuitiandum ei haud sit, ceu docemur *Act. 23. vers. 2. 3. 4. 5* nisi Euangelicæ veritatis assertio postularet. *Act. 7 vers. 51 & seqq.* De iure communi, iudicem iniuriis intuitu officii † lacessens, atrocem committere iniuriā, tradidit in specie Francisc. Marc. *Delphin. decis. 34. num. 1. part. 2. Menoch. de arbitr. iud. cas. 263. num. 5.* Cuius iniuriæ cognitionem coercitionemque, an & quando ipsemet habeat, nec ne, est quod dispiciamus. 1 2

Regula sane existit generalis (inquit Ioan. Petr. Surd. *cons. 50. nu. 9.*) neminem † in propria caussa iudicare, *l. Iulianus. il 2. ff. de iud. l. qui iurisdictioni ff de iurisd. om. iud. l. vn. C. ne quis in sua caus. iud. cum aliis multis a se ibidem extensiue relatis. & post concensus Francisc. Vin. Neapol. decis. 223. num. 2. 3. concordantes plures hic non adscribo.* Sed an eiusmodi regula etiam intelligatur procedere in iudice iniuriato, vt & hic iniuriam sibi illatam vindicare possit, egregia & practicabilis est quæstio. Quā vt resoluamus accuratius; primum nostro ex instituto firmabimus conclusionem, subiectis deinde notabiliorib. ampliationibus simul & limitationibus. 3

Conclusio itaque erit relatæ regulæ magis correspondens, iudicem ipsum scilicet, de illata sibi iniuria, cognitionem † non habere, nec iniuriantem punire posse. *ad notat. Ant. Capic. Neap. decis. 124. num. 2. Francisc. Vin. Neapol. decis. 278. nu. 3.* sed & nuncupatim Matth. Wesenbec. *consil. 33 nu 39.* respondit, iniuriatum de iniuria sibi illata, cognitionem non habere, pluribus ibidem comprobans auctoritatibus. Sed aut coram superiore, si quem recognoscit agere, aut si nullum haberet superiorem, aliis minus suspectis iniuriarum eiusmodi caussam committere seu delegare debeat: per eiusdē Wesenb. *cons. 42. nu. 100. notata.* 4

Amplia-

Ampliatur primo, vt quamuis ex cõiecturis in dubio elici possit, an iniuria iudici sit illata vt iudici, seu contemplatione iurisdictionis, *post Parid. de Put. & Capic. Baiard. in addit. Clar q. crim. 35. n. 34.* Adhuc tamen, vbi de cõiecturis probabiliter non constaret, præsumendum es-
5 se, † non vt iudici, sed vt priuatę personæ iniuriam esse factam, *post Roland quem citat, Prosp. Farin quæst. crim. 17. nu 43.* atque proinde a iudice ipso non coercendam.

Ceterũ huic videtur aduersari scripta per Viu. *Neap. decis. 278. nu. 4.* vbi quod in dubio ad iudicem iniuriatũ remitti debeat. Quæ contrarietas vt subleuetur, sequentem subieci declarationem.

Declaratur igitur, quod dixi, eo casu, quãdo dubium est, iniuria iudici facta, an sibi vt iudici, an vero priuatæ personæ, illata sit, vt iniuriatus quidẽ per se, dignitatis seu officii intuitu, an vero personæ respectu iniuria facta sit, cognitionẽ non
6 habeat, sed ex suis † consiliariis vnus, a superiore deputatur, cui & ipsemet superior alium ex suis adiungat, quibus vsque ad expeditionem, vt procedant exclusiue, mandatur. Ita DECRETVM exstitisse in Neapolita. consil. diserte prodidit Ant. Capic. *decis. 124. ad finem. Fuit* (inquit) *decretum, quod Prorex ponat vnum iudicem, & Comes (iniuriatus intellige) alium, qui procedant in caussa vsque ad expeditionem exclusiue, suspensis processibus factis per Comitem: & tunc sacrum consilium viso processu fabricando videbit, si caussæ spectabunt ad Comitem, vel ad regiam curiam: & hoc fuit ideo factum, vt videri possint caussæ, super quibus est procedendum, an in eis sit offensa dignitas.* Totidẽ verb. Capic. Concordat subscribendo huic declarationi Francisc. Viu. *Neap. decis. 278 num. 4.* adde quæ dixi infra vers. sublimitatur secundo.

7 Ampliatur secundo, vt delegatus † seu commissarius facultatem cognoscendi super sibi illata iniuria non habeat, nec eam punire possit. *Tib. Dec. tract. crim. lib. 4. c. 25. num. 6.*

Declarare ampliationem hanc visus est Rutg. Rul. *de commis. lib. 3. c. 15. num. 12. part. 1.* dum autumat, commissarium ab
8 Imp. Camera datum leuis † sibi illatæ iniuriæ cognitionem coercitionemq; habere.

Limitatur seu declaratur iam conclusio, vt quidem procedat, quando non constaret, iniuriam factam esse iudici intuitu officii: vel etiam quando, ceu diximus, dubium esset, nec coniecturis euinci posset, an officii contemplatione, an vero iudicis priuatæ personæ intuitu illata censeretur: secus quando † constaret, vt iudici illatam esse; nam tunc iudex 9
iniuriatus cognoscit, pœnamq; irrogat. *Tib. Dec. tract. crim. lib. 4. c. 42 num. 1. auctoritate Oldrad. & idem Decia. eodem tract. lib. 7. c 38. nu. 15.* vbi etiam solius Oldradi nititur auctoritate, remittit tamen se interim ad dicta Iasonis, *in l. qui iurisdictioni. ff. de iurisd. omn. iud.* Et ita post Carrerium, quem citat, sentit Francis. Viu. *Neapol. decis. 278. nu. 2.* subiungens iuxta eandem in regia Aud. Apuliæ se exsistente auditore IVDICATVM fuisse. Eandemque limitationem concedit post Oldr. Paris. Menoch. Alber. Alexan. Carter. Kirch. Bonacurs. & Rolandum, Prosp. Fariniac. *quæst. crim. 17. num. 46.* communem laudans. Nec ab hac recedere visus est Alexan. Raudens. *respons. 50. nu. 81. vol. 1.* vbi, quod iudex possit punire iniuriam notoriam suæ dignitati illatã, citans in hoc Marium, Roman. Paridemq; de Put. Limitationem etiã nuper auctoritate Oldradi, Parid. de Put. Paris. Capicii, Menoch. & Gaillii firmauit Lud. Schrad. *de feud. par. 10. sect. 1. nu. 110.*

Ampliatur primo limitatio, in tãtum, quod si iudex hic iniuriatus, ab iniuriante, † ne ipsum puniat, aliquid acceperit, 10
vt ad huius restitutionem in foro conscientiæ teneatur: ex Oldrad. Baiard. *d. quæst. 35. nu. 32.*

Ampliatur secundo proxima limitatio, vt etiam dominus feudi de iniuria sibi, munere iudicandi fungenti, † illata 11
cognoscere, eamque vindicare possit, *ita nuncupatim tradidit Lud. Schrad. tract. feud. par. 10. sect. 1. nu. 110.*

Sublimitatur iam primo limitatio hæc, vt obtineat, quando pœna, quo coercendus esset iudici iniurians, esset † ordinaria, secus vbi arbitraria. *post Menoc.* 12

Clar. Roland. & alios multos, Prosp. Farinac. quæst. crim. 17. num. 44. Hippolytus de Bonacurs. in prax. tit. 9. §. tertio principaliter. fallit in magistratu. vers. istam conclusionem restringe. primo vbi pœna esset a iure pro illa offensa limitata.

Ampliatur hæc sublimitatio, vt & vires retineat, etiamsi de iniuria notoria,
13 † iudici illata, constaret: vtrobiq; quippe eadem militat ratio. *diserte Marant. consil. 75. num. 9.* Ita etiam post alios voluit Prosper Farinac. *d. quæst. 17. sub num. 45. ad finem. ibi. quos tamen sic de communi testantes* (nimirum, iudicem de notoria sibi illata iniuria cognitionem habere) *intelligas loqui, quando pœna est certa & determinata a lege, vel a statuto; secus si esset arbitraria.* Et refert se etiã ad dicta *in quæst. sua 21. num.* 130. vbi diserte tradit, quod licet alias in delicto notorio puniendo non possit iudex, ceu suspectus recusari, posse tamen, quando pœna delicti notorii non esset determinata, † sed
14 arbitraria, cum in arbitrando possit grauare partem.

Ex huiusmodi ampliatione datur cõsideratio ad dicta Dn. Gaillii, *numero 3. & 4.* dum communem illam opinionem, de qua paulo ante monuimus, nempe in notoria iudici illata iniuria vindicanda eundem esse competentem, adduxit (quam etiam recepisse visus est ex modernioribus Martin. Mont. *Regn. Arag. decis. 14. sub num. 32. versic. sicuti alias potest etiam iniuriam notoriam sibi illatam vlcisci, & in caussa propria iudex esse*) vt illa traditio claudicet, vbi pro iniuria iudici facta, pœna arbitraria veniret imponenda.

Notandum tamen interim erit, eo casu, quando iniuria iudici officii intuitu illata, ab ipsomet iudice veniret punienda, vti quæ notoria fuerit, neutiquam
15 † processum requiri aduersus iniuriantẽ ordinarium: Ita diserte ex Castrens. Octauiano, Vestr. Angel. & Imola statuit Ludolphus Schraderus, *tracta. feud. part. 10. sectio. 1. sub numer. 110. versic. & eo casu.*

Declarari videtur hoc postremum, quod diximus, ordinarium processum non requiri aduersus iniuriatorem iudicis officii intuitu, vt non procedat, quãdo hic iniuriator alterius esset foro subiectus: iuxta limitationem principalem infra relatam. Si enim forensem coram suo iudice de hisce illatis iniuriis conuenire obstringitur iudex conuitiatus, ordinarie experiatur necessum foret.

Declaratur iã dicta limitationis sublimitatio, dum voluit, iudicem iniuriatũ ratione officii, vbi pœna ordinaria seu certa esset præstituta, posse coercere iniuriatorem, vt procedat, quando non ipsi iudici pœna illa certa esset † appli- 16
canda, ratione proprii interesse. Nam si illi ratione proprii interesse applicanda veniret, secus esset. Ita auctoritate Socini, Baiard. *in addit. Clar. quæst. 35. num. 31.* Et huc facere videtur, quod scribit Ioan. Petr. Surd. *consil. 256. num. 14.* vbi, quod iudex, quamuis alias cognitionem, sua sit iurisdictio, an minus, haberet, non tamen de ea cognoscat, quãdo simul præter iurisdictionis exercitium particulare aliquod commodum sibi ex ea caussa applicaretur.

Sublimitatur secundo, dicta limitatio, concedens iudici, cui vt iudici iniuria illata esset, cognitionem coercitionemque iniuriæ, vt intelligatur obtinere, modo huic iudici adiunctus † es- 17
set super hac iniuriarum caussa datus. Ita ex Cyno, *in l. vn. C. ne quis in sua causs. iud* inducit Io. Petr. Surd. *consil. 50. nu. 17.*

Hisce pro coronide addendum, superiorem † omni casu promtum esse de- 18
bere, maxime flagitante id parte, iniuriæ illatæ cognitionem alteri, quam ipsi iniuriato iudici cognoscendam committere, vel saltem adiunctum dare, ex *Carrerio refert Prosper. Farinac. d. quæst. crimin. 21. num. 47.* Et hoc admisso, omnis amaritudinis suspicio euacuaretur, sicuti & supra *conclus. 33.* de iudice suspecto notauimus.

Quum iudex iniuriatus superiorem,
† non recognosceret, ipse cognitionem 19
coercitionemque illatæ iniuriæ habebit, *ad notat. Petr. Placent. tracta. de potesta. Princip. cap. 6. numero 118. & 119. & iterum cap. 10. numero 31. Tiberius Decianus tract.*

crim.

crim lib. 7. cap. 38. num. fin. satius tamen esset alteri cognitionem demandare, per ea quæ diximus in domino feudi, conclusio. 29. de quibus etiam monui supra in princip. & ad terminos nouissime adduxit Reusn. decis. 11. num. 12. lib. 2.

20 Ceterum Sacra Cæsarea † Maiestas, quin S. Maiest. nomini detrahentem ipsamet puniat, extra omnem controuersiam positum est. ad notat. Contar. in l. diffamari cap. 1. num. 29. Hippolyt. de Bonacurs. in prax. ti. 9. § ista conclusionem quod qui non possit dicere ius in caussa propria, qui titulus praxi Ciuili Gothofred. lib. 1. tit. 21. sine numeris insertus est: cum aliis assonantibus. Quod vltimum, siquidem a scopo præsentis conclusionis remotissimum sit, pluribus non prosequor.

Limitantur iam principaliter omnia prædicta, vt quidem, ceteris, de quibus monuimus, paribus, iudex se iniuriis ratione officii lacessentem punire valeat, modo iniuriator suę iurisdictioni sit subiectus, non vero alterius fori. Hoc quippe

21 † posteriori casu coercitionem huius iniuriæ quantumuis notoriæ non habebit: In ipsis facti terminis respondet Robert. Maratt. consi. 75. nu. 10 11. Hanc cōercitionem (inquiens) non facit, nisi contra suum subditum, vt quando clericus iniuriaretur suo episcopo, Abbas in c. cum sit generale, &c. Sed in casu nostro dictus Aurelius nō erat subditus episcopo, cum esset laicus: Ergo non potuit episcopus contra eum propriam iniuriam vindicare: quia duo specialia conuenissent circa idem, vnum scilicet, quod esset iudex in caussa propria; & aliud, quod contra nō subditum iurisdictionem exerceret, cōtra l. 1. C. de dot. promiss.

Non vsquequaque tamen hæcce limitatio videtur tuta, nec iniuriatori certum perfugium.

ARGVMENTVM.

Iniuriæ officialibus famulisq; illatæ, an & quando dominus iudex cognitionem coercitionemque habeat.

SVMMARIA.

1 *Delegatus potest coercere offendentem delegati ipsiusmet ministros commissionis intuitu sibi inseruientes.*

2 *Modo offensio sit leuis, nec ipsam commissionem principaliter concerneret.*

CONSIDERATIO I.

Affinis conclusioni illa est disquisitio, *vtrum commissario, & quatenus iure concessum sit cognoscere, & punire offendentem suos officiales, seu ministros commissionis expeditionem sibi inseruientes?*

Posse quidem delegatum † offendentem hunc punire ex Ioan. Andr. diserte statuit Tib. Decia. *tract. crim. lib. 4. cap. 25. sub num. 6. versic. sed tamen bene poterit.* 1

Declarat ex modernissimis Rutg. Rul. *tracta. de commiſſar. lib. 3. sub num. 13. part. 1.* vt, quoad commissarium in Sac. Imp. Cam. datum, huic † permissum sit 2 de leui famulis illata iniuria cognoscere, & leuem (vt ipsius verbis vtar) infligere pœnam, modo iniuria ipsam commissionem principaliter non tangat, quo casu ad Cameram cognitionem remitti conueniat.

ARGVMENTVM.

Subditus, an & quando prorogandi alienam iurisdictionem ius habeat, ordinario dissentiente.

SVMMARIA.

1 *Subditus in præiudicium superioris, ipso inuito alienam iurisdictionem prorogare nequit.*

2 *Priuilegio equidem fori superioris fauorem, & interesse concernēti, renuntiare subditus haud poterit.*

3 *Hinc etiam Rector Academiæ, non obstante prorogatione, caussam studiosi adsese uocat.*

4 *Regulariter permissum esse, iurisdictionem ordinarii absque consensu prorogare, affirmat Schraderus.*

5 *Nec contractu superioris iurisdictioni præiudicare prorogando possumus.*

6 *Etiamsi iuramentum interpositum fuerit.*

7 *Distinctione tamen hoc ipsum explicatur.*

8 *Nec litis contestatio subditi domino obest, quominus ipsum auocare possit.*

9 *Neque hoc in prima instantia tantum, verum idem quoque in appellatione obtinet, & quare. num. 10.*

11 *Iurisdictio Principibus, Ducibus, &c. perpetuis competens, ad heredes transitoria, per subditos prorogari haud potest.*

12 *Prorogatio domino vbi non præiudicat, auocare non poterit, & quatenus hoc procedat, & nu. 13.*

CONCLVSIO XL.

1 FIRMA pragmaticorum exsistit cõclusio, iurisdictionem a subdito in præiudiciũ † iurisdictionis sui superioris ordinarii, superiore nolente, haud posse prorogari, *Vrsil. in addit. Afflict. Neapol. decis. 155. num. 3. scite admodum in specie Cacheranus Pedem. decis. 78. num. 11. 13. & sub num. 16. vers. item potest responderi.* Conclusioni noue etiam suffragia tulit Io. Petr. Surd. *consil. 47. num. 25.* vbi multos citat, & conclusionem etiam *num. 28.* firmat, idem Surd. *consil. 56. num. 13. 14.* Dilucide etiam conclusionem stabiliuit Robert. Lancellot. *de attent. cap. 20. in præfat. nu. 9.* Nouissime ab eademmet conclusione non recessit Herman. Vulteius, *in comment. ad l. 1. num. 68. C. de iurisd. omn. iud.* vbi in hoc D. Gaillium laudat, & docet in genere statuendum esse de his, qui pri-
2 uilegium fori, non tam suo, † quam iudicis sui superioris fauore, habent, vt sine licentia eiusdem superioris, ad hoc vt præiudicent superioris iurisdictioni, renuntiare foro non possint; & hinc etiam
3 infert, studiosum Rectoris † Academici iurisdictionem prorogare haud posse, quin inhibere Rector, caussamque ad se euocare queat.

Quamuis vero huic conclusioni obuersari nonnihil videantur tradita per Ludolph. Schrad. *tract. feud part. 10 sect. 3. num. 137.* vbi dicit, multis in id relatis auctoritatibus, regulariter litigantibus † permissum esse, iurisdictionem alte- 4
rius iudicis, sine consensu ordinarii, prorogare, eadem tamen contrarietas ex seq. ampl. & limit. mollescit.

Ampliatur conclusio primo, vt nec † in contractu sui superioris iurisdictioni 5
contrahens præiudicare queat: nam adhuc volente superiore coram eodem agendum erit. Declarationes mox subieci.

Extenditur hæc ampliatio, quod nec † ratione interpositi iuraméti proroga- 6
tio subsistat. Ita visus est sentire Vrsil. *in addit. Affl. Cl. Neapol. decis. 155. sub nu 3.*

Huius ampliationis elucidandæ distinctionem admouit Anto. Sol. *in const. antiq. Sabaud. tit.* de foro compet. decret. subditos nostros, *gl. 1. sub nu. 13.* vt si actor † coram ordinario rei iudice ageret, præ- 7
ter domini consensum hoc posset, quandoquidem teneatur sequi forum rei, *l. 2. l. in criminali. C. de iurisd. om. iud. l. fin. C. vbi in rem act.* (& ipse post alios alibi monui) Aut actor alio in loco, quam suo, aut rei foro, vt vbi nihil contraxit agere intenderet, & hoc casu neutiquam ad alienũ iudicium se conferre poterit. Et si tentarit ad superioris præceptum, vtiq; abstinere cõstringeretur. Reus vero, vbi subiecisset se ex contractu omnib. indiscriminatim alienis curiis, Superior adhuc actori iniungere posset, coram se reum lite pulset, si sub sua iurisdictione seu territorio conueniendi copia haberi valeret. In loco cõtractus actor, vbi reum ratione celebrati contractus, cõuenire velit, dominum rei haud posse prohibere, quin subditus in contractus loco conueniretur.

Ampliatur secundo, vt nec litis † con- 8
testatio coram alieno iudice facta obsit, quo minus contestãtis Dominus subditum auocare, & vt coram se litigia peragantur præcipere valeat. Ita ex Iacob. & Bal. Ant. de Sola *in const. Sabaud tit. de foro compet. decret. subditos nostros. gl. 1. nu. 14.*

Ampliatur tertio, vt nõ modo in caussis primarum instãtiarum, verum etiam † appellationum, procedat: siquidem 9
nec ex partium consensu apud alium, quam proximum superiorem, gradatim

tim, ceu dicunt, appellationis caussa tractanda sit. Ita diserte in puncto appellationum post Bal. Fel. Spec. & Alexandr. Marant. *in Spec. dist. 12 num. 22. & nuperrime Lucens. decis. 55. num.* 14. *Camil. Lepid. relatore.* Nominatim etiam ampliationem corroborat Marc. Anto. de Amat. *Rot. prouinc. March. decis.* 33. *num.* 11. Et quidem hæcce ampliatio summe notanda venit.

10 Superiori † enim, vbi appellatio alibi introduceretur, maximum crearetur inde præiudicium: siquidem appellatio subiectionis denotet symbolum, *iuxta ea, quæ dixi infra conclus.* 19. *hoc lib.*

11 Declarantur prędicta, omnium † maxime obtinere in subditis Principum, Ducum, Comitum perpetuorum, iurisdictionem ad heredes transitoriam habentium, *Ant. Capic. Neapol. decis.* 9. *nu.* 2. qui per totum in enodatione huius conclusionis occupatus est.

Limitatur iam conclusio in eo, quod diximus, superiorem ordinarium caussam subditi ad suum forū reuocare posse, vt intelligatur procedere, quando eiusmodi per partem subditum facta

12 prorogatio, domini sui pręiudicaret † iurisdictioni, secus vbi soli subdito, non vero domino. *ad notat Ant. Sola citato decret. subditos nostros. gloss.* 1. *sub numero* 13. ibi. *ergo si non intersit, prout in casibus, qui subditum principaliter tangunt, & dominum nisi ob solam & simplicem cognitionem caussa tenebit submissio, & fori renuntiatio,* &c.

13 Et quamuis extra celebrati † contractus necessitatem hęcce limitatio videatur nonnihil dubii habere, nihilominus quando citra dominicam (ceu ita loquar) iurisdictionem coram alieno iudice lis peragi posset, satius forsitan esset, ne auocatio fieret: maxime, quando subditis damnosum esset auocari a domino, prout quandoque illis damno cedit, sicuti aduertit Dn. Matth. Coler. *in processu exsecut. part. 3. cap. 7. numero trigesimosexto.*

Plures declarationes ex Capic. & citatis Doctoribus confici a studioso possunt.

ARGVMENTVM.

Vasallus vtrum alterius iudicis iurisdictionem prorogare possit.

SVMMARIA.

1 *Clericus nec episcopo consentiente priuilegio fori renuntiare potest.*

2 *Vasallus absque consensu domini, iurisdictionem alterius, super re feudali, prorogare nequit.*

CONSIDERATIO I.

Clericum ne quidem consentiente † episcopo in laicalem iurisdictionem consentire posse, monuimus *supra conclus. 37. consider. 1. per tot.* quo me refero. 1 Verum, an & quando vasallus alterius, quam Domini iurisdictioni se submittere possit, alta est quæstio, & quidem longioris tractatus, quam vt hic suo cum apparatu ex scriptis feudistarum, &c. transferri debeat.

Vera tamen & magis recepta est regula, vasallum iurisdictionem † alterius 2 sine consensu Domini super re feudali prorogare non posse. Ita in specie Boer. Burdeg. *decis.* 114. *num.* 4. 5. vbi iuxta eandem sæpius in eodem consilio IVDICATVM testatur. Sic & in specie Osasc. *Pedem. decis.* 78. Senatum hāc regulam APPROBASSE adseuerat, & multis probat. Eandemque vbi de re feudali ageretur recepit Ant. de Sola *in constit. Sabaud. tit. de foro competent. decret. subditos nostros. glo.* 1. *sub num.* 13. *vers. primo, aut agitur.* Omnium vero exactius firmat, & ampliationibus ornat Lud. Schrad. *de feud. part.* 10. *sect.* 1. *num.* 136. *& seqq.*

ARGVMENTA.

Imperialem Maiestatem caussas in Sac. Camerali iudicio pendentes non auocare.

SVMMARIA.

1 *Auocare potest Imperator de iure communi quaslibet caussas.*

2 *Non tamen auocat caussas in S. Cam. iud. ventilandas.*

I 4

3 *Auocare possunt Principes Germani ab inferioribus iudicibus caussas.*
4 *Licet dubium de hoc nonnullorum sententia videatur inicere.*
5 *Resoluitur dubietas.*
6 *Dicasterium plurium Principum ab inferioribus magistratibus caussas non auocat.*
7 *Auocatio caussarũ corã magistratib. ex priuilegio, vel præscriptione iurisdictionem in ciues habentibus non contingit. Posset tamen superior ex caussa auocare a magistratibus his. nu. 9.*
8 *Auocatio odiosa est.*
10 *Auocatio quibus casibus fiat vel non fiat, vlteriores ampliationes & restrictiones remissiue indicantur.*

CONCLVSIO XLI.

1 SACRA Cæs. Maiest. quin de iure Romanorum cõmuni caussas † auocare possit, licet nihil habeat dubii. *ad text. l. iudicium soluitur. 58. ff. de iudic. c. vt nostrum. 56. de appellat.* vtrobique Doctores, qui & concordantes citant *Anton. Petr. de Pet. tract. de potest. Princip. cap. 6. num. 69.* vbi etiam extendit ad alios Principes superiorem non recognoscentes. Iure tamen Camerali. *parte 2. titu. 35. per tot.* cautum est, caussas iurisdictioni Camerali sup-
2 positas, ab Imperatoria † clementia non auocari, *notat. post Dn. Gall. Dn. Vult. in l. 1. sub num. 173. C. de iurisdict. omn. iud. Dn. Denais. in synops. iur. Cam. rub. Camera institutio & auctoritas. §. 2. & est in comment. ad d. tit. 35 per Magenb. publicato*, vbi duo præiudicia referuntur.

Quia vero auocationis tractatio etiã inferiorum a Cęsare Principum Aulas & Tribunalia (ceu videbimus) occupata quandoque habeat, necnon circa materiam reuocandorum, facta auocatione, attentatorũ scitu pernecessaria sit, vnum atq; alterũ notabile, refertasq; remissiones in studiosorũ gratiã subiicere libuit.

Positio sit, inferiores etiam a Cæsarea
3 Maiestate Principes † Germanos caussas auocare, seu a suis iudiciis euocare posse. Eiusmodi positionem nominatim ex recentioribus admittunt Ioan. wames. *in c. vt nostrum. 56 sub num. 3. Vult. in l. 1. nu. 173.* Hanc auocationem (*inquit*) faciendi quemlibet statum in suo territorio habere extra controuersiam est, *C. de iurisdict. omn. iud. Nicol. Reusn. consi. 6. nu. 29. ibi. auocatio caussarum Principi, vel ei, qui maius imperium in eadem iurisdictione habet, omnino conceditur. lib. 2.* Ant. Sola *in constit. antiq. Sabaud. decret. vt nihil in republica. gl. primæ partis. num 2.* auctoritate Bruni & Rebuffi suffultus scribit, Baroni & omni domino a iudicibus & castellanis ab eo constitutis euocandi potestatem competere.

Contrarium videtur velle Ant. Petr. de Pet. *tract. de potest. Princip. cap. 6 num 68.* vbi † diserte scribit, Duces, Comites, 4
Marchiones, qui iura Principis non habeant, minime ad se posse caussas coram iudicibus ordinariis pendentes euocare. Ceterum, quia Germaniæ Proceres in exercitio † iurisdictionis iura 5
Principis habent, nihil obesse positioni dicendum est: conducunt notat. sup. *in Proœm.*

Declaratur primo, vt existimetur fallere, hoc casu, quando plures † Principes 6
vnum haberent constitutum iudicandis subditorũ suorum caussis dicasterium, seu prouinciale consistorium, vt auocãdi coram magistratibus, seu scabinis inferiorum iudiciorum pendentes caussas facultate destituatur. Ita Dn. Vulteius adseueranter scripsit, *in l. 1. sub n. 173. vers. non puto idem iuris esse. C. de iurisd. om. iud.*

Declaratur secundo, haud obtinere in caussis coram inferiorib. magistratib. iurisdictionem † in ciues suos ordinaria 7
potestate ex priuilegio, vel præscriptione habentibus, tractandis, tanto magis iam agitari cœptis, & omnino ad cõclusionem peractis: quemadmodum enim alias iurisdictiones, nec confundi, nec turbari conuenit, ita nec horum ordinariorum magistratuum iurisdictio auocationis medio (per se etiam alias † odioso. 8
Ant. Sola in Constit Sabaud decret. vt nihil in republica. glo. part. 1 nu. 3.) diminuenda vel interturbanda erit.

Posset tamen superior, iusta ex caussa, caussam sui natura coram inferioribus ordina-

ordinariis † magistratibus ventilandam auocare. *ad notat. Robert. Lancellot. tracta. attent. part. 2. cap. 10. numero 17. iuncto numero 56.*

Extensiones limitationesque qui sci-
10 re auet † plures, Lancellot. *d. c. 10. per tot.* adeat, vbi etiam Dn. Gaillium sæpius refert, illiusque dicta declarat: qui tractatus, quum hodie in omnium manibus sit, materiamque attentatorum ex auocatione caussatorum citato *in cap. 10.* luculenter prodiderit, ipse locum indicare potius, quam transcribere volui.

De auocatione etiam videatur Magon. Florent. *decisio. 90. varior. Lucens. decis. 55.*

ARGVMENTVM.

Auocatio quid sit, & quotuplex.

SVMMARIA.

1 *Auocatio, euocatio, aduocatio, reuocatio, suo significatu in materia auocãdæ caussa, reputantur synonyma.*

2 *Auocatio quid sit, vna & altera descriptio refertur, vtraque sustentabilis, & num. 3.*

4 *Auocationem esse vel tacitam, vel expressam iuxta Gaillium, & vulgo Dd.*

5 *Propriam & Impropriam maluit Dom. Vult.*

CONSIDERATIO I.

Auocatio, euocatio, aduocatio, reuocatio, quoad præsentes termi-
1 nos † synonyma sunt. *Ioan. wames. in cap. vt nostrum. 56. sub numero primo. de appellat.*

Describitur autem auocatio, vt sit li-
2 tis † coram inferiore pendentis ad superiorem, absque appellatione facta translatio (inquit Lancellott.) *ad notat. in l. iudicium soluitur. ff. de iudiciis. & cap vt nostrum. de appellat.* declarante Rebuffo, & eundem nominatim sequente Didaco, & his non relatis eandem ponit ex recentioribus Andreas Gaill. *practic. obseruat. 1. obseruatio. 41. numero secundo.* in hæc prorupit verba Rober. Lancellot. *tracta. attent. cap. 10. numero 1. part. 2.* Auocatio (scribit idem wames. *in d cap. vt nostrum. sub num. 1.*) nihil aliud est, quam caussæ coram inferiore iudice rite introductæ, nec dum sententia terminatæ, ad superiorem translatio. Aliter
† Dn. Vulteius, *in l. 1. num. 169. C. de iurisdict. omn. iud.* Auocatio caussarum (ait) 3
est litis pendentis coram vno, ad alium iudicem, citra (non circa ex vitio typographico) appellationem facta translatio. Omnes hæ descriptiones in praxi facile saluari possunt. Licet postrema vsibus Germaniæ, quoad Rotvvilense iudicium potius accedat. *ad not. Dn. Vult. d. loc. sub num. 174.*

Auocationem esse duplicem, Expressam, nimirum, & Tacitam, docet
Dominus † Gaill. *numero vndecimo.* Et in 4
quantum coniicere mihi contigit, pragmatici in hoc communiter concurrunt: videantur a me supra relati Doctores. Propriam, & Impropriam ma-
luit † esse Vulteius *citato loco, numero* 5
170. inde. & numero 174. vbi videbit studiosus.

ARGVMENTA.

I. Sententia ab inferiore iudice dicta ex defectu processus nulla, adhuc in S. Camera Imperiali, aliisque supremis Tribunalibus confirmari, reformarique ex parte vel in totum potest.

II. In augustissima Imp. Camera, aliisq; summis Consistoriis processuum solemnitates, quod non obseruentur, iure probari.

SVMMARIA.

1 *Nullitates processus a iudice appellationis, cui de meritis caussa constat, non attendenda. nu. 2. & 4.*

3 *Nullitas processus ratione sententia, non inficit totum processum.*

5 *Camera Imperialis iuris positiui nullitates non attendit.*

6 *Idem in aliis summis Tribunalibus obseruatur.*
7 *Reuisionis iudices, processus Camerales nullitatis non arguunt, & quare.*
8 *Nullitatem processus non attendendam esse, tripliciter limitat Mynsing.*
9 *Verum reprobatur.*
10 *Nullitas processus ex consensu aduersarii sustinetur.*

CONCLVSIO XLII.



1 IVDICEM appellationis, debere absoluere † absoluendum, & condemnare condemnandum, non attenta nullitate processus, post Prac. Pap. Lauden. Grauat. ad Vestr. Anto. de Fano, Fel. Vant. Cagn. Plot. Mynsi. Gig. & Mazzoliũ, quos omnes citat, scribit Borg. Caualc. *Fiuiz. decis. 25. sub nu. 16. p. 1.* Et hanc opin. sanctam, æquam & valde honestã, vt quæ parcat sumtibus, abbreuiet lites, & vnicuiq; ius suũ tribuat, idem *sub nu 48. vers. & certe*, ex Laudens. & Pap. laudat, dicitque ita se IVDICASSE. *decis. 19. nu. 32. ead part.* & iustissimam esse regulam prodidit Myns. *obs. 93. in prin. cen. 5.* Egregie Francisc. Viu. *Neapolit. decis. 31.*
2 *Sententia* (inquit) *nulla quoad merita † caussa, si reperietur iusta a iudice nullitatis, posset illa tunc indiscriminatim quidem confirmari, vt per Alex. cons. 67. vol* 6. Addit ibidem insuper in auctoritatem Rimin. Crescent. Vant. Baptist. Ferretum, qui dixerit ita Rot. Rom. in facti contingentia IVDICASSE. Et ita etiam Regiam Aud. Apuliæ IVDICASSE compluribus vicibus idem Viu. *d. loc.* testatur: subiicitque easdem sententias postea in magna Curia Vicariæ, & partim in cons. Neapolit. confirmatas exstitisse, necnon in Rot. Roma. An. 1563. (ex Sarmienta) IVDICATVM fuisse idem Viu. *d loc.* scripsit. Adstipulatur his, post hæc scripta visus, Francisc. Monal. *cons 14 1. n 25 16.* Compluresh hãc theoricam in specie firmantes citaui, *infra concl. 109. limit. 4.* Et huc confert, quod nullitas sententiæ processus ratione non
3 inficiat † totum processum, sed solum latam sentẽtiam, quæ cum reformari possit, per reformationem & tollitur dicta nullitas. *ita post Alexand. tradit Barnab. Cornazz. Luc. decis. 14 nu 3.*

Ampliantur prædicta, vt non modo † simpliciter reformare hoc casu valeat 4
appellationis iudex sententiam ex defectu processus nullam, verum etiam in parte, vel in toto quoad merita, & negotium principale confirmare, vel etiam reformare possit. Ita loquitur Vant. *tract. nullit. tit. quibus modis sent. nulla defend. poss. nu 129.* Ampliationem aliam in considerationem conieci.

Quibus cernitur optima ratione processuum ordinandorum subtilitates, adeoq; processus nullitates, vbi de meritis constat, in Camera † Imp. in caussis ap- 5
pellationum non attendi: de quo est tex. Ordinat. Cam. *tit 34.* Wie in Appellation vnd nichtigkeit Sachen. §. 1. *part. 3.* & ex eodem text. docent Gail. *nu. 1. Mynsing. obs. 27. cent. 1. obs. 62. cent. 4. & idem Mynsinger. resp. 2. num. 18.* & plures alii ex modernioribus, quos referre nihil conducit.

Quemadmodum, nec in aliis † sum- 6
mis Tribunalibus processuum nullitates in consideratione sint, requiritur; in specie factiq; contingentia sic respondente Menoch. *cons. 478. num 53. ibi. Et præterea.* (inquit) *iure ipso communi non est permissum, dicere de nullitate sententiæ Senatus, qui nomine sui Principis eam tulit, cum ab ipso Principe lata dicatur; si modo nullitas ipsa prouenit defectu iuris positiui* Ita Afflict. *in decis. 273. num. 7. & Gramm dicis. 19. nu. 15* qui testantur sic obseruare consilium Neapolitanum. Idẽ obseruari in curia Gratianopolitana affirmat Guido Pap. *quæstio. 50. nu. 2.* & sentit Francisc. de March. *in quæstio. 13. num. 6. part. 1.* & de aliis curiis Galliarum idem scripsit Rebuff. *in comment. ad Regias constitutiones Galliarum. tomo 1. in titu. de supplicat. artic. 9 gloss. 1. num. 2. & 3.* Sic quoq; obseruatur apud suprema Hispaniarum Tribunalia, *teste Didac. lib. pract. quæst. cap. 25. num. 1.* Idem obseruari in Camera Imperiali Spirensi, & aliis, asserit Andreas Gaillius, *lib. 1. pract. obseruat. capitulo quadragesimosecundo. numero 1.* Totidem verbis Menoch. His ad eosdem terminos addo eundem Meno-

Menochium, *consilio 416. numero decimo, & undecimo.*

Illatio hinc ad præsentes terminos datur, quod processus in ipso summo
7 Camerali iudicio facti nullitatis a † Reuisoribus non arguantur: in ipsis terminis probante Dom. Ioan. Lud. Bend. *in practicabili suo de Reuision tractatu, cap. 18. num. 56.* Quo admisso, facile est intellectu, opinionem relatam sanctiorem elucescere: quandoquidem alias processus, ob multitudinem caussarum, per multos annos, ac post varios litium anfractus in Camera ventilatus, si ad sententiam demum esset ventum, adhuc foret quodammodo redintegrandus: quod quam durum, quamque absonum fuerit, per se cuilibet emunctioris intellectus homini obuium esse, nō est quod hæsitemus.

Declarari cōclusionem scribit Mynsingerus *obseruat 95. centur. 5.* tripliciter.
8 † Primo, si adducta nullitate parti aduersæ in principali caussa irreparabile damnum inferretur. Secundo, si ex pluribus actis, velut tumultuarie conscriptis, status caussæ percipi non possit. Tertio, si ex actis tam manifesta nullitas appareat, quæ in alia, seu appellationis instantia non possit iustificari.

Ceterum ego (quantum ingenioli
9 mei dictat infirmitas) diiudicare † non possum, qui hæ relatæ fallentiæ conclusionem limitent: si enim de meritis caussæ iudici appellationis sufficienter constat, irreparabile non posset considerari damnum, nec vllus actorum defectus, neque nullitas irreparabilis, quo minus iusta proferri possit sententia.

10 Sane dubitandum † nō erit, quin processus retro nullus per eius, in cuius fauorem nullus esset, consensum validetur sustineaturque; atque ita nullitas processus abstergatur: ex respons. Socini induxit recepitque Menoch. *consil. 366. numero 32. & iterum consilio 367. numero 20.*

Etiamsi sententia ex defectu iurisdictionis nulla esset, adhuc superiorem iudicem confirmare sententiam posse. *dixi considerat. seq.*

ARGVMENTVM.

Superior iudex sententiam ex defectu iurisdictionis nullam confirmare potest.

SVMMARIA.

1 *Nullitas ex defectu iurisdictionis promanat s summe attendenda.*

2 *Adeo vt & is, qui iurasset se de nullitate non excepturum, nullitatem ex defectu iurisdictionis opponere possit.*

3 *Nullitas iurisdictionis si altiorem indaginem requirit, iudicium suscipiendum non remoratur.*

4 *Nullitatis iudex sententiam ex defectu iurisdictionis nullam, vbi de meritis caussa ex actis constat, confirmare potest & num. 5.*

6 *Iudex an duntaxat, & quando iuxta coram se allegata, & probata iudicare necesse habeat.*

CONSIDERATIO I.

NVllitates ex defectu iurisdictionis manantes summe † attendendas 1
esse, apud omnes in confesso est. *ad notat. Dn. Gail. num. 8. & seqq. Borgn. Caualc. Finiz. decis. 28. num. 46. & seqq. vol. 1. inter recentiores etiam Ioan. Bauman. de sequest. cap. 16 num. 1. 4. 5. 6. 7. inde ad num. 12 Baptist. Asin. prax. Flor. § 11. cap. 32.* adeo quippe defectu iurisdictionis nullitas legibus exosa est, vt quamuis se de nullitate non oppositurum quis iurasset, † adhuc ta- 2
men eiusmodi nullitatem ex defectu iurisdictionis opponere possit. *ex Felyno Gozad. & Rum. induxit Crauett. consil. 383. numero decimosexto. & post multos alios statuit Gabriel Roman. lib. sentent. 6 titu. de statut. conclusio 3. numero septimo.* quamuis in hoc dissentire Abbatem referat, *Crau. d. loc.* de cuius veritate alibi commodiori loco dicendi locus est.

Vbi vero illius nullitatis discussio examinatioque † altiorem requireret inda- 3
ginem, seu longiorem tractatum, iudi-

cium suscipiendum remorare haud deberet. *ad notat. A Emil. Verall. Rom. decis. 116. numero fina.* subdens ita in Rot. Roman. IVDICATVM exstitisse. Et faciunt quæ sup. *conclus. 31.* adstruximus. Est sane tractatio nullitatis ex iurisdictionis defectu satis ampla, cui eneruandę hic pluribus, nisi quoad scopum, non erat insistendum.

Quoad vero præsentis conclusionis obiectum, idem quod sub conclusionis principio firmaui, hic etiam obtinet; nimirum adhuc nullitatis iudicem † sen- 4
tentiam, quamuis ex defectu iurisdictionis nullã, vbi de bono iure ex actis caussæ constaret, confirmare posse, quemadmodum diserte tradidit ex Alexandro Vant. *tract nullitat. tit. quib. mod. sent. nulla defend. poss. sub nu. 132. vers. etiam quod ex defectu iurisdictionis nullitas prætenderetur.* Vantium non fucato studio sequitur laboriosus Viu. *Neapolit. decis. 331. nu. 2. vers. amplificatque etiam non obscure.*

Et quod sententia non habentis iurisdictionem possit confirmari per habentem in eadem † caussa iurisdictionem, 5
adeoq; proinde de nullitate amplius dici non possit: expresse post Innoc. Felyn. Ang. & alios corroborat Ant. Gabr. Roman. *lib. sent. 6. tit. de statut. conclus. 3. nu 25.* De Principe, quin possit sententiam ex defectu iurisdictionis inferioris alicuius iudicis nullam, confirmare, minus videbatur habere dubii: ex Rom. statuit Pet. Ant. de Petr. *tracta. de potest. Princip. cap. 15. num. 21.*

ARGVMENTVM.

Iudex inferior vtrumne etiã iuxta conscientiam, atque ita veritatem sibi cognitã iudicare valeat, quamuis acta & allegata quid diuersum, vel etiam de decidenda controuersia nihil dictitent.

CORONIS.

Quatenus Dn. Gail. sub *nu. 3.* meminerit, iudices inferiores Principe, non secundum cõscientias illorum, sed allegata & probata, iudicare debere, sciat studiosus esse profundę altercationis, de hoc apud Doctores † nostros quæstio- 6
nem: quare nõ grauabor dare remissiones expeditissimas maxime practicabiles: tractant ex professo inter moderniores hanc quæstionem Tiber. Dec. *tract. crim. lib. 2. cap. 14. per tot. Mascard. de probat. conclus. 949. per tot. Francis. Viu. Neapolit. decis. 178. per tot.*

DE ADVOCATIS ET PROCVRATORIBVS.

ARGVMENTVM.

Aduocationis officiũ, quam necessarium, quamque honestum sit, explicatur.

SVMMARIA.

1 *Aduocatorum munus honorabile & reip. necessarium.*
2 *Aduocatum denegans, magnam defensionis partem tollit.*
3 *Iudex si parti terminum ad quærendum deneget, licite appellatur.*
4 CHRISTVS *ipse aduocati vices sustinuit.*
5 *Daniel Propheta aduocando Susannam liberauit.*
6 *Aduocati medicis præstantiores.*
7 *Aduocati sanctius viuunt, quam fratres prædicatores, vel alii religiosi.*

CONCLVSIO XLIII.

ADVOCATIONIS officium, quam honestum, quam vtile, quamq; necessarium † humano generi sit, veli- 1
psi diui Imper. Leo & Anthemius. *sub l. 14. C. de aduocat. diuers. iudiciorum.* testatũ reliquerunt. *Aduocati, qui* (inquiunt) *dirimunt ambigua facta caussarum, suaque defensionis viribus in rebus sæpe publicis ac priuatis lapsa erigunt, fatigata reparant: non minus prouident humano generi, quam si præliis atque vulneribus patriam parentesque saluarent. Nec enim solos nostro Imperio militare credimus illos, qui gladiis, clypeis, & thoracib. nituntur, sed etiam aduocatos: militant namq; caussa-*

caussarum patroni, qui gloriosæ vocis confisi munimine, laborantium spem, vitam & posteros defendunt. Hinc optime dixit Osasc. Pedemontan. *decisione 1. numero 13.*
2 *ex d. l. 14.* aduocatos denegare, † esse magnam defensionis partẽ tollere. Et hoc dictum Osasci probat diserte text. *in l. 9. §. fin. vers. ceterum. ibi. opprimi aliquem &c. Vt omnes metuant aduersus eum aduocationem suscipere. ff. de off. procons. & legat.* & text. *in l. sibi. auxilium singulorum, & paulo post, Paris defensionis copiam C. de postu.* Quare & optimo iure conceditur appellatio,
3 † vbi pars petierit terminum ad sibi de aduocato prouidendum denegante iudice. *Marc. Ant. Peregr. de iur. fisc. lib. 7. tit. 2. num. 4.* Quid etiam (ceu dicebat Cassiodorus relatus a Ripa. *in l. 1. num. 132. ff. solut. matrim.* & post vterque a Ioan. Vincent. Honded. *decis. consult. 81. sub numero 51. vol. 1.*) dignius est aduocationis officio, quod peregrinum negotium ad suas traxit molestias, & laboribus subuenit alienis? Non dicam, ipsum Dominum Saluatorem nostrum, & vnicum Mediatorem, quin & studiorum nostrorũ be-
4 nignissimum directorem †, IESVM CHRISTVM (cuius sanctissimi nominis memoria in præsentiarum pie erat recolenda) aduocationis prouinciam multis vicibus, quamuis extraiudicialiter, sustinuisse, sicuti ex nostris pluribus eneruat Ioan. Baptist. Caccialup. *in suo de offic. aduocat. tractat. quæst. 1. num. 2. 3. 4. 5.*
5 *& 6.* De Daniele † liberante aduocando iudicialiter Susannam, notissima est historia. Quare non iniuria quis dixerit,
6 aduocatos non modo † medicis esse præstantiores ratione subiecti. *Laurent. Sylua. cons. 20. num. 6. vol. 1.* Siquidem medicinæ scientia præcise ad curationem corporis tendat, scientia vero legalis principaliter ad curationẽ animi. *ex Abbate & Natta ita prodidit inter moderniores Nicol. Mozz. de contract. tit. loc. conduct. in princ. n. 16.* Verumetiam aduocatos ducere vitã melio-
7 rem, quã fratres prædicatores, vel † quosuis alios religiosos, post Ann. sing. *23.* Borgnin. Cauale. *Fiuiz. decis. 33. nu. 21. p. 1.* Et accedit his Francisc. Viu. *Neap. decis. 123. n. 24.* Ceterum de his forte satis.

ARGVMENTVM.

Aduocati & procuratores inuiti, & gratuito vt præstent patrocinium & procurationem, quatenus verum sit?

SVMMARIA.

1 *Iurisconsultus vel inuitus consulentibus tenetur de iure respondere.*
2 *Aduocatum esse iurisconsultum probatur.*
3 *Vtriusque officium publicum.*
4 *Aduocatus etiã inuitus patrocinium suscipere cogitur.*
5 *Non in diuitum solum, sed & in pauperum caussis, & in his gratis. num. 7. & 9.*
6 *Iudex ex officio pauperibus, etiam non petentibus, de aduocato prospicit.*
8 *Iudex pauperibus iustitiam gratis administrare, & acta edere, immo Notario vt gratis edat, mandare tenetur.*
10 *Iudex si caussam pauperis viderit iustam, aduersarium ipsius ad suppeditandos litis sumtus recte cogit.*
11 *Pauper ad meliorem perueniens fortunam, honorarium aduocato soluere tenetur.*
12 *Iudex ei, qui ob potentiam aduersarii aduocatum inuenire nequit, ex officio prospicere tenetur.*
13 *Iudex aduocatos non indistincte omnes, sed suo consistorio, vel ratione superioritatis cogere potest.*
14 *Pœna aduocati demandatum patrocinium subire nolentis.*
15 *Nisi iustam recusationis caussam habeat.*
16 *Ab aduocato ad procuratorem non recte argumentamur.*
17 *Procuratoris officium suscipere nemo cogitur.*
18 *Nisi sit procurator ordinarius.*
19 *In camera, & procuratores coguntur æque, vt aduocati.*

CONSIDERATIO I.

QVVM sciamus Iurisconsultum † vel inuitum ex suæ professionis debito 1
petentibus consulere teneri. *Tib. Decian. in Apolog. aduersus Alciat. capi. 11. nume. 21. Gothof. in prax. ciu. lib. 1. titu. 5. qui est de stat.*

hom.rubr.de inuit. Fichard.consil.20.num.6. & consil.45.num.1.vol.2. & noue multorum auctoritate subnixus adstruit Ludolph. Schrad. *de feud.part.10.sect.10.sub*
2 *num.36.* & constet aduocatum † Iurisconsultum esse. *l. petitiones. 5. ibi. nec de cetero quemquam, antequam per statuta tempora legum eruditioni noscatur inhæsisse, supradicto consortio sociari. C. de aduocat. diu. iudicum. Francisc. Marc. Delph. decis. 791. num. 5. part.*
3 *1.* item vtriusque † officium esse publicum. *Ioan. Vincent. Honded. consult. 81. num. 53. vol. 1. cum simili.* mirum dictu haud est,
4 & aduocatum inuitum, † patrocinium in se suscipiat, compelli posse. Si non habebunt aduocatum, ego dabo, aiebat Prætor, referente Vlpiano. *in l.1. ff. de postulat. cum simil. infra citandis.* & præter relatos a Dn. Gaill. *numero 1.* adseuerant Marq. Freher. *tractat. existimat. lib.3. cap. 13. nu. 1.* communem laudat Soarez. *thes. sent. lit. A. num. 93.*

Ampliatur, vt aduocatus non modo
5 diuitum †, sed etiam pauperum miserabiliumq; personarum caussas defendere teneatur, adeoq; in id, reluctans compellatur. *Lancellot. Polit. de offic. aduocat. cap. 3. & Caccialup. eodem tract. quæst. 3. ille num. 11. iste num. 3. & post Felinum, Ripam & Viuium communē adstruit Soarez. thesaur. lit. A. nu. 93. in aduocatis Cameralibus, est text. apertiss. in tit. 19. §. Auff das auch. part. 1.* sicuti cum Gaillio cōmemorat Mynsing. *obseru. 32. in princ. cent. 4.*

Extenditur hæc ampliatio, vt teneatur ad mandatum iudicis suscipere pauperum, aliarumq; miserabilium personarum patrocinium, siue aduocatū dari
6 petant, siue non petant; nam † & iudex hoc humanitatis his exhibet, vt etiam non petentibus de aduocato prospiciat. aureus & Christianis legibus dignissime adscriptus text. Vlpiano auctore. *in l. 9. §. aduocatos quoque, de off. proconsul. & leg. text. nouella constit. Imperii Recess. Deput. An. 1600. §. Als aber auch hiebey.*

7 Quæ extensio procedit, vt & † gratis pauperibus operas aduocationis præstare debeat. *Tiber. Decianus in Apolog. aduers. Alciat. capite vltimo, numero 161. Fulu. Pacian. tract. probat. cap. 54. nu. 61. lib. 1.* cum & iudex ipse pauperibus gratis non modo iustitiam administrare. *§. sit tibi quoque. ibi. si tamen sufficientes in datione consistāt; alioqui etiam gratis lites audire. in Auth. de mandatis princip. Pacian. d. loc.* verum etiam acta gratis concedere, immo notario, vt gratis edat, mandare debeat. *Ant. Sola in Const. antiq. Sabaud. tit. de accusat. inquisit. & pœn. in decret. iuxta constitutiones. gloss. 4. nu. 6.* de quo etiam. *infra hoc lib. conclus. 134.* notaui, vti etiam ex Gaillio, quē in specie extollit, refertq; Francisc. Viu. *Neap. decis. 222. nu. 11.* adeoq; prius ceteris caussis expedire pauperis caussā, ceu idē Viuius ibidem monet, & in *Pedemont. cōstit. ordinatum esse refert, Thessaur. decis. 10. ad finem num. 5.*

Declaratur hoc vltimum, vt hactenus gratis sit pauperibus patrocinandum, † 8
quando sibi alias solamen non superesset consequendi iuris vel se defendendi. Sic colligitur ex Summa Ang. de Clausas. *§. aduocatus, n. (mihi) 10.* & notat. Gail. *n. 18.* qui extremā paupertatem requirit, quāuis misericorditer, pie & laudabiliter, si his etiam, & quidem, vbi de paupertate probabiliter constaret, aduocando suppetias venerimus, nos egisse existimandum sit. *ad not. Caccialup. d. q. 3. nu. 8.* & erit merces nostra in cœlo nobis reposita.

Declaratur secundo, si caussam † pau- 9
peris iudex viderit iustam, vt aduersarius diues sumtus litis honorariumq; aduocatorum suppeditare teneatur. *ad notat. Hart. Pist. lib. 9. iuris. 1. q. 20. Asin. Prax. Florent. §. 32. c. 2. ampl. 30. 31. Coler. de process. exsec. c. 2. n. 95. & seq. p. 1.* monui etiam remissiue de eodē Sup. *cōcl. 17. sub finē 3. cōsi.*

Declaratur tertio, vt, dum ad melio-
rem † fortunam peruenerit pauper, & e- 10
meritum honorarium, & sequentem laborem studiumque rependat; cessante namque paupertate cessat & priuilegiū. *Menoch. consil. 321. num. 32. Alexand. Raudens. respons. 10. post num. 13. vers. quarto moueor. lib. 2.* & quæ cōceduntur propter inopiam aut necessitatē, auctis facultatib. cessant. *l. nō tantū §. eos, qui. ibi. nisi facultates eorū adauctæ sint, de excusat. tut. l. cura. §. deficiētium. ff. de mun. & honor. l. his honorib. §. penult. ff. de vacat. muner.* sicuti & generale di-

rale dictum limitatur, & restringitur per rationem secundum suam caussam. Ita ex Ang. & Natta Ioan. Petr. Surd. *de aliment. tit. 9. q. 29. n. 10.*

Ampliatur principaliter secundo, vt
12 & implorantibus † officium iudicis, sibi det aduocatum, quia vel aduocatorum neminem ob potentiam aduersarij locare studium auderet. *l. 1. §. nec solum, ff. de postul. & l. nec quicquam. 9. §. fin. vers. ceterum opprimi. ff. de off. procons. & legat.* vel ob ambiationem aduersarij. *l. 1. §. nec solum*, vbi gloss. ad hoc verb. explicando dicit, quia omnes aduocati ambiunt honorem, per illum aduersarium, cum sit amicus Principis. *ff. de postul.* vel quia aduersarius aduocatos omnes consistorij, vel etiã fama hilariores, idest, exercitatiores & doctiores, subtraxisset. *ad l. prouidendum est. 7. C. de postulando*, aduocatus his (& aliis similibus) casibus a iudice monitus patrocinium denegare nõ debeat. facit tex. *d. l. 7. C. de postul.* & in specie scribunt.

Quæ de compellendis aduocatis di-
13 xi, non arbitrarer † indifferenter procedere, vt cuiq; iudici integrum sit, quemque pro libito accersere; sed hũc solum, qui eiusdem vel est consistorij, vel ratione superioritatis subiectus.

Et sane adeo obstrictum se sentiet aduocatus ad subeundum patrocinium a iudice demandatum, vt si detrectarit,
14 † recusaritque, in perpetuum foro se cariturum. *ad text. d. l. 7. §. si quis vero monitus. C. de postul.*

Proxime dicta recusantis aduocati pœna, tum demum committitur, quan-
15 do iustæ † recusationis non subessent caussæ: at omnino secus, vbi essent, argumento à contrariis ducto. *tex. d. l. 7. dictoque §. si quis, ibi. ea excusatione, quæ nequeat comprobari. C. de postul.*

16 Quamuis de aduocato † ad procuratorem non recte ducatur argumentum. *post Alexand. Nattam, Franc. Marc. in specie Ioan. Vincent. Honded. decis. consult. 81. num. 49. vol. 1.* & procuratoris officium inui-
17 tus † quis suscipere non cogatur, neque ex parte rei, neque ex parte actoris. *prout concludit Lud. Schrad. de feud. part. 10. sectione 18. numero 115.* (Licet de iure Saxonico hoc fallat, *ceu ibidem notat Schrad.*) eadem tamen, quæ hucusque super recipiendo patrocinio in aduocatis notauimus, in suscipiẽda procuratione, quã-
do † aliquis procurationis officio susti- 18
nendo sese dedisset, procedere arbitrantur. *Gothofred. post Fulg. Castrens. & Alexand. in d. tit. de stat. hominum. rubr. de inuitis. vers. procurator, qui consueuit exercere. Marq. Freh. tract. existimat. libro 3. cap. 13. sub num. 1. Borgn. Caualc. Finiz. decis. 41. sub num. 39. part. 1.*

In Imp. Camera † quin in his eadem, 19
quæ de aduocatis cogendis, & coercendis diximus, & in procuratoribus Summi illius Tribunalis obtineant, nulli dubium est. Præter Gailliũ notauit & Mynsing. *obs. 32. cent. 4.*

ARGVMENTVM.

Procuratoris officium vile & cõtemtibile dici, quibus constringatur limitibus?

SVMMARIA.

1 *Procuratoris officium licet necessarium, attamen vile.*
2 *Nisi eo in curiis illustrium personarũ fungatur.*
3 *Summorum Tribunalium procuratores, honorabile exercent officium.*
4 *Procuratoris officium vile, quoad viles & sordidos homines, qui eo sæpissime funguntur.*

CONSIDERATIO II.

QVAMVIS vsus procuratoris (vt verbis Vlpian. *in l. 1. §. fin. ff. de procurator. vtar.*) perquam necessarius sit †, procu- 1
ratoris tamen officium censeri vile, admittunt Gaillio *numero 5.* concordantes, Franc. Marc. Delphin. *decis. 314. num. 3. part. 1.* & a DD. plerisque pro vili & contemtibili officio haberi, scribit post alios Wesemb. *in P. tit. de procurat. sub num. 4.* Immo non modo vile, sed & vilissimũ. *Dyn. in c. infamibus. 87. sub num. 8. ad finem. de reg. iur. in 6.* Cuius & sententiæ, ceu refert ibidem prima additio sub *lit. b.* est Bald. *in l. Cassius. ff. de senator.* vltra Dynum

& Bal. multos referendo Ioan. Vincent. Honded. *decis. consult. 81. sub num. 55.* scribit. notat & Marq. Freher. *de existimat. li. 3. c. 26. num. 17.*

Declaratur, vt quidem procedat in
2 procuratoribus iudiciorum † inferiorum, obscuriorum, & minus celebriorum, neutiquam vero in his, qui procurant in curiis Imperatoris, Regum, Principum, aliorumque personarum illustrium: nam horum officium vile neutiquam est. *Borgnin. Caualc. Fiuizan. decisione 41. numero 26. & 30. part. 1. auctoritate Baldi, Aret. Schenck. Baro. Tiraq. & Couar.* Quin potius in horum palatiis & curiis procuratorem agentem, habere honorem, & officium exercere honorabile, idem Caualc. ibid. recte affirmat. Et eandem declarationem concedit. *d. addit. ad Dynum citato loco.* Quemadmodum ab hac nec dissentit Ioan. Vincent. Honded. *decis. consult. 81. num. 57. vol. 1.*

3 Nec mirum sane, summorum † Tribunalium procuratores officium exercere honorabile; quandoquidem Doctores hoc officio, illæsis prorsus doctoralibus priuilegiis, fungi queant. *Borgnin. Caualc. Fiuizan. decisione 41. sub num. 38. ad finem. part. 1.*

Declarari etiam forsitan posset, quod
4 dicitur, procurationis officium esse vile †, vt locum obtineat, quoad viles sordidosque homines, epulones illos & bibaces, qui, quum sint loquaculi, sesquipedalia verba, plenis buccis extorto collo, in iudicio sine iudicio euomentes, sibi quandoque maximo irreparabilique partium incommodo, nonnũquam honoris & vitæ cum dispendio, caussas oretenus agendas temere præsumunt. Faciunt huc & dicta Castritij. *in additio. Masuit. de procurat. in allegat. num. 4.*

ARGVMENTVM.

Infamis procuratorium exercere vt, vel minus, possit, quid considerandum?

SVMMARIA.

1 *Infamis de iure ciuili potest esse procurator.*
2 *Procurationis onus infamissimum esse.*
3 *Contrarium alii.*
4 *Infamis quatenus possit esse procurator.*
5 *Infames in curiis superiorib. non possunt procuratorium exercere.*
6 *Nec in foro ecclesiastico.*
7 *Nec in iudicio feudali.*
8 *Nec de iure Saxonico.*

CONSIDERATIO III.

INFAMEM procuratoris † officio de 1
iure ciuili fungi posse, expressim euincit text. *§. fin. Instit. de except. Dn. Gail. li. numero 5.* Communem esse de iure ciuili conclusionem testatur Wesemb. *P. de procurat. sub n. 4.* infinitis prope auctoritatibus firmat Lud. Schrad. *de feud. p. 10. sect. 18. num. 112.*

Et quidem onus † infamissimum pro- 2
curationis esse rotundis verbis, scribit, Dyn. *in d. c. 87. ad finem, cit. ins d. §. fin. Instit. de except. Bald. in l. procurationem, in princ. C. de decur. lib. 10.*

Sed aduersus † Dynum, & Baldum a- 3
criter inuehit, & optime insurgit Borgnin. Caualc. *dicta decisione 41. numero vigesimosexto*, nunquam (scribit) potuisse se videre textum dicẽtem, officium huiusmodi procurationis esse infamissimum. Quamuis enim text. *in l. si quis procurationem. C. de decurion.* repellat procuratorem ab illo officio decurionatus, non tamen per hoc sequi, quod procurator sit infamis: sed quum sit officium, aspirare posse. Textus vero. *in dict. §. fin. Institut. de exceptio.* non appellare procuratorem infamem, sed dicere, quod in iudicio quis procurare possit, non obstantibus exceptionibus, quæ olim procuratoribus propter infamiam (vt verba textus sunt) vel dantis, vel ipsius procuratoris opponebantur, ne dum de his altercatur, ipsius negotij disceptatio proteletur: & sic non concludere vllo modo, quod per exercitium procurationis quis efficiatur infamis: quapropter se valde mirari, tantos viros incidisse in hunc errorem & extraneum intellectum. Latius ibidem prosequendo. Et his vindicantur ab infamia procuratores ad iudicia in vniuersum omnes.

Restat

4 Restat iam videamus, an absolute † procedat, quod paulo ante dicebatur, procuratorem esse posse infamem. Et verius est, non vsquequaque obtinere.

Declaratur itaque primo, vt infamis per sententiam ciuilem, vel ipso facto, vel per confessionem. *iuxta l. fin. & l. quoniam. ff. de his qui not. infam.* in iudiciis inferioribus in procuratorem admittatur. & ita procedere text. *d. §. fin. Instit.* Secus vbi condemnatus esset per criminalem vel capitalem sententiam: nam nec tunc quidem in iudiciis inferioribus procurationem subire poterit. Sic voluit Frid. Schenck. *in Progymnasm. for. lib. 1. titul. 17. numero 7.* nihil insuper allegat. sed est pro hoc text. *in l. reum. 6. C. de procuratorib.*

5 Declaratur secundo, vt in † Palatiis, & Curiis superioribus, & coram illustribus, infames procuratores esse vitentur: quandoquidem illorum Palatia & Curiæ ab infamibus fœdari non debeant. *Bara d. tit. 17. nu. 4. Borgn. Canals. Finiz. decis. 41. num. 31. part. 1. Lud. Schrad. de feud. part. 10. sent. 18. num. 114.*

Declaratur tertio, vt quamuis de iure ciuili possit in foro seculari infamis
6 procurare, non tamen de iure † canonico in foro ecclesiastico pro clerico infamis procurator admittitur, licet pro laico eundem admittant. Post alios ita distinguit Wesenb. *in P. tit. de procurat. sub nu. 4.* probatq; pluribus Ludou. Schrad. *de feud. p. 10. sect. 18.*

7 Declaratur quarto, vt in iudicio † feudali infamis non possit esse procurator. *ita Schrad. de feud. part. 10. sectione 18. sub num. 112.* Ea ratione motus, quod cum ius ciuile a iure canonico (ceu vidimus) discrepet; & in caussis feudalibus, ius canonicum in casibus, in quibus contrarium statuit a iure ciuili, seruandum sit.

Declaratur quinto, vt non procedat
8 de iure † Saxonico, *idem Schrad. num. 113. vers. & quod secundum.*

ARGVMENTVM.

Pactiones super honorario & salario aduocatorum procuratorumue, an & quatenus iure subsistant?

SVMMARIA.

1 *Studiorum præmiis sublatis studia concidunt.*
2 *Labor honestus præmiis decorandus.*
3 *Aduocati laboris præmio non destituendi.*
4 *Maxime hoc seculo: & quare.*
5 *Gloria virtutis vera, absq; laboribus non contingit.*
6 *Clientulorum ingratorum mos in aduocatorum honorario exsoluendo.*
7 *Aduocatus & procurator, cum cliēte super salario licite paciscuntur regulariter.*
8 *Aduocati pactio de lite, pro certa summa suis sumtibus prosequenda valet.*
9 *Nisi victoriam caussæ promisisset aduocatus. n. 13.*
10 *Et salarium promissum, etiam eo casu, quo per amicabilem compositionem lis finem accepit, aduocato debetur.*
11 *Aduocatus abstinere debet a promissione victoriæ.*
12 *Aduocato cum cliente in victoriæ casum de certo palmario conuenienti, integrum promissum honorarium; vbi excessiuum fuerit, non, sed condecens duntaxat exsoluendum venit. & n. 14.*
15 *Salarium aduocato, etiamsi clienti caussa cadat, debetur.*
16 *Aduocato, qui solertia sua eo peruenit, vt facili studio patrocinetur, nihilominus salarium debetur.*
17 *Aduocatus, intra annum decedens, promissum salariū annuum ad heredes trāsmittit.*
Medicus item salarium ad heredes transmittit. eod. n. 17.
18 *Clientis defuncti heredes salarium aduocato persoluere tenentur.*
19 *Salarium aduocato promissum debetur, etiamsi in caussa non procedatur, idque per ipsum non steterit.*
20 *Aduocato extra habitationis locum proficiscenti, vltra salariū, expensæ alimentorum & vectura debentur.*
21 *Eaque antequam de domo pedem moueat, præstanda.*
22 *Pactiones super salario lite pendente facta, non valent.*
23 *Nisi salarium ordinarium promissum fuerit.*

24 *Neque de quota litis, vel re certa particulari litigiosa, salarii respectu in euentum victoriæ pacisci licet. numero vigesimoquinto.*

26 *Nec iuramento clientis pactum, de quota litis firmatur.*

27 *In procuratoribus eadem obtinent, quæ de aduocatis dicta sunt.*

28 *Nec fiscus de quota litis pacisci potest.*

CONCLVSIO XLIV.

1 QVANDOQVIDEM sublatis studiorum † pretiis, (vt est apud Tacitum. *lib. 11. Annalium*, non procul a princip. & ex nostris refert in specie Baptist. Asin. *in prax. Florent. §. 32. cap. 2. ampliat. 66. sub num. 1.*) etiam studia sint peritura; Vnde illud.

Insteriles agros nolunt iuga ferre iuuenci.

in specie refert Tiber. Decian. *in Apolog. aduers. Alciat. cap. fin. num. 152.* vbi pluribus graphice exornat: & verus, iustus, hone-
2 stusque labor † præmiis sit decorandus; (ceu dicebat Cicero *in 1. de oratore*) omneque officium de honestate exigat pecuniam, alias labor sine præmio exsisteret; quod esse non debet. *in terminis nostris Borgnin. Caualc. Fiuiz. decisione 41. sub*
3 *numero 46. part. 1.* nec Iurisconsulti † & aduocati, quorum laborem esse honestissimum &c. præcedenti conclusione probauimus, laboris præmio destituendi erunt. *Decian. dict. cap. fin. numero 155.* quippe, qui & optimo iure patrocinium vendere possunt. *c. licet. 11. quæst. 3. cum similibus.*

4 Et maxime hisce † exulceratissimis seculis condigno sunt honestandi honorario, quando hodie non modo ingens in coercendis tot librorum voluminibus insumēda veniat pecuniæ summa: sed etiam (vt dicebat Crauett. *cons. 800. sub numero 11.*) aduocatis nostris seculis labor grauissimus, si ex fide bona patrocinium præstare, vt tenentur, student, maneat. Crescente enim impensa & labore, crescere etiam debet pretium & salarium. *Barth. Capoll. tractat. de seruit. vrb. præd. cap. 50. numero 14.* Quis enim (ceu inquit Decian. *in dict. cap. fin. numero 155.* vellet tantas molestias, tantos labores suscipere, tot vigiliis & sudoribus vitam sibi breuiorem reddere: quæ omnia in hoc consulentium, & aduocantium pistrino præsto sunt, nisi aliquo sperato præmio, quo possint hæc ipsa leniri, & leuiora fieri? Huc etiam nō minus optime, quam vere conuenit illud Ouidij.

Otia corpus alūt, animus quoq; pascitur illis:
Immodicus contra carpit vtrumq; labor.
Me quoq; debilitat series immensa laborum,
Ante meum tempus cogit & esse senem.

Quid pluribus? Quis virtutem amplectatur ipsam, præmia si tollas, referente ex nostris Menochio. *consil. 228. sub numero decimoquarto.* vbi pluribus appositissime exornat. Studiosos viros sanitatis sibi intertrimentum, exantlatis illis sustinendarum lucubrationum laboribus, accersere, experiētia plurimis argumentis in Iurisprudentum luminibus præbuit exempla. Verumenimuero ne tanti æstimemus discruciari laboribus, absumique studiorum vigiliis, vt, a scopo aberrantes, vocationi seu prouinciæ a Deo nobis demandatæ, desidiæ ductu renuntiasse, adeoque Dei ordinationi vocationique restitisse videamur. In sudore vultus tui (edixit Iehoua. *Genes. 22.*) vesceris pane, donec in humum reuertaris. Et vt Flaccus cecinit, Lib. sermon. 1. satyr. 9.

—— Nil sine magno
Vita labore dedit mortalibus.——

Nec vera virtutis gloria † sine laboribus contingit. *argumento l. fin. in princip. ibi. magisteria potestatis sudoribus clarus factus est. C. vbi Senat. vel Clariss. l. vn. ibi. obseruatione iugi, & sedulo docendi labore peruenerint, placuit honorari. C. de profess. qui in vrbe Constant. libro duodecimo, cum similibus.* Quæ quidem gloria aduocatis non minima manat sudoribus. *ad notat. Marq. Freh. de existimatione, libro primo, capite quinto, numero sexto.* Quare nec aduocatis laborum requies erit deneganda: quæ est, fructus habere sui laboris, adseuerante Glossographo. *in l. 4. verb. ad requiem. C. de feriis.* 5

Ceterum,

Ceterum, quod sit aliquando insumti sumtuosissimique laboris & vigiliarum præmiũ Aduocatis, monet Vrsill. *in addit. Afflict. Neap. decis. 123. sub nu. 1. Idem* (inquit) *dicunt aliqui de Aduocatis hoc carmine: AEgro curato, dolent de pignore dato, dum caussa ventilatur, & ita infirmus infirmatur, tunc curas petere, non caussa concordata, & infirmo restaurato, nil curant soluere: nam aduocati & medici tres facies clientulis referunt: tempore necessitatis angeli, dico necessitatis vrgentis: alio tempore non sic instantis, hominis: demum ea in totum finita, dæmonis, & hoc ab ingrato cliente dico, & intelligendũ puto.* Totidẽ verbis Vrsill. Huius item meminit Magon. Florẽ. *decis. 11. ad fin.* Multi clien-
6 tuli † (inquit Io. Baptist. Caccialup. *de offic. aduoc. 9. ad fin.*) dicunt, soluemus cras, & illud cras nunquam comparet. Hi sane ingratissimi non recordantur, se fuisse aduocato cariores, quam propinqui, *vt ex Alex. ab Alex. dierum Genial. lib. 6. ca. 10. refert Magon. decis. 12. nu. 6.*

De Aduocatorũ igitur salario dicturi, firmabimus conclusionẽ affirmatiuam, quod, scil. regulariter aduocatus & pro-
7 curator † cum cliente super salario pacisci possit. De honorario siue salario aduocatorum & procuratorum (inquit Io. Borch. *ff. de pact. c. 5. n. 86.* recte pactiones fiunt. Nã & Imperatorum constitutionib. aduocatorũ salaria introducta sunt. *cum aliis ibidem a se relatis.* Et Franc. Marc. Delph. *dec. 19. n. 2. par. 1.* admittit non prohiberi pactiones ꝓ salario aduocati & ꝓcuratoris. Diserte etiã conclusionẽ admittit Borg. Cau. *Fiuiz. dec. 41. n. 45. par. 1.*

Ampliatur primo, vt etiam pactio va-
8 leat, ꝙ aduocatus pro certa † summa sui ipsius sumtib. caussam clientuli ꝓsequatur. *Guid. Pap. d. q. 262. vers. & potest aduocatus.* vbi formaliter subdit, ꝙ si ipse clientulus pro lite prosequenda vsq; ad fin. litis aliquid reddiderit aut promiserit aduocato, talem promissionem valere.

Declara hanc ampliationẽ non procedere, quãdo Aduocatus caussæ victo-
9 riam † promisisset clienti. *ad notata sub seq. Extens. eiusdemque declarat.*

Extenditur hęc ampliatio, vt promissum honorariũ debeatur aduocato, siue caussa finem accipiat per sententiam, siue per amicabilem † compositionẽ. *Magon. Flor. dec. 12. n. 3. Guid. Pap. d. q. 262. vers. & aduocatus illud debet habere.* Cõmunem 10
dicit Soarez. *Thes. lit. A. n. 105.* Et iuxta eãdem extensionem esse IVDICATVM in fauorem patris sui testatur filius *Borgn. Caualc. Fiuiz. dec. 41. n. 48.* vbi etiã multos grauissimos auctores, hãc extensionem firmantes, citat. *part. 1.*

Quam extensionẽ ipse haud admittendam existimarem, quando aduocatus clientulo † victoriam promisisset, (a 11
qua promissione prorsus abstinere debet. *Francisc. Viu. Neapol. decis. 123. num. 5. Bestiales* (inquit) *merito vocantur aduocati victoriam promittentes clientulo: & cauere debent tamquam ab igne huiuscemodi promissionem facere, cum dubius sit incertusque litis euentus, &c.* (& pulcre notata refert in specie Ioann. Fichard. *consil. 20. num. 5. vol. 2.*) Et si clientulus fiducia hac concepta honorarium aduocato promitteret: postea vero amissio caussæ probabiliter instaret, nisi amicabiliter clientulus caussam cum aduersario quasi adactus componeret. Francisc. Viu. *d. decis. 123. sub nu. 5.* testatur Regiam Aud. Apuliæ IVDICASSE, cõdemnando quendam procuratorem ad restituendam pecuniam sic acceptam a suo cliente.

Declaratur etiã hæc extensio, vt non procedat, quando in casum † victoriæ 12
certum honorarium seu salarium aduocato promisisset cliens: in quo tamen sic distinguunt, vt: aut cliens † transegit 13
in fraudem, & ad totum salarium promissum aduocato tenetur, aut bono cõsilio, quia res erat dubia, & tenetur aduocato de salario promisso pro rata seruitii. *ita Speculat. Bald. Caccialup. & alij relati per Vincent. de Franch. Neapolitan. decis. 265. num. secundo,* vbi, iuxta hanc distinctionem Senatum IVDICASSE, testatur. Intellige hãc declarationem etiam obtinere, quamuis non de litigiosæ rei summa, sed aliunde honorarium illud persoluendum promissum constaret, in his enim terminis versatur Vincentij decisio. ¶ Subdeclaratur, vt quamuis pactum eiusmodi in victo-

riæ casum iure haud subsistat, aduocato
14 tamen moderatum † salarium cum aliquo palmario pro personarum qualitate & præstitæ aduocationis grauitate adhuc soluendum sit. Ita ipsis in terminis terminantibus concludit respondendo Martin. Azpilc. *consf. 4. num. 4. lib. 1. tit. de pactis.*

Extenditur secundo, vt promissum honorarium (quod idem puto in dari ordinato, vel solito:) aduocato debeatur, nedum cum victoriæ palmã reportat clienti, verum etiam, quando caussa
15 cliens † cadit seu succũbit. Diserte probat Ioan. Borcholt. *ff. de pactis. ca. 5. nu. 87.* & in Camera Imper. Imp. OBTINERE constat ex nouiter per Magenhorstium publicato Comment. *in Ord. Cam. part. 3. tit. 50. §. Aduocato taxantur. ibi. etsi sua pars caussa ceciderit. Item, si parti succumbenti seruirent.*

Extẽditur tertio, vt & aduocato non minus honorarium debeatur, quando
16 facili † studio, seu sine labore absque librorum laboriosa reuolutione patrocinium præstitisset, solertia sua id efficiente, quam si casu iam obtingẽte primum, allegationes iuris multo sudore exquisierit: alias deterior esset conditio nonnullorum desidum, qui libros arena obduci patiuntur, donec casus ex facto discutiendus obuenerit. *post Ioan. Andr. quem refert, in specie decidit Bapt. Caccialup. in dict. tract. de offic. aduocat. quæst. 1. num. 8.* reiecta dissentiente glossa. *in capit. non licet. 11. quæst. 3.* Et sane illa glossa nec quicquam citat, nec rationẽ inducit vllam, non dicam textum, *dict. cap. non licet.* disertis verbis cõcedere, aduocatum licite patrocinium vendere, non adhibita distinctione, an casu iã obtingẽte primum addidicerit iuris allegationes inducendas, an iam pridem, quid iuris statuendum sit, exquisitã & promtæ resolutionis adeptus esset sciẽtiam. Accedit sententiæ Ioan. Andreæ, post Archid Bologn. Iaf. Opizon. Purpurat. Decium & Cagnolum Tiber. Decian. *in Apolog. aduers. Alciat. cap. vlt. nu. fin.* vbi communem adstruxit. & tenet idem Decian. *in ead. Apolog. c. 13. nu. 23.*

Extenditur quarto, vt quãuis aduocatus, cui certum annuum honorariũ promissum vel ordinatũ esset; intra annum diem vltimum carnis huius obierit, † ni- 17
hilominus ad heredes suos integrũ anni illius salariũ transmittat. *Mynf. obs. 8. cent. 3.* communiter approbari testatur Soarez. *Thes. sent. lit. M. nu. 237. & seqq. & lit. S. num. 3. Vincent. Carot. tract. locat. conduct. tit. de off. assess. pag. (mihi) 152. num. 3.* vbi etiam cõmunem ex Iacob. de Nig. refert. *part. 2. Robert. Marant. consi. 59. nu. 2. vers. sed aduocatus præmoriens.* Et eiusmodi extensio nõ modo in aduocatis fisci, *Marc. Ant. Peregr. de iur. fisc. lib. 7. tit. 2. nu. 14.* sed etiam indifferenter in omnibus aduocatis siue ex publico, siue a priuatis salarium habeãt, vires exserit. Communem dixit Soarez. *Thes. sent. lit. A. nu. 102.* Et in medico annuo salario p vniuersitatem conducto idem nominatim respondendo statuit Marant. *d. consf. 59. per tot.*

Extenditur quinto, vt & † heredes 18
clientis defuncti ratione sibi præstiti patrocinii salariũ aduocato persoluere habeant necesse. Ita DECIDIT in terminis Rot Roman. *vt est decis. 13. incip. coram R. P. Domino, partis tertiæ. lib. 1. in nouiss.*

Extẽditur sexto, vt si per aduocatum non steterit, quo minus † in caussa pro- 19
cedatur, adhuc sibi honorarium annuum debeatur. Dn Gaill. *sub num. 12.* probat. Vbi etiam recte concedit, salarium in principio anni aduocato datum, non repeti, licet in caussa per annum illum procedi haud possit, ob pestem & similia incommoda, nisi sub conditione expressa, quatenus, scilicet, in caussa procederetur, salariũ promissum esset. Extensionem etiam nominatim ex Nattæ sententia recepit Vincent. Carot. *tracta. locat. cond. tit. de off. assess. pag. (mihi, iuxta German. impressionem.) 152. num. 9.*

Prædictis extensionib. coronidis vice accedit, quod aduocato, vbi extra † ha- 20
bitationis locum vel ciuitatem, proficisci in caussa clientis necesse esset, vltra salarium, sibi debeant, præstari expensæ alimentorum, vecturæ. *Ioannes Petr. Surd. tracta. de aliment. titul. 1. quæst. 68. num. 1. & titul. 4. quæst. 8. numer. sexto,* in tantum vt eius-

eiusmodi expensæ, antequam de domo
21 pedem † moueat, sibi soluendę sint, sicuti ex Cyn. dixit idem Surdus *eodem titul. 4. quæst. 17. nu. 32. seu fin.* in quo tamen discretio esset habenda.

Limitatur modo conclusio primo, vt intelligatur procedere, quando pactiones super salario fierent, vel ante vel post
22 litem, non vero iam lite † pendente: omnia enim daturus præsumitur cliens, ne in caussa cœpta deseratur, *argumento. leg. medicos. de var. & extraordin. cognitio. gloss. in leg. quisquis. 5. verb. contractum ineat. Cod. de postul.* Matth. Wesenbec. *in leg. creditori. 5. sub numer. tertio. Cod. de pact. Borgnin. Caualcan. Finiz. decis. 41. numer. 44. part. 1. Robert. Lancellot. tract. attentat. part. 3. cap. vlt. nu. fi.*

Declaratur proxime præcedens limitatio, vt non vsque quaque obtineat:
23 nam si salarium † ordinarium pendente etiam lite promitteretur, promissio vtique valida erit. Sic declarat in specie Wesenbec. *in dict. leg. creditori. supr. nu. 4. C. de pact.*

Limitatur secundo, vt honorarij seu
24 salarii respectu, de quota † litis in euentum victoriæ aduocatus cum cliente pacisci vetetur. *leg. si qui aduocatorum. supr. C. de postulando, canonizata. in cap. infames. §. arceantur etiam a professione. ibi. qui sub nomine honorariorum ex ipsis negotiis, quæ tuenda susceperint, emolumentum sibi certæ partis, &c. poscentes inueniuntur. 3. quæst. 7.* Nam eiusmodi pactum facere, est contra legem & bonos mores facere: siquidem aduocati & procuratores haberent nimiam affectionem ad caussam, per fas & nefas obtinere cupientes: auctoritate Afflict. Porc. Ias. Guid. Pap. Paris. Boer. & Ploti in specie tradit Borgnin. Caualcan. *Finiz. decis. 41. numer. 43. part. prima.* Et hunc paciscendi morem, piraticum nominabat Quintilianus, ceu refert Marq. Freher. *de existim. libr. 3. cap. 13. num. 2.*

Extenditur eiusmodi secunda limi-
25 tatio intelligenda, vt nec de re † certa particulari, de qua litigatur, pactum valeat, licet non per modum quotæ promissum esset. *vt ex Bal. laudat Guid. Pap. q. 262. in prin.*

Quæ de quota litis dicta sunt, confirmantur ex illo, quod nec vllus cũ cliente ineundus sit contractus, vlla pactio. *l. quisquis. 6. §. præterea nullum. Cod. de postula. relat. in can. infames. §. præterea non licet. 3. q. 7.*

Extenditur secundo relata secunda limitatio, vt nec iureiurando † clientis, 26
pacto huic de quota litis firmamentum creetur. *Cæsar. Vrsill. addit. Afflict. Neapolit. decis. 123. num. 6.* vbi testatur ita bis suis temporibus in Consil. Neapolitano IVDICATVM esse.

Quæ hactenus in aduocatis diximus, & in procuratorib. † obtinent, *vt in proposito dixit Guid. Pap. q. 202. ad fin.* 27

Extenditur tertio, in tantum pactionem, de quota litis esse legib. odiosam, vt nec fisco † licitũ sit de quota litis cum 28
parte pacisci, quo magis eius iurib. protegatur. *text. l. cum allegas. 2. C. ne fiscus vel respublica procurationem patrocin.* Et ita extendit Peregrin. *de iur. fisc. lib. 4. c. 7. nu. 17.*

ARGVMENTA.

I Aduocatorum honorariũ, quibus petatur remediis.

II Aduocatorum honoraria, quo præstanda sint tempore.

III Procuratoribus salaria non conuenta vtrum debeantur.

SVMMARIA.

1 *Aduocatus pro modico salario aduocans, vilis & contemtibilis habetur.*
2 *Vltra salarium tamen condecens nihil exigendum.*
3 *Aduocati camerales, præter taxatum salarium ab vltro dantib. licite recipiunt.*
4 *Salarium promissum actione in factum petitur.*
5 *Salario certo non constituto implorandum officium iudicis.*
6 *Salarium aduocatorum fruitur priuilegiis dotis.*
7 *Aduocatus pro patrocinii salario non agit recta contra partem aduersam in expensis condemnatam.*

8 *Aduocatus an vltra centum aureos in singulas caussas, accipere licite possit.*
9 *Salarium quo tempore solui debeat.*
10 *Aduocato propriam caussam defendenti an salarium adiudicandum remissiue.*
11 *Procuratori, salario certo nō constituto, an & quatenus debeatur. nu. 12.*

CONSIDERATIO I.

1 QVamuis aduocatus pro † modico salario aduocans, vilis & contemtibilis habeatur. *Francisc. Viu. Neapolit. decis. 123. num. 1. nuper sequutus referendo est Mart. Mont. Regni Arag. decis. 14. sub nu. 62. vers. ita verosimile sit. vbi insuper etiam in hoc laudat Riminaldum iun.* quippe cuius postulatio magni, & eximij sit laboris, quæ æstimationem vix recipiat, *Hieron. Mag. Flor. decis. 12. nu. 1.* vltra condecens tamen † honorarium seu salarium nihil
2 exiget *optime Tib. Decian. in Apolog. aduersus Alciat. cap. 22. num. 160. 161. 162.* Et in Cameralibus Aduocatis expeditum est, nihil hos præter interlocutoria taxa-
3 tum † salarium exigere posse, *teste Gaillio. sub num. 4. videatur Denaiss. Synops. Iuris Camer. rub. procuratorum honoraria. §. 1. & 13.* (quamuis; ab vltro dantibus clientibus accipere recte posse, concedere videatur Mynsing. *obseru. 75. cent. 2.*

Sed quid vbi moras necteret cliens in soluendo salario? Sane non erit imputandus aduocatus, qui honeste (vt loquar ipsissimis Caccialupi. *in tracta. de off. aduoc. q. 3. ad finem*, verbis) sollicitat clientulum, vt sibi det salarium, & nisi amice velit honorarium seu solariū conuen-
4 tum dare, actione † in factum petat. *Nicol. Mozz. de contract. tit. locati conduct. in princip. num. 15. Martin. Mont. Regn. Aragon. decis. 14. nu. 19.*

Ceterum, vbi inter partes de salario certo nō conuenisset, iudicis corā quo, scilicet, caussa ventilata est, imploratur
5 officium † mercenarium. *ad notat. in terminis Francisci Marc. Delph. decis. 1059.* vbi quod sic in eadem Curia Parlamentea TENTUM sit, *part. 1.* & diserte etiam ex Bart. Alex. Duen. Alciat. & Iason. docuit Borgn. Caualc. *Finiz. decis. 41. num. 46. part. 1.* qui pro magnitudine caussæ, laboris & industriæ aduocati, aliarumque circumstātiarum contemplatione, salarium taxabit. *Borgnin. Canalcan. Finiz. decis. 41. num. 47. part. 1.* Videatur Mart. Mont. *Regn. Aragon. decis. 36. num. 2. 3. & num. 30.* Honorarium vero hoc Aduocatorum æque priuilegiatum † est, ac dos 6
ipsa, ceu dixit & firmauit nuper Mart. Mont. *Regn. Arag. decis. 14. sub num. 19. vers. suntq. æque.*

Declarātur prædicta, vt quamuis aduersus clientem pro consequendo honorario aduocatus actionē habeat, non tamen partē aduersam victam & in expensis condemnatā recta pro † eodem 7
conuenire possit. Accurate istiusmodi declarationem rationibus & dubitandi & decidendi exornatam proposuit Mart. Mont. *Regni Aragon. decis. 36. per tot. & sub nu. 41.* testatum fecit, iuxta eandem Regium Consilium Arag. ex concordi voti IVDICASSE.

Sed an vltra † centum in singulam 8
caussam aduocatus honorarij accipere possit? Vide Borch. *de pact. capit. 5. ad fin. Soarez. lit. A. num. 101. Tiber. Decian. Apolog. dict. capit. 22. num. 164. & sequentib. Coras. Senatusconsul. Tholos. 15. Barth. Bertat. tract. clausul. instrument. claus. 30. glos. 7. num. 45.*

Quo vero tempore, † an initio litis, 9
in medio, vel fine, salarium aduocatis sit præstandum inter Doctores expedite haud constat.

Ab initio deberi velle Alexand. *in leg. diem functo. ff. de offic. assess.* scribit Mago. *Florent. decis. 12. nu. 3.* & alii nonnulli. In initio vero litis dari posse. *per leg. 1. §. proinde. de var. & extraordin. cognit. & leg. fin. Cod. de condictio. ob caus. dat.* concedit Wesenbecius *in leg. 5. num. 5. C. de Pactis.*

Deberi Aduocato in medio litis ex officio iudicis concedit Mynsingerus *Obseruat. 7. vers. quamuis autem. centur. 3.* Quicquid sit, verior saniorque illa perhibetur opinio, qua traditur, honorarium exsoluendum esse etiam pendente lite pro præstito patrocinio. *Wesenbec. in dict. leg. 5. sub num. 5. Cod. de pactis.* non tamen pro præstando. Sic etiam Doctor consulens, non debet ante conscriptum

scriptum consilium cum consultore de honorario pacisci, adeo vt eiusmodi ab initio initæ pactiones tyrãnidem quandam referant. ceu dixit Tibi. Decian. *Apolog. aduers. Alciat. capit. 22. numero 57.*

10 Aduocato an adiudicetur salarium, vbi † propriam defendit caussam. dixi *infr. in Conclus. 151.*

11 Aduocato salariũ, vbi de eo vel conuentum, vel ordinatum non esset, iudicis officio constitui vidimus. Verum, an idem in salario † procuratoris obtineat, controuertitur. Nam vbi de procuratoris salario nihil conuentum esset, nec, vt officio iudicis postea constituatur, peti posse, contendunt Bartol. & alij a Gabriel. Roman. *libr. sentent. 2. titul. de procurat. conclus. 5. num. 1.* relati & approbati. Remittuntur nõnulli ab eodem Gabr. d. num. collecti.

Conciliari videntur huiusmodi opiniones, vt prior procedat, quando procurator non fuisset solitus procurare, quia tunc gratis procurasse dicendum est. Posterior vero, vbi operas procurationis solitus sit locare. Hæc conciliatio colligitur ex data limitatione Gabrielii, *dict. loco. numer. secundo.* Declarat tamen idem Gabrielius, posterius conciliationis membrum recipiendum esse, nisi Pars potuisset habere alium, qui gratis procurasset, de cuius tamen declarationis veritate ego subdubito. Cõciliationem hanc expressim in terminis facti respõdendo comprobauit Robertus Marant. *consil. 34. num. 16. quia tamen* (inquit) *dictus Notarius Nicolaus verisimiliter non fuisset aliter facturus dictam procurationem absque salario, maxime cum sit solitus alias suas operas ita locare, tunc succedit officium iudicis ad constituendum sibi salarium ex quadam æquitate naturali, prout expresse dicit Cynus & Baldus. in leg. prima, in quinta. oppositio. in fin. C. mand.* (Et paulo post pergit,) *maxime cùm communiter hodie procuratores accipiant salarium, vt notat Bart. in l. 1. ff. mand. Et sic nòn obstat contrarium, quia licet de rigore non possit petere, tamen secus est de æquitate naturali, vt dicit Baldus in dict. lege prima, quia æquitas rixori præfertur.* Et quæ idem pluribus Maranta asserit.

Ceterum in hoc diiudicandò (ceu puto) plurimum haberet momenti iudicis discreti arbitrium, vt pro qualitate procuratoris, suscepti negotij grauitate ex bono & æquo de salario præstando diiudicet. *ad notat. Menoch consil. 228. num. 20. 21. & sequentibus.* Mant. dicto loco.

In Consistoriis Principum, quemadmodum & in bene constitutis inferiorum iudiciis certum procuratoribus est ordinatum salarium, quod quin debeatur, † etiamsi sine verbulo de eo cõuentum sit, non dubitandum: siquidem & alias, vbi de salario conuentum non esset, sub consueto salario conductus quis censetur. *Ioan. Petr. Surd. tract. aliment. tit. 4. quæst. 23. nu 18. & alibi passim.* 12

ARGVMENTVM.

Dominus an, & quãdo restituatur in integrũ aduersus negligentiam procuratoris.

SVMMARIA.

1 *Procurator omittendo siue negligentia sua domino præiudicat, nõ semper committendo.*

2 *Procurator tenetur appellare vtroque iure.*

3 *Nisi iustam ob caussam excusetur, atque domino sententiam contra se latam, debito tempore denuntiet.*

4 *Procuratoris non appellantis negligentia domino nocet.*

5 *Datur tamẽ domino regressus aduersus procuratorem soluendo exsistentem.*

6 *In iis quæ æstimationem non recipiunt, restituitur dominus, etiamsi procurator diues sit.*

7 *In aliis restituitur tum demum, si procurator non sit soluendo. & nu. 8.*

9 *Restituitur in subsidiũ impeditus facto tertii soluendo non exsistentis.*

10 *Præter inopiam procuratoris dominus ad obtinendam d. restitutionem fatalium aliqualiter, se sententia læsum, probare tenetur.*

11 *Quamuis restitutionē petens minor esset.*
12 *Minor aduersus procuratoris negligentiam non restituitur, quando ipsemet cum iuramento, & renuntiationibus clausulisque vrgentibus procuratorem hunc constituisset.*
13 *Dominus culpa sua negligentē constituens procuratorem non restituitur.*
14 *Procurator si dolo prætermittat appellationem, dominus ipso iure tutus est.*
15 *Nisi cum dolo procuratoris domini culpa concurrat.*
16 *Procurator, si per contumaciam suam non sit audiendus nisi refusis expensis, vter eas exponere teneatur, remissiue.*

CONCLVSIO XLV.

PROCVRATOR iudicii aut committēdo, aut omittendo Domino seu Principali præiudicat. Quando omittendo præiudicet hic, quantum præsentis conclus. tractatio requirere videbatur, admonere satagam. Conclusio sit, Procuratorē omittendo principali præiudicare. Æmilius *Verall. Roman. decis. 415. num. 5. part. secunda,* vbi ex Rot. Roman. refert ita fuisse IVDICATVM, & communiter a multis concludi testatur Hartman. *Pistoris. quæst. iuris. libr. 1. quæst. 36. nu. 2. Vincent. Honded. consult. 19. numer. 25. volum. 1.* & concedit Ioan. Petr. Surd. *Mant. decis. 181. num. 16.* vbi ex Baldo, Ias. & Tiraq. distinctionē illam laudat, quod
1 Procurator † omittendo quidē noceat domino, non vtique committendo.

Cum vero constitutus Procurator de iure tam Cæsareo, quam Pontificio te-
2 neatur † appellare, ceu probat, & communem dicit Fernand. Vasq. *in nou. illust. quæstio. capit. 19. num. 1. & cap. 39. num. 6. Menoch. consil. 849. num. 10. 11. 14. & consi. 919. num. 1. Dn. Gaill. 1. obseruat. 139. num. 9.* (Quod ipsum tamen Fernandi, Gaillii & aliorum sic sentientium dictum in-
3 tellige, nisi iustam † ob caussam excusaretur procurator ab interpositione appellationis, & iusto tempore denuntiaret domino contra se latam esse sententiam, vt si velit, appellet ipse. *ad gloss. in capit. non iniuste. 14. vers. appellare. de procurat.* Hoc enim casu, vbi dominus nō appellasset, procuratori haud imputandū. ex *Alexand. ita statuente Roberto Lancellot. de attent part. 2. cap. 12 limitat. 50. num. 104.*) videbatur procuratori, si muneri de iure sibi iniunctō nō satisfecerit, non etiam domino abesse. Nihilominus tamen, domino negligentiam † procura- 4
toris huius non appellantis pręiudicare, nominatim firmat, & ita in Rot. Auinion. IVDICATVM esse, testatur Hier. a Laurent. *decis. 90.* Sic etiam in terminis non interpositæ appellationis post alios admittit Robert. Lancellot. *de attent. ca. 14. limitat. 50. nu. 97. part. 2.* In terminis respondit super facti contingentia Menoch. *consi. 849. nu. 15.* & ex Felino Corn. & Natta idem Menochius infert. *consil. 919. num. 2.* Idemque ex Zasio, communem dicit Soarez. *Thes. sentent. lit. P. nu. 304.* In hanc item sententiam procliuis exsistit Anton. del Re. Tiburt. *in tract. de iuram. calumn. cap. 16. num. 82.* vbi in hoc etiam nuncupatim Dn. Gaillium *ex nu. 1. & seq.* citat.

Declaratur conclusio, vt quamuis procurator omittendo, iuxta superius notata noceat domino, ita, vt quæ omisit facere, perinde pręiudicent domino, ac si ipse præsens omisisset, recursus ta-
men † domino detur aduersus procura- 5
torem negligentem, soluendo exsistentem. *Auth. hodie. de appellat. Mynsing. consil. 86. num. 7. & videatur sequen. declaratione. vers. quando igitur procurator adhuc esset soluendo,* vbi quod iuxta hanc declarationem in Curiali Saxon. IVDICATVM sit, ex Hartm. Pist. monuimus.

Subdeclaratur primo, vt procedat, quādo id, quod omisit seu neglexit Pro-
curator, æstimationem † reciperet: se- 6
cus vero vbi nō reciperet, vt in statu existimationis seu honoris, caussa matrimoniali, & eiusmodi similibus casibus: his enim in casibus adhuc videtur dari restitutio, licet procurator diues, & aliis in casibus æstimationem recipientibus, soluendo esset. *Aufrer. in additio. Thol. Decis. 101. & ex Barbatia admittit Rober. Lancellot. de attent. cap. 12. limitat. 50. num. 106. part. 2.*

Decla-

Declaratur secundo principaliter, vt procuratoris negligentia Domino non noceat, quin veniat restituendus procu-
7 ratore negligente soluendo † non exsistente. *Matth. de Afflict. Neap. decis. 344. nu. 4.* vbi refert fuisse CONCLVSVM p omnes Dominos, quod si procurator, qui agitauit caussam, nō reclamarit intra decem dies, & non esset soluendo, dominus potest reclamare intra decē dies a die notitiæ latæ sententiæ, quamuis alias tempus reclamandi currat a die sententiæ. Et ita etiam RESOLVTVM *in Capell. Tholos. teste Ioan. Corserio. decis. Tholos. 101. ibi. ad finem, quia* (inquit) *procuratore exsistente non soluendo auditur in subsidium etiam post decem dies, a tempore sententiæ computandos, per restitutionem in integrum.*

Et Senatum Dolanū iuxta hanc declarationem IVDICASSE ex Ioanne Mauritio refert Hartman. Pistor. *quæstio. 36. sub numer. 7. libro primo.* Vbi etiam scribit, maximam interpretum partem, relatam hanc declarationem tenere. Ibidemque ab aduersantium morsibus defendit. Hanc item declarationem, quod, scilicet, procuratore nō exsistente soluendo restitutio detur, amplectitur Hieronymus a Laur. *Auinion. decis. 90. ad finem*, nec non eandem admittit Anton. del. Re Tiburt. *tract. de iuramen. calum. cap. 16. num. 90. & 91.* vbi nuncupatim Gaillium sequitur. In hanc etiam concurrit sententiam Menoch. *consil. 675. num. 30.* vbi ex Roland & Sfort. Oddo inducit, dominum aduersus lapsum fatalium interponendæ appellationis restitui procuratore nō exsistente soluendo. Declarationem eandem mœt firmare Cæphalum & Roland. quinimo Rotam Roman. iuxta eandem IVDICASSE, ex Caputaq. *decis. 83. incip. lata sententia. part. 2.* testatum facit Robert. Lancellot. *de attent. cap. 12. limitat. 50. numer. 101. part. 2.* ipsis etiam in terminis cōtingentis facti respondit Francisc Monald. *consil. 54. num. 6.*

Quando igitur procurator adhuc es-
8 set † soluendo, neutiquam restituitur dominus ad ea, quæ procurator neglexit facere, quemadmodum IVDICATVM in Curiali Saxon. testatur in specie Hartman. Pist. *dict. quæstio. 36. numer. 10.* & auctoritate Cyni, Alberici, Fulgos. Rotæ Roman. Sfort. Odd. Cassad. Capellæ Tholosanæ, Benintend. Cephali, & demum Domini Gailli, diserte in terminis facti respōdendō adseuerauit Menochius. *consil. 849. num. 17.* & monuimus declaratione prim. Facit huc, quod traditur, impeditum † ex facto tertij sol- 9
uendo non exsistentis, restitui in subsidium. *Mynsing. obser. 98. ad finem. cent. 5.* & idem iisdem recensitis verbis. *consil. 86. num. 6. cent. 1.*

Subdeclaratur secūda declaratio primo, vt continuo non sufficiat, procuratorem hunc negligentem non exsistere soluendo, adhoc vt detur restitutio in integrum domino ad appellandum, sed quod etiam † requiratur, vt aliqualiter 10
doceat dominus, se læsum sentētia esse, hoc est, se bonum ius in caussa fouere. *post Sfortiam Oddo de restitu. in integr. quæst. 69. artic. 4. num. 23. & seqq. tradidit Robert. Lancellot. tract. de attent. part. 2. cap. 14. sub num. 2. 4. 5. 6. 7. 8. atque post hos & alios plures nuncupatim subdeclarationē eiusmodi respondendo statuit etiam Ioan. Vincent. Honded. consil. 28. num. 42. vol. 1.*

Quæ quidē subdeclaratio forsitan in minore non procedere videbatur: hic enim ex quorundam, &, ceu existimatur, veriore communique opinione (de qua post Ancharan. modern. *lib. 1. quæst. 41. Aufr. Thos. decis. 53. Mynsing. obser. 17. cent. 4. Hartman. Pist. lib. quæst. 1. quæst. 12. num. 15. Ioan. Petr. Surd. consil. 226.* vbi distinguit, Mascar. *tract. proba. conclus. 1273. num. 42. & seqq.* qui & ipse distinguit) venit etiam ob lapsum temporis probandi citra læsionis probationem restituendus: Licet alii contra, videatur Ludouic. Morot. *respons. 87. per tot.* Nominatim verō, quoad præsentes terminos de restituendo minorem aduersus omissam appellationis † interpositionem, con- 11
trarium, atq; ita quod probabilem primum de iustitia caussæ suæ iudici facere debeat fidem, antequam sibi restitutio indulgeatur, ex Bart. & aliis induxit Io. an. Pet. Surd. *consi. 79. num. 7. & idem Surd.*

L

consi. 226. sub num. 17. vbi admittit, quod minor, quando petit se restitui aduersus lapsum temporis ad probandum vel appellandum, debeat ad restitutionẽ consequendam primum probare de iustitia caussæ, se nimirum verosimiliter victorem fore. *& idem post Mascard. Roland. Osasc. Odd. & Menoch. tenendo induxit Ludouic. Morot. respons. 87. num. 18.* vbi magis communem laudat. Declaratur hoc vltimum, dum asseruimus minorem restitutum iri, aduersus negligentiam procuratoris, ex capite minoris ætatis, vt haud restituatur, quãdo procuratorem
12 cum † iuramento, & vrgentibus renunciationum clausulis constituisset. Ita diserte in terminis firmat & respondendo decidit Ludouic. Morot. *consi. 70. num. 2. monui item infra. conclus. 143. num. 6.* notauimus etiã *infr. conclu. 143.* vbi videndum.

Subdeclaratur secũdo, declaratio secunda, vt nõ obtineat, seu restitutio aduersus lapsum fatalium interponendæ appellationis non detur, quando domi-
13 nus in culpa † esset, quare diligentiorem non constituisset procuratorem. Ita in terminis DECIDERVNT Dom. de Rot. Roman. *vt est decis. 439. in nouissim. diuersorum. part. 3. lib. 3.*

Et hactenus de procuratoris negligentia in non appellando, quid vero, v-
14 bi dolo † prætermiserit appellationis interpositionẽ? Hoc casu omnino subueniri domino, in tantum vt ipso iure ius suum ipsi sit integrum, *Hartman. Pist. quæst. 36. ad finem. libr. 1. tradidit, & conferunt. notat. Anton. Cap. Neapolita. decis. 139. num. 5.*

Declaratur procedere, nisi concur-
15 reret etiã cum procuratoris dolo † domini culpa, vt quia sciuisset sententiam latam fuisse, procuratorem vero appellationem non interposuisse, & tamen negligenter fatale interponendę appellationis dominus hic elabi sciuisset. Hoc enim stante, neutiquam domino succurri, ex Alexand. Guid. & Pap. notauit firmando Robert. Lancellot. *de attent. cap. 12. limitat. 50. num. 105. part. 2.* Dominus vero ipse, vbi de iusto impedimẽto, quo minus procurator suus necessaria expediuisset, probaret, restitutionem meretur. *ad notat. Benintend. Bonon. decis. 26.*

Quando procurator per contumaciam † neglexisset aliquid facere, ita vt 16
non sit audiendus nisi refectis expensis, an ipse, an vero Dominus exponere debeat expensas, videat Bapt. Asin. *in prax. Florent. §. 32. cap. 34.*

ARGVMENTVM.

Procuratorem non esse soluendo, ad hoc, vt restitutio aduersus ipsius negligentiam detur, vnde dignoscatur.

SVMMARIA.

1 *Procuratorem non esse soluendo, ad hoc, vt detur restitutio, asserentẽ oportere probare.*

2 *Procurator soluendo sit nec ne quandoque in facto, quandoque in iure consistit.*

3 *Quando quis soluendo, vel nõ soluendo esse dicatur, remissiue.*

CONSIDERATIO I.

PRout alias intentionis fundamẽtum venit ab asserente probãdum. *ad not. Ioseph. Ludouic. Conclus. 14. per tot.* ita & specialiter hic dominus restitutionem petens, procuratorem solutioni imparem esse † probabit, in specie Rot. Ro- 1
man. *decis. 1029. incip. Braccarensis vicaria,* vbi quod ita TENTVM sit. *partis 3. libr. 3. in nouiss. diuersor.*

Sed quomodo scietur (quęrit his verbis Aufrerius *in add. ad Capell. Tholos. quæstio. 101.*) procuratorem non esse soluendo. Dicit (inquit) Bald. *in authent. hodie. de appellat.* quod quandoque iste articulus † consistit in facto, & tunc scitur per 2
discussionem: quandoque consistit in iure & rei natura, vt si caussa est beneficialis, matrimonialis, status, infamiæ, quæ inæstimabilia sunt, & ideo non recipiunt interesse pecuniariũ. Isto enim casu statim appellabit dominus a tẽpore sententiæ, vel restitutionem petet ad appellãdum, secundum salicetum, &c. Lancell. aũt de hoc, an, & quãdo ꝓcurator cen-

tor censeatur soluendo dat remissiones ad Bald. & Francisc. *in cap. ex ratio. de appellatio*, nec non Roland. *consil. 91. num. 18. lib. 4.*

Quando vero quis † soluendo esse dicatur, enucleate ex recentioribus proponit Mascard. *de probat. conclus. 737. per tot. & conclus. 664. nu. 7. 8. 9.*

ARGVMENTVM.

Procurator, an & quando mandato renuntiare possit, vt exoneretur in S. Camerali iudicio.

SVMMARIA.

1 *Mandato semel suscepto procurator se exuere nō potest, sed in Cam. iustis ex caussis exonerationem obtinebit.*

2 *Antequam vero exonerationem obtinuerit, caussa se subducere vetatur.*

CONCLVSIO XLVI.

De iure Camerali expedita constat esse conclusio, procuratorē suscepto iā mandato, nisi ex † caussis 1 probabilibus exonerationem frustra petere. Nec antequam, decreto iudicis exone-
2 ratio † facta sit, asserendæ, defendendæque caussæ se subducere posse. *ex Memoral. Anno 1570. & cōmuni Decret. Ann. 1579. retulit Dn. Denaiss. Synops. Cam. rub. Procuratorum exoneratio. §. 1. & 2.*

Cetera circa stylum Cameralem obseruari solita, commentatoribus modernioribus & eiusdem styli obseruatoribus relinquo, ne a tramite ꝓpositi deuiasse videar.

ARGVMENTVM.

Mandatum procuratorium domino an, & quando sit integrum reuocare.

SVMMARIA.

1 *Mandatum procuratoriū regulariter ante litem contestatam reuocari potest, non postea.*

2 *Mandati procuratorii reuocatio regulariter non præsumitur.*

3 *Quibus a præsumtione hoc recedatur. remissiue.*

4 *Mandati procuratorii de reuocatione vbi constaret, processus post reuocationē factus concidit, etiamsi in fauorē reuocantis domini factus esset.*

5 *Mandatum procuratorium inuito procuratore reuocari potest, vbi dominus ipse litem contestatus esset, modo procuratori ius instantiæ non cessisset.*

6 *Mandati procuratorii reuocatio, non permittitur, etiam consentiente procuratore, vbi cum aduersario de non reuocando procur. conuentum esset.*

7 *Mandati procuratorij reuocatio facta, & iudici & parti intimanda est.*

CONSIDERATIO I.

Dominus principalis vtrum mandatum reuocare possit, placuit legum conditoribus, distingui, vt quidem ante litis contestationem † sibi liceat, post, 1
nisi cognita caussa, non item. *l. 16. ante litem contestatam,* (inquit IC. Paulus) *libera potestas est, vel mutandi procuratoris, vel ipsi domino iudicium accipiendi.* L. 17. *post litem autem* (scribit Vlpian.) *contestatā reus, qui procuratorem dedit, mutare quidem eum, vel a se litem transferre potest, caussa tamen prius cognita. ff. de procurat.* Plures concor. text. citat. Dn. Gaill. *num. 8.* accedit Sebast. Vant. *de nullitat. ex defect. mand. nu. 162.* Put. *Rot. Roman. decis. 303. part. 2.* Mynsing. *obseruat. 44. num. 1. cent. 5.* & alii infiniti, hic minime, siquidem textus sint aperti, accumulandi.

Declarantur prædicta, vt tamen regulariter † haud præsumenda sit, man- 2
dati procuratorij reuocatio. Ex Iasone firmat nominatim Menoch. *2. præsumt. 36. num. 1.* & diserte etiam statuit Sebastian. Vant. *de nullitat. ex defect. mand. numer. 156.*

Subdeclarationes ex professo admonuit † Menoch. d. loc. Adde videndum Vant. *de nullit. ex defectu. mandati. numer. 155. inde ad finem.* cuius non meminit Menochius.

Vbi tamen de tacita reuocatione per aliud mandatum procuratorium appareret, processus in fauorem etiam reuocantis domini factus concideret † prorsus. *Vant. dict. tit. de nullit. ex defect. mand.*

num.161. Hinc Rota Lucens. IVDICAVIT, appellationem a taliter tacite reuocato procuratore prosequutam, desertionem sentire. *adseuerante Barnabba Cornazz. Luc. decis. 188.*

Declaratur secundo, vt etiam eo casu, quando ipsemet dominus litem contestatus esset, & postea procuratorem, sine cessione tamen iuris instantiæ, con-
5 stitueret, procurator † hic absque caussa reuocari possit. *ita voluit Asin. in prax. Florent. §. 2. cap. 13. num. 28.*

Declaratur tertio, vt nec volēte procuratore domini reuocatio teneat, quādo ipsi parti dominus, se non † reuocaturum procuratorem promisisset. *ex Bal. Ias. & Rol. induxit Surd. consi. 419. nu. fin.*

Atque hæc quasi per indicem attigisse sufficiant.

Reuocationem emissæ procuratio-
7 nis † parti & iudici intimandam esse (de quo Dn. Gail. *nu. 9.*) videatur Mynsing. *dict. obser. 44. cent. 5. Vant. de nullit. ex def. mand. nu. 152.*

ARGVMENTVM.

Procuratoris ad iudicia falsi gesta ratificari post sententiam posse.

SVMMARIA.

1 *Ratificare reuocatum per procuratorē gesta dominus non potest.*
2 *Ratificari possunt per falsum procuratorem ante latam sententiam gesta.*
3 *Ratificare retro acta per falsum procuratorem dominus post sententiam potest.*
4 *Licet nonnulli videantur dissentire.*
5 *Ratificari in consistorio principis retro acta post sententiam possunt.*
6 *Quamuis dissentientes insurgant.*
7 *Communiter tamen reprobantur.*
8 *Ratificatio retro actorum etiam tacita sufficit.*
9 *Ratihabitio retrotrahitur mandatoque æquiparatur.*
10 *Non vero in præiudicium tertii.*
11 *Modo iam tertio ius quæsitum esset.*
12 *Ratificationem retro actorum per falsum procuratorem dominus lata sententia, sine in commodum suum tendat, facere potest.*
13 *Contrarium in casu quo ad ratificantis domini commodum cederet, contendunt alii.*
14 *Ratificatio retro actorum, an etiam post sententiam fieri possit in casibus speciale desiderantibus mandatum.*
15 *Ratificans retro acta litis tenetur reparare expensas.*
16 *Ratificatio gestorum per falsum procuratorem inutilis est post sententiam, de falsitate vbi excepisset aduersarius.*
17 *Modo iudex exceptione nō attenta ad vlteriora non processisset, & excipiens de eo non appellasset.*
18 *Ratificatio retro actorum non permittitur, quando ratificantis voluntas exigeretur ad actum pro forma & substantia actus.*
19 *Ratificatio post sentētiam domino integra non est, vbi sententia in falsi procuratoris fauorem, contra vero absentem partem prolata esset.*

CONCLVSIO XLVII.



CVM dominus per procuratorem reuocatū gesta † ratificare non possit *auctoritate Castrens. in l. si procuratorem. nu. 7. ff. de proc. Barnab. Cornaz. Luc. dec. 188. nu. 10. & alibi pluribus*, hic videbimus, an etiam in quolibet alio falso procuratore idem iuris sit, vt scilicet Principalis falsi procuratoris gesta ratificare possit. 1

Ante latam sententiam (inquit Mynsing. *obser. 44. cent. 1.*) per falsum procuratorem gesta a domino † ratificari posse, extra pugnam est. *facit l. licet. 56. ff. de iudi. Fachin. lib. controuers. 8. c. 61. in prin.* vbi scribit, de hoc inter omnes cōstare, de quo tamen ipse in præsentiarum nihil certi firmo, sed quo spectat remitto. 2

Quid igitur post latam sententiā obtineat, disquirēdum est. Contrarij contraria, variique varia, scripsere.

Conclusio sit, dominū retro acta per falsum procuratorem ratificare † post sententiam posse. Communem esse Doctorum opinionem dicit, eandemque approbat Vant. *de nullita. tit. quibus modis nullitas senten. defendi poss. numer. 102.* Et idem Vant. ibidem refert ex Ægid. Bellam. *Roman. decis. 28.* ita IVDICATVM. 3

Sicuti

sicuti vere Bellemera dixit, & firmat eãdem, *quia* (inquit Bell.) *quando actus alterius nomine gestus ab initio habuit omnia sua essentialia saluo, q ibi deficiebat consensus illius, cuius nomine fiebat, & vt valeat solum dependet a voluntate & consensu illius adueniente actus huiusmodi: & huiusmodi superueniente consensu validatur, &c.* Hæc Bellam. iuxtaque eandem IVDICAVIT Senat. Pedemont. apud Thessaur. *decis. 7. sub num. primo*, & recepisse visus est Borgnin. Caualcan. *Finizan. decis. 23. sub numer. 13. vers. & etiam post sententiam. part. 1.* Hancque sententiã videri benigniorem, non modo Dom. Gaill. *sub num. 5.* scribit, sed & Dom. Mynsing. *obseru. 44. cent. 1.* affirmat, & diserte hanc conclusionem stabiliuit Iaffred. Balb. *decis. 255. incip. siue sententia.*

4 Contrarium vltra relatã † a Vantio d. loco, Rot. Rom. & citatum Cassadorum visus est amplecti Iac. Butr. Roma. *decis. 383. nu. 12.* licet quodammodo inuolute de diuerso casu scribat. *par. 2.* quemadmodum & Rober. Lancellot. *tract. attent. c. 4. in præfa. nu. 82.* vbi expressim scribit & tenet, quod dominus non possit per assertum procuratorem gesta ratificare post sententiam in præiudiciũ aduersarii. Subditque ita in Rot. Rom. IVDICATVM exstitisse. Ceterũ idem Lancellot. *cap. 12. limit. 50. num. 27.* conclusionẽ visus est admisisse. Quo vero studiosus, quid circa eiusmodi discrepantiam statuendum sit, percipere possit, concise resolutionem ampliationibus & declarationibus adducere sub seq. Consider. adnitar.

ARGVMENTVM.

Ratificatio domini, quatenus sententiam super actis cum falso procuratore factis latam, sustineat, exponitur.

CONSIDERATIO I.

Retenta priore opinione seu conclusione, amplianda eadem est, vt in
5 Consistorio † Principis etiam acta post sententiam ratificari possint. Hanc ampliationem firmari ex magis communi Doctorum sententia testatur & probat Gabr. Roman. *lib. sentent. 2. tit. de procurat. conclus. 4.* quæ sententia communis etiam (ceu diximus) Præiudiciis in Princip. Consistoris recepta est,

Et quamuis Bald. *in leg. falsus. C. de furtis.* quem etiam sequutus videtur Mynsing. *obseru. 44. ad finem, ibi, tamen † in Auditorio Principis facta per falsum procuratorem, ratificatione non conualescunt.* contrarium velit: & nominatim Baldum sequitur Frider Schenck. *in progym. rubr. de procuratore actoris vel rei, titul. 17. numer. 49.* 6
Tamen præterquam, quod sibi ipsi Baldus dissimilis sit, relata Baldi contraria sententia communiter † reprobatur, asseuerante Gabr. *d. concl. 4.* 7

Ampliatur secundo cõclusio, vt non modo ratificatio actorum expressa, sed etiam † tacita (actu aliquo ratificationem denotante) in hoc sufficiat. Ita in terminis terminantibus ampliationem hanc probauit, & iuxta eandem IVDICAVIT Senat. Pedemont. adseuerante Thessauro *decis. 7. num. 1.* & consentire visus est Robert. Lancellot. *tract. attent. cap. 4. in præfat. num. 70.* vbi nominatim, quod tacita etiam ratificatio per assertum procuratorẽ in iudicio attentatorum sufficiat, tradit. Et facit, quod non modo inducatur ratificatio expressis verbis, sed etiam factis, seu actu. *l. Paulus respondit. alias incipit, non tantum. 5. ff. rem ratam hab.* Triplex enim est ratihabitio, aut expressa, quæ verbis expressis fit: aut tacita, quæ cursu & lapsu temporis contingit: aut media, quæ, scilicet, ex facto inducitur, atque inter expressam & tacitam collocatur. *Menochius de recuperat. possess. rem. 15. numer. 111. & sequentibus. & consi. 561. nu. 19.* Ratihabitio igitur, quæ actu fit, eundem, ac verbis fieret, effectum parit, ceu dicebat idem Menochius. *consi. 92. num. 64.* Imo ratificare facto, plus, esse quã verbis, *dixit Osasc. consi. 63. num. 31.* 8

Et quamuis theorica illa vulgata, Ratihabitionem † retrotrahi & mandato æquiparari. *cap. ratihabitionem. 10. vbi Dyn. num. 2. concordant. refert. de regul. iur. in sexto. Tibi. Decian. tracta. crimin. libro nono,* 9

cap.38.nu.1. non procedere dicatur, quo
10 ad præiudicium † tertij, atque adeo partis aduersæ. *Vincent. Honded. multorum auctoritate consult. 38. num. 23. & nu. 24. vers. & quod ratihabitio. part. 1.* Id tamen intelligi dicit in specie Thessaurus. *dict. decis. 7. num. 3.* quando iam tertio ius quæsi-
11 tum † esset, vel quando ante tacitam ratificationem, aut aliquem actum a domino, falsi procuratoris interuentu, de illegitimitate procuratoris oppositum fuisset. Proinde partem habere, quod sibi imputet, quod non fuerit vigilans in opponendo. Nominatim etiam, quod ratificari post sententiam huius procuratoris ratione mandati defectus falsi gesta possint, si de hoc defectu a iudice, vel parte oppositum non fuisset, nuper multis suffultus auctoritatibus firmauit Martin. Mont. *Regn. Aragon. decis. 40. num. 67.* de quo vltimo infra in declaratione secunda, vbi videro.

Ampliatur tertio, ex Camerali PRÆIVDICIO notabiliter conclusio, vt siue in fauorem, siue in commodum ratifi-
12 cantis † sententia lata tendat. Nam indiscriminatim ratificatio fieri posset. *D. Gaill. num. 4.* Et in specie, vbi in fauorem lata erat sentētia, DECIDIT etiam Senatus Pedemont. *dict. decis. 7. sub numer. primo. ibi sententiam latam in fauorem eius procuratoris.* Communeque Doctorum esse placitum ex Iason. Felino & aliis renuntiat Soarez. *Thesaur. sentent. lit. P. numer. 320.*

Contrarium ampliationis, vbi in fauorem ratificantis cederet, verius esse
13 nuper conatus † est ostendere Andreas Fachin. *lib. contruers. iur. 8. cap. 61.* vbi sub vers. contrariam igitur sententiam adsonantes refert.

Ampliatur quarto, videlicet, vt etiam ratificatio post sententiam videatur in fauorem ratificantis tenere, in casibus, in quibus desideraretur † speciale mandatum. Ratihabitio enim, quod in omnibus casibus retrotrahatur, atque mandato æquiparetur, etiamsi illi casus speciale mandatum requirerent, dixit post Tiraquellum, & alios Ioan Petr. Surd. *consil. 43. numer. 13. & consi. 60. numer. 14.* concedit multis auctoritatibus firmando Ludolph. Schrad. *in tracta. feud. part. 6. cap. 3. nu. 12.*

Sane hæc quarta limitatio, an absolute recipienda sit † subdubito: constat 14
autem ratificationē non sufficere, quando lex ab initio actus requireret mandatū speciale, ad hoc vt ratificantis incommodum cedat. *ad notat. Vincent. Honded. consult. 38. num. 27. volum. primo.* Et dixit Tiber. Decian. *respon. 60. num. 17. vol. 2.* ratificationem nihil operari in iis, quæ requirunt speciale mandatum. *per gloss. in leg. procuratorem. ff. de acquirend. hered. & leg. maritus. Cod. mand. & alibi pluribus dicemus.*

Declaratur iam primo conclusio, vt 15
hic ratificans teneatur litis expēsas † refundere. Ita nominatim post Neuizan. Natt. Carauit. Rebuff. & Purpurat. docet Borgnin. Caualc. *Fiuiz. decis. 23. sub num. 17. vers. tamen debet expensas. part. 1. & post induxit Robert. Lancellot. tract. attentat. cap. 12. limitat. 50. num. 28. part. secunda.* Et in Senatu Pedemont. IVDICATVM exstitisse refert Thessaurus. *decis. 7. sub num. 1.*

Declaratur conclusio secūdo, & quidem principaliter, vt obtineat, modo aduersarius contra illegitimitatem procuratoris non † opposuisset, *ad not. supr.* 16
vers. nominatim etiam. sub nu. 11. vbi auctoritates in specie decidentes citauimus. Quando autem de ea oppositū esset, ratificatio non operaretur. *Thesaur. dict. decis. ad fin. clare ex Ang. & Ias. communem dixit Soarez. Thes. sent. lit. P. nu. 319.*

Subdeclaratur, nisi iudex procederet oppositione non attenta, & pars opponens de hoc vlteriori processu † non ap- 17
pellasset. *ex Ioan. de Anan. prodidit Lancellot. tractat. attentat. cap. 12. limitat. 50. numer. 29.*

Declaratur conclusio tertio, vt fallat, quando voluntas ratificantis exigeretur pro forma & substantia † actus. Iis 18
enim casibus acta ex subsequenti post sententiam facta ratificatione non conualidantur, neque ratificatio retrotrahitur. Ita clarissime conclusionem declarat

clarat Iaffred. Balb. *decis. 255. vers. si autem voluntas.*

Declaratur quarto, vt, quando sententia in falsi procuratoris fauorem, cōtra vero partem † absentem, licet ad falsi eiusdemmet procuratoris instantiam, citatam, prolata esset, subsequens ratificatio acta sententiamque non sustinere queat. *Iaffred. Balb. nominatim dec. 255. vers. Et etiam quando sententia.*

19

Et hæc in præsentiarum sufficiant retulisse.

DE CITATIONIBVS.

ARGVMENTA.

I Citationis requisita quæ sint.

II Primum citationis requisitum de iudicis nomine inserendo, explicatur.

SVMMARIA.

1 *Citatio quid sit.*
2 *Citationis ob defectum processus corruit.*
3 *Citatione nulla, in præiudicium citati omnina gesta annullantur.*
4 *Contumacia rei non caussatur.*
5 *Nec præscriptionis interruptio.*
6 *Nec præuentio.*
7 *Citationis nullæ incommoditates plures, remissiue.*
8 *Citatio n[illegible]er facta, perinde ac si omnino facta non esset, habetur.*
9 *Citationis legitimæ, quæ sint requisita.*
10 *Citatio a iudice incompetenti emissa, nihil prorsus momenti habet.*
11 *Citari aliquem faciens coram pluribus iudicib. de vna eademque re caussa cadit.*
12 *Citationi nomen iudicis inseri debet, & cur id fieri necesse sit.*
13 *Nihil autem refert, sub quo nomine Iudex citationem emittat, dum, quis sit, intelligatur.*

CONCLVS. XLVIII.

1 CITATIO, quum (*teste Damhaud. in prax. ciuil. de citatio. cap. 54. in princ.*) sit ad † iudicis conspectū legitima vocatio: adeoque processus totus ob legitimæ citationis defectum † corruat. *Menoch. consil. 746. num. 27. Tiber. Decian. respons. 18. numero vigesimonono, vol. 1. alios congessit Rutg. Ruland. tract. de commiss. libro secundo, capite tertio, numero primo, parte prima.* omniaque in citati præiudicium † gesta annullētur. *Ioan. Vincen. Honded. consult. 26. num. 25. part. 2.* contumacia † non caussetur. *Viu. Neapol. decis. 121. num. 7.* nec præscriptionis † interruptio. *Asin. in prax. Florent. §. 5. cap. 12. numero 4. Gabriel. Roman. lib. sent. 2. tit. de citat. conclus. 2. num. 3. Vasq. in nou. illust. quæst. cap. 24. num. 6.* vbi communem multis relatis auctoritatibus dicit Io. Petr. Surd. *Man. decis. 5.* vbi. Senatum ita IVDICASSE testatur. Nec præuentio † inducatur. *Francisc. Marc. Delphin. decis. 494. num. 33. part. 1.* Dixi. *conclus. 29. consider. 2. lib. 1.* cum sexcentis aliis hic minime aggregandis incommoditatibus; de quibus inter † alios Robert. Lancellot. *tract. attentat. cap. 4. in præfat. num. 94. & multis seqq. part. 2.* (Citatio quippe nulliter facta, perinde ac si facta non esset, † habetur. *Asin in Prax. Florent. §. 5. cap. 12. num. fin. & plures alios citat Decis. Luc. nouiss. 115. sub num. 4. Camillo Lep. relatore. & post Francisc. & Felin. Menoch. consil. 230. numero duodecimo.*) omni erit citanti enitendum studio, legitima intercedat citatio. Sed vt legitima dicatur, plura † nostrates examinant requisita substantialia, an, scilicet, 1. Iudicis, coram quo comparendum, 2. Citandi, 3. citantis, seu rectius, qui petiit citari, nomen insertum, 4. caussa, quare 5. locus iudicij. 6. comparendi dies adscriptus, 7. executio seu intimatio iuridice facta sit. Quæ singula qualiter procedant pro instituti ratione explicaturi, primum de iudicis nomine inserendo, videbimus.

2
3
4
5
6
7
8
9

Plures, & quidem grauissimæ sunt caussæ, quare citatorio Iudicis nomen inseri debeat. Nam vt vnam, aut alteram referre libeat practicabilem, constat citationem a Iudice † incompetente commissam, esse de iure nullam. *Post Abbat. & Sebast. Vant. respondit Ioan. Vincent. Honded. consult. 26. numero vigesimoquarto, parte secunda.* Sic citatio coram duobus iudicibus de eadem re fa-

10

11 cta, facit cadere † caussa citantem. *Francisc. Marius Delph. decis. 575. num. 2. part. 1. & est repetita decis. 637. numero 4. parte 2. Camill. Borell. consult. 15. numero 24.* De quo tamen Menoch. *cons. 230. numero secundo, & seqq.* & alibi dicetur suo cum apparatu.

Sic citatio ex cōmissione Iudicis debet fieri, ceu mox sub *Consid. seq.* dicetur. Vt igitur de competentia, commissione &c. constare queat, citatorio iudicis no-
12 men inseri † debere, rectissime concluditur. Et in specie conclusionem firmāt, Lanfranc. de Orian. *cap. 1. de citat. num. 4.* Schraderus *de feud. part. 9. cap. 7. sub num. 37. versicu. quod requisitum.* Rutg. Ruland. *etiam in Commissario firmat, tractat. de Commiss. part. 1. lib. 5. cap. 3. num. 3.*

Sciendum tamen est, nihil referre, vtrum iudex sub suo nomine proprio, agnomine, an vero (sicuti vt plurimum fit) magistratus, aut officij nomine, citationem emiserit, saltem quis sit citans iudex, constet. *ad Oldend. tractat. de libellis. capite tertio.*

ARGVMENTVM.

Citatio an, & quando iussu iudicis fiat, necesse sit?

SVMMARIA.

1 *Commissio seu iussus iudicis requiritur ad validitatem citationis.*

2 *Citatio, vt iussu iudicis fiat, non requiritur in caussis cognitionem non requirentibus: item vbi consuetudo generalis esset, quod nuncius citra specialem commissionem citet n. 3. sed contra n. 4.*

5 *Citatio sine iudicis iussu facta, subsistit, citato non excipiente de commissionis defectu.*

6 *Citationis commissionem esse factā, quando præsumatur, remissiue.*

CONSIDERATIO I.

1 CITATIONEM sine † iudicis iussu exsecutam seu factam esse nullam, pro nihiloque haberi, communem dicit Soarez. *sent. thes. lit. C. numero 62.* Mynsing. *obseru. 10. numero tertio. cent. 6.* Schraderus, *de feud. parte 9. capite 7. numero 40.* Concurrunt ex Franco notata per Brederod. *tract. appellat. part. 2. tit. 22. col. 462. vers. an nuncius.*

Limitatur, atque ita commissio citationis faciendæ non requiritur in casibus † caussæ cognitionem non requi- 2
rentibus. Ita tenere Decium, Aret. Bal. Francisc. Alciat. *de præsumt.* ibidemque addent. Nicol. & Duennam, refert Fernandus Vasq. *in nouis illust. quæstio. 24. numero 4.* Videatur Brederod. *cit. loc. colum. 463. vers. vbi tamen limitat.*

Limitatur secundo, quando nuntius † habet generale ad omnes caussas 3
mandatum de citationibus faciendis: nam tunc specialis commissio non esset necessaria. Hanc limitationem † in- 4
fringit Fernandus Vasq. *in nouiss. illustr. quæst. 24. num. 5.* contrarium verius esse scribens, nisi vel lege municipali esset constitutum, vel consuetudine præscriptū, quod nuntius absque speciali mandato citationem faceret. *ad not. Breder. d. colum. 463. vers. secundo limita.*

Limitatur tertio, & tenendum, quod citatio ob defectum † commissionis a- 5
lias nulla, cōualidetur de commissionis defectu non excipiente citato. *Mascard. de probat. conclus. 244. numero 11.* Commissio citationis an, & quando præsumatur nuntio facta, examinat ex professo Menoch. *de præsumt. 24. per t[illegible]b. 2.*

ARGVMENTVM.

Citatus ab incompetente iudice, an comparere, & fori declinatoriam allegare constringatur.

SVMMARIA.

1 *Citatus a iudice non suo, comparere debet, & incompetentiam allegare.*

2 *Etiamsi iniuste sit citatus.*

3 *Nisi incompetentia sit notoria.*

4 *Non vero si dubia.*

5 *Nec si citans esset vir prouidus, circumspectus & honestus.*

CONSIDERATIO II.

A Iudice † non suo citatus, compa- 1
rere debet, allegaturus incompetētiam,

tiam, vt de ea constare possit. Probat in specie Viu. *Neapolit. decisione 274. numero decimo.*

Ampliatur ex sententia Iasonis *in leg.*
2 *2. ff. si quis in ius voc.* etiamsi † iniuste esse citatum constet. Refert & sequitur Viu. *dict. decisione 274. numero vndecimo.* quam quidem ampliationem ipse post alios declarat, vt non obtineat, quando constaret, quod citatus sub iudice vocante non teneretur respondere. Eiusmodi declarationem non respuit Ludolph. Schraderus, *de feud. parte decima, sectione prima, numero 165.* nec Mynsing. *obseru. 7. num. 6. cent. 6.*

Declaratur, vt quidem allegatio incompetentiæ necessaria non sit, quan-
3 do † notorie de ea appareret.

Secus si dubium subesset, competens
4 † an incompetens sit iudex. Nam eo casu dubij comparitio ad allegandum declinatoriam fori requiritur. *Mynsing. obseru. 7. numero septimo, cent. 6.* vbi scribit, ita in Camerali iudicio RESOLVTVM esse.

Ampliatur notabiliter secundo, vt quamuis esset certum & notorium, iu-
5 risdictionem non competere citanti, adhuc tamen teneatur citatus comparere, quando citatio commissa esset a persona prouida & honesta: quum non sit præsumendum, talem fecisse citationem, nisi in casu sibi a superiore commisso. Ita diserte declarando ampliat. Francisc. Marc. *Delph. decisione 119. numero vndecimo, part. 2. ad idem seq. consid. declarat. 4.*

ARGVMENTA.

I Delegatus, vt arctet citatio, an originale commissionis citando transmittere debeat.

II Delegatus, an delegationis tenorem citatorio inserere habeat necesse.

SVMMARIA.

1 *Iurisdictio delegata non præsumitur. Nequidem in viro illustri. nu. 9. licet contra. num. 11.*

2 *Commissionis originale citando transmittendum non esse, receptius est.*

3 *Commissionis tenor, an citatorio inserendus sit, controuertitur.*

4 *Affirmantium opinio recipitur ex communi opinione.*

5 *Negatiua refertur.*

6 *Conciliatio declarationibus inducitur. & num. 7. 8. 10.*

11 *Delegatum se esse asserenti viro illustri credi conuenit, licet, qui dissentiant, non desint.*

12 *Conciliatio alia refertur, quando vel originale transmitti, vel copia commissionis inseri debeat citatorio, vel etiam necesse non sit.*

CONSIDERATIO III.

IVRISDICTIO † delegata cum non 1
præsumatur, grauiter Menoch. *2. præsumt. 15. in discursu.* duæ hic erunt discutiendæ quæstiones. Vna, *an originale commissionis citando transmittendum sit?* Altera, *an citationis tenor citatorio inserendus sit?* De priori quæstione licet Dd. dissentiant, pro negatiua tamen, vti receptiore, Mynsing. in terminis consuluit. *responso sexto, numero vigesimosexto, decad. 1.* hancque in Camera Imperiali RECEPTAM esse, idem testatur *Mynsi. obseru. 1. cent. 3.* quam tamen Pacianus visus est restrixisse, vt falleret, quando de grauissimo citandi præiudicio ageretur. *infr. num. fin.* Commissionis tenor citatorio inserendus sit, an minus, nec de hoc quidē inter Maiores † nostros conuenit. 3

Affirmatiuam, atque proinde tenorem † commissionis inserendum esse, 4
communem existere sententiam, scribit Achill. de Graff. *Rot. Rom. decis. 140. alias de citat. 10.* non tamen de iuris necessitate insertionem requiri subiicit: sed adhuc inseri debere, tradunt expresse Speculator. *rubr. de citat. 6. §. iam de citatione. 5. versic. ceterum litera delegati. & respondet Menoch. consil. 790. numero sexto, & idem. Menoch. (Dn. Gaillium referens.) 2. præsumt. 15. sub numero 2. Asin. in Prax. Florent. §. 5. capite secundo, numero 3. & adduxit noue Nicol. Reusn. decis. Dicast. Ienens. 14. sub nume. 16. lib. 3. accedit post alios Mynsing.*

respons. 6. num. 26. 27. dec. 1. nuper respondit etiam Camill. Borell. consult. 68. num. 5. Tiber. Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 25. num. 12. respondit etiam Raudens. cons. 13. num. 13. vol. 1. Et in Camera Imperiali OBSERVATUM esse, scribit Rurg. Ruland. *tract. de Commissar. lib. 6. capite tertio, numero 7. parte 1. & conferunt notata per Lancellot. tract. attentat. capite quarto, in præfat. num. 166. & seq. part. 2.*

5 Negatiuam vero visi sunt †, recepisse inter alios Tiber. Decianus *respons. 18. numero 158. versi. verum ad hoc. vol. 1.* vbi multis insuper probat, sufficere vt delegatus caussam suæ Iurisdictionis, scilicet, quia delegatus sit, saltem inserat. Et plures alios refert hanc contrariam sententiam probantes Alexand. Raudens. *respons. 21. num. 133. vol. 1.*

Quo dissidētes eiusmodi opiniones concilientur, ad sequētes declarationes erit aduertendum.

Declaratur itaque primo, vt quando se delegatum asserens, nullam in citatum haberet iurisdictionem, & hic de-
6 legatus ad petitionem † citati comparentis exhibitionem commissionis denegaret, processus nullius sit momenti. Ita docte & accurato studio nouissime probauit Nicol. Reusn. *Dicast. Ienens. decis. 14. per tot.* & in eodem dicast. iuxta eandem declarationem CONCLVSVM esse testatur *lib. 3.*

Declaratur secundo, quando dele-
7 gans est in eodem † loco vel propinquiore, vbi delegatus suam intendit exsequi delegationem. *Menoch. post Speculatorem, Roman. Butr. Imol. Felin. Ias. Decium Paris. & Grammat. tenet de præsumtio. 15. numero decimo.* Nam (inquit Menoch.) *præsumitur, quod is delegatus habeat delegationis mandatum, quum non præsumatur velle dicere mendacium, quod facile ob delegantis præsentiam detegi potest.* Eandem declarationem diserte admittit Tiber. Decian. *tractat. crim. lib. 4. cap. 25. numero 58.* & obseruauit in non absimilibus Ioseph. Ludou. *Perus. decis. 104. num. 1. 2. part. 2. clare etiam Fulu. Pacian. tract. probat. cap. 48. numero 70. lib. 1.*

Declaratur tertio, vt citatus a delegato teneatur comparere, licet delegationis tenor citatorio non sit insertus, quando de stylo † non soleret inseri. I- 8
ta ex Lapo allegat. *32. incip. a fratre. numero quarto, consuluit Tiber. Decianus responsione decima octaua, numero 158. vol. 1.* & post etiam Menochium allegando consuluit in terminis Alexand. Raudens. *respons. 21. num. 137. vol. 1.*

Declaratur quarto, vt quamuis in viro etiam excelso & illustri †, *secundum* 9
Menoch. 2. præsumt. 15. numero quarto. delegata iurisdictio non præsumatur: atque ita se esse delegatum simpliciter asserenti non sit credendum: citatus tamen comparere † teneatur: & si velit, 10
delegationis copiam petere possit. *per notata supra ad finem conclus. versic. ampliatur notabiliter.* Et insuper confirmat hanc declarationem a Menochio dissidentium opinio, quæ habet, quod immo viro excelso vel illustri, se esse † delegatum 11
asserenti, credi debeat. Sic sane vltra Monach. Calder. Abbat. Castr. Roman. Alexand. & Tiraq. per Menoch. *de præsumt. 15. numero 5.* relatos, in terminis respondit Tiber. Decianus, *consil. 18. numero 157. vol. 1.* Nuncupatim etiam in terminis Alexand. Raudens. *respons. 21. num. 135. vol. 1.*

Aliam conciliationem distinctis tribus casibus retulit Fulu. Pacian. *tract.* 12
probat. cap. 43. sub numero 41. lib. 2. vt scilicet, aut agitur de grauissimo præiudicio citandi, & ipsum originale esset exhibendum, nisi constaret plene de mandato, seu delegatione; aut de graui præiudicio citando ageretur, & copia esset transmittenda: aut de leui præiudicio, & non copiam necesse esse transmitti, sed saltem, se delegatum in caussa esse, sufficiat asseruisse.

ARGVMENTVM.

Citandi nomen citationi inserendum esse?

SVMMARIA.

1 *Citandi nomen citatorio inserendum.*
2 *Apposito etiam agnomine.*

3 *Cita-*

3 *Citatus si esset alter illorum, qui eiusdem nominis adhuc comparere tenetur, nec se referret ad cognominatum.*

4 *Citatus quispiam alio, quam vocatur nomine, comparere non habet necesse.*

5 *Nisi ex aliis demonstrationibus in citatorio expressis appareret citatum esse illum citandum.*

6 *Citatus alio, quam vocatur nomine, si cõparuerit, ex comparitione nomen suppletur, validata sic citatione.*

7 *Citatio Titii, & delicti accusatorum complicum non expressis nominibus, accusati complices emanentes, nihil ex eo incommodi sentiunt.*

8 *Citanda quando est vniuersitas nomina singulorum exprimantur, non requiritur.*

9 *Citanda quando venit vniuersitas, quid considerandum. remissiue.*

10 *Citãdus est nominatim pupillus curatores habens.*

11 *Secus in infante, cuius veniunt tutores citandi.*

CONCLVS. XLIX.

VERA & apud omnes indubitata est conclusio citãdi nomen † esse citatorio inserendum. 1 Ita sane hanc conclusionem admittunt Rutger. Ruland. *tract. de Commissar. libro 6. capite 3. numero 4.* & auctoritate Soci. *decidit* Ludol. Schraderus, *de feud. part. 9. capite 7. sub numero 38. vers. sexto requiritur. Mynsing. obseru. 50. num. 2. cent. 5.*

Ampliatur primo, vt non modo nomen proprium, vt Ioannes, Petr. &c. sed
2 & agnomen † seu paternum, æquiuocationis euitandæ caussa, exprimi debeat. *ad not. Rolan. d. loc. numero quarto.* Nam vbi plures eiusdem essent nominis, citatio esset incerta. Quare queadmodum alias incertitudo vitiat regulariter actum. *vulgat.* & sententiam *Ioan. Petr. Surd. consil. 168. num. 29. cum similibus.* ita & citationem. Videatur Rul. *cit. loc.*

Limitatur hæc ampliatio, vt quamuis duo eiusdem essent nominis, & alter illorum esset citatus, hic non excusetur
3 † ob æquiuocum nomen, sed teneatur comparere. Ita esse PRONVNTIATVM ex Baldo. *in l. eum quem, de iudic. refert, & sequitur Alexand. Raud. in Append. tract. analog. part. 7. sub n. 9.*

Limitatur secundo, vt quamuis citatio facta esset, si tamen alio nomine, quam † vocatur, citaretur, citatio nõ valet. ex Marsilio refert Bertazol. *in tract. claus. 3. gloss. 1. sub num. 3.* 4

Declaratur primo hæc limitatio, vt non procedat, quando vere per aliam demonstrationem in citatorio adscriptam constet, citatum esse illum † citandum. 5 Nam hoc casu citatio videtur arctare. *per ea, quæ deducit Bertazol. d. gloss. 1. numero tertio, & seqq.* Et hæc declaratio fundatur etiam ex eo, quod appellationis instrumentum subsistat, quamuis erratum in appellati nomine adscribẽdo esset. *Robert. Lancellot. de attentat. cap. 12. limitat. 50. numero 209. parte secunda.* vbi, quod IVDICATVM ita in Rom. Curia sit, adseuerat. Et dixi etiam, *infra conclus. 119. hoc lib. 1.*

Declaratur secundo limitatio, vt nõ obtineat vires, quando citatus aliud nomen haberet, quam in citatorio expressum esset, & compareret: nihilominus, quoniam per comparitionem nomen illud minus † rectum suppleretur, citatio arctat, vt valida. 6 Ita in terminis censuit Rutg. Rûland. *tractat. de Commissar. libro sexto, capite tertio, sub numero quarto, vers. si quis tamen aliud nomen habens.* Vide infr. *conclus. 57.*

Ampliatur secundo, vt quamuis plures vnius delicti complices accusarentur, adhuc non valeat citatio, Titius & eius complices, vt compareant, ad vidẽdum se declarari in pœnam, sed requiratur, vt omnium † nomina & cognomina diserte exprimantur. 7 Ita in Cam. iud. DECISVM testatur Mynsing. *obs. 50. num. 5. cent. 5.*

Limitatur hæc ampliatio, vt non procedat, quando citanda esset Vniuersitas † aliqua: nam hoc casu singulorum nomina necesse non est exprimantnr. 8 Ita in Camera Imper. sæpe IVDICATVM esse, adseuerat. Mynsing. *obseru. 50. sub num. 3. cent. 5.*

Et quando vniuersitas erit citanda,
9 quid obseruandum, multas dedit † remissiones. *Sebast. Vant. de nullit. sent. ex def. citatio. numero 144. noue Prosper. Farinac. quæst. crim. 24. numero 113.* & commonui etiam de modo citandæ vniuersitatis. *infr. concl. 57. num. 12.*

Ampliatur tertio, vt pupillus curato-
10 res habens, nominatim † sit citandus, licet secus sit in infante. Ita in specie consuluit Alexand. Raudens. *responsione vigesimaprima, numero 140. libro 1. Veritas* (inquit) *est ista, quod aut agitur de pupillo, qui excessit infantiam, & tunc verum est, eum debere citari. l. 1. vers. ita tamen, vt pro his,*
11 *qui fari † non possunt, vel absunt, ipsi tutores iudicium suscipiant, de administrat. tut. l. quoque. de in ius voc. l. 2. de cond. furt. l. pupillus.* Speculatorem, Socin. & Mandosium in hanc sententiam refert eod. loci Raudens. subnectitque, hanc ampliationem & distinctionem adeo esse indubitatam, vt hucusq; non legerit contradicentem. Non interim tamen me fugit, ampliationem hanc in propriis conclusionis terminis non versare, quæ est de expressione nominis citandi.

Dixi de vel nominatim; vel generatim citandis etiam plura *conclusio. 57.* quo me refero.

ARGVMENTVM.

Absentiæ significatus, eiusque probatio in quibus resideat?

SVMMARIA.

1 *Absens & absentia, quam varie in legibus accipiatur. remissiue.*
2 *Absentia in iudicialibus quo modo probetur. remissiue.*
3 *Statutum qualem ex iure communi interpretationem admittat. remissiue.*

CONSIDERATIO. REMISS.

QVAM varie absens & absentia in legibus accipiatur præter relatos a
1 Dn. Gaillio. *numero 10.* ex † neotericis & theoricis noue excutit, Dn. Goddæus, *in l. 173. §. primo, numero secundo, de verb. & rer. signif.* Zas. *in §. rursus. numero 1. & seqq. Instit. de act.*

Absentia vero in iudiciis quo modo † probetur; item, quot modis quis absens esse dicatur, inter pragmaticos disertissime Mascard. *in tractat. probatio. conclusione octaua, & Menoch. 6. præsumt. 19.* examinant. 2

Statutum qualem ex iure communi (de quo Dn. Gaill. *numero octauo.*) interpretationem † recipiat, nonnihil dixi. 3 *conclus. 23. lib. 2.*

ARGVMENTVM.

Citationi nomen agentis, seu eius, qui citari petiit, inserendum esse.

SVMMARIA.

1 *Citatorio nomen citari facientis inserendum.*
2 *Citatorio, nomen eius, ad cuius instantiam citatio emissa est, si nō esset insertum, citatio non arctat, quamuis citando insinuata.*

CONCLVSIO L.



ONCLVSIO Doctorum existit, nomen actoris, seu eius ad cuius instantiam citatio commissa est, in citatorio exprimendam † esse, 1 vt arctet citatio. Cōmunem laudat Soarez. *thesauro. lit. C. numero 62.* Et hanc conclusionem in qualibet citatione regulariter esse considerabilem post Socin. Dec. & (qui rationes in *rubr. de nullit. sent. ex def. citat. numero 58.* adducit) Vantium, admittit Ludou. Schraderus *de feud. part. 9. capite septimo, sub numero 38.* & in Cam. Imper. secundum hanc conclusionem IVDICATVM esse, refert Myns. *obs. 50. in princ. cent. 5.*

Ampliatur conclusio procedere, etiamsi citando insinuata esset citatio iudicis; nam ad huiusmodi citationē non comparens † excusabitur. *ad not. Myns.* 2 *d. obs. 50.* Aliud sane erit dicendum in nomine appellati: licet n. appellās erronee appellauerit contra Martinū, dū appellare

lare voluerit contra Iacobum, appellatio tamen non intercidit, dixi *infra concluſ. 119. hoc lib.*

ARGVMENTVM.

Citatio ad partis inſtãtiam committenda erit.

SVMMARIA.

1 *Citatio vt valeat, in cauſſis ex officio iudicis non expediendis, ad inſtantiam partis neceſſe eſt ſit decreta & emiſſa.*

2 *Citationem ad inſtantiam partis eſſe factam, præſumtio ſtat.*

3 *Diſſentientibus aliis.*

4 *Citationem eſſe ad requiſitionem aduerſæ partis emiſſam, maxime in cauſſis ſummariis, leuioris præiudicii, ex temporis diuturnitate, præſumitur.*

CONSIDERATIO I.

IN caſibus, vbi iudex ex officio nõ procederet, partis petitionem ſeu inſtan-
1 tiam, ad hoc vt citatio † valeat, requiri, vltra Gaillium, *num. 4.* Aſin. *in prax. Florent. §. 8. cap. 1. nu. 4.* & ex *l. ad peremtorium. 68. ff. de iudic. l. fin. C. de bon. auct. iud. poſſ. l. ſi accuſatoribus. 4. C. de accuſat. §. ſit tibi. verſ. & non permittas. Auth. de mandat. princip. c. 1. ext. de iudic.* multorumque grauiſſimorum Iuriſconſultorum auctoritate firmauit Lud. Schrad. *de feud. part. 9. cap. 7. num. 34.*

Declaratur, vt tamen in dubio præſu-
2 mendum ſit, citationem † ad partis petitionem eſſe factam. Menoch. auctoritate Aretin. & Socin. iun. *conſ. 145. nu. 43.* Et idem Menoch. accurato ſtudio *2. præſumt. 23. num. 1.* communem aſſerens opinionem, & in diſcurſu hanc ampliationem nõ modo probat, ſed etiam a morſibus diſſentientium vindicare adniti-
3 tur. In partes diſſentientium tamen † etiam præter Roma. Decium, & Ruin. deſcendit Soarez. *theſ. lit. C. nu. 63.* vbi communem ex Aretino & aliis dicit. Aretinum & alios diſſentientes viſus eſt etiam ſequi Aſinius *in prax. Florent. §. 8. c. 1. nu. 3.*

Declarationem in cauſſis ſummariis, & leuis præiudicii, & quando temporis concurreret diuturnitas, multo magis
4 procedere, † monet idem Menoc. *d. præſumt. 23. nu. 13. & 14.* Quoad temporis diuturnitatem commiſſionẽ citationis præſumi, concedit & Aſin. *in prax. Flor. §. 8. cap. 1. num. 5.*

ARGVMENTA.

I. Cauſſam in citatione eſſe exprimendam.

II. Libellus citationis vtrum ſit inſerendus, vel etiam vna tranſmittendus.

SVMMARIA.

1 *Citatorio eſſe cauſſam, quare, &c. inſerendam, & cauſſam cauſſæ. num. 5.*

2 *Maxime perſonalis, ſi comparitio a iudice citando mandatur.*

3 *Citatorio cauſſa inſeratur, non requiri contendit Vaſq.*

4 *Conciliatio adducitur.*

6 *Citatorium ſine expreſſione cauſſæ arctat, vbi citatus cauſſam ſciret.*

7 *Quamuis eiuſmodi ſcientia non præſumatur.*

8 *Citatorio an ſit inſerendus libellus, controuertitur.*

9 *Citatorio, ſi eſſet vna libellus tranſmiſſus, præſcriptio interrumpitur, litis pendentia inducitur. & num. 10. 11.*

CONCLVSIO LI.

CAVSSAM ad validitatem citationis in citatorio exprimendam † eſſe, communis exſiſtit Doctorum cõcluſio; 1
vltra Dn. Gaill. *num. 1.* firmat & multis ſimilibus corroborat Bal. *in prax. ti. de citat. §. ex prædictis. verſ. & per hoc apparet. Verall. Rom. deciſ. 116. n. 6. par. 1. Franc. Viu. Neapol. deciſ. 274. nu. 8.* vbi, quod ita ſæpius IVDICATVM ſit, adduxit. Et de iure communi receptiorem eſſe, ex Panorm. & aliis refert & approbat Mynſ. *obſ. 85. nu. 8. cent. 5. ſequitur Rutg. Rul. tract. de commiſſar. lib. 6. c. 3. nu. 5.* Et, regulariter in citatione cauſſæ expreſſionem requiri, adſtruit multorũ fultus auctoritate Lud. Schrad. *de feu. par. 9. c. 7. ſub nu. 35.* comprobauit item nuper Nic. Reuſn. *deciſ. 22. nu. 28. lib. 2.* Maxime, quando citandus perſonaliter † vt compareat, citatio illa met ſine cauſſa emiſſa 2

esset, *ad not. Fulu. Pacia tract. prob. c. 48. n. 17. & seqq. lib. 2.* vbi de hoc discursus fecit.

De iure Cam. citatorio caussam inseri text. est, *tit. 12.* § **Vnd sollen in solchen Ladungsbrieffen.** *part. 3.*

Contrariũ, & quod in citatorio caussæ expressio non sit necesse, tam in ciui-
3 libus, † quã criminalibus, autumat Fern. Vasq. *in nouis Illustr. quæstio. 24. numero 14.*
4 Cõciliationẽ adducere visus est, † Robert. Marant. *tract. de multipl. alienat. num. 361. Dic* (inquit) *quod communis conclusio est, quod si citatio fiat a iudice ordinario ad instantiam actoris, valet sine alia caussa, & tenetur citatus comparere; secus si fiat a delegato.* Ita tenet Bald. &c.

Retenta tamen interim conclusione, ampliatur eadem primo, vt nõ modo in citatione simpliciter caussam exprimi
5 requiratur, sed etiam † caussam caussæ, seu specialem propriamq;, exprimi necesse sit, *post alios Nic. Reusn. decis. 22. n. 29. li. 2.* Quod intelligerem eo casu, quando citatus ad primum illum terminum respondere esset obstrictus.

Limitatur notab. conclusio, vt non
6 procedat, quando citatus sciret † citationis caussam. Limitationem hanc in specie ponit & probat Lud. Schrad. *de feud. par. 9. c. 7. sub nu. 35.* Licet non præsumatur
7 caussæ citationis † scientia, sicuti idem Schrad. ibidem scribit.

Cetera *ex tract. de citat. & process. iud.* petenda sunt, ne iusto prolixior videar.

Sedulo tamen aduertendum erit circa huius conclusionis energiã, quare nimirum caussam in citatorio exprimi desiderent Dd. Versatur enim in explicandis variis quæstionibus ex citationis validitate dependentibus.

Affine proximumq; est, de libellis citatorio inserendis.

Libellus citationi an sit inserẽdus (de quo Dn. Gaill. *nu. 2.*) vel cum citatione
8 transmittendus, disceptant † Dd. Pro vtraq; parte retulit auctores Asin. *in praxi Flor. §. 5. c. 1. per tot.* sed ipse negatiuam videtur tenere: & esse communem doctorum sententiam relatis auctoritatibus aliquot, dixit Schrad. *de feu. par. 9. c. 7. n. 36.*

Magnæ vero vtilitatis est, caussam diserte citatorio inseruisse, vel libellum (quod tutius est) vna cum citatorio trãsmisisse. Operatur † quippe præscriptio- 9
nis interrruptionem, litis pendẽtiam, vitium litigiosi, *ad not. Asin. d. §. 5. c. 2. per tot. Myns. obs. 26. cent. 4. & post Vin. Neapol. decis. 459. nu. 4.* De vitio litigiosi etiam Decian. consuluit *resp. 34 nu. fin. vol. 2.* videatur omnino Rober. Lancel. *tract. attent. par. 2. c. 4. in præfat. nu. 29.* inde multis seqq. vbi luculenter vbertimq; prosequitur.

Limitatur primo, & necesse est, libellus inseratur citatorio, vel transmittatur
† ad effectum interrumpendæ præscri- 10
ptionis, *Asin. in praxi Flor. §. 5. c. 2. nu. 1.* An in criminalibus oblatione libelli interrumpatur præscriptio, dixi, *inf. de libell.*

Limitatur secundo, vt libellus debeat inseri ad effectum inducendæ litis † pen- 11
dentiæ, *idem Asin. d. §. 5. c. 2. n. 2.*

ARGVMENTVM.

Citatus ad vnam caussam certam, an etiam pro alia eodem in termino respondere teneatur.

SVMMARIA.

1 *Citatus ad vnam caussam, an super alia etiam eodem in termino respondere sit obnoxius, inter Doctores pugna. Affirmante Gaillio.*

2 *Negantibus aliis.*

CONSIDERATIO I.

Citatus ad vnam caussam, an super alia etiam respondere eodem in termino constringatur, controuersæ † quæ-
stionis est, Dn. Gaill. *nu. 7.* vtriusq; sentẽ- 1
tiæ auctores retulit affirmantib. subscribẽs. Affirmatiuam etiam sequutus videtur wurmser. *pract. obs. tit. 6. obs. 4. incip. si aliquis fuit citatus.*

Neganti Baldo † suffragatur Æmil.
Verall. *Rom. decis. 107. num. 2. par. 1. & idem* 2
Verall. decis. 123. nu. 2. par. 3. Asin. in prax. Floren. §. 7. c. 5. limit. 90. nu. 9.

ARGVMENTVM.

Præsens in iudicio, an citandus sit.

SVMMARIA.

1 *Citandus non est præsens in iudicio. Contradicit wesenb. nu. 3.*

Conci-

Conciliationi via sternitur nu. 6. 7.

2 *Citatio præsentis non præsentis ad videndum iurari testes.*

4 *Citari præsentem non est necesse, quamuis statuto esset cautum, citationem ad certum aliquem actum debere fieri.*

5 *Contradicunt alii.*

6 *Præsentia alias citandi solum citationis faciendæ actum supplet.*

7 *Non vero responsionem præsenti eodem in termino imponit.*

CONSIDERATIO II.

PRo regula statuunt, Præsentem in iudicio non esse citandum; quin potius
1 præsentia † citationem suppleat, ex *l. de vnoquoque. ff. de re iud. Soc. tradit reg. 378. nouiss. impress. Colon. & consuluit in specie Io. Pet. Surd. consil. 271. nu. 10.* vbi inter alios refert Decium, dicentem, valere iudicium cum præsente non citato factum. Respondit item Crauetta, *consil. 348. nu. 24. & consil. 500. num. 1.* aliorum insuper auctoritatibus, admixtis etiam nonnullis legibus, recepit Schrad. *de feud. par 9. c. 7 num. 49.* stultumque esse iudicem, qui præsentem in iudicio citaret ex Angelo Asin. refert *in prax. §. 7 c. 5. limit 90. num. 3.* Huic applaudit sententia illa iuris trita, partis aduersæ ad videndum testes iurari citationem
2 † non requiri, vbi præsens citandus in iudicio esset: firmat Prosp. Fari. *de test. q. 72.*

Contrarium regulæ Matth. Wesenb.
3 expressim † asseuerat, *Parat. ff. de in ius voc. sub n. 13.* vbi dicit, ita communem obseruare praxin, & firmare connisus est contrarium esse verius.

Priore sententia seu regula retenta, Ampliatur eadem; vt etiam præsens in iudicio non sit citandus, stante statuto,
4 quod ad actum † aliquem citatio debeat fieri: amplissime Aym. Crauett. *consil. 500. nu. 3. 4. 5. 6. & post alios voluit Asin. in prax. Flor. § 7. c. 7 limit. 90. nu. 5.* & noue eandem admittit ampliationem Barnab. *Cornaz. Luc. decis. 54. nu. 41.* vbi iuxta eandem IVDICATVM exstat.

5 Verum huic ampliationi † contradicit, Baldi auctoritate fretus, Soci. *in reg. 378. vers. secundo fallit iuxta nouiss. Colon. impress.* & auctoritate Iaſ. contendit Schra. *de feu par. 9. c. 7. sub nu. 49.* dissentientes, *nu. 50.* refellere studet.

Celsus etiam in addit. Lanfranci de Oriano, *c. de cita. 1. § secundo quæro nunquid præsens,* auctoritate Baldi & aliorum contrariam hanc partem obseruat.

Ampliatio tamen; seu affirmantium sententia videtur verior, si considerauerimus argumenta Crauettæ *d. loc.*

Declaratur iam regula, vt quidem citandi præsentia habeat † effectum neces- 6
sitatis per præsentem recipiendi absque alia citatione libellum, *Asin. in prax. §. 7. c. 5. limit. 90. sub nu. 8.* non vero, vt statim eodemmet in termino respondere † con- 7
stringatur. Ita expresse Bal. *in prax. tit. de citat. §. ex prædictis autem insurgit, vers. 3. si autem talis esset caussa.* Baldum, licet tacito homine, ad literam sequitur Berberius, *in 4. par. prax. rubr. de iudiciis. nu. 15. 16.* Baldum etiam sequitur Lagus *in 5. par. suæ methodi c. 3. §. præterea.* Et eiusmodi declarationem probat Asin. *prax. Florent. §. 7. c. 5. limit. 90. nu. 15.* Eandem fallentiam statuit & Socin. *reg. 378. fall. 1.* licet neminem citet. Et hæc fallentia, posset regulæ & dissidentis ab ea opinionis conciliationem sustinere forsitan.

Declarationes adhuc duas adduxit idem Asin. *in loc.* quo studiosus erat ablegandus.

ARGVMENTVM.

Citatorio ad citationis validitatem, an & quando locus iudicii inserendus sit.

SVMMARIA.

1 *Citatorio esse locum iudicii adscribendum.*

2 *Nisi iudex semper certo loco ius diceret.*

3 *Vel citatus de iudicii loco esset certus.*

4 *Aut iudicis citantis fixum domicilium esset citato notum.*

5 *Vel etiam de loco iudicii ex certis indiciis constaret.*

6 *Idem si ex data citatorii locus indiceretur.*

7 *Vel denique citatus facile de iudicii loco certiorari, si perquisiisset, potuisset.*

CONCLVSIO LII.

ONCLVSIO iuris est satis solida, in citatione, vt arctetur citandus, iudicii † locum esse exprimendum, *Dn.Gail.nu.1. accedit post alios Ludolph.Schrad.de feud.par. 9.cap.7 sub nu.39. vers. namque regulariter. & sunt notat per Brederod tract.appell.par.2. col.468.vers. an citatio sine die vel loco valeat.*
1

Fallit primo, quando iudex certo in
2 loco semper solitus esset ius † dicere. *Tib. Decian.resp.18.sub num.152.vers. tertio dicitur.vol.1.Menoch.consi.*100.*nu.*180. *Schrad. de feud.par.9.cap.7 sub nu.39. vers. & in terminis. Marc. Ant. de Amat. Rot. Prouinc. March.decis.98.num.*19.

Fallit secundo, quando citatus de cer-
3 to loco iudicii esset † certus. Hoc n. casu, licet citatorio nō sit adscriptus locus, adhuc citatio perinde valet, ac si expressus esset, *in arctat.terminis post Ias. & Paris. respondit Tib.Decia.resp.18.nu.152.vol.*1.

Fallit tertio, quando citantis iudicis
4 domus habitationis solita esset citato nota: nam tunc citationem sine loci expressione valere in specie respondit Menoch. *cons.100.nu.*179.

Fallit quarto, quando ex certis indi-
5 ciis, † vbi locorum citato esset comparendum, constare posset, *auctoritate Bart. & Socini, & per l. non distinguemus. 32. §. si arbiter.ff.de arbitr. Lud.Schrad scribit de feu. par.9.c.7.nu.39.vers. idem est.*

Fallit quinto, vel ex præcedenti fallentia infertur, vt citatio sine iudicii loci expressione arctet citatum, quando ex
6 data citatorii † constaret, quo in loco citatorium esset conscriptum: nam perinde est, ac si locus iudicii expresse esset adscriptus. Ita in ipsis terminis consuluit Tib.Decian. *resp.18.num.153. vol. 1.* argumento a tempore ad locum ducto, de quo Euerh. *loco 88.* idem in terminis respondit Menoch. *cons.100 nu.182.*

Fallit sexto, vt adhuc citatus citatorio sine loci expressione emanato arctetur, facile quando potuisset de iudicii loco
7 † certiorari, *in terminis respondit Decian. respon.18, nu.154. vol.*1.

Atque hæ fallentiæ, sunt ex frequentioribus, vsuiq; aptioribus.

ARGVMENTA.

I. Citatus, an & quando ratione loci non tuti a comparitione excusetur.

II. Saluo conductui, an & quādo citatus teneatur confidere, ad sese iudici sistendum.

SVMMARIA.

1 *Citatio ad locum non tutum non arctat.*
2 *Adeo quidem, vt quamuis ad vnum antea actum comparuisset, ad alium postea comparere non teneatur.*
3 *Siue ad ciuilem, siue criminalem caussam citatio esset facta.*
4 *Citatus ad locum minus tutum, non tenetur appellare, licet tutius, si appellet.*
5 *Salui conductus literas quamuis mitteret index, adhuc ad locum non tutum citatus, comparere haud tenetur.*
6 *Etiamsi ipsemet iudex fidem datam esset seruaturus, in loco tamen iudicii citatus partiales terribiles haberet inimicos.*
7 *Citatus ad locum non tutum, excusatorem mittere non tenetur.*
8 *Modo locus ratione belli, pestis esset periculosus,*
9 *Secus solius citati persona non tutus.*
10 *Citatus ad locum minus tutum excusatorem mittens, non ligatur processu postea fabricato.*
11 *Citatus excusatur, vbi misisset excusatorē, an & si ipse excusator ob partiales in loco inimicos accessum veritus fuisset. Declaratur ibid.*
12 *Citatus ad locum non tutum excusatur, licet ipse iudicii locus tutus esset, loca vero, per quæ transeunda, non secura.*
13 *Nisi obliquas per vias tuto pertransire potuisset. & num.14.*
15 *Citatus ad locū non tutū, siue a iudice ordinario, siue delegato, cōparere non tenetur.*
16 *Citatus sub saluo conductu non tenetur comparere, nisi seruitoribus suis etiam securitas data esset.*
17 *Item & aduocatis, & procuratoribus ad actum sibi necessariis.*

CONSIDERATIO I.

CItationem ad locum non tutum factam † citatum haud arctare iuris 1
est

est expediti. *cap. pastoralis. 2. §. verum quod huiusmodi sententia. vers. esto igitur quod rex ipse alias ad præmissa fuisset legitime per Imperatorem citatus. Clement. de sentent. & re iud. cum concordant. Dn. Gaill. nu. 3. Coler. de process. exsecut. par. 4. cap. 1. nu. 168. & ex Bar. Alex. Franc. Ruin. Afflict. Marsil. & Paris. refert Menoch. consil. 100. num. 183. infinitis item auctoritatibus comprobat Prosp. Farinac. pract. crim. quæst. 11. num. 55.* vbi communem post multos laudat: his accedit Io. wames. *tract. appellat. c. ex part. 47. num. 2. & quasi per tot. cap.*

Ampliatur primo, vt quamuis citatus in eodem loco ad vnum actum comparuisset, possit tamen ad alium postea a-
2 ctum † citatus exceptione loci non tuti declinare eundem locum, *ex Ias. & post Abb. induxit Fulu. Pacian. tract. probat. cap. 29 sub num. 77. lib. 1. addatur videndus idem Pacian. c. 46. num. 6. lib. 2.*

Ampliatur secundo, siue ad caussam
3 † ciuilem, siue criminalem citatus esset, *Matth. Colerus de process. exsecut. par. 4. c. 1. nu. 169 vers. quod ampliatur. wames. d. tract. de appellat. c. 47. num. 5.*

Ampliatur tertio, vt ad locum nō tutum facta citatio, in tantum non arctet,
4 quod nec † appellare citatus, si contra eum non comparentem procederetur, teneatur, *ex glo. in clement. pastoralis verb. notorio. de excep. Afflict. decis. 289. nu. 24. induxit Ioan. wames. de appell. c. 47. nu. 12.* quō spectat, quod ex Ripa scripsit Sebast. Medic. *de fort. cas. par 2 q. 12 nu. 19* processum nempe contra ad locum non tutum citatum habitum, ipso iure censeri nullum. Esset tamen tutius appellare ad vlteriora procedente iudice, de quo neminem dubitare existimo.

Ampliatur quarto, vt nec ad locum non tutum citatus comparere teneatur,
5 licet iudex literas † salui conductus trāsmisisset, vel transmittere obtulisset. *Frider. Schenck. in progymnasm. fol. 21. lib. 1. tit. 2. num. 36 Bart. Blarer. in l. diffamari. c. 6. num. 112. C. de ing. & manumis. ex Angelo & Abbat. voluit Hartm. Hartm. c. miscell. 1. obs. 22. non procul a fine. & ita post Imolam Felyn. Sozin. sen. Barbat. & Afflict. respondisse Rolandum cons. 68. num. 23. lib. 2. refert Menoch. consil. 100. num. 186.* vbi addit, Barbatiam, Iason. Iacob. de Leonard. Igneum, & Francisc. Marc. qui vere *in Delphin. decis. 68. num. 5. part. 2.* scribit, regulariter aliquem non debere confidere se sub literis salui conductus, *wames. tract. de appell. cap. 47. num. 8.* Noue etiam hanc ampliationem admittit Prosper. Farinac. *tract. crim. quæst. 11. sub n. 56. vers. imo isto casu reus non tenetur comparere.*

Extenditur hæc ampliatio primo, vt quamuis iudex ipse saluum conductum citato ad locum non tutum illibate obseruaturus esset, ad huc tamē citatus sub fide hac a iudice data comparere nō teneatur, vbi in iudicii loco priuatim † terribiles inimicos haberet. Infinitorū auctoritate stabiliuit Prosp. Far. *tract. crim. q. 11. sub nu. 58. accedit Fulu. Pacia. tract. probat. c. 46. nu. 26. lib. 2.* 6

Extenditur secundo ampliatio, proxime præced. vt ad locum non tutum citatus, nec excusatorē † teneatur mittere, *ad not. Roland. consil 68 num 21. lib. 2. & post Farin. quæst. crim. 11. sub nu 59. vers. imo Roland. Rolandi etiam meminit Menoch mox cit. loc.* 7

Declaratur primo hæc extensio, vt procedat, quando locus esset periculosus seu non tutus † ratione belli vel pestis, ita vt nec excusatoris intuitu, tutus esset iudicii locus, *egregie ita declarat Menoch. consil. 100. nu. 201.* Secus vero, quando respectu solius personæ † citatæ locus non esset tutus; nam hoc casu excusatorem mittere citatus debet, *idem Menoc. d. consil. 100. sub num. 202. vers. secundo modo locus.* Est tamen semper tutius & conducibilius impedito ob locum non tutum, vt mittat excusatorem. Nam vbi misisset excusatorem, & de impedimento ratione loci nō tuti docuerit, processus postea aduersus impeditum † fabricatus esset nullus: sin vero non misisset excusatorē, & de loco non tuto notorie haud constaret, saltem per in integrum restitutionem postea, de impedimento probato, sibi subueniri posset, *ad Farinac. in quæst. crim. 11. num. 59. & seq.* vbi pulcre atque succincte. 8 9 10

Declaratur secundo, vt procedat, quā-

do nec ipse mittendus excusator ob par-
11 tiales † inimicitias cũ aduersa parte auderet accedere: hoc enim casu excusationem nihilominus mereretur citatus, *ad Matth. Col. in process. exsecut. par. 4 cap. 1. nu. 190.* Et hæcce declaratio vices etiam sustinet fallentiæ declarationis primæ. Subdeclaranda est hæc sententia, vbi citatus alium excusatorem cõmode mittere non posset.

Ampliatur iam principaliter quinto, vt quamuis ipse iudicii locus esset tutus,
12 si tamen loca, per quæ † transeundum esset, tuta haud essent, citatus non teneatur comparere, *c. accedens. il 2. vers. non nisi per districtum eius. vt lit. non contest. c. veniẽs. vers. viarum. & ita etiam sentire Oldradum & gloss. refert Decian. resp. 18. num. 146. vol. 1.* Et in specie hanc ampliationem probat Matth. Coler. *de process. exsecut. par. 4. cap. 1. num. 173. vers. quod extenditur (videatur idem Col. num. 178. & seqq.) nominatim tradit Barth. Blarer. in l. diffamari cap. 6. num. 112. C. de ing. & manumiss.* vbi lepide discurrit: subditque, eiusmodi ampliationem hodie esse bene notandam. Et hoc casu, si nec excusator mitteretur, citato non obesse, vtique censendum est, secundum ea, quæ supra in secundæ extensionis declaratione diximus.

Declaratur eiusmodi ampliatio, vt obtineat, nisi, declinata recta via, per viã
13 † obliquam tuto ad iudicii locum venire posset. Ita declarat, post Marian. Socin. *in rub. de dilat. & Felyn in d. c. accedens. il 2. num. 14. vt lit. non contest. Tib. Decian. resp. 18. sub num. 146. vers. sed respondetur. vol. 1.* Huc facit, quod scribit post Soci. Verginius de Bocatiis. *tract. de Remissoria lib. lit. cap. 10. de citatione. §. & ad in quo obtinẽdũ. accessus* (scribens) *ad locum iudicii cum est multiplex, non sufficere vnum accessum non esse tutum probare, sed necesse esse, vt probetur nullum accessum exsistere tutum.*

Declaratur secũdo (& reincidit cum superiore) nisi securitatem transeundi
14 impetrare † potuisset citatus, alias per loca minus tuta accessurus. Sic voluit Decian. *d. cons. 18. sub num. 146. vers. item & tertio. & in specie tradit Matth. Coler. de process. exsecut. par. 4. cap. 1. num. 210.*

Ampliatur sexto, vt considerationis positio vires exserat, tam in iudice † ordinario, quam delegato, vt scilicet coram neutro ad locum non tutum citante, comparere citatus reus habeat necesse, *ita wames. de appellatio. cap. 47. numero 4.* docet. 15

Ampliatur septimo, vt citatus sub saluo conductu non teneatur comparere, nisi & seruitoribus † suis securitatem promiserit iudex. Ita IVDICATVM in Parlamentanea Curia Delphin. apud Francisc. Marc. *decis. 145. par. 2.* Quando autem dominus esset assecuratus saluo conductu, quatenus ad seruitores securitas extendatur, huius non est tractationis dicere. 16

Extenditur ampliatio, vt quamuis ipsi citato principali locus esset tutus, aduocatis † vero suis & procuratoribus, qui sibi in iudicio illo met adessent, haberet necesse, minus tutus foret, adhuc citatus a comparendi necessitate censeatur immunis. Ita nominatim stabilire adnixus est Fulu. Pacian. *tract. probat. cap. 46. num. 2. lib. 2.* quamuis dissentientes ab hac extensione non desint. Communiter vero priorem extensionis partem esse receptam Pacia. *d. l.* adseuerat. 17

Et hæc notabiliora atq; in praxi frequentiora sunt. Plura qui scire auet, adeat Doctores *citatis in locis.*

ARGVMENTVM.

Saluum conductum concessum esse illibate seruandum.

SVMMARIA.

1 *Saluus conductus a principe concessus illibate seruandus.*
2 *Saluum conductum quando iudex in caussis capitalibus delinquenti dare possit. remissiue.*
3 *Saluum conductum promittens, eum etiam in aliena prouincia illibate seruabit.*
4 *Saluo conductu concesso, & tutus accessus & recessus datus intelligitur.*
5 *Modo non ex subiecta materia clare appareret accessum duntaxat esse concessum.*
6 *Saluo conductu securatus, ex præteritorũ delictorum caussa capi non debet.*

7 De

7 *De commissis vero iam sub tempore securitatis vere punibilibus etiam pœnas eodem tempore dabit.*

8 *Nisi moderamen inculpatæ tutelæ excessisset.*

9 *Saluus conductus datus, illibate etiam in casibus, vbi alias dari non potuisset, seruandus est.*

10 *Saluus conductus in prima instantia datus, etiam ad appellationis caussam extenditur.*

11 *De eo tamē caute sibi prouidebit securādus.*

12 *Saluus conductus saltem de iustitia non violanda, nō vero de iustitia exsequenda intelligitur.*

COROLLARIVM.

SAluus conductus a Principe, vel alio concedendi potestatem habente, datus, an cuique indifferenter illibate sit seruandus, mirifice resoluunt Dd. maxime nonnulli & Catholicis (quos vocāt) Romanis. Veriorem & Christianismo cōuenientiorem arbitrarer esse sententiam autumantium, illibate † cuiq; (remota omni amphibolia, hoc est, quod dicitur, auff teutschen Glauben halten) esse seruandum. *Pruckm. de regalib. cap. 4. memb. 2. eff. 5. Vaud. quæst. iur. 51. lib. 1. Speckh. quæst. 1 cent. 1. Modest. Pist. cons. 49. vol. 2.* Et Bossius *in part. crim. tit. de remed. ex sola clement. princip. nu 69.* voluit, securitatem a Principe concessam, etiam quando securitatis verba vario modo possent interpretari, esse seruandam. Simon Pistoris *in cons 4. num. 16. & quasi per tot. Andr. Fachin lib. controuers. 9. cap. 58. 59. & 63.* (An & quando iudex in caussis † capitalibus saluum conductum delinquenti concedere possit, explicat Menoch. *de arbit. quæst. 81. per tot.* Et quibus saluum conductum concedendi potestas sit, exponit noue Prosper. Farinac. *quæst. crim. 29.* & aliqua contulit nuperrime And. Knich. *de sublimi. iur. cap. 3. num. 280. inde,* secundum primam editionem.)

3 Ampliatur primo, vt non modo saluum conductum promittens, teneatur in sua propria iurisdictione obseruare illæsum, sed etiam in aliena, *ita ex Bart. Alex. & Iasone scribit ampliatiue Modest. Pistoris. consilio 49. numero 7. volum. secundo.* Esset tamen citato tutius, vt saluo cōductui iudicis, corā quo comparere debet, non fidat, nisi & de eius, cuius per territorium transeundum esset, saluo conductu sibi prospectum fuerit, *Coler. in process. exsecut. par. 4. c. 1. num. 178. & seqq* de quo item supra monui.

Ampliatur secundo, vt sub data securitatis fide non duntaxat tutus citato dādus sit accessus, verum etiam † discessus, 4
atq; ita venientes non modo, sed & remeantes securitate potiantur, *post Bart. Sichard. Luc. de Penna. Abbat. Felyn. Nell. Bertr. Mynsing Gail. Ascan. Clement. Nicol. Mil. Guid. Pap. Corset. Menoch. Borch. Coler. Alex. & Zasium, quos refert, Pruckman de reg. c. 4. memb. 2. effect. 5.* Eidemmet etiam ampliationi suffragatorem se præbuit Prosp. Far. *q. 29. n. 53.* vbi *sub nu. 54.* cōmunem dicens, sicuti vere communis est.

Declaratur, hanc ampliationem fallere, quando ex subiecta materia clare † appareret, quod saluus conductus non fuit concessus pro redeundo, 5 *ita post Menoch. declarat Farin. d. q. 29. nu. 54.*

Ampliatur tertio, vt securatus sub saluo conductu, non debeat, pendente securitatis tempore, ratione præteritorū † delictorum capi, 6 *Vincen. de Franch. Neapolit. decis. 258.* vbi Senatum ita IVDICASSE refert.

Declaratur hæc ampliatio secundum eundem Franch. ibid. nisi pendente securitate committeret securatus delictū vere punibile, (vnd er sich nit glaubtlichen verhielte:) nam tunc & capi & puniri posset infra † securitatis tempora. Hanc declarationē scite probauit, & cōmunem 7
dixit Prosp. Far. *citato termino nu. 59. & seq.* nec ab ea recessit Coler. *de process. exsecut. par. 4. c. 1. nu. 213.*

Subdeclaratur eiusmodi declaratio, vt non extēdatur ad prouocatū, ratione excessus necessariæ tutelæ punibilem: licet n. pendēte securitatis datæ tempore moderamen excedat, non erit inf. illud tēpus † pœna coercēdus, dixi *concl. 110. li 2.* 8

Ampliatur quarto, vt data securitas, seu saluus conductus etiā in casib. quando dari † alias non potuisset, seruanda 9

tamen sit, *Menoch.de arb.ind.cas.336.nu.*
33 Et hæc ampliatio firmatur auctoritate Doctorum in Corollarii princip. relatorum, qui grauiter defendere elaborāt, promissam securitatis fidem semper esse seruandam. Receptam etiam video eandem ampliationem per Farina. *quæst.crim.29.n.95. & sub nu.96.* magis cōmunem aduersus dissentientes, imo & æquiorem dicentem, ad quem, vti docte de saluo conductu differentem, me in ceteris remitto. Nuper animaduerti eādem ampliationem diserte a Fachin. *lib. controuers.9.c.63.* receptam.

Ampliatur quinto, vt securitas a iudice in prima instantia data, debeat etiam
10 † in secunda, seu appellatione pendente, seruari, *ex Alber.in 4.par.statut.q.4.refert & sequitur Menoc.de arbit.iud q.81.n 7.*

Sibi tamen caute prospectum habeat securandus, quod instrumento salui cōductus inserantur verba & clausulæ, quibus comprehenderetur, quod securitas etiam in secunda instantia debeat seruari illæsa; alias tutus forte non esset: siquidem simpliciter saluus conductus, si esset datus de accessu & libero discessu,
11 pro prima vice † nonnulli velint restringi. *Alex. Raud.de Analog.lib.1.c.11.nu. 27. & seqq.videatur Menoch.de arb cas.336.nu. 36.* sed omnium exactius nouissime declarat Prosp.Far.*quæst.cri.29.n.67.& seqq.* nec indocte Coler.*de process p.4.c.1.n.190.*

Limitatur, securitatem esse citato ser-
12 uandam, vt procedat, iustitiam, † quod attinet. Nam eiusmodi data securitas, seu saluus conductus, intelligitur dunta-
13 xat † de violentia, quæ facto contra ius infertur. Ita Mynf. *obs.82.* vbi iuxta hanc limitationem in Cam.Imp. esse IVDICATVM, testatum fecit. Quam quidem limitationem declarant non obtinere, quando literæ salui conductus etiam de facti molestia securitatem continerent.

Cōstrictim quasi extremis digitis hęc ita in præsentiarum tetigisse sufficiat.

ARGVMENTVM.

Citationem vnam generalem ad totam caussam sufficere, & quatenus hoc procedat.

SVMMARIA.

1 *Citatio vna generalis ad totam caussam legitime fieri potest.*

2 *Siue in remotis, siue propinquis citandus degat locis.*

3 *Citatus legitime semel ad totam caussam, iterum ad sententiam necessario non citatur.*

4 *Citatio vna generalis in vagabundum sufficit.*

5 *Citationem generalem vnam omnibus indifferenter casibus non sufficere, declarationibus explicatur.*

6 *Citatio generalis ad totam caussam, vt recte formetur, quæ veniant obseruanda, remissiue.*

CONSIDERATIO II.

ET huc conclusio est statuenda, vt nimirum citatio vna ad totam caussam seu ad omnes & singulos actus, legitime † fieri possit. Conclusionem in specie firmat, post Innoc. Io. Andr. Domin. de S. Georg. Butr. Archidiac. Gloss. Iacob. de Arn. Bart. Ang. Imol. Pont. Bal. & Marian. Socin. Baptist. Asin. *in prax. Florent. §.7.cap.2.num.1.* Et in terminis respondit Mynf. *cons.6 nu. 43.* qui etiam plerosq; ab Asin. relatos citat. Communem ex Iaffredo renuntiat Soarez. *thes.lit.C.nu.70.* Imo Francisc. Viu. *Neapol. decis.110. nu.7.* scribit, inoleuisse practicam, quod facta citatione, seu mandato contra reum cōuentum ad constituendum procuratorem, ad omnes & singulos actus, vsq; ad sententiam, si distulerit reus ipse, vel per se, vel per procuratorem comparere, tūc accusatis prius necessario accusandis cōtumaciis, procedatur in contumaciā, ad cōtestationem litis, testium citationem, attestationum publicationem, conclusionem, citationem in finem audiendæ sententiæ, ipsius sententię promulgationem, & dicit se sæpius ita IVDICASSE: Allegat Bar. & nuncupatim D. Gaill. *ex obs.51.nu.6.& seqq.* subiungitq;, se sæpius vidisse OBSERVARI in Regia Aud. Apuliæ, & Barensi, pluribusq; ibidē firmat. Hanc etiam conclusionē recipit Mynf. *obs.46.ad fin.cent.1.obs.33.per tot.* vbi cōmuniorem dicit, *cent.4.* & vtrobiq; in Cam. Imp.

Imp. conclusionem OBSERVARI, testatur, proindeq; etiam mandatum procuratorium ad vnum vel certos actus in Camera Imp. non admitti, sed ad totã caussam detur necessum esse. *ex text. ord. Cam. tit. 12. vers.* So viel dann für das dritte. *par.* 3. scribit idem Mynſ. *obs. 46 per tot. cent.* 1.

2 Ampliatur conclusio, vt procedat † indifferenter, siue citandus in remotis locis degat, siue in propinquis. Ita sentire Innoc. Io. Andr. & Baldũ scribit, Asin. *d. c. 2. nu. 2.* & sentit Mynſ. *d. obs. 33. cent.* 4. & idem Mynsing. *respons. 6. nu. 44. huiusmodi citatio* (inquit) *hanc habet vim & virtutem, quod quum quis citetur ad totam caussam, praesertim cum quis fuerit in loco longinquo & remoto a loco citantis, deinceps non sit opus ad omnes & singulos actus illum citari: sed si non compareat, posset contra eum procedi sine noua citatione, ad omnes actus, etiam ad diffinitiuam sententiam: multorum innititur auctoritate.* & idem Mynſ. *eod cons. nu.* 50.

Huic ampliationi in specie contradicit, & late eandem improbat Asin. *d. §. 7. c. 2. nu. 2. 3.* vbi dicit, communem distinguere conclusionem, an citatio ad loca propinqua, an vero ad loca remota longeq; dissita facienda sit, firmatam a nobis conclusionem procedere, posteriore non item. Et ita etiam sentire visus est Hieron. Schurff. *cons. 82. nu. 6 cent.* 1.

Ampliatur secundo nostra conclusio, vt generaliter intelligatur. Ita vt a principio ad totam caussam citatus; iterum

3 necessario ad sentẽtiam † citandus haud sit, siue sententia esset interlocutoria, siue diffinitiua, *dixi conclus. 109 hoc lib.*

4 Ampliatur tertio, vt etiam † vagabundus per vnicam generalem citationem ad totã caussam vocari possit. Ita in terminis respondit Mynsing. *cons. 6 sub num.* 52. *cent.* 1.

Limitatur conclusio non modo ex ord. Camerae Imp. in certis casibus, purgationum scilicet *l. diffamari C. de ingen. & manumiss* &c. in quibus plures exiguntur citationes. monet Mynſ. *obser. 31. cent.* 4.

Sed & (secundum non nullos) limitatur

5 † procedere in caussis, in quibus sine litis contestatione ad sententiam procedi potest, vt scilicet citatio eiusmodi generalis ad totam caussam constringat citatũ, ad omnes actus, etiamsi ante litis cõtestationem facta esset: secus in aliis, quae litis contestationem requirunt; nam in his desiderant, vt citatio ista generalis lite iam contestata fiat. Ita ex Bal. Asin. *d. § 7. c. 2. nu.* 4. & ex Mariano Socin. refert Mynſ. *respons. 6. sub nu. 47. cent* 1. quod in casibus, vbi ad sentẽtiam citra litis contestationem procedi nequiret, generalis ista citatio non operetur, vt sententia in contumaciam proferatur, sed necesse sit aduersus hunc contumacẽ aliis remediis, in contumaces scriptis, procedatur.

Quae vero sit citationis ad totam caussam obseruanda † forma, vt ita citatus ad sententiã vsq; inclusiue comparere semper teneatur, proposuit Asin. §. *7. c. 2. nu. 6. 7.* & noue de hac consideratione nonnulla dixit Muscatell. *in prax. ciuil. par. 7. gl. sententiam. nu. 12. & seq.* 6

ARGVMENTVM.

Citatorium, vt arctetur citatus, an & quando termini diem comprehendere debeat.

SVMMARIA.

1 *Citatio an termini diem continere ad sui validitatem debeat, controuertitur.*

2 *Affirmatiue concluditur.*

3 *Declaratur affirmatiua.*

4 *Declaratio extenditur.*

5 *Citatio vbi esset facta ad certam horam, & alia hora expediretur iudicii actus, citatio nihil praeiudicat.*

6 *Negatiua refertur, quod scilicet non requiratur citatorio inseri terminum, & communem esse ostenditur, num. 7. Declaratur negatiua, dupliciter, nu. 8 9.*

10 *Citatus, quando in terminum praefinitus dies feriatus esset, quando sequenti die comparere teneatur, vbertim relata distinctione explanatur.*

CONCLVSIO LIII.

ON leuis est (*teste Menoch. cons. 230. num.* 11.) inter Doctores controuersia, an citatio ad † sui validitatem debeat cõtinere termini diẽ, & 1

dicit Lanf. de Oria. *in c. quoniam cõtra falsam. §. citationes. vers. sed quaeritur nunquid valeat.* veritatem esse, ꝙ fuerũt variæ opiniones in hoc artic. de probat. Quam controuersiã, vt, pro instituti modo, explicemus cõmodius, sciendum, non minimæ auctoritatis IC. affirmatiuæ † opi-
2 nioni assentiri, autumantes termini expressionẽ esse faciendã. Et de iure ciuili affirmatiuã esse verã, deduxit Tib. Dec. *tract. crim. lib. 1. cap. 21. n. 17.* Licet de iure canonico sit secus, *vt deducit ibid. faciunt item notata Franc. Viu. Neap. decis. 154. nu. 4.*

Declaratur affirmantiũ opinio, vt nõ
3 procedat, † qñ iudex citãs certo die solitus esset pro tribunali sedere ius dicẽdo. In specie declarat Schrad. *de feu. p. 9. c. 7. n. 39. § octauo requiritur. ver. hoc tamẽ ita demũ.*

4 Extenditur hæc declaratio, vt ẽt † qñ iudex termini diem certum in citatorio præfiniuisset, non tñ horam, citatus nihilominus habeat necesse comparere ea hora, in quã pro tribunali sedere, & ius reddere iudex solet: auctoritate Abb. Fel. & Alex. Marc. Ant. de Amat. *Prouin. March. deci 98. sub n. 19. vers. prout quoq; cessat de alia omissione horæ. accedũt not. Breder. tract. appell. p. 2. tit. 72. col. 740. vers. item quaeritur.* in tantum, vt effluxa illa hora comparere nequeat ad contumaciæ pœnam effugiendam. Sic ex Bald. Abb. Alex. & Aret. refert Lud. Schrad. *de feud. p. 9. c. 7. sub nu. 39. vers. & confirmatur ex eo.*

E diuerso, vt in hoc iudicii tela æqualitas seruetur, actũ in præiudiciũ ad certã
5 horam † citati, alia quam assignata hora, factũ, perinde ac citatio minime facta esset, non subsistere Lancel. tradit *de off prætoris. c. de citat. n. 65. Franc. Marc. Delph. decis. 42 n. 3. p. 2. Octau. Cacher. cons 64. sub n. 23. Io. Vinc. Honded. consul. 32. n. 104. p. 1.* Sic nec dicta ante præfinitũ terminum anticipata dissentienti citato in vllo præiudicium creat. *in term. Franc. Marc. decis. 42. p. 2.*

Verum affirmatiuã supra d. opinionẽ
6 recipiẽtib. aduersantur plurimi † a Schra. mox citãdo loco congesti. Sic ẽt, ꝙ non requiratur cõparendi terminus, sed citatus sine termino, ad primã iuridicam teneatur cõparere, IVDICAVIT Rot. Rom. *apud Put. decis. 212. p. 2.* & esse cõmunem ex Ias. refert Soarez. *thes. sent. lit. C. nu. 68.* de quo mox sub coronide.

Hancq; aduersantiũ sententiam cõmunem esse multis † nisus auctoritatib. 7
concedit Lud. Schrad. *de feud. p. 9. c. 7. sub nu. 39. vers. & licet secundum communem,* iterum eosdem in hanc sententiã refert auctores idem Schrad. *p. 10. sect. 9. sub nu. 58.*

Declaratur primo, negantiũ † seu po- 8
sterior sentẽtia, citationẽ sc. sine expressione diei citatũ arctare, vt quidẽ intelligatur ad hunc effectũ, vt citatus ratione cõtumaciæ mulctari, nõ vt ad alios actus citato in caussa pĩudiciales ꝓcedi queat. Ita expresse declarat Iaffr. Balb. *decis. 306. vers. sed quantum ad hoc, vt iudex possit citatũ mulctare. Lanfr. de Oria. in c. quoniã contra. §. citationes. vers. sed quaeritur nunquid valeat citatio sine termino. de prob.* Ita ẽt in specie post Ang. Raph. Cuma. Cast. Rom. Soc. Peru. & Dec. Lud. Schra. *de feu p. 9. c. 7. sub n. 39. vers. tamen hoc cõmunis Dd. sentẽtia.* vbi dissentiẽtes Alex. & Franc. Aret. minus rectẽ hãc declarationẽ improbasse dicit.

Declaratur secundo, negantiũ cõmunior sentẽtia, vt qdẽ citatio sine expressione termini emissa arctet citatum, nisi haberet † minus breue tẽpus ad proximã 9
diem, in qua, ceu sup. diximus, tenetur sine expressione termini citatus cõparere: hoc n. casu citatio ipso iure esset nulla (præter Dn. Gail. *n. 10.*) ita formaliter ex *c. dilecti. de dolo & cont.* & post. Abb. & Crescent. declarat Viu. *Neap. dec. 274. n. 15.* Si n. citatio cũ expressione termini emissa, ob breuitatẽ tẽporis non incõmodat citato, quanto magis, vbi nullus est ꝑfinitus termin⁹, incõmodaret: nõ dicã vtrobiq; eandẽ militare rationẽ, idẽ ius operãtẽ.

ARGVMENTVM.

Citatus, an & quando sequẽnti die cõparere teneatur, assignat⁹ dies vbi feriat⁹ esset, distinctione explicatur.

CORONIS.

Scitu perquam necessaria est cognitio eius, cuius supra *sub nu 6.* fecimus mẽtionem, de comparendo sequenti die, vbi in citatorio cõstituta dies iuridica nõ esset. Quare quum *inf. concl. 109. ampl. 3.* de eiusdem eius intellectu nonnihil nobis

bis dicendum erat, hic commodiori loco referre studuimus. Quia igitur varie de hoc Dd. loquuti sint; e studiosorum re arbitrabar fore, materiam hanc per ampliat. & limit. explanare, vbi cum nonnihil insudaram, occurrebat ex modernissimis scriptoribus Barnab. Cornazz. *Rot. Luc. decis. 205.* qui ipsis in terminis distinctionem plurib. membris constantem, post alios congessit, quam pro nunc re-
10 ferēdam duxi, & est † eiusmodi. Aut certus dies fuit assignatus citato; & hoc casu, siue sit assignatio legalis, siue iudicialis, siue arbitralis, siue cōuentionalis, indistincte citatio est ipso iure nulla, si dies ille feriatus esset, nec in sequētem diem diffunditur, nec arctat citatum ad comparendum, nisi pro tali actu factus sit, qui die feriato expediri posset. Aut ille dies non fuit solus præcise, ac specialiter pro comparitionis die assignatus, vt quia nō fuisset dictum, *compareat tali die*, sed plures essent dies assignati, in quorum quolibet erat citati voluntatis comparere: vt quia fuerit assignatus terminus octo dierum: & tunc aut est terminus legalis; & eo casu licet vltimus dies sit feriatus, tamen in sequentem non diffunditur: aut est iudicialis a iudice assignatus, & tunc refert, sub qua forma fuerit assignatus; nam si dictum esset, *quod iudex assignat terminum vsq; ad octo dies, vel, quod compareat infra octo dies*; & tunc non fit diffusio in sequētem, sed ante octauum diem feriatum debet comparere. Sin autem dubium fuit, quod assignarit terminū octo dierum; & tunc si vltimus horum dierū est feriatus, fit diffusio in sequentem nō feriatum, quia alias non haberet cōmodū octo dierum constitutorum: Aut est terminus arbitralis, & tunc si per arbitrū est assignatus: idē de eo iudicatur, quod de termino per iudicē assignato: Sin autē per arbitratorem: & tunc, aut corā eo non obseruantur feriæ, nunquā fit diffusio in diem sequentē: Aut est cōuentionalis, & tūc, si respicit processum caussæ, regulatur prout iudicialis: si aūt processum non respicit, tunc nunquā differtur in sequentē: quia in eorū iudicialib. non sunt feriæ. Relatam distinct. ex trad. per Bal. & Bar. *in l. ex quacūq. ff. si quis in ius voc. nō ier.* Lanf. de Oria. *in c. quoniā contra. ext. de prob.* & Fel. *in c. quoad consultationē. ext. de re iud.* elici testatur idem Cornazz. *d. loco.*

ARGVMENTA.

I. Citatio, an in die feriato fieri seu intimari iure queat, vt arctet citatū.

II. Citationis relatio, an in die feriato legitime fieri possit.

SVMMARIA.

1 *Citatio dupliciter considerari potest, vt fiat in die feriato, vt aut scribatur citatoriū, aut exsequatur ipsa citatio; de exsequutione hic tractatur.*

2 *Citationem in die feriato exsequi posse, voluit D. Gaill.*

3 *Ampliatur iuxta nonnullorū sententiā, vt ēt in die in Dei honorē feriato exsequi queat.*

4 *Citationem in die in honorē Dei feriato exsequi non posse, relicta Gallii sibiq; consonātium opinione, probatur verior, sacrosancta & Christianismo cōueniētior.*

5 *Ampliatur posterior negatiua sententia, vt neq; ex partiū cōsensu subsistat citationis in die ad honorē Dei feriato facta intimatio.*

6 *Nec consuetudine.*

7 *Citatio in die feriato facta ad diē non feriatū D. Gail. tenet. Contrarium alii rectius.*

8 *Citationis exsequutio die feriato in caussis misericordiam in proximum concernentibus facta, iure tenet.*

9 *Relatio nuntii in die ad Dei honorem feriato facta, iure improbatur.*

10 *Contrarium alii arbitrantur.*

CONSIDERATIO I.

Ne studiosus circa huius q. resolutionem, an citatio in die feriata fieri queat, æquiuocet, præmonendum erit † dupliciter (*vt dixit Bern. Muscat. in prax. ciuil. modern. Reg. Sicil p. 2. gl. intimatio. ante n. 20.*) eiusmodi quæst. intelligi posse: primo, vtrū citatio fieri possit, quoad ipsius datam; secundo, quoad actum citādi, seu partibus intimandi. An vero decerni valeat, alterius est loci examen. 1

De intimatione citationis considerationem accipi conuenit.

Citationem in die feriato † fieri posse, voluit post alios Dn. Gaill. *nu. 7.* 2

Ampliatur secundum nonnullos, vt
3 indifferẽter citatio fieri queat, etiam † in die in honorem Dei feriato. *Guid. Pap. q. 215. & in cons. 178 nu. 9. & cons 205 nu. 13* relatus ab Aym. Crauetta *consil. 1000. seu vlt. sub nu. 260.* Licet ipse Crauetta idemmet affirmare eo loci non videatur, quamuis consuetudine introduci hoc posse admittat.

Ego, vt libere, mea quæ dictat conscientia, enuntiem, eiusmodi ampliationẽ
4 arbitror esse legib. † dissonam, & a Christianismo alienissimam. Legibus aduersam esse, diserte cõstitutione Imp. Leonis & Anthemii. *sub l. 1. C. de fer u* relata, euincitur. ibi. *Dominicum diem ita semper honorabilem decernimus & venerãdum, &c. vt praconis horrida vox silescat.* Item, *vel cuiuscunque iudicis apparitor pratextu negotii publici, seu priuati hac, qua lege statuta sunt, crediderit temeranda.*

Ex Iurisc. etiam nuncupatim a nobis commendatæ contrariæ sententiæ accedit Lanfr. de Oria. *in c. quoniam contra. §. citationes, 1 num. 18. vers. tandem quaritur nunquid citatio. ibi. aut fit citatio die feriato, vt, quis compareat die non feriato, & est vera communis opinio, & omnes Dd. concordant in hoc, quod citatio non valet, si citetur die feriato ob honorem Dei.* Et paulo post: ibi. *& ideo nimirum, si valeat citatio facta die feriato ob honorem Dei.* Hacq; a parte etiam stare Nicol. Ant. Grauatium ad Vestr. *lib. 4. c. 3. n 3* refert, & sequitur. Soarez. *thes. sent. lit. C num. 64.* tenet etiam Wurmser. *pract. obs. 4. tit. 6.* Lagus item *in Meth. cap. 3. num. 10* Damhaud. *in pract. ciuil. cap. 60. de competenti die. § citationes facta diebus festis.* Contrariam item sententiam ex *d l. fi. C. de feriis.* & auctoritate Accurs. But. Oldr. Salyc. Ang. Bald. Ioan. Andr. & Panormit. diserte decidendo firmauit Lanfr. Iaffr. *decis. 169.* Quinimo & Francis. Viu. Neapolit. *decis. 274. num. 13. 14.* citans pro hac sententia Brun. *in consil. 119. num. 2. volum. 2.* Marantam, *in Spec. de citat. nu 119.* Follerium *in pract. crim. rubr. vel eos verbaliter citari faciat. num. 34. & seqq* Lalluni de Tusc. *in constit Regni. B..inlos omnes num. 6.* Francisc. Ant. *de iudic. in pract. super l. quidationibus, &c. consider. 4. num. 32.* & Vant. *de nullit. sent. ex defect. citat. num. 66* (sed ipsemet Vant. *num. 46.* seipsum & decisionem præsentis quæstionis confundit, non discriminando festum diem a die in honorẽ Dei, Dominico, Natalis Domini, &c. feriato, & impertinenter minusque apposite nonnullos Doctores ibidem a se pro contraria affirmatiua relatos citat) sacrosanctam hanc negatiuã sententiam dicit, & in Regia Audientia Apuliæ IVDICATVM iuxta eandem adseuerat. Et hanc sententiam negatiuam in IVDICANDO; obseruauit etiam Rot. Luc. *decis. 115. sub num. 4.* Camillo Lepido relatore. Nouissime eidem suffragatur sententiæ Bernard. Muscatell. *in prax. ciuil. Regn. Neapol par. 1. glo. intimata. nu. 20.* & post Baldum, Marant. & alios concedit Borgnin. Caualc. *Finiz. decis. 4. nu. 41. part. 2.* & alii plures, quos, cum textum habeamus, referre studens supersedemus.

Ampliatur hæc negatiua, veriorque sententia, vt nec valeat citatio eiusmodi in die in honorem Dei facta, cõsentientibus † partibus. *Bald. in prax. cap. de citationibus. ibi. etiam consentientibus partibus.* 5

Ampliatur secundo, negatiua hæcce opinio, vt nec † consuetudine induci 6 queat, quod citatio in die in honorem Dei feriato subsistat. *addit. ad Bal. in prax. tit de citat. sub lit. A. vbi Bald. Specu. & Castr. refert.*

Ampliatur tertio, vt citatio in die in honorem Dei feriato facta, nec hoc virium habeat, quod ad diem nõ feriatum † teneatur hic citatus comparere. *ex l. fi. C. de fer. cap 1. & vlt. ext. eod c 8. de maior & obe.* Auctoritateque Soarezi atque Socini (reprobato nominatim dissentiente Gaillio & Vantio) hanc ampliationem de iure veriorem esse, scripsit nouissime Ioannes Caluinus *IC. de proc. ss. iudic cap. 7. tmem..t. 1. num. 9* Et per se plana est hæc ampliatio admissa negatiua sententia. Quod enim nullum est, nullum producit effectum. 7

Declaratur negatiua opinio, & tenẽdum, vt citatio in die in Dei honorem feriato teneat, vbi vel dilectio † in proximum, vel alia pietatis ratio suaderet, *ad* 8

text.

text. c. fin. ibi. nisi necessitas vrgeat, vel pietas suadeat. ext. de feriis, suadent etiam scite notata per Ioan. Petr. Surd. *tract. aliment. tit. 1. priuileg. 2.*

Relatio nuntij intimatæ citationis in
9 die in honorem Dei facta, † non valet. *post Marant. & Brunum, voluit Viuius Neap. dec. 274. n. fin. Baiard. in addi. Clar. §. fin. q. 31. n. 61. & dixi seq. concl. in consider. 1.*

10 Contrarium, quòd imò † valeat relatio, etiamsi die in honorem Dei feriato facta sit, admisisse videtur Vincen. Caro. *decis. cas. 79. sub num. 23.*

De nuntij relatione prosequutus sum pluribus seqq. conclus. hic saltem, quantum ferias concernit, dicendum erat.

ARGVMENTVM.

Feriis an, & quibus renũtiari per partes possit, vbi & feriarum distinctio refertur, synopsique explicatur.

SVMMARIA.

1 *Feriarum aliæ sunt Publicæ, aliæ Priuatæ.*
2 *Feriarum publicarum, quæ sit distinctio, synopsi speciatim delineatur.*



4 *Feriis solemnibus in Dei honorem constitutis renuntiari non potest.*
5 *Nec etiam tacitè.*
6 *Testium examen in diebus Deo feriatis expediri haud potest. eodem n.*
7 *Nec quidem consentiente iudice.*
8 *Licet arbiter esset.*
Kalendariũ Gregorianũ, an commissarius in Cam. datus indiscriminatim vbique locorũ obseruare necesse habeat, remissiue.
9 *Feriis in memoriam Apostolorum, Martyrum &c. sancta, renuntiari an possit dubium subesse videatur.*
10 *Affirmatiua recipitur.*
11 *Sabbati dies, alias Solis dictus, nequaquã statuto vel consuetudine tolli potest.*
12 *Feriis repentinis partes non renuntiant.*
13 *Consentiente etiam iudice.*
14 *Repẽtinis feriis rescripto princ. derogatur.*
15 *Feriis nundinarum rectè renuntiatur, vt iudicia exerceantur.*
16 *Nisi quæ in diẽ Sabbati incidunt celebrãdæ.*
17 *Nundinas in die Sabbati celebrari Christianismo haud conuenire, text. Bibliorum ostenditur.*
18 *Feriis rusticalib. renũtiari per partes posse.*

19 *Etiam tacite.*
20 *Modo ante perfectionem actus renuntiatio facta esset, non item vbi post.*
21 *Rusticæ feriæ cõmunes etiam sunt aliis non rusticis. Non saltem militib. Doctorib.*
22 *Verũ etiam quibuscunq; patrib. familias.*
23 *Nec non & Scholaribus.*
24 *Feriarũ rusticaliũ tempore iudex inuitus pro tribunali non cogitur sedere.*
25 *Rusticalium feriarum tempore testes consentientib. partib. examinati probant.*
26 *Testes in feriis rusticis ad testificandum inuiti euocari non possunt.*
27 *Nisi in caussis in feriis expediri priuilegiatis.*
28 *Iis quippe casibus etiam extra iuditii locũ ad perhibendum testimonium a superiore, vel eius delegato euocari possunt.*
29 *Feriis rusticis clauf. Sola facti veritate inspecta, censeri derogatum.*
30 *Feriatum esse diem asserenti incumbit probatio.*
31 *Nisi notorie de feriata die constet, vt quia dies Sabbati.*

CONSIDERATIO II.

1 FERIAS aut esse † publicas, vniuersi scilicet populi, aut priuatas, certæ cuiusdam familiæ, vel etiam collegij, ex Macrob. *lib. Saturn. 1. cap. 6.* & aliis edocemur. Nos saltem de feriis publicis hic tractabimus.

Summa feriarum publicarum diui-
2 sio, seu potius distinctio † ea est, vt aut sint Ordinariæ, aut Extraordinariæ. Ordinariæ iterum, aut respiciunt cultũ diuinum: & hæ, aut sunt solẽnes; vt in honorem Sacrosanctæ Trinitatis, ab ipso Deo, vel Christiana Ecclesia institutæ, sicuti est dies Solis, quem Dominicũ, cũ primitiua Ecclesia & Imp. Leone & Anthemio, *in l. 10. C. de fer.* in recordationem salutiferæ resurrectionis Domini, dicimus, Natalis, Epiphaniæ, Paschæ, Ascẽsionis, Pẽtecostes: aut minus solemnes; vt in Apostolorũ memoriam sacræ (non hic dico de multis illis fictitiis festis: circa horum enim institutionẽ & obseruãtiam, quæq; pene regio, „put fere sua cuique dictat religio, peculiares habet rit⁹:) aut respiciunt publicam vtilitatẽ in singulorum commodũ simul redundantẽ: & hæ, aut sunt mercantiarũ caussa institutæ, & nundinæ, mercatus, (in potiori significatu, seu per prius, hoc nomine mercatus sumto: per posterius enim denotat minus celebres illas mercãtias in singulis hebdomadib⁹, Wochenmarckt, de quo *concl. 60. cõsid. 1. l. 2.* notauimus) dicuntur; aut laborum non impediendorum, nec interrumpendorum caussa indultæ, vulgo rusticales nũcupatæ, cereales scilicet, & vindemiales. Quãuis autẽ non vbiq; locorum eadem temporum momenta hisce rusticis feriis tribuãtur, nihilominus Ordinarias recte inspecta loci cuiusq; Ordinatione certa dixeris.

Extraordinariæ vero feriæ, quę repẽtinæ, eo quod repente, & tale quid non præcogitantib. iubentur, dictæ, alio nomine Imp. Constant. Imp. *in l. 4. C. de fer.* quod a solo Imp. vel ob natalem sui; vel filiorum; vel ob res prospere gestas &c. edicuntur. *d. l. a nullo 4. C. de fer.* His repẽtinis feriis maiore, ex omnium, ceu opinor, Christianorum consensu, sic suadẽte ratione, solemnium precationum, seu supplicationum dies, vulgo nostro idiomate Bettage, a Superiore repente prescriptos, adnumerari autumo. & cõfert dec. Sena. per Annæum Rob. virũ solertiss. *rer. iudic. Reg. Senat. Parif. l. 4. c. 15.* vbi q. excusationẽ a prætermissa pecuniæ numeratione certo tẽpore, iuris retractus intuitu facienda, in quod tempus supplicationũ dies inciderit, prębeat, grauiter elucidat, & Senatum ita IVDICASSE testatum facit.

Eiusmodi prioris generis, (ceu ita loquar) repẽtinę ferię *(vt dicebat Damhaud. in prax. ciu. c. 119. de feriis, vulgo Vacant. n. 13)* quatenus ad laudandum Deum, ob tam læta concessa instituuntur, sacræ dicuntur; quatenus vero ad cõmunem lætitiã explendam, & ad omnium congratulationem, externis signis, & variis apparatibus permulcendam spectant, prophanæ dicuntur; posterioris tñ generis ferias repẽtinas, quin solum sacras censeas, & intentio, & actus in caussa sunt.

Ex hac recensione facile intelligitur, repentinarũ certas non esse species, sed ex variis caussis indici, iudicarique.

Syno-

Synopticam hãc feriarum diſtinctionem, vſibus noſtris forenſibus accommodam, duxi præmittendam, vt primo aſpectu ſtudioſus ſimul cõtẽplari queat diiudicareq́; , quib. de hic ageremus.

Phaleratæ ille feriarum exquiſitim conſcriptæ explanationes in hac practica tractatione locum ſibi haud vendicant; quare eas commentatoribus reliquimus ſaluas.

Iam quibus queat renuntiari a partibus feriis, datur (vt arbitror) contemplari ſplendidius. Solemnibus feriis re-
4 nuntiari † non poſſe text. eſt expreſſ. in c. fin. ibi. quibus vtique ſolemnibus feriis vſque adeo conuenit ab huiuſmodi abſtinere, vt conſentientibus etiam partibus, nec proceſſus habitus teneat, nec ſententia, quam contingit diebus huiuſmodi promulgari. *ext. de feriis. in ſpecie docet Lanfr. de Orian. in prax. cap. 12. de feriis. n. 33.* licet nihil alleget. Diſerte vero comprobat Iod. Damhaud. *in prax. ciu. capite 119. de feriis, numero 18. per l. omnes Iudices. C. de fer. & ex l. 1. ff. eod. & d. c. fin. ext. eodem. pulcre notat Menoch. de arbitr. Iud. quæſtio. 30. num. 3. paſſimque in diſcurſu.*

5 Ampliatur primo, vt nec tacite † his feriis renuntiari poſſit. Huic ſententiæ accedit Proſper. Farinac. *tract. de teſtib. quæſtione 80. ſub numero 57.* vbi quod examinatio teſtium in diebus Deo feriatis, ſeu abſolute proprieque ſolemnibus, de quibus hic tractamus, facta, ne quidem ex partium conſenſu valeat.

6 Ampliatur ſecundo, vt nec † conſentiente iudice renuntiatio harum feriarum iure ſubſiſtat: non enim ex hominis vllius, quantumuis præcellentiſſimi, pẽdet arbitrio facultas refigendi legem ſanctificandi ſabbati.

7 Extenditur hæc ampliatio, vt nec arbitro † conſentiente in his diebus, procedi poſſit. Optime aduerſus diſſentientes eiicit Menoch. *de arbitr. Iud. quæſtione 30. per tot.* Et hæc omnino in illis feriis, quas proprie ſolemnes diximus, procedunt.

Si natura indies nouos inauditoſque progenerat caſus. *ad text. iuris feudiſtici. titul. quæ fuit prima cauſſa benefic. amit.* §. 4. *verſ. ſed quia natura nouas deproperat edere formas.* & hic omnium in Ictorum libris, quod ſciam, nouus ex præſcripto Gregoriano de mutatione Calendarij inſurrexit non ita pridem; an nimirum Auguſtanæ confeſſioni deditus poſſit renuntiare in iudiciis, vbi Calendarium Gregorianũ viget, feriis illis ſummis Natalis, & aliis ſumme ſolemnibus Domini, vt in iudicio compareat? Ego, mea quæ fert ſententia, negatiue concluderem. Commiſſarius ab Imper. Camer. datus vtrum † teneatur in diſcrimi- 8
natim vtrumque permiſcere calendarium in ſibi demandato negotio exſequendo, de eo notauit nonnihil Rutg. Ruland. *de commiſſar. lib. 6. cap. 5. nume. 17. inde part. 1.*

Feriis minus ſolemnibus, Apoſtolis &c. ſacris, renuntiari † an poſſit, dubi- 9
um eſſe videtur: multi enim Doctores, dum tradunt ſolemnibus feriis renuntiari non poſſe, adnumerant etiam Apoſtolorum &c. feſta. Verum his per partes renuntiari † iudiciaque exerceri 10
poſſe † arbitrarer. Confirmari videtur inter cetera ex traditis Franciſc. Marc. *Delphin. deciſione 519. numero decimoquinto, parte prima.* ex Baldo & aliis, per ſtatuta, ſcilicet, & conſuetudines locorum poſſe indici ferias, & inductas etiam in honorem Dei tolli. Etſi rationem Franciſc. Marc. *ibidem numero decimoſexto*, allatam conſiderauerimus, vt quia eiuſmodi feriæ non ſunt introductæ, de iure Diuino, & de præcepto legis, Sabbatum ſanctifices: reſolutio planior eſt. Solemnes enim illi Sabbati dies, † nequa- 11
quam ſtatuto, vel conſuetudine † tolli poſſunt. Recte iuxta ac pie Menoch. *de arbitr. iud. quæſtione 30. numero vndecimo, duodecimo.* vbi reprehendit diſſentientem Baldum. Adde in huius ſententiæ confirmationem notat. per Rutg. Ruland. *de commiſſ. parte prima, lib. 6. capite 5. numero 13.*

Repentinis non licet partibus † re- 12
nuntiare. *Franciſc. Marc. Delphin. adduxit deciſ. 519. numero 3. part. 1.* alios plures referendo comprobat Ant. Theſſaur. *Pedemont. deciſ. 39. num. 7.*

Ampliatur, vt nec renunciari his re-
13 pentinis possit, licet Iudex † consentiret. *ad notat. Marc. Ant. de Amat. Rota Prouinc. Marc. decis. 85.*

Rescripto autem Principis derogari etiam hisce feriis repentinis, vt quia caus-
14 sa † committeretur expedienda sola facti veritate inspecta, nominatim docet Asin. *in prax. Flor. 1. §. 3. c. 7. n. 1.*

15 Nundinarum feriis †, quin partes renũtiare possint, expeditum esse videtur.

16 Nisi in diem festum † solemnem Sabbati venirent celebrandæ. *ad notata sup. n. 4. 5. & seq.* Quamuis grauiter aliquando Sabbatum nũdinarum exercitio sub prętextu negotiationum mercantilium prophanetur.

Forte ludibrio excipient nonnulli a me, quod dicitur, exercitio nũdinarum violari grauiter Sabbatum. Verum ij au-
17 diant Verbum Dei. Sic enim Deus † apud Ieremiam *cap. 17. vers. 21.* seuere edixit: *Cauete vobis ipsis: & ne portetis onera die Sabbati; aut inferatis eas in portas Ierusalem: Neq. educatis onera domibus vestris die Sabbati; neq. vllum opus faciatis: sed sanctificetis diem Sabbati.* Et plures sunt tex. Bibliorũ. Scio interim quid D. Paul. ad Coloss. *2. v. 16. 17.* scribat. *At perpetua Decalogi lex est, Sabbatum sanctifices,* &c. Ceterum de hoc alibi commodius, ne propositi cancellos perrupisse existimer.

Rusticalibus feriis renũtiari per par-
18 tes † posse, communis est Doctorũ traditio. *ex l. 1. & l. si feriatis. ff. de feriis.* auctoritateque Spec. Rinal. Alexand. & Vantij, probat Ant. Thessaur. *Pedem. dec. 39. n. 1.* & text. est apertiss. *in c. vltim. verbis finalibus. ibi. licet diebus feriatis, qui gratia messium, vel vindemiarum ob necessitates hominũ indulgentur, procedi valeat, si de partium processerit voluntate. ext. de feriis.*

Ampliatur primo, vt his rusticalibus feriis, non modo expresse, verum etiam
19 tacite † renuntiari possit. *ex l. 1. l. si feriatis. ff. de feriis. & c. fin.* in fine. *extr. eod.* nec non insuper adducta auctoritate Panormit. firmauit Damhaud. *in prax. ciuil. cap. 119. num. 20. Asin. Prax. Florent. §. 3. cap. 7. num. 2.* Accedit etiam huic ampliationi Baum. *de sequest. cap. 15. num. 23.*

Declaratur ampliatio, vt procedat, quando renuntiatio esset ab initio ante actum facta, secus si post † actum primo 20
intercessisset: nam tunc non reconualidaret actum tempore feriarum factum. Ita *diserte ex Bald. & Præposit.* scribit Iaffred. *decis. 313.* subdit tamen, quod hic actus possit valere in vim pacti.

Ampliatur secũdo, vt quidem hæ rusticales feriæ sint generales pro † omni- 21
bus aliis, non tantum militibus, Doctoribus, *Damhaud. d. cap. 119. nu. 21.* auctoritate fretus Panorm. *in c. conquestus nu. 25. ex. de fer.* Verum † etiam quibuscunque 22
patribusfamilias. reprobata opinione Bar. & Spec. contraria, Verius in terminis dixit Nicol. Reusn. *decis. 22. nu. 14. lib. 2. Et diserte etiam nuper statuit Marcell. Cal. tract. de modo art. & prob. §. 1. gloss. 3. num. 28.* Immo & † Scholarium fauore, vt nec hi 23
harum feriarum tempore in iudicio cõparere teneantur, in specie docet Roffred. *in Ord. Iudic. part. 1. rubr.* qualiter iudicium declinetur ratione feriarum *nu. 1. est mihi pag. 10. in recent. Colon. impress.*

Declaratur primo prędicta, vt quamuis ipsæ partes (secundum dicta) renuntiare possunt his feriis rusticalibus; non tamen Iudex † inuitus iudicium facere, 24
& pro tribunali sedere tenetur. *Dãhaud. dict. cap. 119. num. 21. expressim etiam Thessaurus admittit Pedemontan. decisione 39. sub num. 3.*

Declaratur secundo, quamuis testes in his feriis, de consensu ambarum partium examinati probent (Examinatio, quippe testium harum † feriarum tem- 25
pore fieri potest, vbi partes feriis his renuntiassent. *post Corset. & alios Prosp. Farin. de testib. q. 80. nu. 57.*) non tamen compelli possunt ij testes † nominati, vt compa- 26
reant. Ita post gloss. *in l. omnes l. 2. in fin. C. de fer. ibidem* Alex. Ias. Ang. Bald. Fulg. & alios concedit, nec non Senatum Pedemontanum iuxta eandem declarationem IVDICASSE scribit Ant. Thessaur. *Pedem. dec. 39. nu. 2.*

Subdeclaratur tamen, vt in caussis, quæ de sui natura in feriis expediri iura concedunt, non procedat: in his enim testes durantibus his feriis † com- 27
pelli

pelli possunt. post Ang. Alexand. Ias. & Fulg. Thessaur. *d. decis. 39. sub numero secundo.* Accedit huic sententiæ, licet neminem citet, Rutg. Ruland. *de commissar. lib. 6. c. 5. sub n. 16. p. 1.*

Extenditur hæc subdeclaratio, vt etiam rustici extra iudicij locum habitantes teneantur ad ciuitatem, seu locum Iudicij venire inuiti, iudice mandante, his rusticalibus feriis durātibus, in caus-
28 sis scilicet sui † natura tempore harum feriarum expediri permissis. Extensionem eiusmodi esse de iure veriorem, refert & probat Thessaur. *Pedemont. decis. 39. num. 3.* IVDICATVMQVE in eodem Senatu asserit.

Rusticis his feriis ex clausula, sola fa-
29 cti † veritate inspecta, censeri derogatum, censuit Asin. *in prax. Florent. §. 3. cap. 7. per tot.*

Postremo obseruandum est, quum ex prædictis varias esse feriarum species cōstet, nec eas semper, & vbique omnes seruari iisdem temporibus, quod asse-
30 renti ferias esse, incumbat † probandi onus. Omnes enim dies præsumitur Iuridica. Ita ex Baldo, Mascardus, *tract. probatio. conclusione 765. numero vn.* quæ tamen præsumtio cessaret in feriis in
31 honorem Dei † institutis, quas vno verbo solemnes diximus: has enim non esse Iuridicas, facile intellectu est.

ARGVMENTVM.

Relationem nuntij esse de citationis substantia.

SVMMARIA.

1 *Relatio nuntii citantis ad validitatem citationis requiritur.*
2 *Eaque clara debet esse, & aperta.*
3 *Facta ab ipso nuntio, iudici vel actuario caussæ. n. 5. & 6.*
4 *Nisi nuntius infirmus sit.*
7 *Relatio ad acta ponenda.*
8 *Relatio nuntii fieri debet, antequam iudex de contumacia citati decernat, & quatenus hoc obtineat. n. 9.*
10 *Vbi iudici de contumacia citati aliunde constat, non est opus relatione.*
11 *Relatio citationis cameralis exsequutæ, facta per notarium, tempore exsecutionis nondum immatriculatum, non valet.*
12 *Relatio non debet fieri, in die in honorem Dei feriato.*

CONCLVS. LIV.

VEra est & communis Doctorum conclusio, relationem † nuntij, quoad validi- 1
tatem citationis, esse necessarium requisitum. *post Franciscum, Bald. Marant. & Dn. Gaillium, quos citat, respondit Menoch. consil. 746. num. 19. idem auctoritate Bart. Innoc. Anchar. & Hippolyti tradit Ludol. Schrad. de feud. part. 9. capite septimo, num. 42.* Et dicit hanc sententiam confirmari ex eo, quod Doctores ad citationis essentiam tres partes requirant, commissionem iudicis; exsecutionem nuntij; & relationem citationis intimatæ. *Mynsing. obseru. 77. cent. 1.* Et hæc tria requisita ex Bart. Bald. Fel. Ias. & Marant. refert etiam Vincent. Carot. *decis. cas. 79. num. 16.* Et quod citationis factæ relatio de forma substantiali sit, in specie docet Bapt. Asin. *in prax. Florent. §. 9. capite primo, num. 1. diserte etiam Rob. Lancellot. tractat. attentat. capite 4. in præfatio. numero 125. part. 2.* Sed vt eiusmodi requisitum subsistat, necesse est, plura interueniant.

Primo, vt relatio illa sit clara † & ex- 2
perta; *Asin. in prax. §. 9. capite sexto, num. fin.*

Secundo, vt ipse † nuntius relatio- 3
nem faciat per se, non per alium. *Mascard. de probat. conclusione 1119. num. 25. Baiard. in addit. ad Clar. q. 31. nu. 59.* Si autem nuntius esset † infirmus, vel aliter impe- 4
ditus, debet iudex ad eum mittere notarium, vel vnum ex Assessoribus suis, & facere interrogari nūtium de relatione a se intimatæ citationis. *Mascard. ibid.*

Tertio necesse est, vt iudici † relatio 5
fiat. *ex Thoma Grammat. dixit Asin. in prax. Flor. §. 9. c. 12. n. 1.*

Et actuario † caussæ etiam fieri posse, 6
concedit Asin. *dict. §. 9. capite duodecimo, nume. 2. Marant. Spec. parte sexta, de citat. numero 57.*

7 Quarto, vt in actis † de relatione facta constet: nisi enim relatio esset scripta in actis, citatio esset nulla, nec qui diceretur citatus, contumax reputaretur. *Marant. in speculo. parte sexta, titul. de citat. sub numero 55.* quemadmodum ex inspectione actorum probari dicitur, citationem non esse factam. Approbat inducendo post Bart. Hercul. Natt. Ceph. Crauet. & Roland. Io. Petr. Surd. *consil. 28. nume. 115.*

8 Quinto, necesse est, vt relatio nuntij fiat, antequam † iudex de contumacia citati decernat, in tantũ, vt si primo contra citatum, quasi cõtumacem pronuntiaret, & postea relationem nuntij reciperet, citatio, sententia, & processus sit nullus. *Post Bart. & Alexand. quos citat Blarer. in l. diffamari. capite sexto, numero 108. C. de ing. & manumiss. Marant. parte sexta, de citatio. numero 56.* vbi dicit, esse notabile verbum, & mente tenendum, & se vidisse plures iudices in hoc errasse. *Marant. sequitur Mynsing. obseru. 78. ad finem. cent. 1.* & communem dixit Sebast. Vant. *de nullit. ex def. citat. numero 146. vers. Et doctrinam hanc amplectuntur communiter Doctores.* Quod ipsum tamen declarat ibid. Vant. non procedere, si iudex,
9 vel partibus † præsentibus processisset: vel esset periculũ in mora, vel iudex probabiliter credidisset, partem esse citatã. Adde in cõfirmationem, huius quinti requisiti, quæ infra, *conclus. 109. ampliat. secunda reperiuntur citata.*

Declarantur prædicta, vt quidem relatio facta sit, requiratur, modo citatus
10 reuera † non fuisset contumax, & de hac contumacia iudici aliunde constaret. Sic voluit diserte post Bal. Socin. & Cast. Vincent. Carot. *decis. cas. 79. numero 22.* & notaui etiam, *infra conclus. 109. in declarat. ampliationis secundæ.*

Sexto considerandum, vt relatio exsequutæ citationis per notariũ tempore
11 † exsequutionis nondũ albo notariorũ Camerali immaculatriculatũ, non valeat, licet postea immatriculetur, & immatriculationis testimoniũ, simul cũ exsequutæ citationis reproducendo originali exhibeatur. Ita Decisvm sæpius in Camerali iudicio testatur Mynsi. *obseru. 78. cent. 1.* in Commentario etiam Ord. Cam. *part. 1. titu. 39. ad §. 1. per Magenh. publicato.*

Septimo secundum veriorem opinionem (de qua præced. concl. *sub consid. 1.* diximus:) relatio vt valeat, necesse est, ne fiat in die in honorem † Dei feriato, *Viuius & Baiardus in d. consid. allegati. & diserte admittit ex Salyceto Ant. Grauat. in addit. Vest. prax. Roman. libro quarto, capite 5. numero 24.* 12

ARGVMENTA.

I Nuntio, an credatur, se aliquem citasse referenti, negãte citãdo.

II Nuntio referẽti se citasse, eo modo, sicuti sibi mandatum erat a iudice, an credatur.

III Nuntio referenti, citatum respõdisse se nolle venire, an credatur, vt in contumaciam huius citati procedi queat.

Svmmaria.

1 *Nuntio se citasse referenti, creditur cõtra citatum negantem, tam de iure canonico, quam ciuili.*
2 *Si sit nuntius publicus & iuratus.*
3 *Citando tamen creditur, si sit persona fide digna, aduersus nuntium vilem & suspectum.*
4 *Maxime si iuramento confirmaret, se non esse citatum.*
5 *Non vtique tamen in caussa graui, in magnum præiudicium citandi, nuntio credendum erit.*
6 *Vt nec cursori Papæ, vel alterius principis.*
7 *Nuntio de modo citationis sibi commissæ referenti creditur. n. 9.*
8 *Relatio nuntii generalis sufficit.*
10 *Citando integrum est probare contra nuntium, se non esse citatum.*
11 *Etiam eo casu, quo statutum, relationi nũtii credendum esse, disponit.*
12 *An nuntio referenti, citatum respondisse, se nolle venire, fides adhibenda sit, in vtramque partem ventilatum.*

13 Con-

13 *Conciliatione adhibita contrariæ opiniones in concordiam reducuntur.*

14 *Eiusmodi tamen relatio nuntij præsumtiuam, non veram inducit contumaciam.*

15 *Hinc iterata citatione opus erit, si infimorum iudicũ nuncij dicto modo referant, & quare. nu. 16. & 18.*

17 *Citandus non est amplius respõdens se nolle venire.*

19 *Nuntio de actu ad officium suum non pertinente non creditur.*

20 *Vnde nec affirmanti se super actu citationis iniuria affectum.*

21 *Sufficit tamen illa nuntij relatio ad inquirendum.*

22 *Iudicis circa delationes nuntiorũ, & nuntij circa exsecutionem officium.*

CONSIDERATIO. I.

NVntio se in ius vocandum citasse referenti, an potior fides sit habenda, quam neganti citando, altercantur Doctores. Quo igitur quæstio eiusmodi resoluatur dilucidius, firmabimus conclusionem pro nuntio, nimirũ nun-
1 tio † se citasse referenti aduersus negantem credi. Conclusionem hanc in specie firmat & receptiorem laudat Baptist. Asin. *in prax. Florent. §. nono. capit. secundo, post numer. 6. vers. contrariam vero opinionem, & numer. octauo, capit. tertio. in princip. Mascardus etiam in tracta. probatio. conclus. 1119. numer. primo, pro conclusione ponit.* Hanc item conclusionem esse receptiorem in specie scribit Fernandus Vasquius *in nouis illustr. quæstio. capit. 24. numero primo, libro secundo, post gloss. Bartol. Ioan. Andreas Angel. Salycet. Roman. Alexand. Felin. Alciat. Marsi. Innoc. Anton. Imol. Iason. quos citat Vasquius.* Et communiorem hanc sententiã sequuntur iudices Camerales, teste auctore *cõment. ad ordinat. Cam. tit. 36. part. 1. per Magenhorst. editi.*

Ampliatur conclusio, vt non modo de iure ciuili, sed etiam Canonico procedat. *ita Fernand. Vasq. d. cap. 24. sub num. 1. vers. quod procedit.*

2 Declaratur conclusio, vt de † nuntio publico & iurato intelligatur, non æque iniurato. Huius enim relatio esset citandi negatione inferior. *Mascardus de probatio. conclus. 189. numer. nono, & conclus. 1119. numer. 14. Baptist. Asin. in prax. Floren. §. 9. capit. tertio, numer. primo,* ad quam declarationem forte referri etiam poterunt notat. Fulu. Paciani *tract. probatio. cap. 48. num. 69. libr. 2.* (Sufficit tamen, vt in assumtione officii iurasset nuntius, *sicuti post alios aduertit Asin. ibid. numer. 23. & admittere visus est Franciscus Marc. Delphin. decis. 418. sub numer. primo, part. secunda.*) Et de iure cõmuni, pro expedito haberi, quod relationi nuntij iurati credatur, scribit Berberius *in prax. part. 4. titul. de iudiciis. nu. 52.*

Declaratur secundo conclusio, vt non procedat in citanda persona † fide 3
digna, quæ, scilicet, verosimiliter non falso negaret, se esse citatum. Hoc enim casu magis crederetur neganti citando. *ita diserte Antonius Gabriel. Roman. libr. senten. secundo, titul. de citatio. conclus. quarto, num. octauo.* Quæ declaratio omnino procederet, quando nuntius esset illaudata, vilissima vel suspecta persona. *Menochius, de arbit. iud. cas. 112. numer. 10.* maxime vero, vbi persona hæc negans † iu- 4
reiurando affirmaret, se non esse citatum, *Marant. in Specul. part. 6. tit. de citat. sub num. 53. vers. verum si citatus esset persona circumspecta.*

Declaratur tertio, vt non obtineat conclusio, quando relatio esset facta in caussa † graui magnum citandi præiudi- 5
cium concernente. *Anton. Gabriel. Roman. libr. senten. 2. titul. de citat. conclus. 4. num. 6. Menoch. dict. cas. 112. num. 9. Asin. in prax. Florent. §. 9. cap. 2. nu. 11. & eodem §. 9. cap. 10. per tot.*

Extenditur hæc tertia declaratio, vt nec soli cursori † Papæ, vel alterius prin- 6
cipis credatur. *Menochius dict. cas. 112. sub num. 9. Mascardus de probat. conclus. 1119. num. 9.*

Nunc alterum considerationis argumentum perstringamus, quod est, an nuntio, se iuxta modum sibi commissum citationem fecisse referenti † cre- 7
datur: multum enim inter se discrepant, quærere, an nuntio credatur de simpli-

ci citatione facta, an vero de modo citationis sibi commissæ.

8 Relationem † generalem, per quam nuntius refert se fecisse, prout in mandatis habuit, valere, ex Socino. *consil. 56. numer. . volum. 4.* voluit Baiard. *in additio. Clar. quæst. 31. numer. 52.* Et quod relatio nuntii, se fuisse exsecutum, prout in mandatis habuit, dicatur certa & cla-

9 ra, & nuntium præsumi † adimpleuisse ea, quæ sibi commissa fuerant, ex Vant. adstruit Iosephus Ludouic. *conclu. 5. num. 8.*

10 Sciendum tamē, quod citando † integrum sit probare, se non esse citatum, licet nuntius se citasse referat. Ita ex Asin. qui multos citat, deducit, Menoch. *de præsumt. præs. 25. num. fin. lib. 2.* & tradit post alios Mascard. *de probat. conclus. 1119. num. 26.*

Ampliatur hæc proxime præcedens traditio, vt etiam citandus possit contrarium, se, scilicet, non esse citatum,

11 probare, stante statuto † disponente, relationi per nuntium factæ fore credendum. In specie ampliat post Baldum & Philippum Franciscum Baptista Baiardus *in additio. Clar. §. fin. quæstio. 31. numer. 64. Mascardus. de probatio. conclus. 1119. num. 27.*

Circa tertium considerationis argumentum contraria est Doctorum resolutio, an scilicet, nuntio referenti, cita-

12 tum se nolle venire respondisse, † credatur, vt in contumaciam aduersus eundem procedi valeat. Quibusdam negantibus, quorum magnam cateruam Anton. Gabriel. *libr. sentent. secundo titul. de citat. conclus. 4. numer. primo*, congessit, & horum sententiam communiorem dixit. Imo non modo communiorem, sed etiam veriorem esse, voluit Fernan. Vasq. *in nouis illustrib. quæstio. capit. 24. sub numer. 10. versi. contrariam partem*, vbi etiam multos citat. Affirmantibus aliis præter relatos a Gabriel. dict. loco, sic sane affirmare Gloss. Dec. Bartol. Imol. Rom. Bald. Angel. & Florian. testatur Vasq. *d. num. 10.*

13 Concordantur huiusmodi † opiniones, vt prior, quando comparet citatus in termino, posterior, quando emaneret, procedat. Ita post Abbatem conciliat Gabriel. *dict. conclus. 4. numer. 3.* Hanc conciliationem amplectitur etiam Bar. Blarerus. *in l. diffamari. cap. 6. num. 105. C. de ing. & manumiss.*

Interim tamen saltem præsumtio esset, pro eiusmodi relatione nuntii, non vero illa relatio (ceu arbitror) veram induceret contumaciæ probationem. 14

Quare sanius esset, vt hic citatus † secundo citaretur, antequam in cōtumaciam in eius præiudicium ad sententiam procederetur. Nam Abbas *in capit. fin. ad finem. de dolo & contum.* referente Blarer. *vbi supra:*) voluit in contumaciam procedere posse aduersus citatum, se nolle venire respondentem, si modo in iudicio ita respondeat. Si etiam † (vt supra vidimus) nuntio referenti, non est credendum in caussa magni momenti seu præiudicii, vtique nec hic tutum esset, illius soli insistere relationi, maxime præsupposita pro veriore sententia, quod respondens se nolle † venire, non sit amplius citandus, sicuti veriorem dixit Cæsar Contard. *in leg. diffamari. capit. quarto, num. 68. Bernard. Muscatell. in praxi. ciuil. mag. Curiæ Vicar. Neapolitan. gloss. veniens. numer. 16.* Imo aduersus eundem absque vlteriore citatione ad sententiam vsque inclusiue procedendum. *inter multos Matth. Wesenbec. consil. 96. numer. fin.* 15 16 17

Et hoc, quod dixi, de præsumta ex relatione citandi contumaciæ probatione, & reiteranda citatione, intelligo, de infimorum † iudicum nuntiorum relationibus: sunt enim illi nuntij omnium vilissimi fere homines, minus, vt quotidie videmus, legales & citationes, oretenus intimantes, & exsequutiones oretenus referentes; vtroq; nonnunquam tempore, vel vino ardenti, vel cereuisia, &c. sordide repleti, experientia edocente: non vero de supremorum vel superiorum tribunalium nuntiorum relationibus. 18

COROLLARIVM.

Nuncio de actu ad suum † officium 19
non

non pertinente (vt hoc Corollarij vice subiiciam) non credi, dixit Dominus Gaillius, *numero quinto*, & communem esse opinionem ex Alciato, Marant. & Viuio scribit Soarez. *Thessaurus sentent. lit. N. numer. 67.* & esse receptiorem sententiam, notauit Fernand. Vasquius. *in nou. illustr. quæstio. cap. 24. numer. 11.* quare nec nuntio se super citationis † actu
20 verberatum vel iniuriatum esse, dicenti credi autumat *Iaffred. Balb. decis. 228. in princip.* Gabriel. *libr. sentent. 2. titul. de citat. conclus. 4. num. 4.* Et post Franciscum Cardin. Ioannem Andr. Papæũ, Imol. & qui hos refert Alciatum, Ias. Mars. Mil. Menoch. Francisc. de Marc. (*est decis 51. part. 2.*) Tiraquellũ Granut. Ceph. Petrum Royz Mascardum & Hectorem Æmilium receptiorem probat Prosp. Farinacius. *quæstio. crim 32. numer. 81.* reiecta opinione dissentientis Floriani, cuius meminit Alciatus & Mascardus. Hanc item tuatur, multis relatis auctoritatibus pro receptissima Fernac. Vasquius. *dict. capit. 24. num. 11.* Nam ex hoc (*inquit Vasq.*) nuntius interesse pecuniarium consequi posset.

Intellige tamen relationẽ hanc nuntij, se a citato esse verbali, vel reali iniu-
21 ria affectum, sufficere † ad inuestigandum de veritate, seu (vt vulgo dicimus) ad inquirendum, licet ad condemnandum nequaquam. *Farinacius. dict. quæstio. 32. num. 82.*

22 Nec ad quamuis † querelam nuntij aures aduertat iudex: caussant enim ipsi nuntii aliquando, vt acerbius a citandis excipiantur, quare eleganter ordinat Camera *part. prima, titul. 37. §. nono.* cautum est, vt nuntij non modo in exsequendo se modeste gerant, sed etiam durius accepti placide necessitatẽ muneris prætexant.

Plures hic referre illationes instituto arcemur.

ARGVMENTVM.

Citandum arctat citatio, quam nuntius impeditus in faciem, vel ad domum citandi exsequi non poterat.

SVMMARIA.

1 *Citatio exsequi impedita, ex notitia citandi arctat eundem.*
2 *Citatio ex notitia citati subsistit valida, quamuis non recte intimata.*
3 *Citationis facienda is finis est, vt comparent citatus, vbi exornatur.*
4 *Citatio ex notitia citandi conualidatur, vt arctet citatũ, quamuis forma a statuto in citationis actu data esset.*
5 *Citandus vbi in caussa fuisset, quod ad se non peruenerit citatio, pro legitima habetur.*
6 *Maxime quando citandus minis, verberibus, deterruisset ab actu citationis intimanda nuntium.*
7 *Citationis notitiam citandum habuisse, vnde præsumatur.*
8 *Citationis edictalis notitia facilius præsumitur aduersus citatum.*

CONCLVSIO LV.



ERA, & apud omnes in confesso est conclusio, citationem exsequi impeditam, vbi citandus de sibi intimanda citatione notitiam † haberet, arctare citatum. Dom. 1
Gaill. *numer. primo*, conferunt ad terminos Mynsing. *obseru. 51. cent. 5. & totidem verbis in comment. ad Ordin. Camer. part. 1. titul. 37. §. fin. per Magenh. publicato*. Citationem arctare Principem, licet sibi nec in faciem, Vnter augen / vt sunt Ordinat. Cameræ verba, ad domum habitationis solitam, intimata esset, dum notitiam citationis habuerit, nũtius vbi impeditus esset. Et huc etiam in specie facit, quod respondit Crauett. *consil. 363. num. 12.* nimirum citandum arctari, qui se in arcẽ abdebat, ne eius copia fieret, per famulos solum respondendo. Et ex Mathesilano conclusionem nuncupatim recepit communemque dixit Mascard. *tract. probat. conclus. 449. nu. fin.* conferunt fulciendæ conclusioni etiam notata mox. *nu. 5. 6.*

Ampliatur conclusio, ꝙ citatio etiam minus legitime intimata, liget citatum

quando ad eius † notitiam peruenisset, perinde ac legitime intimata fuisset. *Ex Romani consi.410. colum.1. induxit Tiber. Decian. respon. 69. num. 34. volum. 4. & respondit Ioan. Petr. Surd. consi. 88. num. 10. & post Roman. Boer. Ruin. Parif. Menoch. Tiraquel. Marsil. Gran. [illegible] Vestrium probat Ioseph. Ludouic. conclus. 5. nu. 28.*

Cum enim citationis is sit finis, vt ad
3 notitiam † citati perueniat, vt possit cōparere & se defendere. *clem. caussam. §. verum. de elect. leg. consentaneum. & authent. qui semel. Cod. quomodo, & quando iudex. leg. diffamari. ibi. vocitasse diuersam partem, vt contradictionem faceret, si defensionibus suis consideret. Cod. de ingen. & manumis. Cacher. Osasc. consil. 9. numer. 23. cum sexcentis similibus.* non erit de modo citationis exsecutæ curādum, constito de effectu. Qui effectus consistit in eo, quod ad notitiam citando peruenerit citatio. *Surd. in terminis. dict. consil. 88. num. 10. Osasc. dict. consi. 9. nu. 24. Mynsing. obseru. 51. vers. tum, quia satis est, cent. 5.*

Et hoc vltimum adeo quidem extenditur, vt quamuis forma in actu citandi a statuto præscripta esset omissa, noti-
4 tiam tamen validare † citationem hanc informem. Ita ex Neuizano & Deciano induxit Iosephus Ludouicus. *Conclus. 5. num. 29.*

Cōclusio omnium maxime procedit,
5 quando citandus in † caussa fuisset, quare citatio ad eum peruenire nequiret: nam tunc pro legitime citato habetur. *Francisc. Marc. Delphin. decis. 400. num. 14. part. 1. & multis firmat Robert. Lancellot. tracta. attent. capit. quarto. prælat. numer. 106. part. 2.*

Sic etiam vel maxime, quando Princeps vel alius quiuis magistratus minis,
6 verberibus, &c. deterreret † nuntium, ne citationē exsequatur, citatio pro exsecuta habetur. *Lancellot. dict. præfat. numer. 122.*

Citationis vero notitiam quibus con-
7 stet † habuisse citandum, Mascard. casus nonnullos refert, *tract. probat. conclus. 292. per tot.* quibus addatur Surd. *consi. 88.* qui duos etiam in specie adducit casus.

Edictalis citationis scientia seu noti-
tia, quod præsumatur facilius, minus du- 8
bij habet. *Alexand. Raud. respon. 23. nu. 519. vol. 8.* De hoc vltimo citationis genere, diximus *infr. conclus. 57.*

ARGVMENTVM.

Citatus emanēs in termino præfixo, de contumacia accusandus est.

SVMMARIA.

1 *Contumacia, nisi accusetur, non obest.*
2 *Nec in ciuilibus, nec criminalibus caussis.*
3 *Nec etiam in caussis per procuratorem fisci agendo, vel recusando in iudicium deductis.*
4 *Non vero in caussis de plano expediendis:*
5 *Vel in quibus ex statuti præscripto contumax pro confesso haberetur.*
6 *Licet Auchar. in hoc obuersetur.*

CONSIDERATIO I.

QVamuis citatio impedita, ad notitiam tamen citandi peruenta, arctet eundem, vbi tamen huius emanentis citandi contumacia † in præfixo ter- 1
mino accusata non esset, concideret citationis effectus. *ad nota. Dom. Gall. numer. 7. Anton. Thessaur. Pedemontan. decis. 19. numer. primo, Assin. Prax. Florent. §. 17. capit. 3. vers. lis non contestatur. numer. 3. & sunt notata Cacherani Pedemont. decis. 3. numer. 2.*

Ampliatur primo, vt in ciuilibus simul & criminalibus caussis accusatio hæc contumaciæ requiratur, firmat Mascardus. *tract. probatio. conclusio. 449. numer. 9.* Et in criminalibus etiam nominatim Thessaurus admittit. *dict. decis. 19. numer. 4.*

Extenditur hæc ampliatio, vt quamuis in caussis fiscalibus contumacia accusanda non sit, procurator tamen † fi- 2
sci, vbi vel ageret, vel accusaret, contumaciam incusare debeat. *Thessaur. d. loco. post Osasc. decis. 71.*

Fallit primo, quando caussa principalis esset sine strepitu † & figura iudicij, sola veritate facti inspecta, peragenda. *ex Bartol. & post Cephalum. consuluit Alex.*

Alexand. Randens. respons. 21. numer. 291. volum. 1.

Fallit secundo, quãdo ex statuto con-
5 tumax † pro confesso haberetur. *Dom. Gaill. adseuerat. nu. 9.*

Contrarium respondisse Ancharanum
6 † scribit Thessaur. *Pedemont. decis. 19. sub num. 1.*

Et hæc pro nunc circa hanc considerationem occurrebant notanda.

ARGVMENTVM.

Citatio extra territorium nõ indifferenter permissa est.

SVMMARIA.

1 *Citatio extra territorium, an & quando licita sit distorte resoluunt Doctores.*

2 *Citatio in citante superioritatẽ, in citando subiectionem requirit.*

3 *Citanti in alieno territorio impune non paretur.*

4 *Citari quando in alieno terriorio subditus citantis possit:*

5 *Et quando forensis. remissiue.*

CONCLVSIO LVI.



1 VAM distorte, quam varie quamq; contrarie Doctores, † præsentem conclusionem resoluant, cernere est apud Franciscum Marcum *Delphin. decis. 401. per tot.* vbi omnium fere antiquorum sẽtẽtias ad longum referendo percurrit, recentiores subticendo.

Cum autem citatio in citante superioritatem, † & subiectionem in citando
2 denotet, *Boer. Burdeg. decis. 8. numer. quinto*, vt proinde citanti in alieno territorio † impune non pareatur. *leg. extra ter-*
3 *ritorium. fin. ff. de iurisdictio. omnium iudic. cum similibus.* Facile intellectu est regulariter in alieno territorio citationẽ impermissam esse, maxime in non subditum.

Sed quia huius conclusionis tractatio bimembris. Prima, *an, & quando subditus citantis in alieno territorio degens citari possit?* Secunda, *an, & quando forensis?* latissime a Doctoribus vbertimque examinata sit, remissiones † potius 4
subiicere collibuit. Videantur igitur de subdito in alieno territorio citando, Hippolytus de Marsil. *in repetitio. leg. final. numer. 34. & sequent. Cod. de iurisdict. omn. iudic. Lag. in Method. part. 5. capit. 3. §. sed quid, si subditus aget in prorsus alieno territorio.*

De forensi vero † citando succinctè 5
tractat Matthæus Coler. *de process. exsecut. part. prima, capit. tertio, numero 234. & sequente*, at vberiori calamo. *part. tertia, capit. septimo, num. 28. inde multis sequentibus ad finem capitis.*

ARGVMENTVM.

Citatio extra territorium in scriptis facienda.

SVMMARIA.

1 *Citatio extra territorium consultius est, scripto fiat.*

2 *Citans nuntius in alieno territorio, licite ab exsecutione seu intimatione arcetur.*

3 *Citatio extra territorium facta sine scriptis nulla reputatur.*

CONSIDERATIO I.

TVtiorem esse extra territorium citandi modum per literas † requisi- 1
toriales scribit Dominus Gaillius. *num. quinto*, quem in specie referendo sequitur Menochius. *consil. 746. sub numer. 17.* Et constat etiam licite impediri † alter- 2
ius territorii nuntium in exsequendo, seu intimando citationem. *ad nota. Francisci Marc. Delphin. decis. 121. sub finem. part. 2.*

Imo citationem sine scriptis extra territorium factam nullitate † infectam 3
esse, expressim post Bart. prodidit Bapt. Asin. *prax. Florent. §. 6. cap. 7. vers. quando citatio. part. 1.*

ARGVMENTA.

I Citare per edictum quibus sit permissum.

11 Citatio per edictum quibus in casibus sit licita.

SVMMARIA.

1 *Citatio per edictum perinde atque ad domum facta arctat.*
2 *Citatio ad domum veram contrahit contumaciam.*
3 *Sic & per edictum facta.*
4 *Citatio per edictum est a iure communi exorbitans, adeoque restringenda.*
5 *Princeps nec in ciuilibus, nec in criminalibus caussis ex plenitudine potestatis citationem prorsus tollere potest.*
6 *Citandi modum vtique princeps tollere, aliumque surrogare valet.*
7 *Princeps per edictum absolute sine personarum & caussarum delectu citare potest.*
8 *Inferiores principes etiam per edictum citare valent.*
9 *Delegatus a Principe Supremo potestatem per edictum citandi habet.*
10 *Delegatus ab inferiore non item.*
11 *Vniuersitas per edictum recte citatur, imo & eo modo constrictim citari debet. numer. 12.*
13 *Citatio per edictum legitime dirigitur in incertos citandos. Declaratur, vt non obtineat, quando de facili certi fieri possent. num. 14.*
15 *Certi non sunt per edictum citandi.*
16 *Fallit vbi citandorum esset magna copia.*
17 *Fallentia eiusmodi iterum declaratur, vt in minore cum multitudine citãdo non procedat, sed hic nominatim in personã, vel ad domum citandus est.*
18 *In minorem facienda citatio, licet per edictum confuse simul in multitudinem facta esset, minorem haud arctat.*
19 *Vagabundus citatorio edicto recte citatur.*
20 *Latitans per dolum edicto citatur.*
21 *Impedimentum ne citetur præstans per edictum citatione constringitur.*
22 *Absentans se, modo monitus, edicto citatur.*
23 *Possessor rei incertus, nec de facili cognoscendus per edictum in ius vocatur.*
24 *Absens in loco minus tuto degens, edicto valide citatur.*
25 *Terribilis edicto in ius vocatur.*
26 *Clericus spoliator rei ad laicum pertinentis, an & qualiter edicto citetur.*
27 *Maiestatis læsæ reum per edictum citari.*
28 *Rebellium in terris degens edicto citatur.*
29 *Citatio per edictum conceditur, vbi caussa facti veritate inspecta decidenda esset.*
30 *Creditores omnes possunt edicto citari ad edendum heredi deliberanti crediti instrumenta.*
31 *Citatio per proclama quibus in casibus fieri potest, iisdem & per edictum.*

CONCLVSIO LVII.

NEc inferiore collocatur loco citandi modus per edictum, quæ perinde † arctat, 1
atque ad domum facta esset, *Matthes. notab. 133. incip. nota quod citatio.* quare † cum citatio ad domum, veram 2
contrahat emanenti contumaciam. *Angel. consi. 185. sub numer. 2.* Ergo & ea, quæ per † edictum fit. Ita refert & in termi- 3
nis arguit Crauetta. *consil. 997. sub numer. 18. versi. confirmatur argumentum hoc.*

Verum, cum eiusmodi per edictum citatio sit exorbitans a iure † commu- 4
ni, ideoque restringenda, *ceu inquit Verginius de Bocat. in tract. de remissorialibus literis. cap. 10. quod est de citatione per edictum. in princip.* & restrictio illa (quantum coniicere possum) præcipue consideretur circa personas citantium, personas citandorum, & caussarum circumstantias, de singulis sigillatim ex ordine monebimus.

De personis † citantium, seu eiusmo- 5
di citationem decernentium, primo videbimus. Et sane, quamuis Princeps, nec de plenitudine potestatis absolute citationem, siue in ciuilibus, siue criminalibus tollere possit, commune post Pinellũ dixit dogma, imo receptius ex Capitio laudat Soarez. *Thessaurus senten. litera C. numer. 58. 59.* Potest tamen citandi † modum tanquam iuris positiui tol- 6
lere, *ita post Oldrad. Angel. Sayss. Grammat. Ancharan. & Felinum, in terminis respondit*

spondit Octau. Cacheran. consil. 9. numer. 22. & consil. 63. numer. 11. in terminis, item consuluit Menochius. consil. 100. numer. 98. & sequentibus.

Cum igitur hoc casu, quando per edictum citatio fit, saltem citandi modus in personam, vel ad domum tollatur, per se manifestum fit, principem absolute si-
7 ne † consideratione citandorũ, & caussarum per edictum citari posse, *in specie respondit Menoch. consi. 100. num. 95. & numer. 100. vbi Oldradum sic in specie respondentẽ citat. & probat Tiber. Decian. respon. 18. nu. 19. & seq. vol. 1.*

8 Ampliatur, vt † non modo summus Princeps, Imperator scilicet, sed & inferiores Principes per edictum ad instar Imperatoris citari possint. *ex Felino in capit. quoniam frequenter. §. porro. numer. 13. vt lite non contest. refert Menoch. consil. 100. sub num. 95.*

9 Ampliatur secundo, vt etiam † delegatus a Supremo Principe potestatem per edictum citãdi habeat. *Peregrin. Iannin. de citat. real. libr. primo, capit. 1. num. 504. auctoritate Tib. Deciani scribit idem Vergin. de Bocatiis. de remissorialibus liter. cap. 10. sub §. hæc citatio per edictum non cõceditur. & ex Ioan. Andr. Mariano Socino, & Rebuffo tradit Menoch. consi. 100. num. 96. & post gloss. Bart. Bald. Maran. Rol. & Menochium scribit Ioan. Petr. Surd. consi. 181. nu. 33.*

10 Inferiores autem † delegatus per edictum haud citat. *Peregrin. Iannin. de cita. real. lib. 1. cap. 1. num. 503.*

Iam de personis edicto citandis subsequitur.

11 Vniuersitatem † citatorio edicto in ius vocari posse, *respondit ex Bart. Bald. & aliis Tib. Decian. consil. 14. num. 32. volum. 4.* Et confirmatur sequenti subdeclaratione, vbi de multitudine per edictum citanda diximus. Quinimo potius citari debet vniuersitas per edictum vel sonum tubæ, vel campanæ, in tantum, vt
12 non † sufficiat, quando vniuersitas per edictum citaretur a Camera Imperiali, quod Senatus offerat se recipere velle citra affixionem edicti citatorij exsecutionem citationis nomine senatus & cõmunitatis. Ita est *in Comment. Ord. Camer. part. 1. tit. 38. in §.* Zum sechsten/ (vbi sic DECISVM in Amplissimo Camerali iudicio esse adseritur) *per Magenh. publicato.*

Nec etiam sufficeret Vniuersitatis vel Ciuitatis Syndico solũ intimatam fuisse citationem eiusmodi contra vniuersitatem decretam, ad effectum introducendi litem. *Robert. Lancellot. tract. attentat. cap. 4. in præfat. num. 157. & num. sequen.* Idem in prætore & officialibus alicuius ciuitatis esse tradit, nisi nũtius apud eosdem instaret quod vniuersitatem conuocarent. Videatur item de modo in citanda vniuersitate obseruando. *supr. conclus. 49. nu. 9.*

Incerti † citandi per edictum citantur, text. *in cap. fi. ad finem. de elect. in 6. Crauet. consi. 997. sub num. 18. vers. quarto principaliter. & post Bart. Bald. Felin. Vant. Marant. Roland. & Phanut. Ioan. Petr. Surd. consil. 181. nu. 32.* 13

Certi autem † per edictum nõ citantur, auctoritate Bart. & Rolan. dixit Surdus, *Mant. decis. 5. num. 8. & idem Surd. respondit. cons. 173. nu. 97.* 14

Declaratur tamẽ, quod diximus, incertos per edictum citari, vt procedat, quando de facili certi fieri & cognosci non possent, secus cõtra. Nam tunc nominatim & disiunctim citandi sunt. Ita etiam visus est velle Tiber. Decian. *respons. 23. nu. 3. vol. 5.* Et huius sententiæ seu declarationis esse assertores Geminianum, Alexand. Zuchard. Ruin. Becc. & Vantium refert Ioan. Petr. Surd. *cons. 181. sub num. 6.*

Certi per edictum non citantur: auctoritate Bart. & Roland. dixit Surdus, *Mant. decis. 5. nu. 8. & idem Surdus respondit consi. 173. nu. 97.* 15

Declaratur vt quãuis certi essent citandi, vel de facili certi fieri possent, tamen vbi citandorum † esset multitudo, 16
per edictum ob multitudinem citatio conceditur. *ita ex Bartol. & aliis declarat Anton. Neguz. de pignor. & hypothec. in primo membro octaua partis. sub numer. 13. vers. & secũdum eum.* & ibidem refert, Iasonem dixisse hanc declarationem paucis esse notam & perpetuo mẽti tenen-

O

dum. Sequitur idem Vincentius Carot. *de excuſ. bonorum. quæſtio. 32. num. 29. part. ſecunda*. Et in terminis declarationem hanc reſpondendo probauit Cacher. Oſaſc. *conſil. 63. poſt numer. 11. verſ. ſecundo reſpondetur*, vbi quod cum multi fuerint adminiſtratores, rectores & exactores pecuniarum ad rempublicam pertinentiũ, per edicta aduerſos eos citationem recte factam eſſe auctoritate Bartoli & Iaſonis contendit.

17 Excipitur tamen † ab hac declaratione caſus notabilis, vbi, ſcilicet, minor in numero multitudinis citādæ eſſet. Nam hunc ſpecialiter, & nominatim, vt ſententia eum afficiat, citari debere, nec ſufficere per proclama, voluit Mandoſ. *de ætat. minor. quæſtio. 31. ad finem.* Idem eſt in edicto. Diximus de hoc alibi extenſius.

18 Valeret tamen forſan eiuſmodi citatio contra minorem non legitime, ſeu nominatim facta, ſi comparuerint tutores, *ad notat. Flamin. de Rub. conſil. 39. numer. 47. 48.*

Ampliari forſan poſſet traditio Mandoſij, vt non modo minor, ſed & pupillus ſit nominatim citandus, quamuis tutores habeat. Videatur ſupra. *concluſ. 49.*

19 Vagabundus, quin † per edictum citari poſſit, nullum eſt dubium, *ex Maranta & Menoch. tradidit noue Ioſeph. Lud. concluſ. 5. num. 11.*

20 Latitans † per dolum, ne citatio ad eum perueniat, etiam per edictum optime citatur. *Menochius. de recuper. poſſeſſ. rem. 8. num. 116. noue Ioſeph. Ludou. concluſ. 5. num. 12.*

21 Impedimentum † præſtans, ne citetur, clauſa domi porta, &c. vtique per edictum citatur. *ad not. a nobis diuerſis in concluſionibus.*

22 Abſentans ſe † quoq; modo, monitus tamen primum per nuntium, epiſtolam, &c. edicto legitime citatur. *Menochius de recuper. poſſeſſ. remed. 8. numer. 111.*

23 Poſſeſſor † rei vbi incertus eſſet, nec per requiſitionem certus haberi poſſet, per interdictum citatur. *Menochius de recuperand. poſſeſſ. remed. 8. numer. 113.*

Abſens, & in loco, ad quem † tutus non patet acceſſus, degens, edicto citatur. *Poſt Bartolum, Marant. & alios Menochius de recuperand. poſſeſſ. remed. 8. num. 114. Vergin. de Bocat. in tract. de remiſſorialibus. capit. 10. § hac citatio per edictum vendicat.* 24

Terribilis citandus ſi eſſet, per edictum ratione maioris ſecuritatis citari poteſt. *Menochius conſil. 100. numero 108.* 25

Clericum † ſpoliatorē ad inſtantiam laici ſpoliati poſſe per edictum citari, vt ſi ſua putauerit intereſſe, cōpareat cauſſas allegaturus, quare reſtitui laicus non debeat, ſine tamen comminatione, quod in eius contumaciam procederetur ad vlteriora, noue poſt alios propoſuit Ioſephus Ludouicus. *concluſ. 5. numer. 25. 26.* 29

Declaratur, vt quidem poſſit citari per edictum clericus, non tamen teneatur comparere, in tantum vt nec aduerſus eundem in contumaciam procedi queat. *ſic Menochius tradit. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. num. 228.* Quemadmodum nec alius quilibet citatus ſub clauſula, ſi ſua putauerit intereſſe, arctatur præciſe, nec dici poteſt contumax, ſi nō comparuerit. *multis comprobat Franciſcus Marc. Delphin. deciſ. 121. numer. 7. part. ſecunda, de quo tamen alibi exactius.* Imo quamuis de fori priuilegio nihil allegauiſſet clericus, iudicium tamen aduerſus eum habitum eſſet nullum, *ſic ex Siculo tradit Tiber. Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 47. num. fi. & alibi dixi pluribus.*

Quanto igitur magis clerico per edictum coram iudice laico citato integrum eſt, fori declinatoriam obiicere. Atque ita ſecularis iudicis citationem ſpernere. Et quod poſſit hoc caſu de incompetentia iudicis excipere, adeoque ad ſuum iudicem remittendus ſit, *ex Rolando ſcriptum reliquit Ioſephus Ludouicus. concluſ. quinta, numer. 27. & ex Capicio induxit Menochius. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. num. 232.*

Læſæ Maieſtatis reum per edictū citari † poſſe cōprobat Menoch. *cōſ. 10. n. 103.* 27

moue-

mouetur principaliter ratione, quod in crimine hoc procedatur summarie sine ordine iudiciario, tunc enim (*vt infra diximus*) per edictum citatur.

In loco seu terris rebellium qui degit,
28 etiam per edictum † citatur. *Menoch. de recuperan. possess. remed. 8. num. 114. & consil. 100. num. 109.*

Caussarum intuitu etiam citatorium edictum concedi verissimum est.

29 Caussa vbi esset, sola † facti veritate inspecta, decidenda, seu summarie, seu ordine iuris non seruato, citandus per edictum citari vtique posset. *ita ex Parisio & Cephalo tradit Ioseph. Lud. conclus. 5. num. 23. & respondit Menoch. consi. 100. nu. 134.*

30 Heres † alicuius vbi deliberat, vtrum adire velit, potest per proclama, vel etiam per edictum omnes creditores petere, ad edendum crediti instrumenta. *Mynsing. obseru. 47. cent. 2.* Et quamuis Mynsingerus de proclamate saltē mentionem faciat, idem tamen in edicto erit, si vera est opinio Marantæ. *de Citatio. num. 95.* docentis, omnibus in casibus, in
31 quibus † per proclama citatio valet, fieri, vt & per edictum recte fiat.

ARGVMENTA.

I Citatoriū edictale vbi locorum affigi debeat.

II Citatorium edictale an, & quādo pluribus in locis affigendum sit.

SVMMARIA.

1 *Citatio per se quamuis esset valida, non tamen rite intimata litem haud inducit.*

2 *Citatio edictalis iusto loco affigatur requiritur.*

3 *Citatio edictalis vno in loco affigatur sufficit regulariter*

4 *Quare etiam tunc demum pluribus in locis venit affigenda, superior vbi mandasset.*

CONSIDERATIO I.

Citatio, quamuis per se sit valida, dummodo tamē per nuntium, non
1 rite † intimata esset, litem non inducit, *nominatim Robert. Lancellot. tract. attentat. capit. 4. in Præfatio. num. 108. vbi declarat. part. 2.*

Requiritur vero pro forma, vt citatio edictalis fuerit iusto loco † affixa, nec 2
nuda præconizatio sufficit. *Marant. in terminis. consi. 29 nu. 25.*

Citatorium edictum regulariter sufficit vno in loco † affigi. *ita probat in specie Ioann. Petr. Surdus. consil. 181. num. 34.* 3
& aliorum auctoritate sic etiam in terminis respondit Tiber. Decianus. consil. 18. num. 171. volum. 1.

Quod igitur nōnulli dicunt, duobus in locis esse affigendum eiusmodi citatorium edictum, illud procedit in casib. specialibus, quando Papa † vel Imperator, &c. mandasset pluribus in locis affigi. *ita in ipsis terminis nuncupa. Surdus & Decian. relatis locis.* 4

Tutius tamen esset, vbi, ne ad citandorum notitiam vno in loco affixum edictum, cōmode seu verosimiliter perueniretur, coniectura esset, aliis etiam commodis in locis affigeretur.

ARGVMENTVM.

Comparitio citati supplet citationem defectuosam.

SVMMARIA.

1 *Citationē defectuosam sustineri citati comparitione.*

2 *Actus iudicialis, minus legaliter citato comparente, subsistit præsentia caussa.*

3 *Comparens ad citationē defectuosam perinde condemnatur, ac si citatio omnino valida fuisset.*

4 *Comparens ad citationem per illegalē nuntium exsecutam, de illegalitate excipere haud potest.*

5 *Citatio ad diem festum facta per comparitionem non validatur.*

CONCLVSIO LVIII.



TRitissima est Doctorum conclusio, cōparitionem † citati purgare citationis minus legitime factę defectum. *ex Sebast. Vantio respondit Osasc. consi. 63. num. 13. aliorum auctoritate Crauet. consi. 348. num. 25. & inter-* 1

minis etiam consuluit Alexand. Raudens. responsi. 21. num. 159. & num. 162. volum. 1. Anton. Gabriel. libr. senten. 2. tit. de citat. conclus. 3. num. 7. vbi ex Felyno docet, citatione etiam inualida perpetuari iurisdictionem per citati comparitionẽ. Conclusionem communiter recipi, testatur Soarez. *Thessaur. lit. C. numer. 67.* nec ab ea recedit Verallus Roman. *decis. 97. numer. quinto. part. 1. & decis. 112.* vbi iuxta eandem IVDICATVM esse testatur eadem part. Et ita DECISVM in Regio Concil. Lusit. scribit Anton. de Gamma, *decis. 424. numer. 1.* & in Rota Lucens. DECISVM, sicut videre est *decis. 153. num. 17.* Lepido relatore. Late iuxta ac insigniter firmauit Robert. Lancellot. *tract. attentat. cap. 4. in præfat. num. 128. & seqq.* Eandem admittit Barnab. Cornazz. *Luc. decis. 54. num. 42.* Lanfranc. de Orian. *tit. de citat. cap. 1. §. secundo quæro,*
2 *numquid.* vbi dicit, citato † comparente, actum iudicialem subsistere, non citationis defectuosæ caussa, sed præsentiæ: in vltimo tamen videtur aduersari Alexand. Raudens. *respons. 21. num. 164. vol. 1.* vbi autumat, actum tenere etiam ratione citationis, quandoquidem eius vitium purgetur per comparitionem, citat Bellem. Felin. & Lup.

3 Infertur ex conclusione. Primo, † vt minus legitime citatus, possit perinde condemnari, ac si citatio omnino valide facta esset. *Francisc. Viu. Neapolit. decis. 274. num. 16.*

4 Infertur secundo, vt nihil obstet, exsequutorẽ citationis tempore insinuationis fuisse inhabilem, vt si Notariorum albo nõ sit eo temporis inscriptus, (*de quo etiam alibi diximus*) comparente citato: nam comparens de illegitimitate seu inhabilitate notarii opponere haud potest. Ita in terminis Mynsing. *obseru. 54. cent. 4. vbi in Camer. Imper.* IVDICATVM adseuerat duabus vicibus. & testatur etiam de vno præiudicio *in comment. ad Ordin. Camer. par. 1. tit. 39. in prin. per Magẽh. promulgato.* Illationes plures, ne lõgior sim, referre supersedeo: est & pulcra. *conclus. 49. num. 6.* relata.

Limitatur iam conclusio, vt non intelligatur, quãdo citatio esset defectuosa, & nulla ob inhabilitatem † temporis, 5
vt quia ad diem festum facta sit. Eo enim casu per † comparitionem non conualidari, quia citationis nullitas super fauore religionis fundata per comparitionem sanari haud queat, concedit Alex. Raudens. *respons. 21. num. 161. sub resolutione quinta nullitatis. part. 1.*

ARGVMENTVM.

Exsecutiones processuum in Camer. ventilantium, quomodo vel per nuntios iuratos, vel Notarios immatriculatos Cameræ rite fiant.

SVMMARIA.

1 *Exsecutiones seu intimationes processuum in Camera Imperiali ventilantium, vel per notarios immatriculatos, vel nuntios Camerales iuratos, non per alios fiunt.*

2 *Relatio vero vtriusque diuersimode expeditur.*

CONSIDERATIO I.

Citationem illegitime fieri, vbi per nuntios vel notarios in Camera matriculatos non exsequeretur, monet D. Gaill. *nu. 6.* Modus vero exsequendi (qui Ord. *tit. 28. part. 1.* præscribitur) licet ab vtroque idem obseruetur, relationem tamen exsecutæ citationis seu intimati processus Notarius instrumento conscribat, necesse est. *ad titul. Ord. 39. part. 1.* Quod hic obiter, ne nobis continuatio desit, refertur.

ARGVMENTVM.

Circumductio termini ex contumacia actoris quando inducatur, & quid operetur.

SVMMARIA.

1 *Citatio censetur circumducta ex non comparitione citari facientis.*

2 *Circum-*

2 *Circumducto termino omnis euanescit citationis effectus.*
3 *Litis non inducitur pendentia.*
4 *Præscriptio non interrumpitur.*
5 *Circumducto termino nec actori pœna, alias sibi ob petitam citationem insligenda, imponitur.*
6 *Circumductio termini, quãdo & quatenus in Cam. Imp. caussetur, remissiue.*

CONCLVSIO LIX.



ITATIONEM ex nõ comparitione in præfixo termino citari † facientis (maxime neutro comparẽte) circumduci, seu (*ad l.73. ff. de iudi.27. ff. de liber. causs. l.45. ff. de re iud.*) aboleri, in nihilumq; reduci, ex modernioribus allegatis in specie firmat (ex Gaillij sententia. *num.2.* docentes) Barnab. Cornaz. *Luc. decis. 205. num. 2.* Menoch. *consil. 230. num. 6. & ex l. post edictum. §. 1. ff. de iudic. præsupponit Vant. de nullit. senten. ex defect. cit. num. 111. cum similibus.* Adeoque omnis citationis † effectus circumducto termino tollitur. Diserte in terminis decisiuis Cacheran. *Pedem. decis. 3. nu. 4.* Sic circumdata citatione litis non † inducitur pendentia. *Francisc. Viu. Neapolit. decis. 320. num. 5.* Præscriptio non † interrumpitur ex Bald. de præscrip. *Menoch. consi. 230. nu. 7. cum simil. illationibus.*

Extenditur conclusio, vt nec actor alias sibi irroganda pœna veniat subiungendus, vbi reum ad iudicium † aliquod vocari fecisset, circumducto termino. *Menoch. in facti terminis. cons. 230. nu. 9.*

Quid vero, vbi citatio ad totam caussam generalis emissa esset, & vtraq; pars emansisset, an postea illarum vna citra nouam citationem iudicium assumere, prosequiq; possit: & posse ex Rot. Rom. asseruit Callet. *in addit. Pacian. cap. 72. lit. F. lib. 1. num. 10. Videatur Vant. de nullit. sent. ex defect. cit. nu. 111. & seq. Menoch. cons. 365. num. 3.*

De Ordinatione Imp. Cam. quid obseruandum circa hanc † conclusionem sit, nuper etiã Dn. Denais. *in Synops. iur. Cam. lit. T. tit. terminorum circumductio. §. 1. 2. 4. 5.* adnotauit, & quid in Camer. receptum præiudiciis sit, recensuit Mynsing. *obser. 86. & 87. cent. 5.* vbi studiosus videbit. Quid in caussis appellationum seruetur, sub considerationem conieci.

De contumacia actoris ex Ordinat. & stylo Camerali coercẽda, noue synoptice discursus pulcros habuit Denais. *lit. C. contumacia actoris. tit. contumacis vtriusque communia. cum aliquot §§. seqq.*

CORONIS.

Reus quidem in se onus probandi recipere potest, *ad notat. Dn. Gaillii. num. 5.* Sed quid sibi, dum in probatione defecerit, immineat periculi, Pacian. *tract. probat. capit. 69. per tot. libr. 1.* declarare sustinuit.

ARGVMENTVM.

Circumductio terminorum in S. Cam. iudicio cessat in caussis appellationum, & quatenus hoc verum sit.

SVMMARIA.

1 *Circumductio termini in caussis appellationum non obtinet.*
2 *Modo citatio ad reassumendum non esset facta.*

CONSIDERATIO. I.

Circumductio terminorum in appellationum caussis † cessare, docet 1
Dn. Gaill. *num. 3.* licet nihil præter Cameralem obseruantiam in comprobationẽ adducat, & in Cam. ita DECISVM exstitisse, Mynsingerus testatur. *obser. 63. cent. 2.* atque ex Recess. Imp. Anno 1566. confirmat referẽdo Denais. *Synops. Cam. iuris lit. T. tit. terminorum circumductio. §. 3.*

Declaratur doctrina Gaillii, Mynsingerique vt fallat, quando citatio ad reassumendũ exstitisset, eo enim casu perinde, vt in mandatorum & exsecutionum 2
caussis termini circũductio sibi locum in Camera vendicat. ex cõsultis Cameræ, Anno 94. Augustam transmissis, adduxit Danais. *d. Synop. dictoq; tit. §. 4.*

ARGVMENTVM.

Rei contumacia quib. coerceatur.

SVMMARIA.

1 *Contumacia est delictum.*

2 *Licet non proprie.*
3 *Contumaciales pœnæ quæ sint, distinctæ dātur remißiones.*
4 *Et quæ de iure Camerali. remißiue.*

CONCLVSIO LX.

ESSET quidē nobis de pœnis contumacialibus variis reo cōtumaci imponendis amplissimus disserēdi campus: ceterum quia Dn. Gaill. generalibus institerit remissionibus, saltem de variationibus præcipuam assumens tractationem, nos iisdem constricti erimus absoluendi cōclusionum modis.

Contumaciam esse graue delictum, diuersis in locis hoc libro diximus, & le-
1 gibus nec non † auctoritatibus corroborat Menochius *de arbit. iudic. cas. 153.*
2 *numer.1.* Licet non † proprie. Prosp. Farinac. de vtroque *quæst. crim. 18. num. 26. iuncto nu. 28. cum similibus.*

Pœnæ vero contumaciæ tam ante litem contestatam, quam post, commis-
3 missę, quę† sint, latissimæ est explicationis indagatio, quam ex neotericis explicate reassumsit, *Fuluius Pacian. tracta. probat. cap. 72. libr. 1. Francisc. Viu. Neapolitan. decis. 11. decis. 138. decis. 252. decis. 273.* Et quid in caussa criminali Thessaur. examinat *Pedem. decis. 265. Clar. §. fin. quæst. 14. & ibidem in addit. Baiard. Damhaud. prax. crim. cap. 28. Marq. Freher. de exist. libr. 3. cap. 5. num. 24. Prosp. Farinac. tract. crim. quæst. 18. nu. 25. & seqq.* Et quæ tam in prima, quam secunda instantia. *Hartm. Pist. lib. 1. q. 3.* Quæ in caussis Camerali Commissario delegatis. *Rueg. Ruland. tract. de Commissar. lib. 2. c. 13. part. 2.*

De iure vero Camerali quomodo ad-
4 uersus contumacem procedatur, † nuper studiose retulit Denays. *Synops. iur. Cam. lit. C. tit. contumacia rei. & seqq.* Quæ singula qui prosequi vellet, tractatulum conscribere haberet necesse.

CORONIS.

Actor, qui vnam ex contumacialibus pœnis elegit, an postea variare queat, præter Dn Gaill. *nu. 2. 3. 4.* etiam Pacian. *d. c. 72. num. 11.* affirmatiue resoluit.

ARGVMENTVM.

Expensas quas contumax refundat.

SVMMARIA.

1 *Contumax non auditur nisi refectis omnib. expensis.*
2 *Ad nummum vsque.*
3 *Contumaciæ expensas nisi iudex requisitus restituere imponat, de suo restituet.*
4 *Contumacialium expensarum refusionem citra partis instantiam ex officio iudex iniungere potest.*
5 *Minor, modo in dolo non sit, aduersus contumaciales expensas restituitur. vbi declaratur.*
6 *Expensas primæ & secundæ citationis refundit citatus demum ad tertiam citationem comparens.*
7 *Licet sint dissentientes.*
8 *Contumacialibus expensis non restitutis, nec in hac eadem caussa, verum etiam in alia coram eodem iudice denegari valet audientia.*

CONSIDERATIO I.

DE pœnis contumacialib. generales sub conclus. dedimus remissiones. Hic vnā duntaxat in seriei continuationem circa expensarum refusionē occupatā duximus asscribēdam, cuius & cōmeminit D. Gaill. *nu. fi.* Contumacē non audiri nisi refectis † omnibus expensis, 1
textu docemur. *l. sancimus. 13. C. de iudic. Marant. in Spec. part. 6. tit. de contumacia. nu. 16.* ad vnum vsque † nummum restitutis 2
Francisc. Viu. Neapol. decis. 11. num. 2. In tantum vt si iudex † condemnationem re- 3
rum expensarum requisitus intermisisset, ipse de suo restituet. *d. l. sancimus. vers. scituris iudicibus.* Licet etiam ex † officio 4
refusionem hanc contumaci iniungere possit. *Viu. d. decis. 11. nu. 4.*

Extenditur primo, vt etiā minor conuentus expensas contumaciales, antequam restituatur, exponere debeat. Licet facta expositione † iudex cognosce- 5
re debeat, vtrum etiam minor aduersus has expensas restituendus sit. *ita nominatim Anton. Thessaur. Pedemon. decis. 9. ante num. 10.*

nume. 10. vers. postremo pro clariori omnium responsione. Quamuis autem contrariæ sint opiniones, minor aduersus contumaciam restituendus sit, nec ne, æquiorem tamen esse opinionem, vt, quando in dolo non esset, restituatur, arbitratus est Thessaur. *d. loco ad finem.* subdens ita Senatum IVDICASSE.

6 Extenditur secundo, etiam procedere in † expensis, quæ ante litem contestatam factæ sunt, eo quod conuentus binis vicibus esset citatus, & demum ad tertiam citationem comparuerit: duorum enim illorum terminorum expensas reficere obstrictus est. *Francisc. Viuius Neapolit. decis. 11. numero septimo.* vbi multos citat, & non obscure, sic in Regia Aud. Terræ Bari DECISVM fuisse testatur. *Ant. Thessaur. Pedemontan. decisione 11. nume. 3.* qui scribit, ita communiter fere Doctores velle.

7 Contrarium, seu negatiuam Alexandrum † asserere, atque in Saxonicis regionibus obseruari scribit Matth. Coler. *process. exsecut. part. 1. c. 2. sub nu. 20. vers. Verum quicquid sit.*

8 Extenditur tertio, quod audientia non modo in illa met caussa, in qua cōmissa est contumacia ante expensarum reparationem denegari possit. verum etiam † in alia separata coram eodem iudice inter easdem personas ventilanda. *Alexan. Raud. ex gloss. & Ias. induxit respons. 25. sub num. 529. vol. 1. & diserte statuit Viu. d. decis. 11. nume. 5.*

DE LIBELLIS.

ARGVMENTVM.

Libelli requisita quæ sint, explicatur.

SVMMARIA.

1 *Libellus, vox æquiuoca.*
2 *Ratione propositi in frequentiori significatu sumitur pro scriptura actionis & accusationis.*
3 *Sentētia super inepto libello radicata, nulla est.*
4 *Ineptitudo libelli, iudicis incompetentia æquiparatur.*
5 *A libello inepto, ad litis contestationem nullam, recte argumentamur.*
6 *Contra consuetudinem formatus libellus non subsistit.*
7 *Libellus in dubio sustinetur, & recte conceptus præsumitur.*
8 *Adeo vt etiam verba improprientur.*
Modo verba sint, quæ impropriationem admittant. eod. num.
9 *Quinimo ipsius libellantis, etiam lite iam contestata, interpretatio admittitur.*
10 *Modo illa declaratio non eludat iudicium, vel contrarietur interpretationi iam antea factæ. n. 11.*
12 *Heredi libellantis an, & quatenus competat interpretatio.*
13 *Inter requisita libelli primum est, nomen actoris, secundum nomē rei, tertium nomen iudicis.*
14 *Loco tertii, officii seu magistratus expressio sufficit.*
15 *Quartum libelli requisitum, vt concipiatur in modum syllogismi.*
16 *Nonnunquam omisso medio sustinetur.*
17 *Quid in actionibus personalibus, & realibus, quoad expressionem caussæ remotæ vel proximæ, obseruandum sit, remissiue.*
18 *In ciuilibus conclusio est de substantia libelli, exceptis certis casibus.*
19 *In criminalibus non requiritur conclusio, & quare.*
20 *Addita tamen non vitiat libellum.*
21 *Accusator quatenus concludere possit.*
22 *Conclusio in ciuilibus principaliter attendenda.*
23 *Ineptitudo libelli ex conclusione potissimū æstimatur.*
24 *Quandoque tamen conclusionem coadiuuant, & supplent narrata libelli.*
25 *Ineptitudinem libelli, nō indifferēter processum, vel sententiam annullare, remissiue.*

CONCLVS. LXI.

DE libelli requisitis dicturi, pmittēdū, vocē libellus esse † æquiuocā, patet ex traditis Fer. *in form. libel. act. rea.* 1

in verb. ad euidentiam, numero sexto. Et disserte scribit mox citandus Raudensis: aliquādo enim pro supplicatione principi porrecta, aliquando pro iudicis delegatione, interdum pro iudicis recusatione, quandoque pro scriptura appellationis, nonnunquam pro scriptura Apostolorum, rarius pro genere panis, frequentius pro scriptura illa actionis & accusationis. *post Ripam tradidit Alexād. Raud. de analogia, capite octauo, numero vigesimooctauo, vigesimonono.* Verum multo explicatius significationes dictionis libelli proposuit Oldendorp. *in tractat. de formula libelli, capite primo,* vbi ordine tredecim significationes recenset, quo studiosus lector diuertere posset. Quo ad præsentem tractationem, sumimus illud
2 † nomen, libellus, in frequentiori famosiorique significatu. *Alexand. Raudens. de analog. cap. 19. num. 6.* pro scriptura illa actionis & accusationis.

Magna sane res est, libellum exhibuisse legitimum: ineptus enim nullum producit effectum, adeoque vt senten-
3 tia † super eo radicata nullitatis prorsus arguatur. *multis adducit Tiber. Decianus responsione 109. numero 1. 2. vol. 3. Camill. Lepid. Lucens. decisione 78. numero 24. in nouiss. dixi conclus. 66.* hoc lib. quippe quum inepti-
4 tudo libelli, iudicis † incompetentiæ cōparetur, ex Angel. Tiber. Decian. *responsione 35. nume. 38. vol. 4. & post Marsil. Camill. Lepid. Luc. decis. 78. num. 27. & 28.* Immo quamuis recte litis intercessisset cōtestatio, libello tamen inepto processus nihilominus corruit; ducto argumen-
5 to a libello † nullo, ad litis contestationem nullam, quod quidem argumētum esse validum, auctoritate Riminal. sen. admittit Mart. Mont. *Regni Arrag. decisione sexta, numero 23. dixi etiam plurib. infra conclus. 66.*

6 Extenditur, vt & contra † consuetudinem formatus libellus, non minus ineptitudine laboret, ac si contra ius commune confectus esset. *Euerhard. a Middelb. in Topic. Legal. loco 105. numero secundo, Ludolph. Schrad. de feud. parte 10. sectione nona, numero 231.*

Libellum autem, quamuis rite recteque esse conceptum † præsumatur. *Me-* 7
noch. 2. præsumt. 40. numero primo. In dubioque libellus, quoquo modo potest, sustineri debeat. *Francisc. Marc. Delphin. decisione 657. nume. fin. vol. 2. Schraderus, de feud. parte nona, sectione octaua, numero 7. 8.* etiam cum offensione verborum, seu impropriando † verba libelli. *Ro-*
bert. Marant. consil. 66. numero sexto. Ioan. 8
Petr. Surd. consil. 22. numero 43. post alios coram Cantucc. Rot. Rom. decisione 47. numero 10. parte secunda, in nouiss. Crauett. consil. 481. numero septimo, Gabriel. Roman. lib. sentent. 5. conclus. 5. numero 83. Mynsing. consil. 100. numero nono. Schraderus in l. vn. numero 11. de condict. ex lege. Dn. Gaill. obseru. 66. numero 7. libro primo. (modo sint verba libelli habilia, quæ impropriari possint.) *Bal. in l. cum res. in fin. de probat.* quæ impropriatio nihil aliud est, quam verba ex larga significatione, & per extensionem quādam intelligere: Quū vero verba libello sunt inserta, impropriationem controuersiæ illius met, seu negotij principalis, non admittentia, frustra de impropriandis verbis libelli laboratur. *ad notat. in his terminis factique contingentia. Sichard. consil. feud. 9. n. 89. & seqq. Menoch. etiā ex professo docet. 2. præsumt. 40. nu. fin.* in tantum, vt & ipsius † libellantis interpretatio sustinendi libelli caussa admittatur. *gloss. in l. si quis intentione ambi-* 9
gua. 66. ff. de iudic. non modo ante litem contestatam, sed & postea. *Ioan. Petr. Surd. consilio vigesimosecundo, numero 35. Reusnerus, consilio octauo, numero decimosexto, libro secundo.* modo ex illa interpretatione † elusorium non redderetur iudicium. *ex Bart. in specie scribit Crauett. consilio millesimo, numero 61. vers. qua ratione* 10
locum text. non habet. nec si semel interpretatus, seu etiam declaratus esset libellus, & alia contraria † velit a libellante induci interpretatio, quæ non admittitur, *ex Bald. & Dec. respondit Menoch.* 11
consilio 521. numero octauo. licet libellantis heredi † non competat interpretatio. *Tiber. Decianus, responsione tricesimatertia, numero 66. vol. 1.* communem dixit Soa- 12
rez. thes. sent. lit. I. num. 164. nisi heres a defun-

functo esset verisimiliter informatus: eo enim casu declarare posset. *auctoritate Purpurati, Rol. a valle, Ploti & Deciani, nominatim firmat Ioseph. Ludou. conclusione 16. numero 92.* Quamuis (inquam) eiusmodi & iis similibus libellus aliquando sustineri valeat, nonnunquam tamen tentasse haud iuuat, aliis remorantibus libelli defectibus ineptitudinem redolentibus.

Ineptitudo igitur vt euitetur, de præcautionibus in formatione libelli est inuestigandum, quæ quidem maxima ex parte in obseruandis requisitis recumbunt.

Requisita eiusmodi perhibentur.

13 Primo nomen libellantis † seu actoris. *post alios Schraderus, de feud. capite septimo, sub numero tricesimonono.*

Secundo nomen conuenti. *Alexand. Raudens. responso vigesimooctauo, nu. 32. vol. 1.*

Tertio iudicis, cui porrigitur, nomen. *Marant. in Spec. parte sexta, memb. 3. rubr. de libell. numero* .... licet in hoc sufficiat

14 officij † seu magistratus expressionem fecisse. *Oldendorp. tractat. de libellis. capite tertio.*

Quarto consideratur libellus, vt re-

15 quirat ad instar syllogismi † dialectici, primo narrationem facti, loco assumtionis; secūdo caussam ipsam, seu medium concludendi, loco propositionis; postremo conclusionem, loco complexionis. *ita post Iasonem Nicol. Reusnerus, decisione decimaoctaua, nume. quarto, libro tertio.* Quare etiam Zas. *in princip. numero decimoquinto* scribit, libellum nominari Iuristarum syllogismum, docteque tria illa proxime relata requisita explicat.

Aduertendum tamen, libellum non-

16 nunquam etiam omisso † medio sustineri, vt quando medium alias a iure subaudiretur & præsumeretur. *ex l. omnes §. Lucius ff. quæ in fraud. credit. quem text. in hoc singularem dixit induxitque Euerhard. a Middelb. Top. leg. præamb. numero vndecimo.* Et huc tendunt quæ scribit Zas. *in princip. numero decimoseptimo, Institutio. de act.* sufficere narrare factum, id est, caussam remotam, quia ex caussa remota, facto seu cōtractu, iudex præsumit caussam proximam, id est, obligationem. Et quid, tam circa actiones personales,

† quam reales, in exprimenda caussa vel 17

propinqua, vel remota, obseruandum sit, enucleat Lanfranc, *in prax. de petitionibus, capite quinto, numero tertio, quarto, quinto, & seqq.* quæ longiorem explicationem desiderant, quam vt hic plene tractari queant.

Conclusio etiam licet in ciuilibus † 18

pro forma libelli requiratur. *Zasius in princip. numero vigesimoprimo, Institutio. de act. Nicol. Reusnerus, decisione 26. nume. 25. lib. 3.*

Certis aliquibus casib. exceptis, quos recenset *Zasius in dict. princip. numero vigesimoquarto, vigesimoquinto, Institutione. de actibus.*

In criminalibus vero † secus est: in 19

his enim conclusio non requiritur. *dixi conclus. 107. hoc lib.* Siquidem ius ipsum conclusionem in his suppeditet solum, Quare inuariabilē criminalis libelli cōclusionem ex Baldo dixit Nicol. Boer. Burdeg. *decis. 42. numero vigesimotertio, & Alexand. Raudens. responso vigesimoseptimo, num. 12. vol. 2.*

Vbi tamen libellans conclusionem

adderet, libellum † haud vitiaret. *Ni-* 20

col. Reusnerus, decisione decimaoctaua, sub numero vigesimosexto, libro tertio. Quo facit dictum Tiber. Decian. *tractat. crimin. libro septimo, capite 43. numero quarto,* ex Bar. quod practica obseruet conclusionem subiici. Quemadmodum etiam de hac practica testatur Damhaud, *in prax. ciuil. titul. de conclusione facienda. capite 102. post numerum quartum.* Quæ tamē practica (ceu arbitror) non commode extenditur ad ipsam pœnæ infligendæ † spe- 21

cificationem, sed quod accusator concludendo subiiciat, *quare peto accusatum iuxta leges, statuta &c. condemnari, circa expressionem scilicet certæ pœnæ.* Nec etiam quicquam petitiō pro infligenda certa aliqua pœna proderit, cum iudex eam attendere non constringatur, *Nicol. Reusnerus, decisione decimaoctaua, numero vigesimoseptimo, lib. 3.*

22 Conclusio in ciuilibus, † principem locum sibi vendicare in libello, arbitrātur Doctores: quippe quæ narratis adeo superior sit, vt narrata non, sed conclusio attendenda veniat. *Rot. Genua de mercat. decisione septima, numero duodecimo, Crauett. consilio 481. numero secundo, & consilio 415. numero decimooctauo, Sichard. conf. feud. 9. numero 77. Accedit, multis relatis auctoritatibus, Lud. Schrad. de feud. parte nona, sectio. octaua, numero quinto.* vbi, quod omnis vis consistat in conclusione: quare non considerandum quid, quantum, qualiter narretur, sed qualiter concludatur. Commune Doctorum dogma laudant Mynsing. *consilio vigesimosecundo, numero 4. 5.* & Soarez. *thes. sentent. lit. l. numero 167.*

23 Vnde & ineptitudinem † libelli ex conclusione æstimari, insignium Dd. auctoritatibus fretus, scripsit Crauett. *cons. 151. num. 1.*

24 Coadiuuant itemque supplent † nonnunquam tamen narrata ipsam conclusionem. Nam vbi necessaria ad caussam essent narrata, licet in conclusione non repetita, ex his narratis declaratur extenditurque conclusio, seu libellantis petitio. *ex Natta adducit Dionys. Caualcan. inter decis. fratris sui Borgnini. decisione vigesimasecunda, numero 87. Menochius, consilio 576. numero secundo, Crauett. consilio 415. numero primo.* Quod notandum est.

25 Ineptitudinem libelli †, non indifferenter omnibus in caussis processum, vel etiam sententiam annullare, certum est. De quo conclus. LXVI.

ARGVMENTVM.

Libellus, vt præsumtiue concludat, quatenus admittatur.

SVMMARIA.

1 *Libellus præsumtiue quod concludat, sufficit.*

2 *Et quidem, tā in criminalibus, quam ciuilibus.*

3 *Fallit vbi præsumtio ex ipsius libellantis erueretur facto.*

CORONIS.

Libellus præsumtiue † concludat, 1 sufficit inquit, ex Felino. Dn. Gaill. & probatur. *in l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fraud. credit,* ceu dixit Zas. *in princip. num. 18. Instit. de act.*

Ampliatur, vt non modo præsumtiua sufficiat conclusio in ciuilibus, sed etiam criminalibus. 2 *Schrad. de feud. parte 9. sect. 8. num. 6.*

Limita relatam traditionem Gaillij, vt non procedat, quando † præsumtio ex libellantis facto deduceretur. *Ex Bartol. docet Mascard. tractat. probationum conclusione 1221. sub numero 98. vers. ad hoc optime facit.*

ARGVMENTVM.

Actio in dubio, quæ sit intentata, cum non dignoscitur, vtilior actori proposita censetur.

SVMMARIA.

1 *Actor in dubio remedium sibi vtilius intentasse censetur. num. 2. & 5.*

3 *Libellus habens duo capita, alterum aptum, alterum ineptum, per aptum sustinetur.*

4 *Neque pars inepta, vitiat aptam.*

6 *Iudex in dubio actionem vtiliorem actori eligit, etiam casu, quo duas actiones actor copulatiue proposuit. n. 7.*

8 *Prosequutio litis interpretatur libellum, adeo vt contrariis actionibus propositis, vnius prosecutio libellum saluet.*

CONSIDERATIO I.

TRITA est illa Doctorum theorica, libellum in dubio ita debere interpretari, vt vtilius † sibi remedium, quod 1 competere poterat, intentarit actor, censendum sit. *Barthol. Bertazol. tractat. clausul. instrument. claus. 29. glossa. 4. sub numero tertio, vers. & in dubio. Nicol. Reusnerus, consilio octauo, numero decimonono, libro secundo.*

Sic libellus, ex quo duo remedia colligi possunt, vnum aptum, alterum ineptum, ita interpretandus, vt aptum † 2 pro-

proposuisse libellantem dicendum sit. *post alios Ludolph. Schrad. de feud. parte nona, secund. part. princip. sectione octaua, numero tertio.*

3 Sic libellus †, duo vbi haberet capita, per quorum alterum aptus, & idoneus est, per alterum vero ineptus, ab idoneo capite vires & robur accipit: vt sic sustineatur. *Ioan. Coras. in Tholos. dec. 29.* vbi ad finem subiungit, se ita in foro sæpe OBSERVARI vidisse. Huc etiã illud, quod dixit respondendo Sichard. *consil. feud. 9. numero 95. & seq.* spectat, partem
4 ineptam libelli non † vitiare illud, quod in eodem libello apte est positũ, ex quo agi potest, cum talis libellus plura continens sit diuisibilis: immo eo casu plures censeri debeant libelli, *allegat. Bal. & Speculat. & pluribus similibus confirmat numer. seqq.* Atque ita satis est sustinendo libello, vtra ex parte saluetur, auctoritate Romani consuluit Mynsing. *respons. 100. numero decimo, idem Mynsing. obseruatione 5. cent. 4.*

Si igitur tantus est libelli sustinendi fauor, vt aptum remedium, seu actio libellanti vtilis intentata censendum sit, quando simul ex libello ineptam fuisse propositam ostenderetur, quãto magis
5 † concedendum, vbi duo remedia vtilia cernuntur intentata, vtilius actori esse propositum. sicuti Dn. Gaill. *numero*
6 *10.* etiam tradidit, vtilissimam † actori in dubio iudicem debere elicere actionem.

Ampliatur eiusmodi Gaillij traditio,
7 vt quamuis libellans copulatiua † oratione proposuisset duas actiones, vnam ex iure communi, alterã ex iure statutario, adhuc vtiliorem instituisse dicendus sit. *Tiber. Decian. respons. 109. numero 3.* vbi communem dicit, & in discursu cõsilij explanat. *vol. 3.*

Maxime autem, iudex vtiliorem ex duabus vel pluribus institutam esse censere debet actionem, quando libellans prosequutus enixius fuisset in probando vtiliorem sibi actionem: nam prose-
8 quuta litis, quemadmodum † interpretantur declarantq; verba libelli obscura. *post Parisi. Roland. & alios in terminis respondit Menochius consilio 576. numero tertio, Tiber. Decianus, respons. 63. numero decimoseptimo, vol. 3.* Sic in ordinariis iudiciis, etiam vbi contrariæ essent actiones propositæ, prosequutio vnius ex contrariis saluat libellum. *Aldobrand. Roman. decisione 257. numero septimo, parte prima, in nouiss.*

ARGVMENTVM.

Actionis nomen, an libello sit inserendum.

SVMMARIA.

1 *Actionis nomen nec in libello, nec in progressu caussæ necessario exprimendum. & num. 2.*

3 *Nisi caussa in libello, expressa non vnam tantum, sed plures iure produceret actiones.*

CONSIDERATIO II.

ACTIONIS nomen † in libello exprimere regulariter necesse haud est. *Dn. Gaill. numero primo, Ioan. Godd. in l. 5. numero vigesimoseptimo, de verb. & rer. sign. Matth. Wesenb. consil. 41. numero decimotertio.* vbi communem ex Iasone renuntiat. 1

Ampliatur vt nec in progressu † caussæ, seu in processu necessario exprimenda sit. *Tancred. de ordine iudic. libro 3. tit. 14. §. præterea notãdum est.* vbi inducit ad hoc. *§. dilecti filii. extr. de iud.* 2

Declarantur prædicta, vt obtineant, quando caussa in libello expressa saltem † vnam (eandemque solam, sic putarem adiiciendum esse pro maiori faciliorique expeditione) produceret actionem? vt in caussa commodati, emti, venditi, & similibus: secus vbi eadem caussa plures in iure produceret actiones. Exemplum plerique Dd. proponunt, *ex l. duobus. §. colonis. ff. de iureiur. l. 1. & l. penult. ff. arb. furt. cæsar.* ex quibus patet, aduersus colonum arbores cędẽtẽ tres dari actiones, ex locato, scilicet, ex lege Aquilia, ex l. XII. Tabul. hoc casu, cum vna actione (vt inquit IC. 3

Gaius, *in l. si colonus. 9. ff. d. tit. arb. f. cæs.*) cōtentus esse debeat actor, vna illarumque exprimi debet, vt reus certus fiat, & pro modo actionis defensiones instruat. *Ferrariens. in forma actionis realis. verb. ad euidentiam.*

ARGVMENTVM.

Libellum an, & quatenus sustineant salutares, quas vocant, clausulæ.

SVMMARIA.

1 *De vi, & effectu clausularum libellorum remissiue.*

2 *Clausulæ salutares non extendūt vim suam ad ea, quorum non est facta mentio in libello.*

3 *Nisi in caussis summariis.*

4 *Accessoria vt fructus, interesse &c. etiam non petita, virtute clausulæ, peto mihi &c. adiudicari debent.*

5 *Etiam citra illam clausulam, accessoria specialiter non petita in condemnationem venire Goddæus statuit.*

6 *Clausula peto mihi ius, & iust. non soluatur libellus contraria continens remedia.*

7 *Clausulam illam, Non in modum solemnis libelli &c. apprime vtilem nonnulli credunt.*

8 *Quidam e contra illam vitiare libellum statuunt.*

9 *Contrariæ opiniones eleganti distinctione conciliantur.*

10 *Cautela pro iis, qui dicta clausula vti consueuere.*

CONSIDERATIO III.

INEPTITVDINEM libelli clausula. *Peto mihi ius & iust.* item, *Omni meliori modo &c.* sanari, vulgo perfertur. De qui-
1 bus clausulis † exactius differit Hugo Diffut. *tract. clausular. cap. de clausulis libellor. §. petens ius & iustitiam. & §. Omni meliori modo, in libello alternatiuo. Marant. in Spec. part. 6. titul. de libell. oblat. numero 15. & seqq. Oldendorp. tract. de formand. libell. §. septimo, plerique recte probant. vbi de clausula, omni meliori modo. & §. nono, multum expedit. vbi de clausula Peto mihi ius & iustitiam.* & passim alibi Doctores, apud quos cum prolixiorem requirat discussionem, de iis clausulis videre est. ¶ Limitatur in præsentiarū, admonēdus est studiosus illarum clausularum vim neutiquam † 2
extendendam esse ad ea, quorum mentio nulla in libello facta est, vt nonnulli arbitrati sunt, quibus accedunt noue Luc. *decisione 46. numero 7. nouissime Marc. Ant. de Amat. Rot. Prouinc. March. decis. 61. in discursu.* sed saltem quoad narrata seu summam, aut rem petitam, non autem quoad aliud, quod plus probaretur. *post Alexand. Aret. Corn. Barbat. Crauet. & Menoch.* expresse limitationem hanc induxit Hartman. Pist. *libro primo, quæstione 45. numero 25.* summo etiam studio eandemmet propugnat Borgnin. Caualc. *Fiuizan. decis. libro primo, in Repert. verb. libellus. numero 5.*

Quare (vt exemplo res fiat illustrior) (iuxta Caualcan. relatamque limitationem,) si ab aliquo petiissem decem ex caussa mutui, & probassem ex caussa depositi, aut confessionem mutui, nihil obest, quin obtineam; quandoquidem ex narratis vnum probaui, scilicet conuentum mihi in decem obligatum esse; secus vero esset, si bouem petiissem, & de equo probassem: aut bona petiissem immobilia, & probassem de mobilibus; vel vbi pecuniam petiissem, & de specie probassem: vllo enim modo probatum illud non petij, nec ex narratis libelli in genere, nec in specie colligi potest.

Relata limitatio in caussis † summa-
riis, seu summarie expediendis forte nō 3
procedit. *per ea, quæ tradunt Aldobrand. Roman. decis. 256. nu. 3. part. 1. & Cantucius Rom. decis. 46. num. 4. parte secunda, vterque in nouissimis.*

Nec etiam obtinet limitatio in accessoriis † eorum, quæ principaliter pe- 4
tita sunt, licet accessoriorū nulla sit facta mentio, vt est in fructibus, interesse: quamuis enim nihil de his nominatim narratū, vel petitum sit, ex admixtione d. clausulæ, *Peto mihi &c.* adiudicari debent. *Mynς. obs. 55. cent. 4.* vbi adstruit in

Sacro

Sacro Camerali iudicio IVDICATVM esse, fructus, interesse, tanquam accessoria reum debuisse restituere, licet de iis nihil petitum fuisset. Quam sententiam etiam comprobat, improbata aduersantiũ opinione, *Ioan. Gœdd. in l plus est in restitutione num. 17 ff. de verb. & rer. sign.* vbi in
5 nihilo † considerat ad comprobationem suæ assertionis appositionem clausularum illarum salutarium. Quare si citra illas clausulas accessoria non petita in condemnationẽ venire possunt, quãto magis illis appositis?

Limitatio illa etiam est expedita, qua
6 asseritur, libellum contrarias † proponẽtem actiones ex clausula, *peto mihi tus*, &c. non sustineri, *Menoc. 2 præsumt. 41. n. 4.* vbi asseueranter multos grauissimæ auctoritatis in hoc citat Dd.

Limitationes alias ex relatis in princip. auctoritatibus colligere quisq; facili negotio posset.

Addunt etiam nonnulli Aduocati, in exordio libelli protestationem, se libel-
7 lum præsentem, non in modum † solemnis libelli, sed qualisqualis petitionis, & in simplicis facti narrationis formam producere, arbitrãtes hãc clausulam seu protestationẽ vtilẽ esse, vt, qua subiũcta, de plano absque processu ordinario procedi posset, & libelli vitia abstergi: fundant se super glossæ dictum, *in l. proinde si occisus. 25. ibi. vel dic, nõ datur iudex. ff. ad leg. Aq.* quæ gloss. hoc in nihil probat. Et ita seruari ex Albano *in l. primam. de iurisd. omn. iud.* referre & sequi Zanch. *in addit. ad Ancharani consi 33. dixit Raud. mox citando loco.*

Ceterum tãtum videtur abesse, quod eiusmodi protestatione vitiũ libelli ab-
8 stergatur vel leniatur, vt † magis eadem vitium seu ineptitudo crescat; adeo quidem, quod, si super eodemmet libello processum esset, totus vitiatus existimetur processus, *ex Anch. Ias. & aliis Ludolph. Schrad. de feud. part. 9. cap. 9. num.* 12. Et in terminis ita respondit Crauett. *consil. 151. sub num. 3. versic. nec tollitur.* Intellige, vbi libellus in ordinariis caussis, libellum scilicet requirentibus, exhiberetur, in his eiusmodi protestationem processum vitiare: secus in caussis summariis, in quibus libellus non requiritur, sed qualisqualis petitio sufficit.]

Quo autem & hic videamur ipsi sustinere, quod supra professi sumus, libellum, scilicet, quoad eius fieri poterit, sustinendum esse; declarandus est Anchar. Iason. Schrad. Crauett. & quiqui sint, arbitrantes, docentesque per appositionem illiusmet clausulæ, non in modum solemnis libelli, sed qualisqualis petitionis annullari processum, vt intelliguntur, † quatenus libellus per se adeo 9
defectuosus esset, vt pro solemni haberi sustinerique haud posset. Ita nuncupatim, auctoritate Baldi, *consi. 489. casus talis est. lib. 3.* declarat Alexand. Raudens. *post tract. de analog. in Repert. lit. S. in recensione praiudiciorum singularium & particularium decisionum, initium habet vers. sententia quod stante statuto requirente oblationem libelli & generaliter, &c.*

Disceptationibus cauillationibusque hinc sustinendi, illinc infringendi libelli (quibus partium vsui nihil accedit, sed expensis fatigantur eædem, nonnunquam, vt quia litis contestatio sero interponitur, &c. tota excidunt caussa) præcidendis remedium (ceu arbitror) esset præsentaneum, quod in appositionem dictæ clausulæ, qui iurassent, illam † conditionaliter conciperent, vt, *Si non in modum solemnis libelli subsistit, saltem qualisqualis petitionis valeat.* 10

ARGVMENTVM.

Libellus alternatiuus, an & quando sustineatur.

SVMMARIA.

1 *Libellus alternatiuus regulariter non admittitur.*

2 *Nisi alternatiua in qualibet sui parte concludat, vel vtraque pars alternatiua ad eundem tendat effectum. numero 4.*

3 *Alternatiue creditor, ob pecuniam ciuitati mutuo datam, contra ciuitatem & administratorem agere potest.*

P

5 *Alternatiuus libellus admittitur, vbi electio est penes debitorem.*
6 *Quod tamen in actione noxali nō obtinet.*
7 *Alternatiue actor, vbi ex probabili caussa aliter concludere non potest, recte agit. num. 11.*
8 *Libellus ob libellātis probabilē facti ignorantiam, etiam contrarius admittitur.*
9 *Libellus alternatiuus quidem recipitur, non vero copulatiue factus.*
10 *Libello in alternatiuo, in quo petitur res, vel, si res non amplius exstaret, eius æstimatio specificanda est salua iudicis taxatione.*
11 *Remedium l. 2. C. de rescind. vend. alternatiue recte intentatur.*
12 *Super d. remedio, etiam alternatiue non intentato, alternatiua nihilominus ferri potest sententia.*
13 *Publiciana cum rei venditione recte cumulatur alternatiue.*

CONCLVSIO LXII.

1 LTERNATIVVM † libellum regulariter nō admitti, cōclusio est notissima, *ad not. Mynſ. obseruat. 42. in princip. cent. 2. Schneid. §. sed ista. nu. 62. Instit. de actio. cum aliis communiter traditis.*

Declaratur primo, vt conclusio non
2 procedat, quando alternatiua † concludit in qualibet sui parte, *ita textib. & auctoritatib. fretus, declarat Alex. Raudenſ. de analog. c. 34. num. 138. Mynſ. conſ. 90. sub nu. 21. verſ. adhuc libellus alternatiuus.* quamuis non eadem agendi species, sed diuersa oriatur. *Ioan. Vincent. Honded. deciſ. consult. 94 num. 36.*

Declaratur secundo, vt alternatiuus etiam procedat libellus, quando credi-
3 tor ratione mutuo datæ pecuniæ † ciuitatis administratori, vt hic, possit actionem, & contra ciuitatem, & contra administratorem alternatiue instituere. In terminis aduersus Alcia. cum Decio hāc declarationem tutatur Hartm. Pist. *q. 37. num. 44. & seqq. lib. 1.*

Declaratur tertio, vt etiam libellus alternatiuus admittatur, quando vtraque
4 alternatiuæ † pars ad eundem tendit effectum, *ex Alciat. in l. 1. §. sed si mihi. num. 43. ff. de verbor. obligat. ita declarat Aldobrand. Rom. deciſ. 257. sub num. 4. ad finem. par. 1. in nouiſſ.*

Declaratur quarto, conclusionē non procedere, conuenti debitoris † electio 5
vbi esset, vtrum ex alternatiuis præstare velit, *Franciſc. Viu. Neapol. deciſ. 41. num. 1. Thom. Grammat. deciſ. 68. nu 1.*

Sunt tamen casus etiam, in quibus, licet conuenti sit electio, vnum aut alterum ex iis, quæ lege præscripta sunt, præstare alternatiue non concluditur, vt, si seruus † noxam contraxisset, non for- 6
matur libellus alternatiue, vt aut noxæ dedat seruum dominus, aut illatum damnum reparet, *l. 3. C. de nox. act. l. 1. ff. eod.* Domini tamen electio est, vt vel seruum noxæ dedat, aut damnum refundat, *in princip. Instit. de noxal. act. ita ex recentioribus Pruckm. de regalibus c. 1. num. 185. & seqq.*

Intelligas tamen relatam Pruckmanni traditionem, dominum scilicet serui electionem habere, vtrum velit præstare, dummodo ignorante domino seruus noxiam commisisset, *ex l. in delictis. & aliquot seqq. declarat Zaſ. in §. sin minus. sub nu. 6. non procul a fine.*

Declaratur quinto, conclusionem nō obtinere, quando actor † ex probabili 7
caussa nonnisi alternatiue concludere posset, *post Zaſ. & alios Mynſ. resp. 90. nu. 21.*

Vt quia ex facto rei illa probabilitas ignorantiæ caussaretur, *Ant. Neguz. de pign & hypoth. memb. 3. oct. part princ. sub n. 21. wurmser pract. obſ. tit. de libell. 9. obſer. 1. wesenb. conſ. 3. nu. 39.* aut alio quouis excusabili euentu, &c.

Sic libellum implicitum & duplicem,
† contrarias continentem actiones, venire admittendum, vbi libellās probabilem facti haberet ignorantiam, Menoc. *2. præsumt. 41. num. 13.* docet, modo actor subiiciat, se ex vno saltem remedio obtinere velle, *Menoch. ibid.* 8

Subdeclaratur primo, quinta hæc declaratio, dummodo alternatiue, nō vero copulatiue, † libellus conceptus sit, *Iaffre. Balb. deciſ. 497.* 9

Subdeclaratur secundo, vt incertitudo libelli huius admissibilis alternatiuæ, quia

quia petitur ipsa res, & si nõ exstaret, eius æstimatio, procedat: quod tamẽ debeat
10 æstimatio ad † certam summam duci, salua iudicis taxatione, *per l. non abs re. C. vnde vi. Mascar. in prax. tit. de petitorio. num. 8.* docet.

11 Declaratur sexto, vt super † remedio *l. 2. C. de rescind. vendit.* libellus alternatiuus recipiatur, scilicet, vt vel res ipsa restituatur, vel pretium suppleatur, *ita communiter Doctores videri concludere. post Fab. de Monte dixit Nicol. Mozz. tract. de contract. tit. de emt. & vendit. rubr. quib. casib. annulletur emt. & vend. nu. 27.*

Vbi tamẽ super hoc remedio non esset alternatiue petitum, sed tantum vt
12 res restituatur, alternatiua † nihilominus ferri posset sententia, vt vel res restituatur, vel pretium suppleatur, quemadmodum in Sacro iudicio Camerali IVDICATVM fuisse testatur Mynſ. *obser. 42. cent. 2.* huiusque etenim meminit obseruantiæ Dn. Gaill. *sub nu. 10.*

Declaratur septimo, vt agens publiciana, possit alternatiue cumulare publi-
13 ciana ac † cũ rei vẽdicatione, post Zas. & alios Ioan. Schneidevv. *in §. sed ista. nu. 63. Inst. de act.* Et hæ declarationes pro nunc sufficiant.

ARGVMENTVM.

Libellus generalis regulariter a iure reprobatur.

SVMMARIA.

1 *Generalitas parit obscuritatem.*
2 *Generalis libelli exceptionem admittere si nolit iudex, licite appellatur.*
3 *Generalis libellus in criminalibus non admittitur.*
4 *In ciuilibus, nisi de generalitate opponatur, processum non vitiat.*
5 *Generalis libellus coram delegato ad certas caussas, etiam parte non opponente, non admittitur.*
6 *In summariis caussis libellus generalis, etiam parte opponente, procedit.*
7 *Nisi generalitas tanta sit, vt reus, sibi cedendum, an contendendum sit, scire nequeat.*
8 *Vniuersalia quoq; iudicia libellum generalem admittunt.*
9 *Libelli narrata, quantumuis nonnihil obscura, libellum ipsum esse obscurum, non efficiunt, modo conclusio sit clara.*
10 *Libellus æquiuocus, etiamsi certitudo per relationem ad acta colligi possit, non subsistit.*
11 *Libelli inepti exceptio tum datur, si de ineptitudine ex libello vere appareat.*
12 *Libelli inepti exceptio, quo tempore opponenda. & num. 13.*
14 *Libelli obscuri declarationem iudex ex officio iniungere potest.*

CONSIDERATIO I.

QVum obscuritatem etiam generalitas † pariat, *ex c. fin. de confirma. vtil. & inutil.* & aliis iurium textib. dixit Petr. 1
Foller. *in addit. Marant. ad Spec. part. 6. tit. de libell. oblat. nu. 23.* non inepte libellum generaliter conceptum, nõnunquam eius vitii incusamus, quandoquidem & appellatio † concedatur, iudex vbi gene- 2
ralitatis exceptionem nollet admittere, *ex Bald. & Papæo Crau. consil. 415. sub num. 5. cum aliis similibus.*

Quamuis enim dicatur, generalem libellum admitti in ciuilib. *Reusn. consi. 8. n. 15. lib. 2.* (In criminalibus † cum sit inter recẽtiores, *Io. Coras. Tholos. decis. 29. Fichar.* 3
consi. 68. nu. 5. vol. 1. quippe in quibus magis specialis & clarus requiratur libellus, quam in ciuilibus, *sicuti post Vulpelliũ monet Prosp. Farin. quæst. crim. 1. sub nu. 11. circa medium. & respondit Crau. consi. 415. nu. 6.*) id tamen vsquequaq; expeditum haud est, quare limitationes nonnullas subiiciam.

Limitatur primo, vbi de generalitate † oppositum esset, vt tũc vitietur proces- 4
sus, secus, vbi oppositum de ea non esset, eo enim casu sententiam, super generali libello prolatam, valere, *inter moderniores post Fel. Corn. & alios nõnullos prodidit Mar. Ant. de Amat. decis. Prouinc. March. 21. n. 72. & decis. 98. nu. 21.* ante litem contestatam, *Schelling. auctoritate Bal. Ias. & Castrens. docet tract. actionum. §. repelluntur ab agendo. vers. exceptio generalitatis. vide quod dixi seq. Coronid. de obscuro libello.*

Declaratur hæcce limitatio, vt corã iudice ordinario libellus generalis, cete-

P 2

ris paribus, non opponente aduersario, admitti valeat, secus vbi coram delega-
5 to † ad certas caussas lis ventilaretur: quamuis enim tunc oppositum de generalitate non esset, & caussa ventilaretur coram eo, cui specialiter competit iurisdictio, sicuti delegato, adhuc generalis libellus non procedit. *ex Decio consuluit Alex. Raudens. respon. 28. nu. 34. vol. 1.*

Limitatur secundo, licet in summariis
6 caussis generalis libellus, † etiam opponente parte, procedat. *Rot. Gen. de mercat. decis. 91. nu. 20. Dn. Gaill. d. obs. 66. nu. 15. lib. 1. Schelling. ex Bart. & aliis. tract. act. §. repelluntur ab agendo, versic. item ex caussis summariis. videatur ex modernioribus adstipulator Marcel. Cala trac. de mod. art. & prob. §. 1. glo. 3. n. 8. & seqq.* Illud tamen sibi haud locum vendicat, quando ista generali-
7 tas † tanta esset, qua admissa reus certus esse non posset, contendere an cedere velit, *Menoch. cons. 361. nu. 10.* vbi Gaill. in hoc citat *ex obs. 66. lib. 1.* quum tamẽ Gail. illam limitationem in specie non retulerit, sed potius ipsius Gaillii *d. obs. 66. nu. 15.* secundum hanc declarationem limitanda est, *diserte eiusmodi declarationem statuit etiam Marcel. Cal. tract. de mod. art. & prob. § 1. gloss. 3. nu. 12. Bernhard. Muscat. in prax. recentiss. Curiæ Vic. Reg. Neap. par. 3. glo. obscuris. n. 16.* Alias si reo petenti denegaretur illa exceptio, tollerentur sibi contra naturalem æquitatem defensiones, *vt dixit ibidem Muscat.*

8 Quarto in iudiciis vniuersalib. † generalis libellus procedit, *dixi concl. 68.*

Quinto fallit, quando cõclusio libelli
9 esset † clara, quamuis narrata nonnihil dubitationis haberent; modo reus ex libello instrui possit, cedere, an cõtendere velit, *in terminis respondit Robert. Marant. cons. 57. per tot.*

Plures limitationes scire qui auet, adeat Ias. *in §. curare. Inst. de actio. & Dd. in l. 1. ff. de edendo. & l. edita. C. eodem.*

Est & præsenti cõsiderationi finitimũ scire, quod cum & æquiuocatio obscuritatis vitio infecta sit, nec libellũ † æqui-
10 uocum procedere, *post Bal. & Alex. inducit Alex. Raud. de anal. c. 31. n. 101.* vbi, *nu. seq.* extendit ex mẽte Hug. Ias. & Decii, quãuis certitudo seu remotio æquiuocationis colligi posset ex relatione ad acta.

ARGVMENTVM.

Contra obscurum libellum, quo tempore excipiatur.

CORONIS.

Libellum obscurum parte non opponẽte haud vitiari, monuit post alios Dn. Gail. *nu. 11.* in hancq; incurrit sententiã Afin. *prax. Floren. § 3. c. 6. n. 7. 8.* Sed quum de tempore, quo opponenda veniat obscuri & inepti libelli exceptio, nihil dixerit, paucis hic in nouellorũ pragmaticorũ vsum adnectemus nõnulla familiaria.

Quemadmodum reo non indifferẽter exceptio inepti libelli datur, sed tũ demum, si de ineptitudine ex ipso libel-
lo † vere appareret, non vero si tacite sal- 11
tem & subtili quadam iuris ratione illamet exceptio elici posset, *ex Bal. Socin. & Vant. Nic. Reus. cons. 8. nu. 20. vol. 2.* Sic nec omni indiscriminatim tempore sibi integrum est, exceptionẽ inepti libelli opponere. Sane ipso iure nullus † vbi esset 12
libellus, quandocunq; etiam post sententiam, *Euerh. in Top. leg. loc. 48. sub n. 2.* vbi dicit hoc singulariter, *in c. cum dilecti. de emt. & vend.* probari, & respondit ex Abbatis sententia Sichar. *cons. feu. 9. sub n. 77.* multos etiã cum Vantio citãdo dixit Schra. *de feud. p. 9. sect. 12 nu. 9.* etiam post rem iudicatam, *ex Bal. Ias. & aliis Crauett. cons. 151. nu. 3. accedit Soarez. thes. lit. L nu. 167.*

Vbi vero libellus ipso iure ineptus seu nullus † non esset, saltem ante litem con- 13
testatam obiici efficaciter potest, *Ioan. Coras. Senat. Tholos. decis. 29. n. 2. Schra. de feu. par. 9. sect. 12. sub nu. 7. 8. 9.* Quare cum libelli obscuritas ipso iure non annullet libellum, ante litem cõtestatam, de ea excipiatur necesse est, *Mart. Mont. Regn. Arag. decis. 6. nu. 26. addantur notat. superius sub num. 4. ex Schellingo.*

Interim tamen non negligendũ, iudicem † ex officio, non, scilicet, petente 14
parte, libellanti obscure posse iniũgere, vt sub pœna remotionis libelli, obscurũ incertumq; libellum declaret, *nouissime Mart. Mont. Regn. Arag. decis. 6. sub nu. 26. vers. & licet.*

ARGV-

ARGVMENTVM.

Libello vno plures, an & quando cumulari possint actiones.

SVMMARIA.

1 *Cumulatio actionum quandoq; ineptitudinem libelli caussatur.*

2 *Cumulatio quid, & quod regulariter iure permissa.*

3 *De cumulatione excipiens, illam in casu præsenti prohibitã esse, probare tenetur.*

4 *Cumulatio quibus casibus licita remissiue.*

5 *Idem certis regulis explicatur.*

6 *Quarum prima, actiones plures ex vna eademq; caussa ad idem competentes, cumulari nõ possunt, cuius limitationes & ampliationes habes, & nu. 9. 10. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20.*

7 *Secunda, cumulationem non admittunt actiones inter se contrarie; nisi conditionaliter & successiue proponantur. n. 11.*

8 *Tertia, cumulationem non admittunt actiones, quando sententia lata in vna parit exceptionem rei iudicatæ in altera.*

21 *Cumulatio etiam in casibus prohibitis, nisi contra eam, & quidem ante litem contestatam, excipiatur subsistit. nu. 22.*

23 *Cumulatio actionum in prima, non vero in secunda demum instantia fieri potest.*

CONCLVSIO LXIII.

1 LIBELLI ineptitudo, cum etiã ex cumulatione † plurium actionum nonnunquam caussetur, *Oldend. in tract. de formand. libellis. §. quinto si pluribus actionibus vtamur,* continuatiue de ea videbimus.

Cumulationem, de qua in præsentiarum tractare occurrit, quam (*teste Zas. in §. fin minus. n. 12. Inst. de act.*) vnius actionis
2 † ad aliam adunationem: vel, plurium actionum contra eundem in iudicio legitime propositam coaceruationem dicimus, esse permissam, nisi expresse reperiatur prohibita, conclusio est Dd. recepta. Ita enim conclusionem diserte auctoritate Romani firmat Crauet. *consil. 14. num. 1. & cons. 36. nu. 8 nominatim in vers. & facit dictum. & cons. 845. sub nu. 6. vers. actionum plane. & post Ange. Ias. & alios admittit Tiber. Decian. respons. 13. nu. 6. vol. 2. & scribit Francisc. Marc. Delph. decis. 910. nu. 8. vol. 2. & tradit Menoch. 6. præsumt. 16. num. fin.* vbi scribit, ita etiam sentire Barto. & Decium. Masuerius idem sentit *in addit. Ferrariens. in forma actionis realis. num. 9. vbi Ripam in hoc etiam citat. Petr. Iacob. in prax. rubric. 97. num. 2.* vbi auctoritate glo. *in l. edita. C. de edend.* nititur, & Zasius *in §. fin minus. sub num. 12. versic. an autem ista cumulatio. Instit. de action.* vbi dicit communiter concludi, quod sit permissa, *Mynsing. eodem § fin minus. num. 30. nouissime Nicol. Reusner. consil. 1. num. 18. & sub num. 50.* vbi Zasium & Mynsingerum etiam citat. *lib. 2.* Quare incongruum non est, de cumulatione excipienti, † illam 3
in casu, de quo agitur, prohibitam esse, probationem iniunctam censeri, *sicuti post Salyset. & Felyn. induxit Crauett. consil. 845. sub num. 6. versic. vnde qui prohibitam. Myns. decad. 12. respons. 5. n. 16. Nicol. Reusn. consi. 1. nu. 59. 60. lib. 2.*

Quibus vero casibus † impermissa sit 4
actionum cumulatio a plerisque diffuse, a nonnullis etiam confuse, tractatum esse, nemo in perscrutandis Dd. commẽtariis, vel leuiter exercitatus, inficias ibit. Sedes autem huiusce tractationis cernitur ordinaria in *l. si idem cum eodem. ff. de iurisdict. om. iud. l. edita. C. de edend. & in §. fin minus. Instit. de act.* ex professo discutere proposuit Petr. Iacob. *in prax. sua. rubr. 97. vbi latissime a num. 1. vsque ad 36. Ferrariens. in forma act. realis. num. 9. 10. 11. & seq. & ibi late Masuer. in addit.* Ziletus autem ibidem multos auctores, de cumulatione tractantes remissiue adduxit.

Compendiose, quibus discernatur
† licita, an non sit actionum cumulatio, 5
contraxit, sequutus Ferrariens. Tib. Decian. *respon. 26 nu. 44. volum. 5.* Restringendo (inquit totam materiam cumulationis, considerandæ sunt tres regulæ. Prima, quod quando plures † actiones 6
descendunt ex diuersis caussis ad idem, tunc electione non tolluntur, & ideo admittitur cumulatio; sicut e contra, si ex eadem caussa descenderent, & ad idem, tunc electione tolluntur, nec admitte-

nec admittetur cumulatio, *l. nemo. § quoties. ff. de reg. iur. l. quod in heredem. §. eligere. ff. de tribut.* Secunda est, quod quando a-
7 ctiones non sunt † contrariæ inter se, admittitur cumulatio; sicut e contra, quando sunt contrariæ, non admittitur, *l. 1. C. de furt. l. eum qui. & l. contra maiores. C. de inoff. testam.* (*vide infra n. 11.* Tertia est, quod quando plures actiones ita se habent ad
8 inuicem, vt absolutoria lata † in vna non pariat exceptionem rei iudicatæ in alia, admittitur cumulatio; sicut e contra si non pareret exceptionem rei iudicatæ, non admitteretur, *l. feudum. & l. feudi. ff. de exceptio.*

His regulis casus cumulationem prohibentes diiudicare posse visus etiam est sensisse Platea, *in §. sin minus. num* 15. *Inst. de act.* (quem etiam referendo sequitur Mynſ. *decad. 12. resp. 5. num. 17. 18*) cumula-
9 tionem scilicet prohiberi, 1. quando † actiones electione tolluntur: 2. quando plures actiones sunt inuicem contrariæ. 3. quando sententia super vna actione lata parit exceptionem rei iudicatæ in alia.

Zasius *in d. § sin minus.* 18. studiosissime quatuor propositis speciebus cumulationis admissæ, item & prohibitæ, materiam explicare adnititur.

Prima illi species est, quando actiones
10 sunt diuersæ, † & res diuersæ, sed caussa petendi eadem: vt quando proponuntur duæ actiones, quæ sunt diuersæ, sed caussa petendi est eadem in vtrisque actionibus, idem factum vertitur in vtraque actione, quemadmodum ex *l. si duo. §. idem Iulianus. ff. de iureiur.* ad hanc speciem exemplum deducit. Sub hancque speciem collocat etiam *l. feudum. & l. feudi. de except.*

Limitatur hæc species, seu regula, vt scilicet non procedat, *d. si duo. §. idem Iulianus.* quando transactione damnum pro fure esset decisum, quandoquidem tunc non includeretur conditio furtiua: quare si peteretur æstimatio damni transacti ex transactione, posset simul etiam cumulari (iuxta Zasium) condictio furtiua.

Posset etiam hæc prima species, dum contrarias vetat actiones cumulari, limitationem recipere, vt non procedat, quando eiusmodi actiones non copulatiue, † sed conditionaliter & successiue 11
proponerentur: eo enim casu cumulatio concederetur, *post Castr. & alios Ioan. Petr. Surd. consil. 94. nu. 34.* videatur omnino Menoch. *2. præsumt. 41 nu. 6.*

Secunda species est, quando actiones † sunt diuersæ, & caussa petendi diuersa, sed eadem est res, quæ petitur: tunc 12
si satisfactione ex vna caussa, tollitur alia solutione scilicet eius rei, quæ petita est, cumulatio interdicitur. Limitatur hoc, vt non obtineat, quando duæ caussæ petendi concurrerent cum diuersis actionibus, & res esset eadem, sed non lucratiua, quia caussæ essent onerosæ, vel partim essent lucratiuę, partim odiosæ, tunc enim cumulatio admitteretur.

Tertia species, seu regula est, quando diuersæ sunt actiones, sed eadem res, † & 13
eadem caussa petendi, tunc cumulatio haud concederetur.

Limitatur primo tertia hęc species, vt non procedat, quando in altera actione esset quiddam † plus, quiddam amplius, 14
quiddam auctius quam in prima actione: in eo enim quod plus est, cumulatio concederetur.

Limitatur secundo, quando actio prima actioni secundæ † subseruiret, vel esset ad secundam præparatoria, tunc e- 15
nim cumulatio admittitur.

Limitatur tertio, si altera actio accessorie † concurrat, vel conditionaliter, 16
vel disiunctiue. Iis enim modis cumulatio licita est.

Quarta species seu regula est, quando omnia sunt diuersa, † actiones nimirum, 17
res ipsa, & caussa petendi: his casibus cumulatio permittitur.

Ampliatur hæc quarta regula, etiamsi actiones sint eædem † specie, dum ta- 18
men actiones sint diuersæ numero, adhuc enim cumulatio conceditur.

Declaratur hæc ampliatio primo, vt non obtineat, quando diuersæ res ad inuicem sint † contingentes, vt cum pe- 19
titur fundus, tãquam meus, & nihilominus petitur seruitus ad fundum.

Decla-

Declaratur secundo, quando diuersæ
20 † actiones, diuersæ res, diuersa petendi caussa concurrerent inter diuersas personas, tunc ratione maioritatis cumulatio prohibetur, & maior caussa minori præfertur.

Hisce ex Zasii doctrina, quam latissime prosequitur, & vbique accurate firmat, recensitis, expeditior (ceu opinor) transit cumulationis scientia. Suntque fundamenta ex ipso Zasiq petenda, nec transscribenda, ne prolixior videar: addatur videndus Menoch. *2. præs. 41. per totum.*

Extenditur iam principalis conclusio, vt etiam iis
21 † in casibus, in quibus cumulatio actionum non admittatur, adhuc tamen cumulatio iure subsistat aduersario de cumulatione non opponente, *ex Aretino in comprobationem induxit Crauett. consil. 248. sub num. 3. vers. item actiones. & post. 1. uncupatim sic statuit Menoc. 2. præsumt. 46. nu. 26.*

Quæ quidem extensio adeo vires exserit suas, vt oppositio eiusmodi vetitæ
22 cumulationis ante † litem contestatam fieri debeat, *nominatim ex Aret. Crauet. induxit, & suscepit d. cons. 248. sub d n. 3.*

Sciendum tamen interim pro conclusionis coronide, omnia prædicta, circa admissionem cumulandarum actionum dicta, obtinere, saltem in prima instantia, non vero in secunda seu appellationis caussa, *Afflict. Neapol. decis. 155.* & post in specie DECIDIT Crauet. *in suo decisiuo consilio 273 sub n 7. vers. & pro hoc.*

Notabiliores & in praxi frequentiores casus, quibus cumulatio conceditur, quorum Dn. Gaillius sparsim in Pract. libris meminit, sub considerationem sequentem plerasque reiecimus, nominatim recensendo.

ARGVMENTA.

I. Cumulatio actionis iniuriarum, & l. Aquiliæ.

II. Cumulatio actionis personalis & hypothecariæ, an concedatur, & quando.

SVMMARIA.

1 *Cumulatio actionis iniuriarum & l. Aquiliæ iure permissa.*

2 *Hypothecaria & personalis actio cumulationem admittunt, idque indistincte.*

3 *Cumulatio hypothecariæ, & personalis actionis alternatiue vt fiat, admodum conducit.*

4 *Actio personalis, si ad ipsam rem legatam tradendam proponatur, cum hypothecaria cumulari nequit.*

5 *Actio criminalis cum ciuili quando possit cumulari, remissiue.*

6 *Dominus pro suo interesse suam actionem, actioni subditorum accumulare potest.*

CONSIDERATIO I.

CVmulationem actionis † iniuriarum cum l. Aq. cum vtraq; tendat ad diuersa iura permissam esse, ex *l. qui seruum. de act. & obligat.* docent *Dd.* atque in sacro iudicio Camerali IVDICATVM esse testatur cum Gaillio, *nu. 9.* consentiens Mynsi. *obserua. 25. cent. 1.* Mynsi. citat & approbasse hanc traditionē videtur Thesaur. *Pedemont. decis. 18. sub num. 11. vers. ita cumulationem.* ab eaque non recedit Nic. Reusn. *cons. 1. num. 38. lib. 2.* wesenb. *in tit. ff. de iniur. num. 14.* 1

Hypothecariam † personalis actionis cumulationem non aspernari, vt simul eodem libello contra principalem debitorem, aut eius heredem, si possideat, coniungi possint, probauit tex. & auctoritatib. Guido Pap. *Delph. decis. 108 in prin.* vbi etiam testatum reliquit pluries in eadem curia Parlamentea, se aduocato & assessore IVDICATVM esse, & in Cam. Imp. IVDICANDO hanc cumulationem approbatam esse scribit Mynsing. *obser. 58 in princ. cent. 1.* eandemque concedit post Guid. Pap. Dn. Gail. *pract. lib. 2. obs. 26. num. 4.* nouissime consentit non modo, sed acriter propugnat Nic. Reusn. *cons. 1. per tot. lib. 2.* 2

Omnes relati Dd. pleriq; indifferenter aduersus Chassaneum *in consuet. Burg. rubr. 4. §. 23 num. 17.* arbitrantur, siue id, quod venit ratione actionis personalis, debeatur ex officio, siue non, siue actio hypothecaria principaliter, & personalis

accessorie instituatur, cumulationem eiusmodi actionis personalis, & hypothecariæ concedi.

3 Quæ quidem differentiæ prorsus sileant, vbi † alternatiue cumulatæ actiones hæ essent, *iuxta Mynſ. & Renſn. in d. loc. ille ad fin hic num. 31.*

Declaratur iam sententia Gaillii, aliorumq;, hypothecariam actioni personali accumulari posse, vt procedat, quãdo personalis pro quãtitate proponeretur,

4 secus vbi ad † ipsam rem legatam tradendam proposita esset, *ita Ant. Peregrin. de fideicommiſſ. vniuerſ. art. 45. ſub nu. fi.*

5 Actioni ciuili † criminalis an possit accumulari, videatur Thesaur. *Pedem. deciſ. 18. per tot.* vbi notabiles decisiones adducit *Clar. § fi. quaſtio. 2. ibidemque Baiard. Franciſc. Marc. Delph. deciſ. 910. lib. 2.* nuper quinque distinctis casibus explicare adnisus est And. Fachin. *controuerſ. lib. 9. cap. 2.*

6 Actionem posse dominum † pro suo interesse accumulare actioni pro subditorum commodo dixi *infra concluſ. 125.* vbi, quatenus hoc procedat, videndum.

ARGVMENTVM.

Libellus iniuriarum ob caussam, qua conuentus, vel de iure, vel de facto infamiam incurrit, exhibendus, cum insertione loci & temporis cõmissæ iniuriæ concipiendus est.

SVMMARIA.

1 *Libellus iniuriarum locum & tempus commiſſæ iniuriæ continere debet.*

2 *Niſi Imperatori vel Pontifici Romano offeratur.*

3 *Vel vi ſtatuti aut conſuetudinis ſummarie, & ſola facti veritate inſpecta procedatur in cauſſa.*

4 *Vel iniuria tractum temporis ſucceſſiuum habeat.*

5 *Vel ſit iniuria leuis.*

6 *Vel reus confiteatur iniuriam, aut alias de ea legitime conſtet nu 7.*

8 *Vel conuentus de omiſſione loci & temporis non excipiat.*

CONCLVSIO LXIV.

EXPEDITA apud omnes perhibetur conclusio, locum & tempus † iniuriarum libello inseri debere, vbi cõdemnatus, vel de iure, vel de facto notaretur infamia. 1 Hanc conclusionem Dn. Gaillii sententiæ assonantes in specie tradunt ex modernioribus, wurmser. *tit. de libell. 9. obſ. 2 in prin. in terminis facti* Afflic. Neapol. *deciſ. 250 nu. 1. & 2.* vbi, quod sic IVDICATVM sit, adseuerat.

Limitatur primo conclusio, vt non procedat, quando libellus iniuriarũ Imperatori, † vel Pontifici Romano offerretur: nam tunc expressio loci vel temporis non requiritur, *Schrad. de feud. par. 9. ſect. 12. ſub num. 5. verſ. hac vltima.* 2

Limitatur secundo, vbi vi iuris statutarii, vel cõsuetudinarii † summarie, simpliciter, & de plano in caussis procedendum esset, *Franciſc. Marc. Delph in. deciſ. 912. num. 9. vol. 2 Afflict. Neapoli. deciſ. 250. ad finem,* vbi scribit, Senatum IVDICASSE, loci & temporis insertionem nõ esse necessariam, quando summarie esset procedendum, *nuperrime approbauit Marcell. Cala, tract. de modo art. & proban. §. 1. gloſ. 4. num. 24 vbi & alios citat. & huius in limitationis partes conceſſit etiam Schrad. de feud. par. 4. ſect. 12. ſub num. 5. verſ. ſecundo.* 3

Limitatur quarto, quando iniuria haberet tractum † successiuum temporis: tunc enim certa temporis specificatio non requiritur, *Franciſ. Marc. Delph deciſ. 912. nu. 8. vol. 2. Seraph. Rom. deciſ. 431. nu. 2. par. 1. in nouiſſ. Nic. Reuſn. deciſ. 18. nu. 11. par. 3. Schrad. d. par. 9. ſect. 12. ſub nu. 12.* 4

Limitatur quinto, in iniuriis † leuibus, *Seraphin. Rom. deciſ. 431. ſub num. 1. part. 2. in nouiſſ.* 5

Limitatur sexto, vt quando conuentus † confiteretur, iniuriam a se commissam esse: eo enim casu temporis & loci omissa expressio libellum non annullat, *Schrad. de feud. part. 9. ſect. 12. ante nu. 6.* 6

Extenditur hæc limitatio, vt quamuis ipse conuentus probationem iniuriæ confessione propria non induceret, sed aliis legitimis † modis facta esset, adhuc libel- 7

libellum non vitiari ob amissionem loci & temporis. *Ita consuluit Tiber. Decian. respons. 63. num. 27. vol. 3. & concedere videtur Nic. Reusn. decis. 18. num. ... lib. 3.*

Limitatur iam septimo, vt conclusio
8 non aliter procedat, nisi conuentus † iniuriarum de omissione loci & temporis excipiat, alias enim libellus procedit. Cum Dn. Gail. *ante num. 7.* limitationem eiusmodi firmat Tiber. Decian. *respons. 63. num. 26. vol. 3.*

Limitationes alias & harum declarationes seqq. cōsiderationes proponunt.

ARGVMENTVM.

Libellus accusatorius sine loci & temporis, vbi & quando delictum patratum sit, expressione, vtrum nō excipiente accusato procedat.

SVMMARIA.

1 *Libellum accusatorium, sine loci & temporis expressione, ipso iure nullum, quidam statuunt.*

2 *Quidam ope exceptionis infirmari autumant.*

3 *Alii distinctione adhibita contrarietatem soluere nituntur.*

4 *Iudicis arbitrio id relinquendum verius.*

5 *Loco indeterminato adiecto, & mense cōmissi delicti non expresso, quomodo subsistere libellus possit.*

CONSIDERATIO I.

Libellus sine expressione loci & temporis, mensis scilicet, ipso † iure, hoc
1 est, non opponente parte, an vero saltē reo excipiente, nullus inualidusque sit, nec ne, non vsquequaq; inter Pragmaticos conuenit. Negari sane non potest, grauissimorum Iurisc. auctoritate, quod saltē exceptionis ope inualidetur, comprobari. Sic enim arbitrantur inter recētiores Tib. Decian. *resp. 63 n. 26. 27. vol. 3. per text. l. libellorum. in verb. reo postulante. C. de accusa.* Adducit etiam ita sentire gloss. & Gandinum.

2 Dissentiunt alii † non minus grauissimi, cum Dn. Gaillio (*num. 9.*) arbitrantes ipso iure nullum esse, *inter quos & reperitur Wurmser. pract. obser. tit. de libell. 9. obser. 2.*

Conciliationis fœdere alii † contrarietatem hanc dissoluere enituntur in 3
hunc modū: aut locus & tempus est postea rei cōfessione probatum, aut vero testibus: priori casu sustineri libellum reo non opponēte, posteriori non item, *ita ex Soc. cons. 146. nu. 13. vol. 1. Myns. obs. 32. cent. 2.* Verum (referente wurmsero *d. obs. 2.*) Bald. *in l. edita. C. de eden.* distinguit aliter, dicitq; priorem opinionem procedere de æquitate canonica, posteriorem de iure ciuili.

Animaduertimus igitur, recte dixisse Oldendorp. *in formulis libelli. c. de forma libell.* in hoc discernendo, plus posse solius viri boni & iudicis † arbitrium, quam o- 4
mnes Doctorum disputationes.

Sufficeret, vt hoc obiter subiiciamus, non modo vt locus indeterminatus † ac- 5
cusatorio libello adscribatur, si modo in processu eius probando sufficienter suppleretur, *Myns. obs. 32. ad fin. cent. 2.* vbi dicit ita CONCLVSVM, sed & vt mensis nominatim non expressus per demonstrationem certi temporis in libello denotaretur, *wesenb. in parat. ff. de accusat. sub num. 12. notat.*

ARGVMENTVM.

Dies accusati delicti, an ad rei petitionem edi debeat.

SVMMARIA.

1 *Diem & horam accusator in libello ponere non tenetur.*

2 *Diem ad instantiam rei exprimendum quidam affirmant.*

3 *Alii contra negant.*

4 *Affirmatiua, si retineatur, non procedit, vbi reus diei expressionem calumniose peteret.*

5 *Neq; si crimen in iudicium deductum sit successiuum.*

6 *Neq; si accusatio per procuratorem diem ignorantem in longinquis instituatur.*

7 *Neq; diē exprimere tenetur accusator, si nō recordetur diei, vel explorare haud possit.*

8 *Nec fiscus, nec iudex ex officio procedentes, diem, quē ignorant, exprimere tenentur.*

9 *Accusator, licet ad instantiam rei diem expresserit, non tamen, illo die delictum perpetratum esse, probare tenetur.*

CONSIDERATIO II.

1 Quamuis planum sit, diem † & horam in libello accusatorio non habere accusatorem necesse exprimere, *text. est apertiss. in l. libellorum. ibi. nec autem diem, nec horam inuitus comprehendet. ff. de accusat.* Dissentiunt tamen Doctores in resolutione quæstionis, vtrum accusator obstrictus sit ad instantiam rei, diem accu-
2 sati delicti † exprimere. Affirmatiue assentatores inter moderniores sunt, cum Gaillio (*num. 11.*) Iaffred. Balb. *decis. 280.* vbi Bart. & Baldi auctoritatibus nititur. wesenb. *in paratit. ff. de accusat. sub num. 12. circa med.* noue post Bar. Ias. Marian. Socin. Plotum, Viuium, Clar. Conrad. Gig. Mascard. & Bertazzol. affirmatiuam dicit communem & practicam opinionē. Prosp. Farin. *quæst. crim. 1. num. 20.* huic item sententiæ accedere visus est Cæs. Vrs. *in addit. Affl. Neap. decis. 25. num. 7.* & subscripsit Fulu. Pacian. *tract. probat. lib. 1. c. 40. num 37.*

3 Negatiuam vero dicit veriorem, † & aliquando in Camera IVDICANDO sequutam esse, testatur Mynsing. *obser. 40. cent. 2.* allegans Imol. Alexand. Marant. & Franc. Aret. addit his Gomezium Nicol. Reusnerus, *decis. 18. sub nu. 8. lib. 3.* vbi & eandem approbare visus est.

Primam seu affirmatiuam (quæ & cōscientiæ in eruenda veritate, atque adeo protegenda innocentia, tutior est) si retinuerimus, limitanda nobis erit, primo,
4 vt non procedat, quando † calumniose per accusatum editio diei vel horæ peteretur, quare vbi discretus iudex animaduerteret, reum calumniose expressionē diei petere, non exaudit, *ita Prosp. Farin. quæst. crim. 1. num. 21.*

Limitatur secundo, quando de suc-
5 cessiuo † crimine quis accusatus esset, cum tunc certa temporis & loci expressio nō requiratur, *vt diximus præced. cōsid.*

Limitatur tertio, quando per procu-
6 ratorem † in longinquis accusatio esset instituta, & ventilaretur ibidem: nam eo casu, quum ignorantiam habeat procurator diei commissi delicti, editionē petenti denegari optime, tradit Seraphin. *Rom. decis. 431. sub nu. 3.* dicitq; ibidem ita IVDICATVM in Rot. Rom. *par. 1. in nouiss.*

Limitatur quarto, ex non absimili ratione, vt accusator expressionem diei ad petitionem rei non teneatur ineuitabiliter, non cum † non recordaretur diei, 7
vel explorare haud posset certum diem illum, nihil sibi officit, *Iul. Clar. § fi. q. 12. sub num. 13. versic. scias etiam, quod quamuis iudex.*

Limitatur quinto similiter, vt in simili, nec fiscus, † nec iudex ex officio procedēs, vel inquirens, si notitiam diei nō 8
haberet, nec a diei expressione eiusdem possit deuinciri *in specie Prosp. Far. quæst. cri. 1. num. 22.*

Limitatur sexto notabiliter, vt quando iussus esset accusator exprimere diē, & expressisset, neutiquam tamē tenetur probare, † illo met in die accusatum deli- 9
ctum esse patratum. Hanc limitationem omnes recipere ex Bertrando dixit, eādemque sequitur Iul. Clar. §. *fin. quæst. 12. vers. intellige tamen.*

ARGVMENTVM.

Iniuriarum actio ad palinodiam instituta, ciuilis an criminalis censeatur.

SVMMARIA.

1 *Magna sapientia est reuocare, qua quis sit male locutus.*
2 *Iniuriantes rarissime vltro reuocant, & veniam precantur.*
3 *Hinc optimum contra eos remedium actio ad palinodiam.*
4 *Detrahentes famæ alienæ, non errorem solum agnoscere, sed se mentitos, fateri debent.*
5 *Detractores furibus deteriores.*
6 *Fama bonis corporalibus annumeratur.*
7 *Etiam apud Romanos iniuriam recantandi mos olim receptus.*
8 *Iniuriatus etiam ex Camera Imper. Ordinat. ad recantationem recte agit.*
9 *Actionem ad palinodiam sub Friderico III. Imper. receptam.*

10 *Fidalgi*

10 *Fidalgi nobiles in Hispania ad reuocationē condemnari nequeunt.*
11 *Iniuriarum actio ad palinodiam ciuilis est, non vero criminalis.*
12 *Iniuriarum ad palinodiam actioni, recte in vno libello iniuriæ æstimatio cumulatur.*
13 *Iniuriarum actio ad palinodiam, & actio ad priuationem feudi, ratione atrocis iniuriæ, in vno libello proponi possunt.*
14 *Iniuriarum actio ad palinodiam, accessorie cum criminali iniuriarum actione proponi eodem in libello potest.*

CONCLVSIO LXV.

1 QVAMVIS magnæ sit sapientię † reuocare hominē, quod male locutus est, *text. in cap. magna 22. q. 4* & ex nostris ad terminos præsentes induxit Menoch.
2 *consil. 107. num. 47.* vltro tamen † ægre & rarissime veniam deprecantur nonnulli. Inde Poetæ (*inquit doctiss. Marq. Freher. de existimat. lib. 3. cap. 9 num. 15.*) Litas Iouis filias, claudas pingebant, quod tarde & vix progrediantur supplicatum iis, quos iniuria læserant, rugosas & visu obliquo, quod offensos ægre, & frōte neutiquam læta intueri possint, cum veniam petunt. Quum nec etiam desunt, qui pertinaciter iniuriando perseuerant, optimum
3 † recantandi mendacii adinuentum remedium esse perhibetur palinodia.

4 Famæ alienæ † qui detrahunt (inquit, ipsissimis in terminis, ex Hostiense, Francisc. Marc. *Delph. decis. 34. numero 7. part. 2.*) errorem, quem commiserunt, nedum publice agnoscere, sed, se mentitos, fateantur, oportet. Et quidem optimo iure detractores alterius existimationis se mentitos, atque ita ad famæ per eos apud proximum diminutæ, honorisque detracti restitutionem, agnoscere publice constringuntur. Nam de-
5 tractores † eiusmodi furibus expressim æquiparantur, imo, illis deteriores dicuntur, *cap. deteriores. & c. ex merito.* (Germanis hinc, ein Ehrendieb) nec non homicidæ appellantur, *c. summa. 6. q. 1.* Fama
6 † quippe, cum bonis corporalib. & externis accēseatur; qui illam detrahit fur est, siue id verbis, siue famoso libello fecerit, *ita nuncupatim Ioan. Bonifac. in recentiss. de furtis, tract. §. 7. nu. 57. & seq. videantur etiam infra nu. 8. ex Myns. & Schrad. notata.* vterq; enim etiam ex iure communi hunc recātandi modum sustineri posse, diserte scribit.

Quinimo & gentilibus Romanis recantandi † in vsu morem fuisse, videtur 7
prodi illa Horatiana Ode 16. Carminum. lib. 1.

Compesce mentem. Me quoque
Tentauit in dulci iuuenta
Feruor, & in celeres iambos
Misit furentem. Nunc ego mitibus
Mutare quæro tristia: dum mihi
Fias recantatis amica
Opprobriis, animumq; reddas.

Proin recte ad recantationem agere iniuriatus potest, non modo de iure cōmuni, sed etiam Ordin. † Cam. Imp. *ad-* 8
stipulante Mynsingero in §. in summa. sub n. 5. 6. Inst. de iniur. est in nou. Ordinat. Camer. par. 2. tit. 28. §. Vnd sonderlich. *Lud. Schrad. tr. feud. part. 9. sect. 6. nu. 51.* vbi actionem, ad palinodiæ recantationem, esse iuridicā, tam de iure Roman. communi, & imperii constit. quam etiam iure Saxonico (*par. 4. c. 42.*) docet. Atq; secundum hoc in Parlamentea Curia Delph. IVDICATVM fuisse, vt quidem Secretarius, ratione iniuriarum effusarum, condemnatus sit facere emendam honorabilem, videlicet (*sunt verba Marci*) quod habeat se dedicere corā Curia, & agnoscere, quod contra veritatem protulit dicta verba, & quod habeat petere veniam genibus flexis, & eam petere a domino cui erat irrogata iniuria, in signum satisfactionis iniuriæ, &c. Sic etiam Bart. Blarer. *in repet. l. diffamari. in argumento eiusdem legis (est mihi pag. 7.) sub n. 4.* refert coram † D. 9
Friderico III. Imp. caussam iniuriarum ad reclamationem directam, primo receptam fuisse, & in ea, ad reuocationem verborum iniuriosorum IVDICATVM esse, illudmet præiudicium refertur etiam *in Camer. decisio. 14. casuum singularium. nouiter post decisiones criminales Fabii Arcade Francofurti Anno 1597. impress.*

10 In Hiſpania † eſſe genus nobilium ſtrenuiſſimorum; qui dicantur fidalgi, (*de his etiam nonnihil Mart. Azpilc. conſi. 15. tit. de teſtament. lib. 3.*) hoc eſt, filii proprii facinoris ſui & præmii, qui ſcilicet proprio marte & virtute nobilitate hac inſigniantur, vltro ſe ſuſtinendis periclis deuouentes, virtutis vt conſequantur gloriam, (ſicuti Vlyſſem fuiſſe filiũ proprii facinoris animo virtutis ſimilem, ex dicto illo ſuo cõtra Aiacem apud Ouid. *lib. 13. Met.* conîicere licet:

Non genus & proauos, & quæ non fecimus ipſi,
Vix ea noſtra puto.)

hos ad palinodiæ cantationem ſententia non poſſe condemnari, ſed eius loco quingentorum ſolidorum enumeratione liberari: mentiri enim non conuenit fidalguæ: ita ſcripſit nuperrime Petr. Salazar. *Hiſp. tract. de vſu & conſuet. cap. 1. num. 109.* Eſt quidem ſingularis gratia Regis, ſed innocentiæ & exiſtimationi iniuriati minus æquo conueniens, ſi alio non ſuppleatur remedio.

An vero (vt concluſioni firmandæ inſeruiamus) actio, qua petitur iniuriæ ſeu diffamationis recantatio, ciuilis ſit, vel criminalis, inter Doctores non vtique conſtat, contrariis exſiſtentibus reſolutionibus. Receptior tamen eſt concluſio,
11 † ciuilem eſſe. Ita in ſpecie concludunt ex recentioribus Bernhar. Wurmſer. *pract. obſer. tit. de libell. 9. obſeru. 8.* vbi, ita IVDICATVM eſſe adſtruit. Eandem firmat, cum Dn. Gaillio, & iuxta eandem ſæpius IVDICATVM in Imp. Cam. teſtatur Mynſ. *obſeru. 98. cent. 2. & in §. in ſummu. num. 6. Inſt. de iniur. idem Mynſing. nominatim reſpondit conſil. 7. num. 11. & ſeqq. cent. 1.* Sic & in Camera Imperiali receptam eſſe, ait Auctor Commen. ad Ord. Cameræ, *part. 2. tit. 28. §. Prædicta tamen regula per Magenh. publicati.* Sic & Barth. Blarer. *in l. diffamari. in argumento illius legis, ſub num. 4.* ſcribit, in Cam. Imp. Anno 1495. DECISVM, concluſum & ſeruatum fuiſſe, actionem eiuſmodi ad palinodiam inſtitutam, eſſe ciuilem, & non criminalem; (quæ quidem DECISIO ſumme notanda eſt.) Et inde (*inquit Blarer.*) multæ eiuſmodi cauſſæ in Imperialis Cameræ iudicio, vt & aliis receptæ, & tanquã ciuiles iudicatę ſunt, &c. Quemadmodum iuxta hanc ſententiam duabus vicibus iam pridem in Cam. Imper. IVDICATVM eſſe, videre eſt in *d. deciſ. 14. poſt deciſ. Fabii Arcad.* Ab hac concluſione nec recedit Matth. weſenb. *in paratit. ff. de iniur. num. 18. & conſil. 22. num. 18.* Hancque concluſionem recepit etiam Ludolph. Schrad. *tract. feud. par. 9. ſect. 6. nu. 51.* auctoritate niſus Gaillii, Mynſingeri & Crauettæ, licet Crauett. ſic ſimpliciter *conſil. 53 ſub num. 1. verſ. rurſus, quando concluditur*, ſentiat, nihil tamen in comprobationem allegat.

Contrarium acriter tueri contendit Marant. *in Spec. part. 4. diſtinct. 1. num. 17.* vbi Foller. *in add.* ſcribit, partes quidem de reuocatione concordare poſſe, at iudicem, vt recantetur, pronuntiare haud poſſe, niſi iudex in foro conſcientiæ eſſet.

Retenta receptiore, imo veriore opinione prima, facilis eſt reſolutio, cumulationem huius actionis ad reclamationem, † cum actione ad iniuriæ æſtimationem in vno eodemque libello admitti, ſicuti in ſpecie Gaillii ſententiæ conſonat Mynſing. *obſer. 98. cent. 2. idem conſi. 7. nu. 17. cent. 1. & ita reſpondit weſenb. conſil. 22 ſub nu 24. 25. 26.* 12

Ampliatur primo, receptior hęc opinio, & nominatim etiam, quod vno libello ciuili actioni accedere ſubiungiq; poſſit actio ad palinodiã, vt & in libello ſuper † priuatione feudi ratione atrocis iniuriæ, eadem ad recãtandum actio accumulari liceat, dummodo reuocationis huius petitio qualitatem feudi admixtam haberet; vt quia dominus narrauerit in libello, vaſallum contra debitum fidelitatis feudalis ipſum atroci iniuria affeciſſe, cuius item iniuriæ reuocatio vaſallo iniungeretur, dominus peteret. Huiuſmodi nominatim ampliationem introduxit Lud. Schrad. *tract. feud. par. 9. ſect. 6. num 51.* 13

Ampliatur ſecundo, vt nõ modo (ceu proxime ſup. dictum) vno libello actioni iniuriarum ad æſtimationem adiungi queat

queat reuocatoria, verum etiam eadem
14 reuocatoria accessorie cũ actione † criminali proponi possit. Ita in terminis respondit Nicol. Reusn. *consil. 10 sub num. 26. vers. praeterea actio iniuriarum reuocatoria. lib. 2.*

Ampliatur tertio, vt etiam emenda
15 honoraria a vulnerãte † facienda cumulari possit æstimationi damnorum & expensarum, ita vt vulnerans iure constringatur, præter solutionem a se faciendam damnorum & sumtuum, iniuste se vulnera inflixisse, veniam deprecando, cõfiteri. Ita nominatim in facti contingentia respondit Crauett. *consil. 474. num. 6. 7.*

ARGVMENTVM.

Honoris reseruãtio an in sententia, qua diffamans ad recãtationem condemnatur, fieri possit.

SVMMARIA.

1 *Iniuriarum damnatus infamia notatur, nisi ob leuem iniuriam condemnetur.*

2 *Nec per iudicem in sententia fieri potest honoris reseruatio, secundum quosdam.*

3 *Contrarium æquius, & Cameræ stylo receptum.*

CONSIDERATIO I.

SEntentia in iniuriantem vtroque in iudicio, ciuili & criminali (excepta saltem praua leuique iniuria condemna-
1 tum) dicta, condemnato infamiam † irrogare, graphice deduxit nouiss. Marq. Freher. *de existimat. lib. 3. cap. 9. num. 13. & multis seqq.*

2 Extenditur, vt honoris † reseruatio, nec per iudicem condemnantem sententia fieri possit, tradit expresse Zas. *in l. acta. §. de ampliãda. ff. de re iudic argumento. l. non poterit. ff. de furtis. Zasium visus est sequi Marq. Freher. d. cap. 9. numero 14.*

Aduersus hanc extensionem, seu Zasii sententiam stat, † nuncupatim Barth.
3 Blarer. *in l. diffamari, in eiusdem legis argumenti. num. 3. per l. si quis. in princip. §. miles. ff. de legat. 3. l. & militibus. vbi gloss. verbo. permittitur. C. de testamen. milit. l. 1 §. de qua autem restitutione. ff. de postul. wesenb. idem respondit diserte Blareri opinionem sequendo, consil. 22. nu. 26.* Et in hanc etiam contrariam partem virtute iudiciarii styli Cameralis Dn. Gaill. *num. 6. & 8.* concedit.

Quid vero in recantatis iniuriis, quæ ex ipso legis præscripto certam infamiæ labem merentur, statuendum sit, cogitent studiosi. Reseruationem ipse prorsus inadmisibilem arbitrarer, nisi summus Princeps, vel ad id regali splendescens fulgore, sententiæ condemnatoriæ lenimen adhibuisset.

ARGVMENTVM.

Sententia super libello nullo lata, & ipsa nulla est.

SVMMARIA.

1 *Sententia super libello inepto lata est ipso iure nulla.*

2 *Neque ex probatione apta sustineri potest.*

3 *Vt nec iudex libelli inepti defectum supplere valeat.*

4 *Sed quamuis non opponente parte, reiici in ciuilibus debeat.*

5 *Maxime autem in criminalibus.*

6 *Sententiam super inepto libello latam, iudex appellationis nec confirmare, nec reformare potest.*

7 *Acta vno in iudicio facta, in alio nil probant, processus vbi esset super libello inepto factus.*

8 *Libellum ineptum non reiiciens iudex, in syndicatu conueniri potest.*

9 *Modo, vt rectius existimatur, pars de ineptitudine excepisset.*

10 *Libelli ineptitudo nihil sententiæ nocumento est in caussis sine libello expediendis.*

CONCLVSIO LXVI.

ADeo summa iurib. est pręscripta in libello de iure reiiciendo obseruatio, vt sententia super eodem lata

1 sit † ipso iure nulla, cum Dn. Gaillio concludunt Crauet. *consil.* 671. *num.* 2. & in specie Rot. Lucan. *decis.* 78. *num.* 24. *Camillo Lep. relatore. Tiber. Decian. respons.* 109. *num.* 1. 2. *vol.* 3.

Ampliatur primo, vt nec ex probatio-
2 ne † apta sustineri sententia super inepto libello lata possit, *Crauett. cons.* 671. *sub nu.* 2. *vers. hoc amplius. Euerh. a Middelb. Top. loc.* 48. *nu.* 3. vbi hanc ampliationem declarat non procedere, quando rei confessio iudicialis facta esset super libello illomet, nisi ineptitudo libelli pari modo concerneret confessionem, ac acta, *& notaui de hoc in superiorib. conclus.*

Ampliatur secundo, vt nec hic libel-
3 lus ex suppletione iudicis † sustineri valeat, *Crauet. cons.* 151. *sub nu.* 3. *vers. super qua. & iterum consi.* 671. *sub nu.* 2. ibi. *supplex enim iudex libellum dentibus lacerando.*

Sine dubio ampliatio obtineret, vbi
4 in ciuilibus vitium libelli † esset patens; cum in ciuilibus, etiam non opponente parte, a iudice reiici ineptus libellus & lacerari oporteat, *in specie Ant. de Gamm. Lusit. decis.* 206. *num.* 7. seu caussæ notario mandare vt laceret, & discerpat, *ceu ex Bar. Bal. Ang. & Cagn. dixit Camill. Lep. Luc. decis.* 78. *num.* 21.

Ampliatur tertio, quod in criminali-
5 bus hic libellus, eo maxime etiam † non opponente parte sit reiiciendus, *ex modernioribus Nic. Reusn. decis.* 18. *num.* 7. *lib.* 3. Et hisce inseruit dictum illo tendēs Iaffredi Balb. *in decis.* 207. quo adstruit, iudicem libellum calumniosum, euidenter iniquum, & de iure ineptum, ex officio reiicere posse.

Ampliatur quarto, vt nec iudex appellationis sententiam super inepto li-
6 bello latam, vel † reformare, vel confirmare valeat, quin potius teneatur nullā declarare. *Borgn. Caualc. Fiuiz. decis* 21. *nu.* 13. *vol* 1. *Aym. Crauet. cons* 671. *sub nu.* 2. *vers. idque expressius etiam ostenditur.*

Ampliatur quinto, vt nec acta in vno
7 iudicio facta, probationem † in alio iudicio inducant, vbi super inepto libello in priore iudicio processus fabricatus fuisset, *ex Bar. & Riminal. nominatim comprobat Mascar. tract. probat. concl.* 33. *nu. fi.* Intellige præcise de processu: acta enim probatoria hoc casu non pereunt, *dixisq. conclus.*

Ampliatur sexto, tāta ineuitabili necessitate constringi iudicē, libellum hūc de iure notorie ineptum reiiciat, vt nisi fecerit, sed processum super eo fabricari, etiam de ineptitudine non excipiente parte, siuerit, in syndicatu possit conueniri. Sic sensisse Ias. *in l. vbi pactum. C. de transact. refert Ant. de Gamn. mox dicenda decis.* 8

Verū ampliatio hæc in hoc mitiganda rectius erit, vt tum demum iudex libellum notorie ineptum admittens, in syndicatu conueniri queat quando † noluisset exceptionem ineptitudinis attēdere, sed ea non attenta processisset, *ita post Parid. de Put. Ant. de Gamn. Lusit. decis.* 206 *nu.* 8. vbi etiam dicit, hanc mitiorem & æquiorem sententiam eundem Iason. *in l. quod iussu ff. de re iud.* sequutum esse. 9

Conferunt etiam ad hanc conclusionem nonnulla supra *conclu.* 62. *consid.* . vbi limitationem eius, quod sub hac *conclus.* 66. *num.* 15. Dn. Gaill. dixit, in summariis sententiam sustineri, licet super inepto libello latam, subiunxi; quæ & hic repetenda est.

Limitatur iam conclusio, vt non procedat in casibus libellum non † requirētibus: quando n. sentētia esset lata super inepto, seu nullo libello, in casu libellum non requirente, sententia valet, *Io. Petr. Surd. tract. aliment. tit.* 3 *q.* 9 *nu.* 18. 10

Idem in caussis de plano sine figura iudicii expediendis decidendisque, sententiam super libello inepto sustineri, expressim docet Asin. *prax. Florent.* §. 3. *cap.* 6. *sub num.* 10. *vers. etenim quando cognoscitur caussa summarie.* Adstipulatur, pluribus relatis auctoritatibus, *nouissime Marcell. Cala, tract. de mod. art. & proband.* §. 1. *gloss.* 3. *sub num.* 15. *ibi. intrepide sequitur.*

ARGVMENTVM.

Libelli oblatione in criminalibus præscriptio an interrumpatur.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Praescriptio vtrum in criminalibus sola libelli oblatione interrumpatur, variant Doctores.*

2 *Affirmantibus Bart. & aliis.*

3 *Negantibus, communior licet accedat sententia.*

4 *Conciliatione interim adhibita.*

CONSIDERATIO I.

Siquidem praesentis conclusionis obiecta, singularem in connexitatem distrahi maluissemus, non videbantur admittere considerationem, conieci-mus continuandae seriei ergo, huc, vti aptiori loco, farraginaria praescriptionis ex libelli in criminalibus oblatione interrumpendae, quo de Dn. Gaill. *inf. obseru.74. num.23.* sub materia litis contestat.

1 Variatum constat esse sententiis † in hoc resoluendo, quibusdam affirmantibus, nonnullis negantibus, ceu apud Anton. Gabr. Rom. *lib. sent. 2. titu. de citationib. conclusione prima, numero 387.388.* videre est.

2 Affirmantium partes † ex Bartolo, & aliis sequutus etiam Boerius est Burdeg. *decisio. 26. numero 15.* & nuper recepit alios insuper citans, Prosper Farinac. *quaest. crim. 10. num. 28.* ex Bartolo idem videtur Wesenb. admisisse, *ff. de vsucap. & vsu. sub num.15.*

3 Negantium vero opinionem † magis communem videri recensuit Gabr. *d. num. 388.* In quam & Baiard. *in addit. Clar. quaestio. criminal. 51. numero quinto*, transit.

4 Conciliationem, seu potius declarationem † ex Felyno apposuit Gabriel. *d. conclusio. num. 389.* vt affirmatiua procedat, quando legis vel statuti dispositione non aliud, quam simplex libelli oblatio, requireretur.

ARGVMENTVM.

Libello inepto, quae iudicis in pronunciando sint partes.

SVMMARIA.

1 *Libello super inepto absolutoria ab obseruatione iudicii, sententia lata, interlocutoria, non diffinitiua existimatur.*

2 *Libello inepto iudex ab obseruatione iudicii sententia liberat reum.*

3 *Cum refusione expensarum.*

4 *Libelli ineptitudine declarata, de nouo processum actor instituere potest.*

CONCLVSIO LXVII.

LIBELLVS quando ineptitudine nequaquam sanabili laborat, interlocutorie (esse † interlocutoriam, nō diffinitiuam diserte Pacia- 1 nus multos adducens scribit, *tract. de probat. cap. 67. num. 63. & sub num. 68. lib. 1.*) iudicem reum ab obseruatione iudicii, † saltem absoluere posse, praeter Dn. 2 Gaillium, concludunt ex moderniori-bus Ioseph. Ludou. *conclusio. 50. num. 3. Pacian. d. loc.* Atque proinde refusis expensis (ad quas † tenetur Pacian. *citato* 3 *loco, num. 70. Ioseph. Ludou. d. conclusio. 50. num. 2.*) de nouo processum † intenta- 4 re potest, *Dn. Gaill. num. 1. concurrunt in idem tradita Paciani, dicto cap. 67. num. 64. & sequentib.*

ARGVMENTVM.

Libelli ineptitudine declarata, acta probatoria non perire.

SVMMARIA.

1 *Libello declarato nullo, acta duntaxat ordinatoria processus, non probatoria, intercidunt.*

2 *Instantia peremta, vtrum acta probatoria sustineantur valida, remissiue.*

CONSIDERATIO I.

Acta duntaxat ordinatoria litis, non vero † probatoria caussae, libello de- 1 clarato nullo, atq; absoluto ab obseruatione iudicii reo, perire, consentientes Gaillio (*num.3.*) exsistunt Ioseph. Lud. *conclus. 50 num.13.* vbi commune ex Marant. renuntiat.

Instantia vero peremta, an † & quan- 2 do acta probatoria adhuc vel subsistant, vel corruant (de quo Dn. Gaill. *nu. 3.*) est latioris explicationis quaestio, de qua apud Bap. Asin. *prax. Floren. §.2.c.15. per tot.*

Mascard. tract probat. conclu. 33. Modest. Pist. consil. 29. num. 15. & seqq. volum. 1. Mynsing. consil. 18. num. 20. 21. cen. 1. Menoch. de remed. poss. 1. nu. 229. & seq.

ARGVMENTVM.

Libellus generalis in iudiciis vniuersalibus de iure subsistit.

SVMMARIA.

1 *Actionum diuisio est, vt aut sint vniuersales, aut generales, aut speciales.*
2 *Libellus generalis in iudiciis vniuersalibus admittitur.*
3 *Item & incertus libellus.*
4 *Libellus generalis in vniuersalibus non eget in processu speciali specificatione aut declaratione, modo in exsecutionis articulo specificatio fiat.*

CONCLVSIO LXVIII.

QVo studiosus præsentis cõclusionis energiam clarius percipiat in memoriam reuocandum erit, actionum † diuisionem a grauissimis
1 Iurisc. constitui, vt aut sint vniuersales, aut generales, aut speciales, *ita ex l. arbiter. ff. pro socio. & l. prima ff. de rei vindicat. tradit Roffred. Ord iudic. part. 1. rubr. de reb. petitis vtrum debeant libello compreh. est* (mihi) *pag. 13. iuxta Colon. impress. recent.* (quomodo alias actionum diuisio diducatur, *ex § omnium.* vbi ex recentioribus Mynsing. Schneidevv. Vulteius & alii, *Inst. de act.* constat.) Vniuersales actiones sunt quatuor: petitio scilicet hereditatis, familiæ erciscundæ, actio ex testamento pro vniuersitate per Trebellianam restituenda, & actio ex emto, quæ pro tota hereditate emtori datur.

Iam expedita est apud Dd. conclusio,
2 in iudiciis seu actionibus † his vniuersalibus libellum generalem admitti. In specie voluerunt, Ioan. Coras. *Senat. Tholos. decis. 29* Hieron. Schurff. *cons. 63. num. 4. cent 1.* quem sequitur Matth. wesenb. *in parat ff. de petit. heredit sub num. 12. vers. & procedit ac sustinetur in hoc iudicio vniuersali,* & idem wesenb. *cons. 3. nu. 37.* Conclusionem etiam post Ripam concedit Bapt. Asin. *in prax. Flor. par. 1. §. 4. c. 3. non procul a fine. sub cas. 5. nu. 2.*

Incertum libellum in actionib. † vniuersalibus admitti, probatur ex tex. *l. 1. §. fin. ff. si pars hered. petatur.* 3

Ampliatur hæc conclusio, vt nec in processu generalitas illa, & incertitudo necessario † specificanda declarandaq; 4 sit, sed in exsecutione primum fieri possit, *iuxta Dd sup. relatos.* licet secus sit in actionibus generalibus.

ARGVMENTVM.

Libellus generalis in actionibus generalibus admittitur, generalitas tamen ista in processu specialiter exprimenda est.

SVMMARIA.

1 *Libellus generalis in actionibus generalibus procedit.*
2 *Modo generalitas in processu declaretur.*

CONSIDERATIO I.

GEneralem quidem libellum etiam in † actionibus generalibus, vt sunt 1 tutelę, pro socio, societas vbi esset omnium bonorum, vel maioris partis facta; negotiorum gestorum, si omnia negotia essent gesta, vel plura: procedere vtique constat, Dn. Gail. *num 1.*

Considerandum est, illam generalitatem in caussæ processu debere ad validitatem sententiæ † specifice declarari & 2 exprimi, *ita diserte Roffre. ordinis indic. par. 1. rubr. de act. generali. sub nu. 1.*

DE INTERVENTIONIBVS.

ARGVMENTVM.

Interuentionales articuli vt admittantur, quales esse debeant.

SVMMARIA.

1 *Tertius, cuius non interest, in iudicio non auditur.*
2 *Tertius interueniens docere tenetur suum interesse, ipsum ius principalium in iudicium deductum, concernere.*
3 *Interuentionales debent esse pertinentes.*

4 Inter-

4 *Interuentio in dubio admittenda.*
5 *Contra articulorum impertinentiam a parte excipiendum.*
6 *Interueniens fungitur partibus actoris.*

CONCLVSIO LXIX.

CVM cōstet, iuris esse apertissimi, tertium, † cuius non interest, haud audiri in iudicio *l. ille a quo. 13. §. si de testamento. ff ad SC. Trebell. c. non solent audiri. 2. quæst. 6. cum concordant.* interueniens vt admittatur necesse habet, vt non modo de iure suo, antequam audiatur, edoceat, *de quo mox in considerat.* sed vt interesse, quod prætendit ipsum † principalium ius in iudicio deductum, non vero alienum ab eo concernat, *adnotata Robert. Lancellot. tract. attent. cap. 12. ampliat. 12. num.* 10. vbi quod tertii adhæsio non permittatur, vbi caussæ essent distinctæ, & non idem esset negotium: refertq; ita in Rot. Roman. coram Mohedano IVDICATVM exstitisse.

3 Pertinentes † igitur ad caussam principalem exhibendæ interuentionales esse debent.

4 In dubio † autem eiusmodi interuentionales admitti debent. Interuentio enim in dubio venit admittenda. *Crauett. consil. 14. nu. 8. & dixi seq concl.*

5 De articulorum † impertinentia sane necesse est excipiatur a parte, cui interuētio nociua esse posset: nisi enim exceptū esset, probatio super interuentionalib. iure subsisteret, *Crauet. cons. 14. nu. 7. & facit idem Crauet. cons 220. nu. 4. & 5.*

6 Actoris † etiam hic interueniens sciat se fungi partib. *dixi inf. cōcl. 71. sub Coronid.*

ARGVMENTVM.

Tertius interueniens antequam in iudicio admittitur, tenetur de suo interesse probare, & quidem in continenti.

SVMMARIA.

1 *Tertius interueniens ante omnia suum interesse probabit.*
2 *Et quidem in continenti.*
3 *Quando dicatur in continenti probasse, iudicis arbitrio relinquitur.*
4 *Summaria tamen hoc casu & qualisqualis probatio sufficit.*
5 *Tertius interueniens ad caussam citatus in continenti probare non tenetur.*
6 *Nisi conditionaliter citatus fuerit.*

CONSIDERATIO I.

Tertius interueniens de suo interesse † ante omnia non docens, admittēdus non est, *Hart. Hartm. in obser. 10. incip. quilibet tertius. per c. veniens. il 2. de testib. & c. cum super. de re iud. Ioseph. Lud. Peruf. decis. 26. num. 1.* vbi, quod ita reformando sententiam IVDICATVM sit, & ita CENSVIT etiam Rot. Gen. *de mercat. decis. 143. nu. 5. dixi item inf. conclus. 122. hoc lib.* 1

In continenti † de interesse suo tertius, interuenire adnitens, probabit, alias nō exaudiretur, *ex c. veniens. il 1. de test. & atest. auctoritateq; Abb Zuchar. & Decii in specie scripsit Menoch. de arbit. iud. cas. 18. nu. 3.* 2

In cōtinenti autem hic probatum esse quando dicatur, non vtique inter Dd. conuenit, quemadmodum Menoch. *d. cas. 18. nu.* 4. notauit. Receptior videtur asserentium opinio, præcisum non constitutum esse tempus, † nisi ex iudicis discreti arbitrio statuendum, *ita in terminis respondit wesenb. cons. 100. nu. fi. Francisc. Viu. Neapol. decis. 291. num. 2. concedit & post Abb. Hart. Hartm. obs. 10. vers. & quia talis tertius. Menoch. de arb. cas. 18. nu. 5.* 3

Et hic de tempore, quo de interesse probandum sit, succedit, quæ in hoc cēseatur sufficiens probatio, dicere. Et apud omnes communi suffragio expeditum est, summariam † seu qualemqualem sufficere. Dn. Gaill. *nu. 4.* assonat, in specie nouissime Ant. del RE Tiburt. *tract. de iuram. calumn. cap. 15. num. 140. accedunt etiam sic sentientes Ioseph. Ludou. Peruf. decis. 26. num. 2. & num. 10. part. 1. Iacob. Put. Roman. decis 166. num. 3. lib. 3. Mynsing. obseruat. 1. cent. 2. Wesenb. cons. 100. num. fin. & post Innocent. Felyn. Bald. Ias. Ang. Mars. Goz. ad. Gramm. Didac. Francisc. Marc. Boer. Roland & Menoch. Ioan. Petr. Surd. cons. 181. num. 22. & aliorum multorum insuper auctoritate firmat Francisc. Viu. Neapolitan. decis. 291. num. 2. Mascard. etiam concedit tract. probat. concl. 114. sub nu. 15.* 4

Limitatur iam, quod diximus, tertiũ ad caussam interuenientem non admitti, nisi de interesse suo primum edocuisset, vt fallat, quando tertius esset ad litem
5 † instante aduersario citatus. *ita scribit Hartmann. Hartm. d. obseruat. 10. vers. & talis allegans.*

Declaratur hęc limitatio, vt procedat, quando tertius hic simpliciter esset citatus, secus vero vbi citatio sub conditio-
6 nali † clausula, *Si sua putauerit interesse*, facta fuerit, *ex Castrens. & Baldo induxit Rot. Gen. de mercat. decis. 143. sub nu. 5. vers. nec obstat.* vbi etiã ita TENTVM est, & ab hac declaratione, nec ipsemet Hartm. videtur alienus.

ARGVMENTVM.

Tertium pro suo interesse regulariter interuenire posse.

SVMMARIA.

1 *Tertius pro suo interesse interueniens regulariter admittendus.*

2 *Etiam cum de priuatione feudi contra vasallum agitur.*

3 *In caussa criminali tertius pro iuribus priuatis interuenire poterit.*

4 *Instrumẽti exsecutionem paratam, quam vi statuti habet, tertius interueniendo impedit.*

5 *Tertius etiam post conclusionem in caussa, licet litem inter principales agitari sciuerit, interuenire, interuentionales tamen hoc casu ad probandum exhibere non potest.*

6 *Tertius etiam post rem iudicatam ad impediendam exsecutionem interuenire poterit.*

7 *In caussa appellationis interuentio tertii locum sibi quoque vendicat.*

8 *Immo tertius pro suo interesse appellationem interponere potest.*

9 *Quatenus per tertium interposita appellatio exsecutionem impediat, remissiue.*

10 *Tertius, exsecutionem sententiæ, qua quis in possessionem bonorum mittendus est, si condemnatus in possessione sit, impedire haud poterit.*

11 *Tertius, si suum interesse altiorem indaginem requirat, exsecutionem non remoratur.*

12 *Nisi ius tertii facta exsecutione euanesceret.*

13 *Mulier & alia persona priuilegiata, etiam post conclusionem in caussa, per restitutionem in integrum, iura sua interueniendo inducere & probare possunt.*

14 *Neque de nouo iudicium incoare tenentur.*

15 *Tertius etiam trium conformium sententiarum exsecutionem sua interuentione impedire potest.*

16 *Nisi ante latam tertiam sententiam, caussam agi sciuisset & tacuisset.*

17 *Nec tertius ad impediẽdam exsecutionem, stante contra eum præsumtione calumniæ, admittendus.*

18 *Tertius distractionem bonorum iudicialem ratione hypothecæ impedire nequit.*

19 *Nisi vltra hypothecam habeat constitutum.*

20 *Vel per illam distractionem ius hypothecæ exstingueretur.*

21 *Appellatione statuto prohibita nihilominus tertius pro suo interesse rite appellat.*

22 *Tertius etiam principali inuito interuenire licite poterit.*

23 *Modo non animo nouandi interueniat.*

24 *Tertius etiam coram delegato recte interuenit.*

25 *Ob non admissionem tertii, alias de iure admittendi, processus inter principales non annullatur.*

26 *Tertius ad impediendam restitutionem rei locatæ, interuenire non potest.*

27 *Tertius interueniens ante omnia iudici de suo interesse fidem facere tenetur.*

CONCLVSIO LXX.



IVSTITIÆ recto ducimur tramite, tertium de interesse † suo legitime probantem, ad caussam principalium litigantium interuenientem, esse admittendum, concludẽtes. Sic sane concludunt textib. auctoritatibusque suffulti inter moderniores 1
Fran-

Francisc. Viu. *Neapolita. decis. 291. num. 1. Crauett. consil. 220. num. 1.* Et conclusioni huic insistendo firmat ex Alexan. Bart. Ang. But. Bald. Fel. Imol. Innocen. & aliis Lud. Schrad. *de feud part 9. sect. 8. nu. 52.* tertium non citatum posse pro suo interesse comparere, caussæque assistere,
2 quando de priuatione † feudi contra vasallum agitur.

Ampliatur primo, vt etiam tertius interuenire possit in caussa † criminali pro
3 iuribus suis priuatis, *Crauett. consil 14. nu. 1. & 2. & consil. 58. num. 1. & in discursu tot. cons.*

Ampliatur secundo, vt tertius instrumenti de iure statutario exsecutionem
4 † paratam merentis impedire possit interueniendo, *post Imol. & Ruin. Menoch. cons. 746. & ex Baldo aliisque induxit Crau. cons. 592. num. 95.*

Ampliatur tertio, vt etiam tertius in-
5 teruenire possit, quandocunq; post † cõclusionem ante sentẽtiam, quamuis sciuisset processum inter principales cœptum, ventilatumq; esse, licet hoc casu articulos interuentionales ad probandum exhibere haud possit; horum enim probatio sibi denegabitur, ne scilicet litis finis rescindatur protrahaturque, &c. *ita in ipsis terminis respondit Crauett. consil. 14. nu. 5. 6.* Et per hanc ampliationem signanter declarat Gaill. dum *nu. 25.* contendit, scientem ventilari processum, interuenire postea non posse.

Ampliatur quarto, vt non modo quã-
6 docunq; ante † exsecutionem actualem, *post Alexan. Rebuff & Zuchar. tenet Magon. Floren. decis. 104. nu. 27. & pulcre respondendo tutatur Crau. cons. 14 nu 3.* Verum etiã post rem iudicatam, ad impediendum exsecutionem, interuenire possit, dixi *consid. 1. plurib. vero concl. 113. etiam in consider. hoc lib.* quatenus hoc procedat.

Ampliatur quinto etiã conclusio procedere, non duntaxat in prima instãtia,
7 sed etiam in caussa † appellationis, *post Fely. ad terminos firmant Iacob. Put. Roman. decis. 166. num. 2. lib. 3. & post Feder. de Senis respondit Crauett. consil. 220. num. 3. vide dicta conclus. 122.*

8 Immo & tertius † pro suo iure appellationem solus interponere potest, *dixi infra conclus. 122. hoc lib. 1.* vt qua impediat exsecutionem, *multis adstruit Lancellot. de attent. part. 2. cap. 12. ampl. 14. num. 2. & ante Borgn. Caualc. Fiuizan. decis. 10. sub num. 6. ibi. & impedire exsecut. vbi multos citat. de hoc vltimo dixi etiam infra conclus. 113. considerat. 3.*

Quando vero tertius per appellationem pro suo iure interpositam † exsecutionem sententiæ impediat, vltra Mynsi. 9
obs. 73. cent. 3. ex modernioribus nouissime late prosequitur Lancel. *d. c. 12. ampl. 14. per tot.* quo studiosus est ablegandus: ampliatiue enim & limitatiue exponit. His adde, Tertium exsecutionem sententiæ, qua quis mittendus est in possessionem bonorum, † non impedire, quãdo 10
reus conuentus ad restitutionem cõdemnatus, nõ autem ipse tertius in possessione fuisset. Ita IVDICATVM esse in Senat. Pedemont. testatur Osasc. *decis. 38. num. 7.* qui per tot. videndus. Ita IVDICAVIT etiam Rot. Rom. *test. Verallo decis. 327. part. 1.* & Papiæ IVDICATVM esse adduxit Caualc. Fiuizan. *decis. 27. sub num. 37. vers. nec obstat exceptio par. 2.* Vide quæ dixi *infra conclus. 113. consid. 3. vers. declaratur iam ampliatio secunda.* Et in vniuersum notandum, tertii interuentionem non impedire exsecutionem, quando iuris sui probatio † altiorem requireret inda- 11
ginem, *Crauet. consil. 503. num 4.* nisi tertii ius facta exsecutione euanesceret, † tunc 12
enim, etiamsi tractatum ampliorem iuris illius probatio desideret, exsecutionem impediri conuenit, *ad not. Schrad. de feud. par. 9. sect. 11. nu. 68. dixi etiam inf. concl. 113. consid. 3.* Saltẽ hæc circa exsecutionis impeditionẽ obiter notanda erãt ad ea, quę Dn. Gail. *nu. 15. 16. 18. & seq.* scribit.

Interim tamen negandum haud est, quin admittatur mulier, † seu alius qui- 13
uis tertius priuilegiatus, etiam postquam conclusum est in caussa & publicatio facta, per restitutionem in integrum, vt iura sua interueniendo adhuc inducant & probent. Ita CENSVISSE in facti contingentia, Anno 1555. Senat. Neapolit. testatur Cæsar Vrsill. *in addit. Afflict. decisio. 235. numero finali.* Et iterum post

ſæpe eundem Senatum ſic IVDICASSE adſeuerat in ſpecie Franciſc. Viu. *Neapolit. deciſ. 291. num. 7.* Et pro hac ſententia, quod ſcilicet mulier, minor, & alia perſona priuilegiata, interueniens, poſt proceſſus publicationem & didicitis teſtificatis per reſtitutionem in integrum, adhuc comparere ad probandum iura ſua queat. Refert Corn. Socin. ſen. Anchar. Caballin. Couarru. & Marantam Ioan. Vincent. Honded. *deciſ. conſultat. 25. nu. 6. vol. 1.* qui Hondedeus tamen *num. 29.* ex iiſdemmet Corneo & Socino declarat hoc procedere, quãdo priuilegiatæ perſonæ nouum vellent incoare iudicium

14 principaliter. Imo † quod non teneantur de nouo incoare iudicium, minor, mulier, venientes acceſſorie ad cauſſam, ſed concluſa iam cauſſa adhuc admittãtur, ſanior videtur ſententia, dummodo interuẽtionales articulis ex cognitione iudicis defenſionem partis, cui adſiſtere intendunt, videantur inducere. Ita in facti contingentia diuerſis vicibus IVDICAVIT Conſil. Reg. *Neapolit.* ceu eſt apud Afflict. *deciſ. 15. nu. fin. & Vrſill nu. 1.*

Fallentias, quibus ſcilicet caſibus facta publicatione non detur reſtitutio minori, vt teſtes producat, congeſſit nonnullas Socin. *reg. 320. lit. M. in nouiſſ. impreſſ. Colonienſ. vide & ſeq. concluſ. & concluſ. 105. hoc lib.*

Subampliatur notabiliter, tertium, ſcilicet, exſecutionem pro ſuo intereſſe interueniendo impedire poſſe, vt etiam tertio integrum ſit ad exſecutionem tri-

15 um conformium † ſententiarum impediẽdum interuenire poſſe. Pro hac ſententia multos grauiſſimos auctores citat Ant. Gabr. Rom. *lib. ſent. 2. tit. de exſecut. rei iud. concl. 1. n. 19.* Eandemq; ex Lancel. dicit cõmunem Franciſ. Viu. *Neap. deciſ. 495. nu fin.* atteſtaturq; ſæpius iuxta hanc in regia Aud. Barenſi IVDICATVM eſſe.

Limitatur hæc ſubampliatio, vt non obtineat, quando tertius hic interueni-

16 ens † ſciuiſſet ante latam tertiam ſententiam cauſſam agi, & tacuiſſet, donec tertia ſententia prolata eſſet, tunc enim ſibi appellatio denegabitur, *ad notata in terminis Hart. Hartm. d. obſeruat. 10. verſic. ſed etiam quando ante.* interuentioque denegabitur huic ſcienti, *poſt Imol. & Aufrer. admittere viſus Gabr. Roman. d. concluſ. 1. num. 20.* & ex Bartolo & Innocent. limitationem hanc non reſpuit Ioan. Vincent. Honded. *conſult. 25. ſub num. 28. verſ. & etiam quia ſatis eſt. volum. 1.* Vide omnino etiam infra *concluſ. 122.* atque ſecundum hanc limitationem declarandum forte eſſet dictum illud Dn. Gaillii, *obſer. 72. num. 4. lib. 1.* dum tertio concedit exſecutionem trium conformium ſententiarum impedire poſſe.

Limitanda etiam prædicta omnia erunt, & ſtatuẽdum, tertium non eſſe admittendum ad impediendam † exſecutionem, ſi calumniæ præſumtio adeſſet, 17 quod ſcilicet per calumniam, animo retardandi exſecutionem interuẽtionem oppoſuerit, *Franciſc. Marc. Delphin. deciſ. 538. num. 8. tom. 2. dixi infr. concluſ. 113. conſid. 3. verſ limitatur octauo.*

Limitationem addo inſuper a relatis Dd. non traditam, vt ſcilicet tertius † ex- 18 ſecutionem & diſtractionem bonorum iudicialem nõ poſſit impedire ex eo iure ſeu capite, quod bona diſtrahenda ſibi ſint obligata. Ita nouiſſime aduerſus Natt. tradit, & DECISVM in Reg. Conſil. Sicil. teſtatur Franciſ. Milanenſ. *deciſ. 12. nu. 130. & ſeq. lib. 2.* Reſeruatur tamen hoc caſu parti ratione hypothecæ intereſſe prętendenti ius ſuum, ſi quod habet: ſicuti idem admittit Milanenſis.

Declaratur hæcce limitatio, ſi hic interueniens haberet vltra hypothecam † conſtitutum, *idem Milan. d. deci. 12. n. 135.* 19 vbi dicit, eiuſmodi declarationẽ in Regia Curia vrbis Panormi IVDICANDO approbatam eſſe. Intellige quod de cõſtituto diximus, vt de vero efficacique conſtituto accipiendum ſit, *ad notata in terminis Aluari Valaſci rer. iudicat. Regni Luſit. conſult. 48.*

Declaratur ſecũdo limitatio proxima, vt, non procedat, qñ ius hypothecæ per illã iudicialẽ exſecutionẽ † & diſtractionẽ penitus exſtingueretur, *ſentit poſt Alex.* 20 *Goffred. & alios idem Milan. d. deciſ. 12. n. 136.*

Extenditur hæc quinta ampliatio, etiamſi ſtatuto † eſſet appellatio 21 pro-

prohibita, nihilominus enim tertio pro suo interesse permittitur appellatio, *dixi conclus.122.* vbi, quando tertio appellatio detur, monui, *per tot. hoc lib.1.*

Ampliatur sexto conclusio, vt etiam
22 tertius possit interuenire † inuito & reluctante principali, *Dn. Gaill. nu. 7. accedunt Menoch. consl.746. nu.13.*

23 Quando vero tertius vellet † interuenire animo nouandi litem, non tenetur actor inuitus hunc tertium admittere, *annotat Ioan. Vincent. Honded decis. consult. 25 num.7.8.* vbi in specie respondit, actorem non cogi cum interueniente venditore iudicium suscipere, nisi tanquam cum assistente, seu simplici emtoris defensore, *Ioseph. Lud. Perus. decis.26.n.25.p.1.*

Ampliatur septimo, & pro nunc vltimo, vt etiã † coram delegato tertius
24 interuenire possit, quamuis commissio de admittendo tertium nihil cantaret, *ita diserte in terminis tradidit Iacob. Put. Rcma. decis.166. lib.3.*

Aduertendum erit studioso, processum inter principales litigatores † ventilatum, quo ad eos, non annullari vel vitiari, licet tertius interueniens non esset admissus, vbi tamẽ fuisset admittendus, *ita post alios Ioan. Petr. Surd. consil.181. nu.26.*

25 Limitatur iam conclusio, vt non procedat, quando tertius vellet interuenire
26 † ad impediendum restitutionem rei locatæ, *voluit Rot. Luc. decis.7. Vallar. relatore.*

Limitatur secundo, vt tertius non admittatur, nisi de interesse suo iudici † fidem ante omnia faciat, *dixi supr. conclus. 69. consider.1.*

27

ARGVMENTVM.

Tertius, quamuis non possit impedire exsecutionẽ possessorii, prætextu petitorii, posse tamen interueniendo ius suum dominii proponere, vt de eo vno eodemq; processu cognoscatur, & sententia feratur. Et vtrum interuentio hæcce cursum iã inter ligantes capti processus remoretur, donec tertius de iure etiã suo probasset.

SVMMARIA.

1 *Tertius in iudicio possessorio interuenire, & ad eum effectum, vt sibi, non spoliatores restituatur, dominium suum deducere potest.*

2 *Tertius principaliter interueniẽs lite iam cœpta remoratur definitionem caussæ, donec & ipse de suo iure probasset, iuxta Menoch.*

3 *Dissentiunt alii.*

CONSIDERATIO I.

Tertium in possessorio recuperandæ inter duos litigantes, spoliatum scilicet & spoliatorem, cœpto interuenire posse ius dominii deducẽdo, † in finem, 1
vt sibi, non vero actori principali spoliato restitutio fiat, expeditum esse constat, quemadmodum & in Cam. Imp. teste & probante Mynſ. *obser.1. cent.2.* DECISVM est, & esse de mente Abbat. Butr. Guid. Pap. Rotæ Rom. Alex. Rip. Rub. Zas. Antonii Matth. Fab. Bologn. Fel. Ber. Seysell. Nouell. Iacob. a S. Georg. Ioseph. Lud. & Marii Anguissolæ, in ipsis terminis respondendo adseuerat Menoch. *consl.488. num.1.* vbi & leg. & ratione firmare, nec non contrariis respondere adnititur.

Sed in specie, quod tertius interueniendo ius dominii prætexere possit in iudicio possessorio, vt non spoliato actori, sed sibi interuenienti restitutio rei spoliatæ per spoliatorem fiat, & huius interuentionis cognitio eodem processu facienda, vnaq; sententia determinanda sit, adeoque † processum sistat definitio- 2
nemque remoretur interuentio, donec etiã de iure huius tertii probationes receptæ essent, idemmet contendit Menoch. *d. consil 488. in secundo dubio. per tot. maxime sub num.20.*

Contrarium diserte nominatim aduersus Menoch. adseuerat, resoluendo † interim obstacula, Andr. Fachin. *lib. controuers. iur.1. cap.5.* vbi *per tot.* elucidare 3
studet, veriorem esse hanc contrariam opinionem: & quidem generaliter accipiendam super omnibus caussis, eo casu, quando tertius principaliter pro suo interesse proprio ad elidendum

vtriusq; litigatoris iura compareret seu interueniret, quemadmodum Ioseph. Ludou. (a Fachineo etiam citatus) indistinctim contrariam hanc sententiā firmat, numeroq; *sub 27.* testatur se iuxta eandem IVDICASSE, *Perus. decis. 26.*

Hæc igitur consideranda erunt circa illud dictum Dn. Gaillii, *nu. 22.* quo contendit, & notandum monet, tertiam executionem possessorii impedire haud posse.

Cetera, an & quando tertius interueniens executionem impediat, vtcunq; delineauimus infra *concl. 113. consider. 3.*

ARGVMENTVM.

Tertius interueniēs, an & quando litis statum alterare possit.

SVMMARIA.

1 *Interueniens in eo statu, in quo est caussa tempore interuentionis admittendus.*
2 *Interuentionis modi duo principaliores, & quinam.*
3 *In posteriori, quando interuenit quis ad litem secundario pro suo interesse, litique defendendæ, vel actoris, vel rei partibus assistit, conclusio obtinet.*
4 *Hinc venditor in eo statu, in quo inuenit, litem assumere tenetur.*
5 *Hinc item tertius assistens publicatis attestationibus, ad vlteriorem testium productionem non admittitur.*
6 *Tertius neutri parti assistens, sed pro suo interesse principaliter interueniens, ad statum litis non constringitur.*
7 *Neque ab vlteriori productione arcetur, modo litem huiusq. agitatam ignorasset.*
8 *Immo quamuis sciuisset.*
9 *Personæ priuilegiatæ, modo dicto casu maxime restituuntur, modo in continenti de iure suo probent.*

CONCLVSIO LXXI.

1 SIT conclusio, interuenientem nonnisi in eodem litis † statu, in quo lis ipsa inter actorem, & reum tempore interuentionis consistit, admitti debere; ex recentioribus autumant *per cap. hi qui: vt lite pend. clem. constitutionem. de elect. Craueti. consil. 997. num. 225. Francisc. Marc. decis. 161 num. 4. part. 2. & Menoch. consil. 319. plures alios citat Ioan. Petr. Surd. & Mant. decis. 60. num. 6. Barnab. Cornaz. Lucens. decis. 215. num. 8.*

Verum interuentionis modi duo quum sint † principaliores, ad quos omnes interuentionis effectus referri (ceu arbitror) possunt. 2
Vnus, quando principaliter, neutri litigantium assistens, pro suo iure & proprio interesse, iudicium inter hos litigantes iam cœptum ad hoc, vt vtrumq; excluderet, ingreditur tertius. Alter, quando secundario pro suo interesse & iure litiue vult assistere, vel actoris vel rei partis, vt quia venditor, ad euitandum euictionem; legatarius suspectæ collusionis retegendæ ergo, &c. vellet (vt ita ad sensum loquar) condefendere, *videatur Ioseph. Ludou. Perus. decis. 26. sub nu. 27. vers. stat ergo conclusio.*

Limitanda nobis erit cōclusio, vt posteriori † casui inseruiat & conueniat, 3
non vtique priori. Nam quando tertius secundario seu accessorie ad litem interueniret in statu, in quo inuenitur, litem suscipere obstringitur, *Ioseph. Ludou. Perus. 26. num 25.* vbi inter cetera, quod venditor † teneatur assumere litem in 4
eo statu, in quo reperitur, & quod non permittatur sibi probare, nisi quæ poterant probari per conuentum emtorem, *Benintend. Rot. Bonon. decis. 92 per tot.* (idem in venditore nominatim statuit Ioan. Vincen. Honded. *consult. 25. sub nu. 27. vers. sed aliud est in venditore. volum. 1.*) pulcre hanc limitationem in facti contingentia, legibus auctoritatibusque firmauit Honded. *d. consult. 25. num. 7. 8. 9. & seqq. in totius consil. discursu ad finem consi. eiusdem,* refert ita Perusiæ IVDICATVM, in eadem caussa, fuisse. Sic publicatis attestationibus † tertius assistens, vlterius 5
testes producere vetitur, *Prosp. Farin. tit. de opposit. cont. exam. test. quæstio. 73. num. 35. de quo infra conclus. 105. dixi, opportuniori in loco,* quamuis D. Gaill. *nu. 12.* dicta, vt hic tractare potuissem, satis mihi excusationis tribuissent. Tertius aūt principaliter inter-

interueniens publicatione non arcetur, quo minus adhuc testes producere valeat, quemadmodum *d. concl. 105.* prosequutus sum.

Ampliatur igitur cōclusio, vt tertius,
6 pro suo iure † principaliter seu absolute interueniens, ad statum litis obseruandum non cōstringatur, sed sibi integrum sit, nouas inducere probationes suam in-
7 teruentionem firmantes, quādo † ignorasset litem inter partes iam hucusq; agi cœptam. Ampliationem hanc si attente consideratur, probat vere Afflict. *Neapol. decis. 235 per tot. præsertim post nu 3. vers. sed si tertius ignorauerit litem,* tunc potest inducere testes in caussa, (etiam quod sint dicita testificanda) etiam super eisdem, vel directo contrariis. Et aperte in tertio principaliter interueniēte loquitur Affl. *sub nu. 6 vers. sed si venit, vt ex se bene potest post terminum comparere, & omnia fiant de nouo quo ad eum.*

Extenditur ampliatio, vt adhuc tertius pro suo iure principaliter interueniens ad litis statum ingrediēdum non teneatur, quin potius integre quascūq; suæ intentioni deseruientes probationes in-
8 ducere sibi permittatur, litis † quamuis cœptæ scientiam habuisset. Ita nominatim in facti contingentia respondit Frācisc. Monal. *cons. 49 per tot. ad fin* Venetiis eadem in caussa iuxta hanc extensionē IVDICATVM exstitisse, scribens.

Sed an hoc casu processus remoretur, videatur sub *conclus. 70. considerat. 1.* & an exemtio *infra conclus 113. consid. 3.*

Maxime hęc ampliatio procederet, vt sciētia nimirū cœpti iudicii, quin adhuc nouæ possint fieri probationes, etiam post testium publicationem in processu litigatorum factam, personæ priuilegia-
9 tæ, † mulieri, minori, aliisq; personis miserabilibus non obsit, *dixi præced. conclus.* Et hæ interuenientes priuilegiatæ personæ, ad hoc vt restitutionem consequi possint, in continenti de iure suo probabunt, *ad Afflict decis. 11. sub finem. faciunt notat. Menoch. 2. præsum. 47. nu. 4.* quemadmodum & ceteri interueniētes, ceu suo loco diximus, ad id tenentur.

Tertius (*de qua q. Dn. Gaill. num. 12. & seqq.*) an & quando post publicationem † testium, adhuc pro se testes inducere queat, dixi *conclus 105 hoc lib.* vbi sedes publicationis. Et quid si iam in caussa conclusum esset, ibidem notaui.

ARGVMENTVM.

Tertius interueniens, an & quando iudicem recusandi ius habeat.

SVMMARIA.

1 *Tertius interueniens iudicem recusare potest.*
2 *Modo ad iudicium citatus, non vltro aduenerit.*
3 *Tertius interueniens fungitur partibus actoris.*

CONSIDERATIO I.

Recusare posse iudicem † tertium interuenientem scribit Dn. Gaill. *num. 7. accedit Afflict. Neapolit. decis. 15. num. 3. Robert. Lancellot. tract. attent part. 2. cap. 6. num. 71.* 1

Declaratur, vt horum sententia seu traditio procedat in tertio ad iudicium † citato, non vltro aduenienté, *ita declarat Rota Genua de mercat. decis. 143. sub nu. 7 ibi. si tamen fuit citatus, aliter non posset.* non tamen ipse negarem, casus euenire posse, vbi recusatio etiam sponte interuenienti concedenda esset, de quo alibi accuratius: hic quasi per transennam annotandum erat. 2

CORONIS ADDIT.

Tertius, quod actoris † fungitur partibus ex aliis refert, & insuper probat D. Gaill. *post num 2. & num. 4 idem post Bald. Crauett. Dec. & Paris respondit & firmat Ofasc. cons. 5. num 21* & iisdem quibus Gaill. affirmatur rationibus *in syntagm. 2 Imp. Camer. decis. 1. vot. 10. nu. 16. 17. 18 per Thilm. de Benign.* 3

ARGVMENTVM.

Tertius interueniens, quibus casibus & modis peculiari fruatur iure.

SVMMARIA.

1 *Tertius interueniens quinque casibus iure speciali vtitur.*

2 *Casus illi remißiue recensentur.*

CONCLVSIO LXXII.

ERTIVM interuenientem 1 †quinque in casibus singulari vti iure dixit pertractando ordine Dn. Gaill. *in discursu* 2 *tot. obs.72.* I. Vt ignorans †post secundam principalium collitigãtium appellationem adhuc appellare ipse pro suo interesse possit, *de quo sup. conclus.70.* II. Quod trium sententiarum conformium exsecutionem impedire queat, *cuius ead. conclus.70. meminimus.* III. Clausulã, remota appellatione, non obstante appellandi facultatem habere, *de quo concl.70.* IV. Iudicem lite contestata interuenientem recusandi iure perfrui, *notatum a me sup. sub concl.71. consid.1.* V. Attentatorum reuocandorum beneficium non decerni aduersus tertium. De hoc vltimo hic pro instituti ratione paucis dicemus. Et ne compilatio conclusionis statuendæ cernatur, super eiusmodi vltimo cõclusio firmanda, & simul pro consideratione statuenda erat, alias etiam *ad conclus. 144. hoc lib.* referenda.

ARGVMENTVM.

Tertius quo speciali iure fruatur in reuocandis attentatis.

SVMMARIA.

1 *Attentatorum remedio aduersus tertium non vtimur.*

2 *Etiamsi tertius ille post inhibitionem iudicis attentasset.*

3 *Tertii factum, contra inhibitionem commissarii habentis facultatem inhibendi omnibus, vt attentatum reuocari potest.*

4 *Tertius, etiamsi lis ratione commodi per consequentiam ipsum concernat, remedio attentatorum impediri non potest.*

5 *Nec, si in re, circa quam attentatum est, anteriori tempore plenum ius habuisset.*

6 *Contra tertium a iudice, vel parte caussam habentem, remedium attentatorum datur, licet cum titulo & bona fide possideat.*

7 *Etiam vbi tertius caussam ab appellante habet.*

8 *Nisi tertius, antequam caussam a parte haberet, attentasset.*

9 *Contra tertium in rem attentati vitio infectam succedentem, attentatorum remedium competit.*

10 *Idem, quando extraiudicialiter aduersus omnes de turbatione suspectos appellatum est, obtinet.*

11 *Vel si tertius vna cum iudice, vel parte attentet.*

12 *Attentata per tertium, qui iuris præsumtione cum altera litigantium parte, eadem persona censetur, d. remedio restituuntur.*

13 *Declaratio omnium relatarum ampliationum & limitationum subiicitur, vt intelligantur de tertio, qui nullatenus appellationis nullitatem factis suis ad excusandum se a vitio attentatorum prætexuisset.*

CONSIDERATIO I.

TErtium †principaliter interuenientem, haud constringi attentatorum 1 remedio, atq; ita a se pendente inter litigantes lite facta non esse reuocanda, D. Gail. *n.16. & seqq.* Hanc conclusionem ex professo multis docte construxit Franc. Rot. Rom. diuersis in caussis. Couarru. Menoc. aliorumq; fulciuit Rober. Lancell. *de attent. par.1. c.3. nu 3.4.5. & seq. & idem Lancell par.1. in præf. n.*40. vbi docet, quod si lite inter te & me pendente tertius aliquid innouaret, cõtra eum regulariter non posse vti attentorum via, sed coram ordinario suo iudice debere conueniri : allegat Francisc. Roma. & Rui. *vt ibi per eum.* textibus item iuris Canonici & ciuilis, nec nõ auctoritatib. corroborauit Petr. Greg. Tholos. *tract. appell. c.5. nu.1. lib.7.*

Ampliatur primo, hęc conclusio procedere, etiamsi tertius †post inhibitionẽ 2 a iudice, coram quo litigantes principales disceptant, quid circa rem in iudiciũ deductam attentasset, *ita ex c. Romana §. in altum. de appel. in 6. post Fran. Lancel. d. c.3. nu.*

n.9. & idem Lancellot. eod. tract. part. 2. c. 20. limitat. 10. nu. 1. & in hanc ampliationem consentit Dn. Gaill. n. 7. & obs. 144. n. 9. lib. 1.

Limitatur hęc ampliatio, quando cõmissarius inhibens haberet commissionem cum clausula importante, quod
3 sibi debeat esse facultas † omnib. inhibẽdi: hac enim stante, tertio etiam inhiberi posset, & a contraueniente tertio factum, vti attentatum reuocari. *sic Lancell. d. limit. 10. n. fin.* si commissario hæc facultas potest concedi, vtique multo magis committens ea potitur facultate. *ex vulgat.* vt ita, propter quod vnumquodque tale est, illud magis tale sit. &c.

Ampliatur secũdo, quãuis tertius hic
4 innouans esset, in consequentiam † aliquid cõmodi, ex lite inter se collitigãtes cœpta, consequuturus. *Lancell. d. c. 3. n. 12.*

Ampliatur tertio, vt conclusio obti-
5 neat, etiamsi tertius priusquam † attentasset, plenum habuisset ius super re, circa quam attentatum dicitur; vt si alteri illud ius perfecte & absolute cessisset, a seq; addicarit, & postmodum attentet possessorẽ spoliando, hic non datur cõtra hunc spoliantem remedium attentatorum, *iuxta mentem Lancellot. d. c. 3. nu. 14.*

Limitatur autem conclusio, vt non
6 ꝓcedat in tertio, caussam a iudice †, vel a parte habente. *Pet. Greg. Tholos. tract. attent. c. 5. n. 2. lib. 7. Lancellot. d. c. 3. num. 16.* vbi *num. 20.* post antiquos, & modernos ampliat, etiamsi ille tertius sit possessor cum titulo, & bona fide.

Extenditur hęc limitatio, vt etiam vi-
7 res exerat, non modo, vbi tertius † caussam ab appellato, sed etiam vbi ab appellante, haberet. *Lancel. d. c. 3. n. 31.*

Declaratur limitatio, vt obtineat, dũmodo hic tertius caussam a parte litigã-
8 te haberet, † postquam attentauit, secus si ante habuisset. *Late Lancell. d. c. 3. nu. 29.*

Limitatur secundo conclusio, in ter-
9 tio in re attentata succedente †, atq; adeo attentatorum vitio infecta, etiãsi nec a iudice, nec a parte caussam habuerit: aduersus hunc tertium enim remedium attentatorum datur. *Lancell. d. c. 3. n. 32.* vbi, *nu. 36.* eandem limit. ampliat, etiamsi hic tertius cum titulo, & bona fide successisset. *vt pluribus ibi per eum.*

Limitatur tertio, quando appellatum 10
† extraiudicialiter esset, generaliter aduersus omnes de turbatione iuris suspectos appellanti. *exponit Lancellot. d. c. 3. nu. 39. & seq.*

Limitatur quarto, vt conclusio nõ ꝓcedat, quãdo tertius non † per se solum, 11
sed cum iudice, vel parte attentasset. *Lãcellot. fuse d. c. 3. n. 41. & seqq.*

Limitatur quinto conclusio in tertio, qui iuris pręsumtione vna † & eadem, cũ 12
litigantium altera censetur persona, vt pater & filius. *Lancell. d. c. 3. n. 50. & seq.*

Declarãtur omnes prædictæ ampliationes & limitationes, vt intelligendæ sint de tertio, qui nullo modo appellationis, quasi minus legaliter factę esset, nullitatem attẽtatis excusandis † pręte- 13
xeret. Eo enim casu, quando appellationem temerariam, vel nullã dixisset, vitio etiam attentatorum se infecisset, atque proinde reuocationi locus esset. *ex Bald. & Vitali nominatim, ita declarat Greg. Tholos. tract. appellat. c. 5. sub. nu. 2. vers. nam regula. lib. 7.*

Et hucusq; conclusionis ampliationes, & restrictiones deduxisse & retulisse sufficiat. pluribus limitationib. & declarationibus per multa folia prosequutus est Lancell. sæpius citato loco, quæ, cum præsenti tractationi minus conueniant, & prolixiores sint, eo remittendus erat studiosus.

Tertius, quomodo pro suo interesse appellat, *dixi inf. conclus. 122.*

DE LITIS CONTESTATIONE.

ARGVMENTVM.

Litis cõtestatio, quid sit, & quomodo fiat.

SVMMARIA.

1 *Litis contestationis definitio Maranta, item Mynſ. refertur: at Dn. Goddæi approbatur. & n. 2. 3.*
4 *Litis contestatio animum, siue voluntatẽ contestandi requirit:*
5 *Vel expressum, vel præsumtum.*
6 *Litis contestatio expressim fiat cautela.*

R

7 *Alias de iure expressis verbis fiat, non requiritur ad essentiam.*

8 *Litis contestatio quomodo, & quãdo fiat.*

CONCLVS. LXXIII.

1 LItis contestationem † esse principalis negotij apud cõpetentem iudicem factam narrationem, & ad eam sequutam responsionẽ dixit Marant. *in Spec. p.6. mẽbr.10.n.3.* Probatur hæc Marantæ traditio. *in l. cum & 2. ibi. nisi post narrationem, & responsionem (id est, inquit Contius ibid. litem cõtestatã) C. de iurei. propt. cal. dand. & l. rem non nouam. 12. §. patroni. ibi cum lis fuerit cõtestata post narrationem propositam, & cõtradictionem obiectam. C. de iud.* Verũ Marantæ contradicit ibidem *in Addit.* Foll. *n.4.* & aliam ex Socino descriptionẽ refert nimis diffusam.

2 Aliter † Mynſ. *in c. quoniam contra falsam. 11.n.79. Est,* (inquit) *litis contestatio, dissensio illa litigantium, qua hinc inde alter contra alterius intentionẽ, in principali caussa perseuerare statuit, eo tamẽ animo vterq; quod velit audire sententiã iudicis. de prob.* Constrictior iuxta † ac plenior est illa a Dn. Gœdd.

3 *in l. litis nomen. 36. nu.9. ff. de verb. & rer. sign.* allata descriptio, *litis contestationem,* scilicet, *nihil aliud esse, quã eius rei (hoc est, actionis & caussæ) de qua apud iudicem controuersia est, ex vtraque parte testato (id est, contestãdi litem animo) factam narrationem.* Franci. Viu. *Neap. dec.310.n.2.* cum Gœdd. cõuenire videtur, dum scribit, *contestationem ipsam litis, esse negotii principalis hinc inde apud iudicem factam narrationẽ, & subsequutam responsionem, siue negando, siue confitendo, & animo procedendi in caussa.* Qui quidẽ contestandi litẽ, seu procedẽdi in caussa

4 anim⁹ † intercedat requiritur, Gœdd. *d. loc. n.10.* licet expresse, seu disertis verbis exprimatur, necesse haud sit. *Matth. Wesenb. cons.6.n.19. & ex Sichardo & Gaillio, idem scripsit Gœdd. vbi pluribus illustr.* Sufficit

5 igitur vel expressus †, vel præsumtus: licet multis illis quotidie in inferioribus, & municipalibus iudiciis conquisitis cauillationibus, & nullitatibus amputan-

6 dis, præsentissimum † remedium esset, expressis verbis illa litis contestatio, seu animi declaratio, vtrinque fieret, vt si nostro idiomate, Meynung den Kriegs Rechtens (affirmatiue) (negatiue) Zubefestigen / adiiceretur. Quare recte facere mihi iudices videntur, dum partibus, disertis verbis, se animo litem contestãdi agere vel respondere exprimant, iniungunt. Si esset consuetudo, seu stylus iudicij alicuius, quod animus litis contestationis expresse declaretur, & expressio non fiat, contestationem litis non induci exploratum Doctores habent. *Socin. tractat. fallent. reg. (iuxta nouiss. Colon. impress.) 298. fallent. 1. accedit Mascar. tract. probat. conclus. 434. num.17.* vbi dicit, ex mente Felini, *in c. 1. de litis contestatio.* esse, eo casu de substantia esse, vt exprimatur diserte ille contestandi animus.

Vbi vero stylo, vel ordinatione aliud præscriptum non esset, nec requiritur, tunc expressim actui litis contestationis adhibeantur † verba animo litem affir- 7
matiue contestandi, contestandi negatiue. *diserte Ferr. Mont. de iudic. præexercit. l. 2. c. 1. vers. quod si moribus.*

Succedit nunc instituti recordemur, conclusionem firmando. Vera igitur & communis est conclusio, litis contestationem † induci vtriusque partis, actoris 8
scilicet & fugientis (ceu reum appellitat Imp. Iustinian. *in l. 2. C. de iurei. propt. cal. dand. l. 11. §. etsi. C. de iud. & alibi sæpe.*) de re controuersa narratione, affirmatiua ex parte actoris, & negatiua ex parte rei, *secundũ ea, quæ supra ex Gœdd. Viuio & c. diximus, & vltra hoc sentit Matt. Wesemb. cons. 6. nu. 18. ibi. per propositam in libello narrationem, & contradictionem rei, inducitur litis contestatio. l. rem non nouam. & c.*

De pluribus litis contestationem inducentibus modis in sequentib. & ad finem consid. datis remissionib.

ARGVMENTVM.

Litis contestatio an, & quando censeatur inducta per responsionẽ a reo in iudicio factam.

SVMMARIA.

1 *Litis contestatio non ex qualibet responsione inducitur.*

2 *Litis contestatio facta præsumitur, per responsionem negatiuam.*

3 *Etiam-*

3 *Etiamsi simpliciter neget narrata actoris.*

4 *Negatio illa in continenti, siue ex interuallo actoris narrationi subiiciatur, nihil refert.*

5 *In criminalibus idem obtinet, si accusatus super facto respondeat.*

6 *Etiam per verbum Credit, facta responsio litis contestationem inducit.*

7 *Lis responsione facta ad positiones non contestatur.*

8 *Neque responsione conditionali.*

9 *Neque responsione facta non coram iudice, sed coram actuario.*

10 *Nec, si respondens protestetur, se non animo litem contestandi respondere.*

11 *Nisi iudex litis contestationem iniunxerit.*

12 *Dicta protestatio, se non animo &c. nisi responsioni statim subiiciatur, litis contestationem non remoratur.*

13 *Nec si respondens dixerit, se litem contestari, animo non contestandi.*

14 *Nisi responderet sub protestatione, si & in quantum suæ exceptiones, per interlocutionem rei, creentur, non alias se litem contestari.*

15 *Litis contestationis partes duas, affirmatiuam & negatiuam, non recte constitui, aduersus Gaillium Goddæus contendit.*

CONSIDERATIO I.

CONTESTATIO litis (inquit Francis. Viu. *Neapol. decis. 310. sub num. 2.*) non
1 semper inducitur ex qualibet † responsione facta. De hoc litis cõtestandæ modo pauca, in praxi vero notabilia, conferemus.

Inductam censeri per responsionem
2 † negatiuam, a reo factam post Specu. & alios sentit Menoch. *2. præsumt. 30. num. 1.* quamuis per responsionem ad positionales non induci, autumet Ferr. Mont. *l. 2. de iud. praeexercit. c. 1. vers. ex quib. rursus.*

Ampliatur, vt etiam lis contestata di-
3 catur, quando reus in iudicio negaret † simpliciter narrata actoris. *ita concludit in hoc Dn. Gaill. nu. 1. consentiens, post Bart. & alios Mascard. de prob. concl. 434. num. 1.*

Ampliatur quod dictum est, responsione rei ad narrata actoris induci litis cõtestationem, vt nihil in praxi referat, simul vnico tempore †, vel ex interuallo 4
negatiua illa responsio accedat narrationi actoris. *Mascard. conclusione 434. numero quinto.*

Ampliatur secundo, vt non modo in ciuilibus per responsionem lis reputetur contestata, sed etiam † in criminali- 5
bus, quando accusatus respondit accusationi super facto. *auctoritate Bart. voluit Francisc. Viu. Neapolit. decis. 310. num. 13.* secus quando solum super processu infirmatiuo responsio facta esset: hac enim responsione litis contestatio non inducitur. *post Vulpellium sentit Farin. q. crim. 10. sub n. 55. ad finem.*

Ampliatur, vt responsione etiam intelligatur facta litis contestatio, etiamsi
per † verbum credit, vel non credit, vel 6
nescit, responsum articulis conuentionalibus esset. *Mascard. tractat. probatio. conclusione 434. numero 13.* secus vbi posi-
tionalibus † responsio data esset, siqui- 7
dem responsio ad illosmet, non inducat litis contestationem. *Iaffred. Balb. decisione 301. Mynsing. responso 2. numero 6.* cui conueniunt tradita Gaillij *ad finem.* Licet haud contestata lis censeatur, quan-
do responsio † conditionalis esset facta. 8
prout IVDICAVIT Capell. Tholos. *quæst. 287.* & videtur etiã esse de mente Franc. Viu. *Neap. decis. 310. n. 3.*

Declarantur iam prædictæ ampliationes, vt intelligantur, dum responsio
esset facta coram iudice †, non vero a- 9
ctuario, quem Secretarium nunc vulgo dicimus. Nã litis contestatio coram actuario fieri non potest, *sicuti ex Ruino voluit Francisc. Viu. Neapolitan. decisione 310. numero 10.*

Limitatur item, quod diximus per responsionem rei censeri contestatam esse litem, vt non procedat, quando re-
spondens † protestetur se citra animum 10
contestandi litem respondere. *Tiber. Decian. responso decimo, numero sexto, vol. 5. Menoc. 2. præsumt. 30. numero quarto, Francisc. Viu. Neapolitan. decisione 310. numero 4. & respondit in specie Sim. Pist. consilio 5. numero primo.*

Declaratur hæc limitatio primo, vt

11 non procedat, quando iudex † mandaret (sicuti mandare potest, in tantum, nisi pareatur aduersus reum, tanquã cõtumacem, iure procedi queat, in his terminis Soarez. *thes. lit. l. n. 174.* vbi ex Turzano communem laudat) protestanti, vt, semota protestatione, litẽ contestetur. *Mascard. tract. probat. conclus. 434. nu. 20. 21. 22. 23. 24.*

Declaratur secundo, limitationem
12 non obtinere, nisi protestationem illam de non contestando litem statim † in exordio litis, antequam respondisset, adhibeat. Nam quando post, processu iam cœpto, protestaretur, dicendo se animo litem contestandi nihil in iudicium deduxisse, eiusmodi protestatio litis contestationis effectus non remoratur. *Matt. Wesemb. in terminis. cons. 6. n. 23. & seqq.*

Declaratur tertio, vt limitatio, seu protestatio vires vllas non habeat, quã-
13 do respondens dixisset, † se litem contestari, animo non contestandi: Nam hic respondens litem contestatus intelligitur. *Alciat. in l. detestatio. 40. numero vigesimosexto, de verb. & rer. signif. nominatim etiam Asin. in prax. Florent. §. 17. cap. 2. cas. 8.*

Subdeclaratur vt fallat, quando pars responderet, præmissa hac protestatione, vt, si exceptiones a se obiectæ, per interlocutionem iudicis reiicerentur, tũc demum litem velle a se contestatam esse: hoc enim casu, ante interlocutionẽ,
14 lis non † censetur per responsionem eiusmodi cõtestata. Ita disertissime Mynsing. *obseru. 74. circa med. cent. 3.* firmat, subdens iuxta hanc subdeclarationem in S. Cam. Imp. IVDICATVM esse.

Minime vero etiam lis contestata cẽsetur, quando generaliter libello respõdetur, negando narrata, prout narrãtur, quãdo exceptio declinatoria fori simul opposita fuisset. *idem Mynsf. obs. 49. cent. 4.* Plura, quibus litis contestatio vel inducta censeatur, vel minus, scire qui auet, Asinium adeat *in prax. Florent. §. 17. capite secundo, & capite tertio,* vbi fusissime. *Mascard. tractat. probationum, conclus. 434. & conclus. 985.*

CORONIS.

Bifariam (inquit Dn. Gaill. *num. 2.*) litis contestatio fieri solet, affirmatiuam ex parte actoris †, negatiuam ex parte 15
rei. Verum in hoc, dum videatur duas litis constituisse partes, minus recte sensisse Gaillium dixit Ioan. Gœdd. *in l. 36. ad fin. de verbor. & rer. signif.*

ARGVMENTVM.

Iudicium proprie a litis contestatione incipere.

SVMMARIA.

1 *Iudicium a litis contestatione, an vero citatione incipiat, controuertitur. Explicatur controuersia hacce numero. 3.*

2 *Iudicium stricte proprieque sumtum, regulariter a litis contestatione incipit.*

CONCLVS. LXXIV.



INSIGNIS cernitur esse dissertatio, iudicium proprie ne a litis contestatione, an vero citatione incipiat. Discrepantium † enim in 1
resoluendo se exercuere ingenia. *ad nouissime relata per Ioan. Caluin. de process. iudic. cap. 10. num. 16. 17.* An autem iudicium (*inquit*) a litis contestatione, an vero a citatione incipiat, discrepantes Dd. opiniones sunt. Sed responsio in procliui est, quippe iure Iustinianæo p̄paratoria iudiciorum plane separata fuerunt a principali lite atque iudicio: illa fiebant in iure, & apud magistratum, hæc in iudicio, & apud iudicem. Itaque proprie loquendo iudiciũ (stricte ac proprie sumtum) a litis contestatione incipiebat. Quod hodiernis moribus & vsu recepto, reuera secus habet, in ordinariis præcipue iudiciis; præsertim cum citatio hodie sit iudicij, etiam proprie dicti, pars & requisitum omnino substantiale; cumq; de præparatoriis iudicij non alibi nunc, quã in iudicio, nec alibi, quã apud iudicem caussæ litisue principalis agatur ac diiudicetur. *Assent. Hondet. &c.* Dissentit Cuiac. &c. vtriusque sententiç a se citatos auctores non refero.

Cete-

Ceterum, vt quid pragmatici obseruent, ex instituto proponamus, Cōclu-
2 sio sit, regulariter iudicium † stricte sumtum seu litem, ab ipsa litis contestatione primum incipere. Pro hac conclusione, & textus. & Doctores citat Robert. Lācellot. *tract. attent. part. 2. cap. 4. in præfat. num. 7.* Idemque Lancellot. *ead. præfat. nu. 173.* ex Mynsing. *consil. 60. cent. 1.* asseuerat, litem cœpisse non nisi primum post litem contestatam. Et quod propriè a litis contestatione iudicium incipiat, statuit etiam Bapt. Asin. *prax. Florent. § 1. capite 1. num. 14. & seq.* vbi inter cetera firmat, quod si statutū de iudicio, vt quid, scilicet, ante iudicium fiat, mentionem faceret, illud intelligendum esse, non prout a citatione dicitur incipere iudicium, sed prout a litis contestatione incipit. (*addatur videndus idem Asin. §. 5. ca. 4. num. 3.*)

At quo splendidius percipiatur conclusio, insimulq; dissidētium opiniones reconciliatione soluantur, operæ ptetiū duxi, Mynsingeri huius de conclusionis elucidatione ex professo disserentis attexere verba, *in c. quoniam contra 11. nu. 45.*
3 *de prob. ibi. iudicium † a citatione initium ducere vulgo Canonistæ tradunt, idemq; Accurs. voluit, & maior interpretum pars probat: licet plerique in eam quoq; sententiam iuerint, caussam quidē appellationis a citatione exordium capere: in primaria vero caussa, siue prima instantia a litis contestatione iudicium incipere. Hinc in legibus iudicium dicitur acceptum, vbi lis iam contestata est, a quo etiā prima caussæ instantia exordum capit: nam quæ ante litem contestatam geruntur in iudicio, dicuntur præparationes ad iudicium accipiendum, & veluti proœmia. Vnde & Iustinianus alibi citationem, non iudicii initium esse ait, sed actionum instituendarum. Per* ἀκυρολογίαν *tamen, id est, impropriam loquendi rationem, iudicium etiā dicitur cœptum, antequā lis cōtestata est: sicuti in iudicio facta confessio dicitur, etiamsi in initio statim facta sit. Et hoc argumento propugnari poterit communis sententia, quod a citatione iudiciū incipiat.* Hactenus Mynsing.

Qui varij a Doctoribus effectus inceptæ litis considerentur, nō est huius tractationis suo ornatu condecorare.

ARGVMENTVM.

Vitium litigiosi, an sola citatione caussetur.

SVMMARIA.

1 *Citatio sola sufficit creando litigiosi vitio.*
2 *Quatenus hoc procedat, remissiones statuuntur.*

CONSIDERATIO I.

VITIVM litigiosi sola citatione † induci docet Dn. Gaill. *nu. 16.* & commune Doctorum placitum ex Romano & Couarr. dixit Matth. Coler. *tractat. de process. exsecut. p. 3. cap. 11. sub num. 19. vers. & hac sententia.* 1

Ceterum, quia relata doctrina non vsquequaq; procedit, quin etiam egregiæ diffusæque sit explicationi † obnoxia, videndus erit Hartm. Pistoris. *lib. 4. 1. q. 40. Robert. Lancell. tract. attent. p. 2. c. 4. in præfat. n. 30. & infinitis seq. Francisc. Viu. Neapol. dec. 459. n. 5. 6. 7.* 2

Libelli oblatione, an in criminalibus interrumpatur præscriptio (de quo Dn. Gaill. *n. fin.*) admonui supra. *conclus. 66. in considerat. 1.*

ARGVMENTVM.

Litis contestatio, vbi non intercessisset, processus nullitate laborat.

SVMMARIA.

1 *Litis contestatio regulariter in quibuscunque debet intercedere caussis.*
2 *Etiam criminalibus, & quatenus n. 3. remissiue.*

CONCLVS. LXXV.

LITIS contestationem esse de substantia processus egregie Dn. Gaill. prodidit. Verū ne series continuandarum conclusionum disrupta consistat, paucis & nos monebimus. Expedita est conclusio, regulariter in quacunq; † caussa litis 1
debere contestationem intercedere. *disertis verbis Ioan. Ferrar. de iudic. præexercit. libro 2. capite 1. vers. regulariter autem litis*

contestationem. Francisc. Viu. Neapol. decisio. 310. nume. 11. Mynsing. obs. 1. in princip. cent. 1. & obseruat. 74. cent. 3. cum aliis sexcentis, quos de industria prætereundos censui in re omnium apertissima.

2 Extenditur, vt etiam in † criminalibus procedat conclusio. Viu. *d. decis. 301. num. 13. Tiber. Decian. tract. crimin. lib. 5. cap. 29. numero 11.*

De veritate huius extensionis videa-
3 tur † ex modernioribus Prosp. Farinac. *tract. crim. quæstio. 10. numero 55.* vbi explicat. Quæ latius hic prosequi nostro non est cœpto conueniens. De ceteris etiam extensionibus & declarationibus adiri possunt Doctores citatis in locis, qui & illustrant, & ex professo conclusioni explicandæ operam contulere.

Sūmis in consistoriis (*de quo Dn. Gaill. n. 5. & seqq.*) non attendi processum nullitatis, saltem de negotij veritate appareat, monui. *infr. plurib. in locis.*

ARGVMENTVM.

Princeps supremus potest ratum habere processum, alias ex defectu litis contestationis &c. nullum, modo caussa ipsa in meritis iusta sit.

SVMMARIA.

1 *Princeps summus potest processum ratione litis contestationis defectus nullū pro legitimo qualificare, modo de veritate negotii principalis ex actis constet.*

2 *Princeps iuxta propriam conscientiā præter in actis deductam proferre potest sententiam.*

3 *Et, quatenus hoc verū sit, remissiones admouentur.*

CONSIDERATIO I.

ILLVD Ictorum dogma deprehenditur expeditum, quo asseritur, principem supremum, quem Imperatorem dicimus, processum ex litis contestatione &c. alias nullum, dummodo de negotii veritate ex processū constaret, pos-
1 se, atque legitime † fuisset formatus, admittere, sententiamque ex eo proferre. *Dn. Gaill. num. 11. Petr. Ant. de Petr. Placent. tract. de potest. princ. c. 28. n. 5. & seqq. & suffragantur notata Asinii in prax. Flor. §. 3. c. 4. n. 6.* Sic etiam iuxta propriam conscientiam præter in actis deducta, & probata
† sententiam dicere (*de quo Dn. Gaill. ad finem.*) idem Placent. *eod. c. num. 73.* Ceterum, quia de hoc, quibus nimirū, & quādo liceat circumscriptis actis iuxta conscientiam propriam iudicare, alibi ingentes † dederim remissiones; pluribus hic non insisto. 2 3

ARGVMENTVM.

Litis contestatio vtrum, & quādo in caussis appellationum requiratur.

SVMMARIA.

1 *Litis contestatio non requiritur in caussa appellationum; & n. 5.*

2 *Vbi in prima instantia lis contestata, & a diffinitiua appellatum fuisset, communius placet.*

3 *Et quidem magis, vbi contra contumaciter absentem in caussa appellationis procederetur.*

4 *Non item si contra præsentem.*

5 *Quamuis indifferenter litis hanc contestationem, non requiri in caussis quibuscunque appellationum contendat Wames.*

CONCLVSIO LXXVI.

SVMMI Icti egregiam nauarunt operam in elucidando præsentis conclusionis argumento, inter quos ipse nullum reperi quam Francum (*cuius etiam Dn. Gaill. cōmeminit.*) distinctius. *in c. per tuas.* (vbi sedes huius q. ordinariæ) *de appellat.* differentem propositis septem casibus. Verūenimuero ne lapidem aliquem, vel attigisse videar, paucis continuandæ seriei subseruiā.

Sit igitur conclusio, litis contestationem, siue appellatum esset ab interlocutoria, siue diffinitiua, in caussis † appellationum non requiri. Conclusio hæc apertissime firmatur ex *notat. infr. num. 5.* 1

Casus quando a diffinitiua appellatum, & in prima † instantia litis contestatio intercessisset, expeditior est. *ad not. in* 2

not. in terminis Mynsing. cent. 1. obseru. 1. & consil. 2. num. 11. cent. 1. modo contra con-
3 tumacem † procederetur, DECIDENTE Curia Delphin. *ceu est apud Franciscum*
4 *Marc. decis. 706. part. 2.* nō vero † præsentem. *idem Marc. decis. 1182. num. 23. part. 1.* & alii plures infiniti distinctionem eiusmodi statuētes referri possent. Videantur ad id etiā relata per Dominum Brederod. *tract. appellat. part. 2. tit. 30. de litis contestat.* qui ex antiquis & moderníoribus nonnullos refert, qui omnes cum hac distinctione pertransire videntur, Dominis Gaillio & Mynsingero exceptis.

Sed ne diutius studiosum longis relationibus morer, ipsius conclusionis firmamētum, quo & omnes distinctiones retundi vidētur, ponam, ex auctoritate Ioan. Wames. *in cap. per tuas. 58. nu. 4. & seqq. & ca. interposita. 70. §. sane. de appellat.*
5 qui † indifferenter statuit, litis contestationem in appellationis caussa non requiri. Quare pro nunc vlterius progrediendum mihi haud erat, esset alias disputatiue extra decisiuas metas vagari.

ARGVMENTA.

Litis contestatio quibus in casibus non requiratur.

SVMMARIA.

1 *Litis contestatio, nisi libellus sit porrectus, haud subsistit.*
2 *Libellum non requirentes caussæ quæ sint, remissiue.*
3 *Lis non contestatur in iudicio reuocandorum attentatorum.*

CONSIDERATIO remiss.

SIquidem litis contestatio (ceu grauiter dicebat Asin. *in Prax. Florent. §. 3. cap. 4. num. 2. ex Auth. offeratur. C. de lit. contest. cap. 1. de libell. oblat. l. 1. ff. de edend.*)
1 non, † nisi libellus offeratur, subsistat, apprime Dom. Gaill. induxit litis contestationem regulariter haud requiri in caussis citra libellum expediendis, quos
2 cum † idemmet Asin. *§. 4. cap. 3.* congesserit 80. illuc studiosus se conferre posset. Sic quemadmodum in iudicio reuocandorum attentatorū non exhibetur libellus: † ita nec litis contestatio desideratur. 3
Robert. Lancell. tract. attentat. cap. 25. num. 10. iuncto num. 20. part. 3. cum aliis his casib. similibus. Quid tamen de hoc vltimo in Imper. Camera obseruetur, videatur apud Thilm. de Benig. *Obs. Cam. Pent. 2. obs. 43.*

ARGVMENTVM.

Litis contestatio in caussa nullitatis vtrumne requiratur.

SVMMARIA.

1 *Litis contestatio in caussa nullitatis principaliter instituta non requiritur.*
2 *Declarationes huiusce remissiue dantur.*

CONCLVSIO LXXVII.

NVLLITATIS in caussa principaliter ꝓpositæ † re- 1
quiri litis contestationem, vna cum Dn. Gaillio, etiam Dn. Mynsing. concludit. *obseru. 38. vers. secus autem esset. cent. 1.*

Declarationes siquidem traditis Dn. Gaillii concordantes † adduxerit idem 2
Mynsing. *cit. loco*, his transcribēdo chartas opplere destiti: saltem pro connexitate ordinis hæc cōmemoranda erant.

ARGVMENTVM.

Ordo iuris, an in notoriis exigatur.

SVMMARIA.

1 *In Notoriis iuris ordo an requiratur, remissiue.*
2 *Litis contestatio in notoriis non exigitur.*
3 *Citatio in notoriis an desideretur.*

CONSIDERATIO. I.

ORdo iuris an requiratur, & quando in † notoriis, nuper ex moderníoribus enucleate proposuit Prosp. Farinac. 1
tract. crim. quæst. 21. nu. 60. & seqq.

Litis vero contestationem in notoriis † non desiderari idem firmauit Fa- 2
rinac. *dict. loco. nu. 65.* Sed an idem circa omissionem citationis † obtineat (*de* 3
quo Dominus Gaillius num. 9.) illemet Fari-

nac. *num. 66. & seqq.* prosequutus est. addatur Magon. Florent. *decis. 47. num. 23. 24. Asin. prax. Florent. §. 7. cap. 5. limitat. 42.* quæ omnia expeditius hic discutere propositum abhorret. Exstant singulares de notorio tractatus etiam moderniorum Iurisconsultorum.

ARGVMENTVM.

Litis contestatio an in mandato de relaxãdo incarcerato requiratur.

SVMMARIA.

1 *Incarcerati miserabilium personarum numero habentur.*
2 *Miserabilium personarum relaxationem & liberationem superior citra interuentionem libelli, litis contestationis, mandare potest.*

CONCLVSIO LXXVIII.

1 SIQVIDEM incarcerati *(D. Gaill. nu. 3.)* etiam ob æs alienum, miserabilib. † accenseantur personis, quemadmodum supra *Conclus. 26. consid. 1. num. 12. 13.* probaui, & sine libello, litis contestatione, iudex superior miserabilium harum liberationem & relaxationẽ man-
2 dare † opprimenti vel detinenti possit. *scite firmante Baptist. Asinio prax. Florent. §. 4. cas. 37.* Consecutiue concludendum est, in mandatis de relaxandis captiuis ordinarium non requiri processum, ac proinde nec libellum nec litis contestationem desiderari.

Sic etiam in mandatis de relaxandis captiuis breuior paritionis terminus in Camera Imper. constituitur. Thilm. de Benign. *obseruat. pract. pent. 3. obseru. 50.* ita DECISVM in Camera exstitisse scribens.

ARGVMENTVM.

Processus qui obseruetur in mandatis cum clausula.

CONSIDERATIO remiss.

QVi in caussis mandatorũ cum clausula obseruetur procedẽdi modus, nonnihil supra circa mandatorum materiam monuimus, & hodie exstant ea de re diuersorum commentationes atq; processus Cameral. iud. libri singulares, nec non Synops. iuris Camer. per Dominum Denais. studiose conscripta, vt operam lusisse, extraq; propositum periclitasse viderer, ipse si hic prosequutus fuissem.

DE POSITIONIBVS ET RESPONSIONIBVS.

ARGVMENTVM.

Positionum vsus quam frequens sit, quamque fertilis.

SVMMARIA.

1 *Positiones propriè quæ dicantur, & de sublata positionum & articulorum differentia.*
2 *Positionum vsus in iudiciis frequẽs ac perutilis.*
3 *Confessio aduersarii iudicialis optimus probandi modus.*
4 *Positionum caussa finalis.*
5 *Confessio ad positiones data, legitima est probatio.*
6 *Verbum, Credo, in materia positionum est veritatis expressiuum.*
7 *Confessio per verbum, Credo, ad positiones facta, nec per iudicem irritari potest.*
8 *Articulans contenta articulorum nõ censetur confiteri.*
9 *Ponens, positionibus suis, tanquam confessione iudiciali sibi præiudicat.*
10 *Positionum formandarũ stylus receptus his verbis,* setzet vnd sagt wahr / *vnde dimanarit.*
11 *Ponens non censetur positionalem negatiuam,* Aber setzet vnd sagt wahr gantz ohne / *confiteri.*
12 *Responsioni ad positionem datæ contradicens, eadem loco probationis vti nequit.*
13 *Nec in prima, nec in secunda instantia.*
14 *Modo tamen integram positionem negasset, secus in exceptis & acceptatis.*
15 *Positionum exhibitionem non semper concedi in Camera.*

CONCLV-

CONCLVSIO LXXIX.

DE positionibus, & ad eas dandis responsionibus, ex ordinis serie dicturus, cum sciam de hac materia tractatulos non modo, & commentariolos antiquorum, verum etiam moderniorum exquisitas lucubrationes exstare, concisius relationem duxi instituendam.

Positiones (*inquit Vincentius de Franch.*
1 *Neapolitan. decis. 220. numer. 9.*) † proprie appellantur illæ, super quibus principales deponere debent, & differũt ab articulis: licet hodie ista verba confundantur. *Petr. Iacobus in prax. rubr. de constit. pecun. vers. item possunt dici.* Ceterum de origine & practica positionum nominatione Ferrar. Mont. disserit. *lib. 2. ca. 3. de iudic. praexerc.*

Positionum vsum esse non modo in
2 iudiciis frequentissimũ, † verum etiam vtilissimũ, apud omnes in confesso est: quippe quo iudicis labor in assumendis, altiorem alias requirentibus tractatum, probationibus subleuatur, sumtibus in latiores probationes, quas aduersarij respondentis nuda confessio sustinet, insumendis parcitur, instantiæ finis acce-
3 leratur, &c. Confessio † enim iudicialis aduersarij perhibetur optimus probandi modus. *ad leg. vn. Cod. de confess. & leg. cum precum tuarum. Cod. de liber. causs.* imo probatio per confessionem est leuior in sui probatione, ceteris probationum generibus, & efficacior in sui operatione, *post Ferrariens. in practic. in forma positionum actoris. numer. 1. Castrit. ad Masuer. tit. de probat. in præmis. num. 18. pulcre exornat Mascard. tract. probat. conclus. 344. per tot.* Sed ne prolixiores, quam institutum postulat, simus, conclusionis loco notandum est,

4 Positionum vsum † esse inuentum, adeoque positiones fieri, ad eruendam rei in iudicium deductæ veritatem per aduersarij confessionem. *ex Lancellot. in specie respondit Alexand. Raud. consil. 2. numer. 122. volum. 2.* atque ita loco probationis, alias per ponentem assumendæ succedere, Francisc. Monaldus scribit (vbi Dominum Gaillium in id refert) *respons. 118. num. primo, & idem Monald. consil. 31. num. 43. Bapt. Asin. prax. Florent. §. 19. cap. 21. num. 2. Ioan. Petr. Surd. consi. 360. nu. 33.* vbi nominatim in hoc Dom. Gaillium citat. Et sane illa aduersarii ad positiones data confessio † legitima est 5
probatio. Sicuti Raud. *dict. consil. 2. sub numer. 122.* in terminis dixit. Quemadmodum & Nicolaus Reusnerus *decis. 15. sub numer. 24. libr. tertio,* scripsit. Franciscus Monald. *consil. 33. num. 31. & 32.* vbi ex Anton. Francisc. scribit, talem confessionem habere vim sententiæ publicique instrumenti. Atque adeo superlatiua probatio. *Flamin. de Rub. consil. 32. numer. 63.* Et nuncupatim etiam in terminis, quod responsio ad positiones per
verbum, † Credo, dicatur vera confes- 6
sio & probatio, adseuerat Rot. Gen. *de mercat. decis. 48. numer. 1.* Verbum enim, *Credo,* ad præsentem tractatum, veritatis est expressiuum, *auctoritate Speculat. Bald. Corn. Marant. & Grauat. Ioan. Petr. Surd. Mantuan. decis. 58. numer. 14. & decis. 17. numer. 9. Franciscus Monald. consil. 31. numer. 44.* Cuius vero verbum, *Credo,* in materia attestationum, &c. efficaciæ sit, huius non est examinare loci.

Ampliatur, vt quamuis iudex, † re- 7
sponsionẽ nullius debere esse momenti, pronunciasset, adhuc nihilominus confessio probationem sustinet, & pronuntiatio quoad hoc, pro nulla censenda erit. *ita adduxit Nicolaus Reusner. Decis. 15. num. 25. lib. 3.*

E contra, quamuis articulans † ar- 8
ticulos seu capitula non censeatur confiteri, vt aduersarius inde iuuari possit. *post Alexand. Grammatic. & alios differentiam hanc constituit Mascardus tractat. probat. conclusio. 368. numer. 14. 16.* in quo & consentit Dominus Gaill. *num. 7.* quippe quæ in articulis facta confessio non vera, sed ficta censeatur. *Alexand. Raudens. respons. 14. num. 34. libro secundo.* Atque adeo in alio iudicio non noceat in libello facta eiusmodi confessio, *Raudens. dict. loc.*

Ponens tamen, si quid † positionibus 9

suis inseruerit, quod releuaret responsurum, tanquam iudicialis confessio sibi præiudicat, aduersario prodest. Ad ipsos terminos testibus & auctoritatibus firmat Mascard. *tract. probat. conclus. 347. nu. 16. & conclus. 348. num. 48. Tib. Decian. respons. in terminis respons. 47. numer. 60. vol. 5.* In terminis etiam factiq; contingentia comprobat Io. Vincent. Honded. *consult. 19. num. 29. vol. 1 atque post Bald. Specul. Alex. & alios sentit Ioan. Petr. Surd. consil. 105. num. 17.* Et quod ponenti præiudicet positio, ita vt nec postea processu ventilato, reuocare quod antea posuit, possit, DECIDIT Rot. Roma. vt est apud Verallum. *decis. 141. part. 1.* de hoc vltimo videatur *seq. consideratio.*

Verum proinde fatetur, quod ponit, sicuti etiam ex recentioribus post alios affirmant (*cum D. Gall. num. 6.*) Mynsing. *respons. 25. num. 23.* M. Ant. de Amat. *Rot. Prouinc. March. decis. 1. nu. fi.* Francisc. Monald. *cons. 42. num. 14.*

Quinimo ponens cōstringitur, quod ponit, affirmare, antequam aduersarius cogatur respondere. *post gl. Bald. Iason. Papiens. Grauat. & Marant. tradidit Ioan. Petr. Surd. Mant. decis. 58. num. 11.* Et hinc pro-
10 didit † stylus in concipiendis libellis articulatis obseruari solitus, vt libellans articulos positionales exhibeat his verbis coniunctim, ponit & dicit, verum, Setzet/vnd sagt wahr.

Limitatur quod diximus, ponentem censeri confessum a se articulata, vt non
11 procedat † in positionibus negatiue per modum exceptionis formatis. Diserte in facti terminis respondit Robert. Marant. *consi. 89. ibi. tamen* (inquit) *quādo quis format articulos per modum exceptionis, incipiendo prius a negatiua, non videtur fateri, ea qua in exceptionibus ponit, propter negatiuam præcedentem.* glossam, Bart. Isern. & Ias. citat. Huius limitationis diuisio tenet illas positiones, quarum initium apud nostrates est his verbis, Aber wahr/gantz ohne. Dixi etiam de hoc positionum genere *infr. conclus. 81. num. 22.* Addatur huic limitationi videndus Fulu. Pacian. *tracta. probat. libr. 1. cap. 51. numer. 44. inde aliquot seqq.*

Declaratur Gaillii aliorumque relata traditio, dum docent, in positionibus factam confessionem aduersus ponentem & pro responsuro probare, vt non obtineat, quando aduersarius ipse eiusmodi † confessioni contradixisset, quia 12
tunc pro cōtradicente postea haud probat. Nuncupatim ita declarat *post Bartol. Paris. & alios Mascard. tract. probat. conclus. 348. num. 49.* vbi communem dicit esse scribentium opinionem.

Amplia hanc declarationem, vt hic contradicens seu negās, se fundare non possit super negata positione, nec in prima, † nec in secunda instantia. *auctorita-* 13
te Ruini Ant. Gabr. Rom. lib. sent. 6. titul. de reg. iur. conclus. 1. nu. 10.

Declaratur ampliatio, vt vera sit, dummodo respondens integre totam positionem negasset, secus vbi separabile aliquod eiusdem positionalis exemisset, seu acceptasset, in acceptato vel exempto quippe respondens † fundamentum 14
iacere potest. *in ipsis terminis respondit M. Ant. Pereg. consi. 92. nu. 14.* Declarationes plures ex traditis Fuluij Pacia. *tract. probat. cap. 17. libr. 1.* colligi possunt.

Meminisse etiam hic oportet, non semper in Cam. Imp. positionum exhibitionē † concedi: nam quando libellus 15
summarius seu nō articulatus in principio propositus esset, positiones postea fieri haud permittitur. Ita ordinatum *in Recess. Imperii de Anno 70. §.* Wiewol auch.

ARGVMENTVM.

Confessio in positionibus facta an, quando, & quatenus reuocari possit.

SVMMARIA.

1 *Confessio facta in libello post litis contestationem reuocari non potest.*
2 *Ponens positionibus factam confessionem reuocare nequit.*
3 *Nisi positiones nondum sint de actis.*
4 *Vel reuocatio in continenti fiat.*
5 *Ponens si de errore docere possit, licite reuocat.*
6 *Etiam casu quo positiones sub iuramento dandorum produxit.*

7 Super

7 *Super facto proprio tamen ponens errorem si alleget, non est audiendus.*

8 *Neque confessio deliberate facta, termino in id præstituto, reuocatur erroris prætextu.*

9 *Confessio etiam geminata in positionibus facta reuocari potest de errore, probatio si induceretur.*

10 *Positionum declaratio admittenda.*

11 *Ante tamen conclusionem in caussa, an post.*

12 *Confessio persuasu aduersarij facta, etiam postquā conclusum in caussa, reuocatur.*

CONSIDERATIO I.

1 Siquidem nec confessio in libello † facta post litis contestationem reuocari queat. *Mascard. post alios tradit de probatio. conclus. 368. num. 6.* (iuxta tamen declarationes eiusdem Mascardi. *num. 7. & seqq. aliquot.*) *Vest. Prax. Roman. cap. 16. sub num. 1. lib. 5.* mirū non est, ponenti, quem positiones affirmasse diximus proxime supra, quod antea affirmauit, iam infìciari non permittatur, vt leuitatis quodammodo præbeat symbolū, iudicium ad tempus pro libitu eludendo, aduersarium defatigando, &c. Optimum igitur & hinc prodidit iuris placitum, ponen-
2 tem † positionibus factā confessionem non posse reuocare. *Dn. Gaill. num. 6. concurrit in idem Francisc. Monald. consil. 42. sub num. 14. Mascard. tract. probat. conclus. 1176. num. 9.*

Declaratur primo, quando corrigere intenderet ponens, antequam de actis
3 positiones † essent, vt quia nondum a iudice ad acta receptæ, tunc enim reuocatio admittetur. *Mascard. tract. probat. conclus. 1176. num. 12. Anton. Grauat. ad Vest. lib. 16. sub nu. 17. vers. verum te admonitum esse.*

Subdeclaratur, quamuis iam ad acta receptæ essent positiones, adhuc nihilo-
4 minus reuocatio, si in continenti † fieret, permitteretur, *Mascard. tract. probat. conclus. 1176. num. 13.*

Declaratur secundo, vt etiam reuocatio ponenti adhuc integra sit, quan-
5 do per errorem se posuisse † edocuerit, *sic in specie & auctoritate fretus Purpur. Marian. Socin. & Iason. ex professo docet Mascardus. tracta. probatio. conclus. 368. numer. 15.* cui sententiæ & adhęret Dom. Gaillius. *num. 7.*

Ampliatur primo dictum hoc Gaillii & ceterorū, vt etiam procedat, quamuis iuramentum † dandorum esset præ- 6
stitum, & sub illo iuramento positiones essent productæ, atque ita affirmatæ. *ita post Staphil. extendit Mascard. dict. conclus. 368. sub num. 15.*

Declaratur non modo dictum illud Gaillii de non reuocando, nisi de errore probato, sed & ampliationem nō obtinere, quādo ponens voluerit errorem allegare † super proprio facto a se posito, nam nō audiretur. *ex Iasone sentit Mascardus. conclus. 368. sub numer. 15. versi. hoc sublimites.* Et huc facit, confessionem deliberate † factam, termino in id dato, 7
non reuocari prætextu erroris. *Anton. Grauat. in addit. Prax. Vest. libro quinto, capit. 16. post numer. 16. vers. sed hoc vnum. Mascardus tracta. probat. conclus. 645. numer. 2.*

Ampliatur secūdo declaratio secunda, vt adhuc error in positionibus allegatus (vel etiam in respōsionibus datus) reuocari possit, docto de errore, quamuis † geminato error idē super eodem 8
commissus esset, *dilucide probat Ioan. Wamesius, in cap. cum caussam. 62. sub num. 7. de appellationibus.*

Pro coronide obseruandū, vt quamuis reuocationi non esset locus, declaratio † tamen positionum nihilominus 9
esset recipienda, etiam elapso ad articulandum & probandum termino. *ita diserte post gloss. Ioan. Andr. Butr. Aret. Socin. Natt. & alios respondit Ioan. Petr. Surd. consil. 288. num. 11.*

Quamuis conclusione iā facta † eius- 10
modi declarationis licētia prærepta existimetur. *ad not. Afin. Prax. Florent. §. 19. cap. 23. num. fin.*

Confessio vero persuasu † aduersarii 11
facta etiam post conclusionem in caussa reuocari posset. *Ant. Grauat. ex Ias. & Bald. in addit. Vest. Prax. Rom. lib. 5. cap. 16. nu. fi.*

Quid in respondente † sit iuris, an & 12
ille responsionem semel datā possit reuocare, monuimus infr. *conclus. 82.*

ARGVMENTA.

I Iuramentum dandorum & respondendorum, an, & quando præstandum.

II Iuramẽtum dandorum vel respondendorum præstare recusans, quibus subiugetur pœnis.

SVMMARIA.

1 *Iuramentum dandorum & respondendorum, nisi exactum fuerit, non tenentur præstare litigantes. & nu. 3.*
2 *Licet statuto caueatur, iurandum esse de calumnia, tamen a parte non petitum & omissum, processum non vitiat.*
4 *Iuramentum dandorum actor seu ponens, priusquam Reus respondendorum præstare tenetur.*
5 *Iuramentum hoc, viua voce in iudicio non petitum, iudex licite omittit.*
6 *Exactum autem in quauis caussa regulariter præstandum.*
7 *Etiam in caussis summariis.*
8 *Non tamen in caussis matrimonialibus.*
9 *Nec si de calumnia iam antea iuratum sit, hoc iuramento opus est.*
10 *Iuramentum vel dand. vel respond. præstare recusanti quæ pœna.*
11 *Iuramentum respondendorum præstare recusans, non habetur pro confesso in caussis fractæ pacis.*
12 *Iuramentum dandorum & respondendorum per procuratorem mandatum in hoc speciale habentem, recte præstatur.*

CONSIDERATIO II.

IVramentum positionum, quod vulgo a Practicis Germaniæ dandorum, & respondendorum nuncupatur, de iure nec communi, nec Ordinat. Camer. non requiritur, vt præstetur, nisi ab altero partium † exigatur. De iure communi expresse sentit Menochius, *de arbit. iud. quæst. 20. num. 5. 6.* vbi post Pract. & Vant. scribit, iuramentum calumniæ (de quo pluribus *infr. conclus. 48.*) a partibus tacite posse remitti, nec partem ad eius præstationem teneri, nisi ab aduersario petitum sit. Ibidem, quamobrem, vt processus infirmetur, petendum est a parte iurari debere. In tantum (*ex eiusdem Menochii sententia*) vt quamuis statuto † ordinatum esset, de calumnia iurandum esse, adhuc petitio aduersæ partis requiratur. *de Ordinat. Camer. Imper. est text. part. 3. tit. 15.* 1 2

Petitum † igitur vt præstetur, vtrinque præstandum est. *Ordin. Camer. dict. part. 3. titul. 15.* Et sic declarandum est primo, quod dixit Dominus Gaillius, positiones esse exhibẽdas, sub iuramento dandorum, & illis respõdendum sub iuramento respondendorum. 3

Et quidem actor, † seu ponens primus debet iurare, positiones esse veras, antequam Responsurus iurato respondeat. *Grauat. ad Vestr. in prax. Roman. libro quinto, capit. 14. sub numer. 16. vers. ceterum tunc scias. nuncupatim etiam tradit Fern. Vasquius in nouiss. controuers. quæst. cap. 25. numer. 32. Vincent. Carot. de iurament. litis decis. quæst. princ. 13. nu. 5.* 4

Declaratur secundo, notabiliter etiam, vt ad solam in scriptis factam petitionem de præstando hoc iuramento, illud iuramentum † iniungere non debeat iudex Cameralis, nisi etiam viua voce exactum seu petitum esset. Ita Decreto generali Camer. Imper. cautum Anno 93. nouissime autem Anno 1600. *in Recess. Deputat. in* §. Es ist auch. constitutum est, necesse haud esse, vbi vnde in productis, nõ vero viua voce, præstatio illiusmet iuramenti exacta esset, iudex postea præstatione a partibus neglecta, post conclusionem in caussa iubeat articulos vel responsiones sub illo iuramẽto repeti: nisi iudicis arbitrio aliter visum fuerit. 5

Extenditur, vt in quauis caussa † regulariter exacta præstatio huius iuramenti facienda sit. Menochius *de arbit. indic. quæst. 20. per tot. nuncupatim. num. 3.* vbi in specie etiam in caussis arbitrariis, beneficialibus, sola facti veritate inspecta commissis, probat. 6

Exactum item hoc iusiurandum positionum etiam in caussis † summariis præstandum esse docet Asin. *in prax. Florent. §. 3. cap. 30.* accedit nouissime Reusnerus, 7

nerus. decis. 15. numer. 22. lib. tertio. Quamuis autem Reusnerus *dict. consil. 15. sub numer. 22.* concedat ex Henning. God. in
8 caussis † matrimonialibus etiam iuramentum calumniæ hoc dandum & respondendum præstari. Ipse tamen amplecterer potius sententiam Ioachim. a Beust. *tractat. de sponsal. capit. 25.* vbi monet, partes seorsim grauiter admonendos, vt veritatem dicant, cum comminatione, si aliter compertum fuerit negotium se habere, quam narratum & responsum sit, carcere vel alia pœna absque mitigatione irremissibiliter coerceri debeant, & ita sub promissione iuramenti, vulgo, An Eides statt / narrationem & responsionem faciant. Licet & hæc promissio satis animæ periculosa sit, cum apud Deum inter simplex verbum & iuratam assertionem, nulla sit differentia. Ipsique etiam litigantes, maxime minoris scientiæ & sortis homines, parui nonnunquam eiusmodi promissionem æstiment. Et an in criminalibus dixi alibi.

Declaratur tertio, quod diximus, iuramentum dandorum, vel respondendorum exactum, præstandum esse, vt
9 procedat, quando iam ante † post litis contestationem præstitum non esset iuramentum calumniæ: vbi autem præstitum fuisset, secundo opus non est iurari, sed sufficit articuli repetantur vigore iam ante præstiti iuramenti calumniæ. Ita in Sacra Camer. Imper. DECISVM esse duabus vicibus, scriptum exstat *in commentar. ad Ordinat. Camer. part. 3. cap. decimo quinto, §. in hoc quarto termino. per Magenhorst. edito. & iterum in Paralipomeno Ordinatio. Camer. ad titul. decimum quintum; eundem per Thilman. de Benign. public.*

10 Coercetur † recusans præstare hoc iuramentum, & ponens, & responsurus.

Ponens quidem, vt caussa se cecidisse, sentiat, si actor ab actione, si reus ab exceptione.

Responsurus autem, vt articuli, super quibus iurandum erat, pro confessatis accipiantur. Videatur Curtius. *repetit. in titul. de iureiurando, propter calum. §. quod si actor. Anton. del Re, Tiburt. tract. de iuram. calum. cap. 14.* vbi latissime declarando prosequitur.

Declaratur seu limitatur, quod diximus, articulos in contumaciam noniurantis, pro confessatis acceptari, vt fallat in caussa fractæ † pacis. Ita DECISVM in Camera Imper. testatum habemus apud Thilman. de Benign. *Pent. 4. Obseru. 48.* 11

Declaratur item, vt quamuis regulariter iuramentum Dandorum & Respondendorum principalis ipse obnoxius sit præstare, responsionesque dare (*ad not. infra Conclus. 82. Consid. 2. numer. sexto.*) nihilominus tamen per procuratorem, speciale in hoc habentē mandatū, recte iurari & responderi possit. diserte ita declarat Fuluius Pacianus. *tract. probat. capit. 48. numer. 13. 14. libr. primo. Franciscus Monaldus consil. 5. numer. septimo.* Videantur inferius. *Conclus. 83. consideratione prima.* Iudex tamen quin ex caussa regulæ huic strictim queat insistere, nihil habet dubii. *ad not. eiusdē Pac. num. 16.* 12

ARGVMENTVM.

Positionibus respondere recusanti, quæ sint præstitutæ coerciones.

SVMMARIA.

1 *Positionibus respondere contumaciter recusans, incurrit pœnam confessatorum.*
2 *Etiamsi non in totum, sed perfecte respondere detrectet.*
3 *Respondere per iudicem iussus, moram purgare haud poterit.*
4 *In respondendo contumax, si antea in iudicio comparuit, pro confesso habetur.*
5 *Secus est, si nunquam comparuit.*
6 *Nisi iudex, contra partem non comparentem, geminam citationem, sub comminatione confessatorum, emiserit.*
7 *Ad confessatorum pœnam infligendam, requiritur, vt ipse principalis personaliter citatus, & de respondendo monitus sit.*

8 *Respondere detrectans, vt pro confesso habeatur, requiruntur tria, & quæ.*
9 *Contumacia non respondentis in termino accusari, & super pœna confessatorũ declaratoria peti debet.*
10 *Positionibus respondere recusans in criminalibus, non habetur pro confesso.*
11 *Nec in caussis fractæ pacis.*
12 *In purgationum caussis aliud obtinet.*
Defensionales licet in contumaciam non respondentis ex Constitut. pac. public. agentis pro confessatis habeantur. eodem numero.
13 *Confessatorum pœna non habet locum, si libellus sit ineptus, vel positiones de iure non admittenda, notorie falsa, implicite conscriptæ. nu. 14. 15.*
16 *Super positionibus quibus quis respondere noluit, se fundare non potest.*
17 *Actori ad defensionales respondere nolenti, denegatur audientia.*
18 *Ex non respondentis contumacia exsistens præsumta confessio, probationem cõtrariam admittit.*
19 *Sententia ob malitiam lata grauior est ea, quæ fertur ob contumaciam.*
20 *Probatio tamen illa contrarii, circa factum præsumtiue probatum, non contra fictam iuris confessionem admittitur.*

CONCLVSIO LXXX.

Recepta iuris exsistit conclusio, positionibus contumaciter non respõdentem
1 regulariter incurrere † pœnam confessatorum, seu positiones in sui contumaciam haberi pro confessatis. Firmatur conclusio tex. *cap. 2. de confessis. in 6. ibi si reus, vel procurator ipsius positionibus ab aduersario sibi factis, interrogatus, iussusque a iudice respondere, absque rationabili caussa recuset, aut nolit, aut contumaciter se absentet, haberi debet super his de quibus in iisdem positionibus interrogatus exstitit, pro confesso.* Auctoritate, Cyni & Romani conclusionem in specie construxit Ioan. Petr. Surd. *consi. 360. numer. 44. Ferrar. Montan. de iud. praexercit. lib. 2. cap. 3. versi. porro vt positiones.* Plures allegassem, textus nisi adesset clarus.

Ampliatur conclusio, vt non modo prorsus recusans positionibus pro confesso habeatur, sed † etiam, qui perfecte 2
respondere recusat. Ita ampliat, auctoritate Belloni & Lalli, Anto. del. Re Tiburt. *tract. de iuramen. calumn. cap. 14. numer. 73.*

Ampliatur secundo, quod nec huic, cui per iudicem terminus ad respõdendum præfixus esset, moræ purgatio † cõ- 3
cedatur, effluxo hoc termino. *ita post Angel. Imol. & Ludouic. Roman. docet Barthol. Socin. tract. fallent. regul. 331. incip. mora. fall. tertia, secundum nouam Colon. impressionem.*

Limitatur primo conclusio, & proxime præcedens ampliatio, vt procedat in recusante, qui iam in iudicio † com- 4
paruit & respondere iussus est, vt innuunt diserte verba citati. *capit. 2. de confess.* non vero in eo, qui nunquam † compa- 5
ruit. Ita apertiss. text. *in cap. statuimus. 2. de confess. in 6. ibi verum, si antequam respondere sic iussus fuerit, eum contumaciter absentari contingat: tunc pro confesso non debet haberi, sed est alias contra eum tanquam contra contumacem procedendum.*

Declaratur hæc limitatio, vt non obtineat, quando iudex non comparente parte, geminatam † emiserit citatio- 6
nem, sub comminatione, vt nisi comparuerit respõsurus positionibus, pro confesso haberi debeat. Sic in propriis terminis sequutus Butrium, Alexandrum, Romanum & Parisium, respondit Ioannes Petrus Surdus, *consil. 360. numer. 29.* Ita etiam visus est sentire Masuerius *in prax. titul. de probatio. sub numer. 32. versic. & ideo est melius, vt iterum adornetur cum comminatione, quod si non compareat, articuli partis aduersæ habebuntur pro confessatis.* reiecta dissentientis Abbatis opinione. Et hæc quidem notabilis est declaratio ad Gailii *numero secundo, versic. secundo.* relatæ distinctionis posteriorem casum.

Subdeclaratur proxima Declaratio, vbi ipse principalis † responsurus esset 7
personaliter citatus, non vero ipsius procurator. Ad hoc enim, vt contumax in non respondendo habeatur pro confes-

confesso non sufficit ipsum procuratorem monitum de respondendo & citatum esse, sed requiritur citatus & monitus ipse sit Principalis personaliter. Ita DECIDIT Rot. Prouinc. Marchiæ, *vt est apud M. Anton. de Amat. decis. 74. numer. secundo*. Et in discursu, eandē subdeclarationē admittit etiam Rott. Genua. *de Mercat. decis. 161. sub numer. 11. & numer. 12.* vbi iuxta eandem inter cetera IVDICATVM esse scribitur. Hæcce subdeclaratio etiam studiose asseritur per Rot. Lucens. *ceu est decis. 156. incip. in caussa de Rubeis (& est decis. vlt. Lucensis, in nouis decis.)* vbi quod sic IVDICATVM in eadem Rota sit per Franciscum Monaldum. Et ibidem *num. 6.* ex Baldo adducitur, quod ad hoc, vt contumax in non
8 respondēdo positionibus, habeatur pro confesso, † tria concurrere debeāt. Primo, positiones fuisse contumaci prælectas & intelligi datas. Secundo, quod sit iussus & monitus respondere per iudicem in præsentia, non vero per nūtium in absentia. Tertio, quod contumaciam suam non possit expensare. Et his Rota illustrat nominatim remissionem a Domino Gaillio. *numero quinto*, ad Baldum factam. Quinimo illemet Monaldus *in consil. suo. 4. numer. 6.* idem in terminis facti respondit, recensendo etiam eadem requisita.

Aduertat tamen pars ponens circa hanc declarationem & subdeclarationem, vt contumaciam ipse in termi-
9 no † accuset, instetque interlocutoriam seu declaratoriam super pœna confessatorum ferri. *ad notata Rot. Gen. De merc. decis. 161. num. 11. Videatur Cacheran. Pedemont. decis. 3.*

Limitatur conclusio secundo in cri-
10 minalibus: in his enim † respondere positionib. recusans, nō habetur pro confesso. *in terminis facti respondit Mynsing. respons. 21. num. 10. & ponit Anton. Capic. Neapol. decis. 60. num. 2.*

Limitatur tertio conclusio in caus-
11 sis † fractæ pacis: in his enim articuli pro confessatis non habentur, ex DECISIONE Cameræ Imperialis, de qua nuncupatim adseuerat Mynsing. *obseru. 52. cent. 3.*

Licet in purgationum † caussis secus 12
sit, ceu ibidem Mynsingerus. *dict. obseruat. 52.*

Declaratur tamen iterum, vt quidem limitatio, in articulis conuentionalibus vera sit, non vero defensionalibus. Defensionales enim pro confessatis in contumaciam non respondentis ex constitutione fractæ pac. agentis in Sacro Camerali Iudicio habentur, *teste Thilman. de Benign. Obseruat. pract. part. secunda. Obseru. 35.* vbi, quod sic Ann. 1580. IVDICATVM sit, refert.

Limitatur conclusio nostra quarto, quando libellus esset ineptus & positio-
nes † de iure non fuissent admittendæ. 13
Mascard. tract. probat. conclus. 1177. num. 76. 77. & 78.

Limitatur quinto conclusio, positio-
nes quando essent notorie † falsæ. *post* 14
Curt. Mascard. tract. probat. Conclus. 1177. num. 75.

Accedunt his aliæ plurimæ congerendæ limitationes, ex sequente Conclusione, vt quando positiones ita es-
sent † implicite, &c. conscriptæ, vt re- 15
spondens absque periurij periculo difficile verosimiliter respondere non posset. *Ioannes Petr. Surdus Mantuan. decis. 196. numer. 8. & 12.*

De pluribus hic agendum non erat breuitati studentes.

Sane iussus respondere positionibus,
sed recusans, super iisdem † se fundare 16
non potest. *post Alexan. Socin. & alios tradit Ant. Gabr. Rom. libr. sent. 6. tit. de regul. iur. conclus. 1. num. 11.*

Sic vbi actor defensionalibus † rei ius- 17
sus respondere recusaret, denegatur sibi audientia, donec responderit. *in specie Nicol. Reusner. decis. 15. num. 23. lib. 3.*

Vter vere, actor primum defensionalibus, an reus conuentionalibus, responsioni dandæ obnoxius sit, prosequitur post alios Beninten. Bonon. *decis. 32.*

Cum autem (vt obiter Coronidis vice subiungamus) non modo tacita seu
præsumta confessio non excludat † pro- 18

bationes contrarias, sed saltē onus probandi in hunc tacite confessum reiiciat. *Anton. Peregrin. de iure fisc. libro secundo, titl. 1. numer. nono.* sed & sententia, stante statuto, quod contumax pro confesso haberi debeat, admittat probationem coram eodē iudice in contrarium, vt infinitis probat auctoritatibus *Prosp. Farinac. tracta. crim. quæst. 11. numer. sexto.* mirum haud est, si & contumaci in respondendo facultas cōtrarium probandi indulgendum sit, quemadmodum (vltra Dominum Gaillium, *num. 5.*) tradunt nominatim Anton. Peregr. *de iure fisc. libr. 2. tit. 1. numer. 10.* & auctoritate nisus Butrij, Imol. Aret. & Alciat. ex professo adseuerat Menoch. *2. præsumt. 79. numer. nono.* (quia in præsumtione extense docet, non adeo grauem esse sententiam ex contumacia latam, quam ob malitiam.) Huic accedit & Farin. *d. quæst. crim. 11. num. 7.*

Dicunt tamen Doctores, quando, vt diximus, responsuro contrarium probandi potestas indulgetur, non admitti probationem contra fictam cōfessionem a iure inductam, sed admitti pro-
20 bationem contrariam † circa factū probatum per illam tacitam confessionem. *Ita ex Iasone notat Anton. Peregrin. d. tit. 1. sub num. 10.*

ARGVMENTVM.

Positiones in contumaciam non respondentis, quando pro confessatis declarantur, an contumacis requiratur ad audiendum eiusmodi declaratoriam, citatio.

SVMMARIA.

1 *Pœna confessatorum declaratoriam requirit.*

2 *Citatione tamen aduersæ partis ad audiendam declaratoriam non est opus.*

CONSIDERATIO I.

PRæsuppositа veriore illa opinione, qua Doctores contendunt, senten-
1 tiam requiri † declaratoriam ad hoc, vt positiones contumacium pro confessatis haberi cum effectu possint, quam, *post Lanfran. de Orian. Cyn. Felin. Salycetum,* ita Bononiæ fuisse IVDICATVM esse testificantem, Bal. & Iacob. de Aren. concedit Mascard. *tract. probat. conclus. 1177. sub num. 71. vers. & sententiam interlocutoriam.* Proinde nec in heredes contumacis pœna transit *auctoritate Lanfran. Anton. del Re Tiburt. tracta. iurament. calum. cap. 14. sub num. 42. ad finem. Vide conclus. 86.* Insurgit quæstio, an hic † contumax 2
ad audiendum declarari positiones pro confessatis sit citādus, nec ne? Dn. Gaillius *nu 7.* arbitratur, citandum haud esse. Cui sententiæ adstipulatur etiam *post Ioan. de Imol.* Bapt. Asin. *in Prax. Florent. §. 7. capit. 5. limitat. 85.* & multos ad comprobationem congessit auctori consentiens Gabriel. Roman. *libr. sentent. secundo titul. de citatione, conclusio prima, numero 380.*

ARGVMENTA.

I Articulos positionales impertinentes non admittendos esse.

II Impertinentes item & pertinētes esse articulos, vnde dignoscatur, & quid in huius diiudicatione iudici obseruandum sit.

SVMMARIA.

1 *Articuli positionales impertinentes a iudice non debent admitti.*

2 *Nec interrogatorium impertinens.*

3 *Adeo vt ab impertinentis articuli admissione, parti aduersæ appellatio concedatur.*

4 *Nec testes super impertinenti recepti quicquam probant.*

5 *Impertinentes, ne quidem cum clausula, saluo iure impertinentium, &c. admitti debent.*

6 *Positionem impertinentem negans, non patitur expensarum condemnationem, etiamsi postea contrarium probetur, non obstante statuto, quod in expensis condemnaretur negans articulum, qui postea probantur.*

Impertinentes, etiā stante statuto, omnem probationem sub impertinente clausula recipiendam, non admittendi. eod. nu.

7 Modo

7 *Modo omnino, & in totum sint impertinentes.*
8 *Idque notorie appareat.*
9 *In dubio vel cum impertinentia altiorem indaginem requirit, sub clausula, saluo iure, &c. admittendi sunt articuli.*
10 *Quod generalis practica & stylus omnium curiarum recepit.*
11 *Positio negatiua in dubio etiam admittenda est.*
12 *Interrogatoria quoque in dubio admittenda.*
13 *Articuli pertinentes nec ne sint, vbi dubitatur, sine clausula, Impertinentium & non adm. admitti haud debent.*
14 *Pertinentes dicuntur articuli, qui caussæ saltem per consequentiam, vel præsumtiue, vel cum aliis iuncti adminiculantur. & nu. 15. 16. 17.*
18 *Articuli etiam de iure dantis, & præsumtiue calumniosi, in dubio admittendi.*
19 *Articuli non verisimilia continentes: quatenus admittendi.*
20 *Negatiua positio quando admitti debeat. & nu. 21.*
22 *Negatiuam an pars ponens probare debeat vel non. & nu. 23.*
24 *Practica in concipiendis positionibus negatiuis.*
25 *Articuli impertinentes sunt, qui caussæ nullo modo adminiculantur.*
26 *Positiones rei impertinentes admittendi, si actores tales antea admissi fuerint.*

CONCLVSIO LXXXI.

QVEMADMODVM Iudex articulos pertinentes ex regula iuris (ceu in specie respondit Ioan. Vincentius *Honded decis. consult. 18. numer. 19. volum. 1. ex leg. si duo patroni. §. idem Iulianus. ff. de iureiurand.* auctoritateque Cephali firmans) ad probandum recipi debet, ita
1 e contra Articulum positionalem † impertinentem nō esse a iudice admittendum, Doctorum concors exsistit conclusio. Post alios Mascardus *tract. probat. conclus. 1177. num. 4.* sed idem Mascardus, *conclus. 132. numer. 1.* in specie conclusionem firmat, & auctoritate Bald. Castr. Dec. Curt. senior. Neuiz. Purpur. & Grammatici respondit Menoch. *consil. 701. num. 24.* sicuti nec interrogatorium impertinens † admittitur, de quo infra. 2
conclus. 95. considera. 2

Ampliatur primo, vt si iudex impertinentem admiserit, pars † aduersa ap- 3
pellare possit. *Mascard. tract. probat. conclus. 132. sub num. 1.*

Ampliatur secundo, quod nec testes
super † impertinentibus articulis rece- 4
pti quicquam probent. *post Bald. & Alex. Francisc. Viu. Neapolit. decis. 400. num. 29. & ex Bart. Ias. Asin. & Neuizano, in terminis respondit Menoch. consi. 701. num. 26.* Et huc spectat, quod respondit Crauet. *consil. 901. num. 11.* impertinentium articulorum admissionem etiam reuocari probationibus peractis.

Ampliatur tertio, vt nec cum † clau- 5
sula, Saluo, impertinentium & non admittēdorum iure, articuli eiusmodi impertinentes recipi & ad probandum admitti, sedante omnia discuti pertinentes nec ne sint, debeant, *ita velle gloss. & plures alios refert Mascard. conclus. 132. num. 2. & sentire Dec. Purpur. cum aliis adducit Menoch. consil. 2. sub numer. 362.* Et hanc ampliationē visus est admittere Mynsing. *obseru. 90. cent. 2. ibi melius ageret iudex si tali cautela (saluo impert. &c.) non vteretur, sed prius super impertinētibus, & antequam testes examinarentur, disceptaretur, quod certe partibus ipsis magis expedire palam est, ne tot immensis sumtibus exantlatisque laboribus vexentur, dum super impertinentibus testes recipiuntur, & deinde (erogata tamen prius pecunia) an articuli, & receptæ super eis probationes reiici debeant, discutitur, &c.* Et ita (inquit Mynsing.) memini OBSERVATVM fuisse in pluribus caussis, & conueniunt notata per Anton. Peregr. *consil. 82. nu. 15.*

Extenditur primo hæc tertia ampliatio, vt nec pars impertinentem articulum negans in expensis condemnetur, quamuis postea verū non fuisse eundem probaretur, stante † statuto, quod negās 6
articulum, si deinde veritas eiusdē probetur, in expensis debeat condemnari. *ita dilucide ex Ancharano scripsit Bapt. Asin. Prax. Florent. §. 19. cap. 12. per tot.*

Extenditur secundo ampliatio, vt li-
6 cet † statuto esset cautum, omnes probationes debere admitti, sub clausula, impertinentium, & nō admitti iure saluo, adhuc impertinentes articuli non forent admittendi. *ita post Imol. Iason. & alios Mascardus tracta. probat. conclus. 132. numer. tertio.* Et quamuis Curtius senior. *consil. 71.* visus sit, velle sic stante statuto indistinctè omnes articulos fore admittendos, dixit tamen Menochius *consil. secundo, sub num. 362.* hoc non procedere, quando vere de impertinentia constaret.

Declara hanc ampliationem, vt pro-
7 cedat, quando omnino † essent impertinentes, non quando aliquo modo † essent impertinentes, non quando aliquo modo caussæ adminicularentur. *Mascar. tract. probat. conclus. 132. sub nu. 2. vers. intellige tamen.*

8 Item, quando notorie † de impertinentia appareret. Impertinentes enim notorie articuli neutiquā, nec sub clausula, Saluo, impert. admittentur. In specie respondit post Grammat. Neuizan. Mynsing. & Asin. Menoch. *consi. 630. nu. 12. idem Menoch. in 2. respons. caus. Finariens. art. 6. nu. 3. in terminis etiam statuit Francisc. Monal. consi. 38. nu. 1. & in discurs. tot. consil.* Etiamsi statutario iure, omnes articulos sub dicta clausula, Impertinentium, &c. ordinatum esset: Nam nec hoc casu notorie seu vere impertinentes admitterentur, sicuti supra circa extensionem ampliationis tertiæ monui. & disertissime comprobat Asin. *Prax. Floren. §. 19. cap. 19. per tot.* Item, quando latiorem indagatio impertinētiæ requireret tractatum. *Crauet. consi. 901. nu. 9.*

9 Item, quando dubium esset, pertinentes, an ne sint: tunc enim sub relata clausula, ne modus præcidatur probandi, veniunt admittendi. *crebrius dicit in specie receptum Menoch. consi. 2. sub nu. 362. vers. attamen disputat.*

Et quod in dubio articuli sub clausula impertinentium, & non admittendorum, admittendi, sint ad respondendum & probandum, autumat Franciscus Marc. *Delph. decis. 564. sub numer. secundo. tom. primo.* Et in ipsis terminis articulos in dubio admittendos esse, auctoritate Decii, Ias. Host. Imol. Menoch. Cæphal. Rolan. a Vall. respondit Ioannes Vincentius Honded. *consult. 18. numer. 22.* subditque *num. 23.* de generali † practica totius orbis, quādo dubium 10
est, articuli pertinentes, an nō sint, cum clausula, impertinentes, & non admittit articulos recipi, discussione in finem caussæ reseruata. Citat in hoc Guid. Pap. Purpur. Menoch. Curt. Bursat. & Asinium. Sic & Ioannes Petrus Surdus in ipsis respondit terminis, omnia capitula in dubio esse admittenda. *secundum Host. Ioan. Andr. Ias. & Dec.* Imo stylum omnium iudiciorum seruare, quod capitula seu articuli indistinctè admittantur saluo impertinent. & non admittendorum. *ex Curt. in leg. secunda. §. quod obseruari. Cod. de iureiurand. & Curt. senior. Neuizan. Alciat. Roland. & Menoch.* Sic, inquam, Surdus. *consil. 164. numer. quinto.* In terminis item, articulos positionales in dubio esse admittēdos, respondit Tiberius Decian. *respons. 75. num. quarto, volum. 3.*

Extenditur, ꝙ asseruimus, in dubio positiones esse recipiendas, vt etiam in positione † negatiua idē iuris obtineat. 11
nuncupatim ex neotericis Fulu. Pacian. tract. probat. cap. 38. num. 15. lib. 1.

Sic & interrogatoria † testium in du- 12
bio veniunt admittenda. Ex Imola & Abb. Grauat. ad Vest. *libr. 3. capit. 5. sub num. 12. dixi etiam aliis auctoritatibus. infr. conclus. 95. num. 6.*

Dixi sub clausula illa, Impertinent. & non admittend. in dubio recipi articulos debere. Sine enim † illa met clausula 13
receptio eiusmodi censetur minus iuridica. *ad not. Francisc. Monald. consil. 38. numer. 26. 27. 28.*

Arbitrantur autem pertinentes † es- 14
se articuli, qui caussæ adminiculantur. *Franciscus Marcus Delphin. decis. 718. numer. 12. volum. primo, & decis. 566. num. 10. eod. vol.*

Adminiculari autem dicuntur, si quoquo modo directe, vel † indirecte 15
ad caus-

ad caussam conferant. *ex Bald. Corn. & Dec. Crauett. consf. 901. num. 8.* & vno ore, seu communiter Doctores, sentire ex Bart. Bald. & aliis scribit Menoch. *consil. 2. nume. 364.* & concedit Vincent. de Franch. *Neapol. decis. 220. nu. 11.* Communem etiam laudat Ioan. Vinc. Honded. *consilio 18. num. 20. vol. 1.*

16 Quamuis etiã præsumtiue † ad caussam tacerent. *Menoch. tract. præsumt. 56. n. 1. & per tot. lib. 1.* & quidem ex leui præsumtione. *dixit Tib. Decian. resp. 75. sub nu.*

17 *2. vol. 3.* Necnon, si cum aliis † iuncti ad caussam saltem conducerent. *ex Bald. Corn. Ias. & Ripa respondit Crauett. consf. 901. sub nu. 8.* Vide plura huc spectantia mox sub Ampliatione.

Ampliatur iam primo, quod diximus, articulos in dubio esse admittẽdos, quã-

18 uis essent de iure dantis †, & præsumtiue calumniosi. *c. licet caussam. vers. per excogitatam malitiam. de prob.* vbi Fauentini ad probandum admittuntur, licet contra eos præsumtio staret calumniæ. Per hunc text. & auctoritate Baldi & Abbat. hæcce ampliatio approbatur *in Practicabilib. Rotæ Roman. rubr. prima. quæ est de articulis obiectiuis. num. 146.* post Decisionum Romanarum nouissimarum partem secundam impressis.

Ampliatur secundo, vt etiam articuli

19 † verisimilia non continentes sint admittendi, modo verisimilitudo illa saltem sit magna, non vero maxima. *ita ex l. fin. quod met. causs. &c. quia verisimile. de præsumt. in d. pract. Roman. Rotæ sub citato numero 146. vers. & quamuis.* maxima vero vbi esset inuerisimilitudo articuli, nisi præuia cognitione, ad probandum admittendi haud forent: sicuti ibidem ostenditur. Vide seqq. conclus. vbi quod aliquando etiã impertinentibus de præsenti articulis sit respondendum.

Negatiua etiam positio, an admittenda sit, licet disceptent varieque exponant Doctores, inter omnes, quẽ viderim, nouissime Fulu. Pacian. *tract. probat. capite tricesimooctauo, libro primo.* cum

20 tamen eiusmodi est, vt † probari possit, admittenda est. *post Hercul. Menochius de arbitr. iud. cas. 485. Mascard. tractat. probationum, conclusione 1177. numero tricesimo primo, tricesimotertio.*

Sic etiam, quando positio negatiua † 21 implicite factum affirmatiuum contineret, ex Ægid. Bellam. refertur. *in dict. practicabilib. Rom. Cur. tit. 1. nu. 133.* admittenda venit.

Quinimo in dubio negatiua positio ad respondendum admittenda erit. *dixi sup. sub num. 11.*

An autem ipsa pars ponens † negati- 22 uam positionem (vt hoc obiter referã) probare debeat, vel non, controuertunt nonnulli. *noue Ayrer. hist. process. c. 4. obs. 6. n. 32.* qui, quod probare teneatur, cõtẽdit.

Sane positio negatiue concepta a ponente probãda † haud esset, quãdo præ- 23 sumtio pro ponente, & contra aduersarium staret. Vt si ponẽs, affirmatiue poneret, se credidisse aduersario centum, & postea negatiuam positionem subiiceret, solutionem scilicet sibi factam esse, verum non esse, & in similibus. Hinc inoleuit practica † in concipiendis eiusmodi positionibus negatiuis apud exer- 24 citatiores Aduocatos, quod ponant, **Aber/ setzet wahrr/ gantz ohne/ das** &c. Videatur Rob. Marant. *consf. 89. & supra etiã cõcl. 79. sub n. 10.* Quamuis enim negatiua, ab allegante regulariter sit probanda. de quo fusissime Ant. Gabr. Rom. *lib. sent. 1. tit. de probat. conclus. 6. noue Mascard. tractat. probat. conclus. 1091.* & magis ad præsentes terminos nouissime Fulu. Pacian. *tract. probat. cap. 38. lib. 1.* Hæc tamen regula inter cetera fallit, quando quis allegaret, aduersarium id, quod ex contractu sibi incumbebat, nõn fecisse, vel compleuisse. *Hartm. Pist. lib. quæst. iur. 1. quæstione 22. num. 2.* & diserte ex modernioribus statuit Vincent. Carot. *tract. locat. & cond. tit. negatiua probanda. nu. 3. part. 3.* Sed de hoc suo loco exactius.

Impertinentes † igitur ex relatis cõ- 25 stat (vt contrariorum contraria sit disciplina:) esse articulos, qũando ex eis caussæ nihil adminiculatur, siue directe, siue indirecte, siue præsumtiue, ita vt confessati, vel aliter probati ponentem non iuuent. *ex Baldo respondit Crauett. consilio 5. numer. 18.* Et huic accedit Menoch.

conſ.2.ſub nume.364. idem Menoch. conſil. 701. numero 23. vbi in hoc Iaſonem, Pariſ. Alciat. & Craue. citat. Satis congrue etiam adducit & exornat aliorum auctoritate Vincent. de Franch. *Neapolit. deciſ. 220. num. 10.* & his adſtipulatur Vincent. Honded. *conſilio decimooctauo, numero 11. vol. 1.*

Coronidis vicem ſuſtineat, quod ex Decio refert inducitque Tiber. Deci-
26 an. *reſponſ. 41. num. fin. vol. 3.* Rei † articulos, quamuis impertinentes, eſſe admittendos, ſi actoris impertinentes articuli iam admiſſi eſſent, ęqualitatis in iudicio ſeruandæ ergo.

ARGVMENTVM.

Articulos ad probandum admittendos eſſe, quando declarat iudex, an aduerſarius ad audiendum declarari, citandus ſit, quid itē in proferenda interlocutoria reiiciendorum articulorum.

SVMMARIA.

1 *Articulorum in admiſſione decernenda requiri citationem partis contra quam.*
2 *Contrariam opinionem alii tenent.*
3 *Diſſidentium opinionum conciliatio vna, & altera diſtinctione tentatur.*
4 *In declaratoria non admittendorum articulorum, idem obtinet.*

CONSIDERATIO I.

ARTICVLORVM admiſſio, cū ſit pręiudicialis aduerſario, concludunt
1 Doctores, eiuſdem requiri † citationem ad tempus, quādo admiſſio eſſet decernenda, ſeu de admittendis articulis interloquendum. Multorum auctoritatibus, longa ſerie recenſitis, cōcludit Maſcard. *tract. prob. concl. 131. n. 1. & 2.* Sibi ve-
2 riorem & communem eſſe opinionem, teſtatur.

Contrariū Baptiſta Aſin. *in prax. Flor. §. 7. c. 5. limit. 31.* & huic ſententiæ ſubſcribit etiam Dn. Gaill. *num. 17.*

3 Sed quo diſſidentes hæ opiniones †, diſtinctionis fœdere recōcilientur, poſteriorem opinionem procedere, duob. his concurrētibus. Primo quod pars, cōtra quam, articulos admittēdos eſſe, declaratur, iura ſua, quare articuli admittendi non eſſent, appoſuiſſet; ſecundo, quod generalis ad totā cauſſam, omneſque actus iudiciales citatio præceſſiſſet. *Aſin. dict. §. 7. capite 5. limitat. 100.* viſus eſt velle. Quinimo Maſcard. *cōcl. 131. n. 4. 5. 6. 7.* firmando eandem, huic conciliationi auctoritatem in ſpecie præbuit.

Cōciliationem aliam admouit Fulu. Pacian. *tract. prob. c. 58. n. 40. Aut quærimus* (inquit) *an citatio ſit neceſſaria, quādo iudex profert interlocutoriā expreſſam, circa admiſſionē, vel non admiſſionem capitulorū, & tunc verius eſſe videtur, vt citatio partis fieri debeat. Aut quærimus, an, quādo iudex tacite pronuntiat, id eſt, ſimpliciter procedit ad vlteriora, ſit pars citanda, & tunc videtur verius, vt citatio non requiratur.* Hæc Pacian. *lib. 1.*

Quod iuris erit ſtatuēdum in declaratoria admittendorū †, idem etiam nō 4
admittendorum articulorū obtinebit: vtrobiq; quum eadem militat ratio, & vtrūq; coniunxit Pacian. *d. c. 58. ſub n. 39. l. 1.*

ARGVMENTVM.

Poſitionibus quibus, & qualiter ac quomodo reſpondendum ſit.

SVMMARIA.

1 *Poſitioni qualicunque in dubio reſpondendum.*
2 *Etiamſi dubitetur, pertinens ſit, nec ne.*
3 *Poſitioni partim vera, partim falſæ reſpōderi debet.*
4 *Verum an in totū negari poſſit, quæritur?*
5 *Si qualitatem contineat in totum negari poterit.*
6 *In camera tamen Imp. diſtinguere, & quatenus veram credat reſpondens, declarare tenetur.*
7 *Sin quantitatem contineat, reſpondere debet de quanta ſumma credat.*
8 *Niſi ponens proteſtatus fuiſſet ſe minorem, quam in poſitione ſpecificaſſet ſummam nolle recipere.*
9 *E contra vbi libello, vel poſitionali adhæreret clauſula: ſi non credit de tota, reſpondeat de quanta, &c. tunc enim de quanta credas, reſpondendum erit.*
10 *Modo deſcendat vſq; ad minimum.*
11 *Poſitioni quantitatem continenti, creditor ignorans*

CONCLVS. LXXXII.

1 POSITIONI cuicunq; † regulariter respondendum esse, recte concludi, suadet text. *c. si post præstitum. 2. de confess. in 6. ibi. Positionibus ab aduersario factis, respondere recuset, aut n[...]t. &c.* idemq; sentire Iasonem, *in l. qui iurasse. §. si pater. ff. de iureiur.* refert Ioan. Petr. Surd. *Mant. dec. 22. num. 4.*

Ampliatur cõclusio ex traditis *in præ-*
2 *ced. conclus.* etiamsi dubium † esset, pertinens sit, nec ne positio.

Ampliatur secundo, vt positioni in parte veræ, & in parte falsæ †, etiam re- 3
spõderi debeat. Quæ quidem ampliatio ex sequentibus distinctionibus mẽbratim firmatur declaraturque.

Sed an in totum † negari positio e- 4
iusmodi partim vera, partim falsa queat, acerrimæ quæstionis est: vtrinq; stantibus opinionib. Nam, vt dixit Ant. Gab. Rom. *lib. sent. 2. tit. de expensis. conclus. 2. in princ.* hæc quæstio adeo intricata est, vt vix discerni queat, vtra opinio cõmunior sit. (*sicuti & ex Gabri. retulit Pacian. tractat. probatio. capite 18. sub nume. 5. lib. 1.*) & disputabilem esse, ex Masuerio, retulit Thessaur. *Pedemont. decis. 231. numero 1.* Affirmantium sententiam magis communem esse testatur Gabr. *d. l. ante num. 8. vers. tenendo primam.* hancque nuperrime sustinere visus est M. Ant. de Amat. *March. Prouinc. dec. 58. n. 7.*

Declaratur dicta affirmatiua opinio, vt procedat in positione † qualitatẽ cõ- 5
prehendẽte: qualitas enim vbi ponitur, licet in parte vera, in parte vera non sit, tota negari potest. *Ita (cum Dn. Gaill. n. 19.) arbitrantur post Bart. Angel. & Alex. Iasfred. Balb. decisione 218. & sentit Soarez. thes. sent. lit. T. num. 288. & diserte post multos antiq. Gabr. Rom. lib. sent. 2. tit. de expens. concl. 2. num. 20.*

Subdeclaratur proxima declaratio, vt non procedat in Consistorio Principali maxime in Sacro iudicio Imperiali: in hoc enim positioni † qualitatẽ con- 6
tinenti respondendum est, licet partim vera, partim falsa sit: tota vero negari nõ potest, sed in qu[...] sui parte vera sit, respõdendũ erit. Ita subdeclarat in specie An. Thessaur. *Ped. dec. 231. ante n. 5. vers. cõtrariũ tamen.* vbi testatur iuxta eandem Sen. Ped. IVDICASSE. Quinimo nũcupatim eiusmodi subdeclaratio in Camera Imp. iam olim DECISIONE recepta est, *teste Mynsing. obseru. 55. cent. 2.* vbi videtur sentire indifferenter, nullam positionẽ partim veram, partim falsam, totam negari debere; Et hanc sententiam vti veriorem, & Christiano homine digniorem laudat. Et hæc est notabilis declaratio ad dicta Gaillij. *numero decimonono*, vt

non procedant in Summo illo Imper. consistorio.

7 Quantitatem vero continentem † positionem in parte veram, in parte falsam, in totum negari non posse, fatentur Dd. & tradit Dn.Gaill. *nu.17.* admittunt item Iaffred. Soarez. & alij supra allegati. *vers. declaratur dicta affirmatiua.* His accedit Hieronym. a Laurent. *Auixion. decisione 35. sub numero nono, vers. ego autem iustius esse puto, & humanius, vt teneatur reus de parte fateri cum vere eam debeat.*

Declaratur hoc primo, vt fallat, quãdo ponens protestatus fuisset, se nolle
8 partem † habere, seu recipere. *ita nominatim declarat post But. & alios Fulu. Pacian. tract. prob. c.18. n.9.*

Declaratur secundo, vt quod diximus, positionem quantitatis partim veram, partim falsam, in totum negari non posse, sed respondendũ de quanta summa credat, sit intelligendum procede-
9 re, dum † petitum esset, vt responsurus, si totam positionis quantitatem nõ credat, quantam credat, respondeat. *Dn. Gaill. num. 18.*

Subdeclaratur hæc Gaillij traditio primo, vt recipienda non sit, nisi simul
10 fuerit adiectum, quod si non † credit de tanto, seu de tota summa, respondeat de quanta, seu de parte integræ, descendẽdo vsque ad minimum. *ita in ipsa specie auctoritate Cumani, Ias. Gallianl. Alciati. Felin. & Mansuerii probat Ioan. Petr. Surd. Mant. decisione 58. nume. 10. & ita etiam post alios resoluit Ioseph. Lud. Perusin. decis. 51. sub nume. 6. part. 1. addatur Fulu. Pacian. tracta. probat. c.18. n.16. lib.1.*

Subdeclaratur secundo præcedens declaratio seu Dn. Gaillij traditio, vt ob-
11 tineat, quando responsurus † certus esset, quantam debeat actori summam, secus vbi dubitaret. Quandoquidem vbi esset in præsumta ignorãtia, an esset debitor, & in qua summa, tunc licite totum negare poterit, non obstante, quod in aliqua parte debitor esset, quia ratione ignorantiæ, in parte debita in mora constitui non poterit. *sic nominatim declarat Ioseph. Ludou. Perus. dec. 51. n. 8.* Pluribus exornatum reliquit inter moderniores Fulu. Pacian. *de prob. c.18. nu.9. & seqq.* vbi late commoditates, & vicissim incõmoditates respõsionis super positione quãtitatis resultantes prosequutus est.

Limitatur iam primo conclusio, vt nõ procedat in positione criminosa †: huic 12
enim ad instantiam partis respondendum non est. *Franc. Marc. Delph. dec. 789. n. 3. 5. vol. 2. Mynsi. cons. 21. n. 16.* & cõmune esse Doctorum placitũ ex Curt. & Sal. refert Mascard. *de prob. concl. 1177. nu. 60.* vbi etiam aduersus Bar. ex Iasone veriorem dixit. Dixi ad instantiam partis. Iudex enim, positionibus respondeat reus, cogere potest ex se. *ita ex Natt. Aretino, & aliis in specie Osasc. Pedem. decis. 66. n. 11. cui adstipulatur Ant. del. Re Tiburt. tract. iuram. cal. cap. 14. num. 77.*

Ampliatur, hæc limitat. siue positio crimen directo contineat, siue tale quid positum sit, quod indirecte † crimen cõ- 13
tineat. *ex Innocen. Florẽtinum velle testatum habemus in practicabilib. Rotæ Rom. tit. 1. qui est de articulis obiect. n. 148. impress. post nouiss. decisionum Rot. Roman. p. 2.* & IVDICANDO approbauit eandem ampliationem eadem Rot. Rom. in vna Caputaq. *vt est in decis. 749. incip. productis iam remissoriis p. 3. lib. 3. in nouiss.*

Fallit limitatio primo, quando respõsurus iam ante crimen † confessus, vel 14
de eo condemnatus esset. *ita ex Innocent. Aegid. Bellam. Roman. dec. 274. vers. secundo quod si dicatur confessus.*

Fallit secundo, quãdo criminosa positio fuisset solum ad effectum iudicij † 15
dilatãdi facta. Exemplum in excommunicato, cui, quando ad effectum dilatandi iudicium obiicitur, respondere cogitus. *ita ex Rom. & Spec. Mascard. tract. prob. concl. 1177. n. 64.*

Fallit tertio, quando responsurus, alias locupletaretur † cum aliena iactura, 16
si nimirum respondere positioni criminosæ recusaret. *Mynsing. obseru. 92. nu. 3. cent. 6.*

Fallit quarto, quando positio illa criminosa concerneret tantum † pecunia- 17
rium incommodum. *ita ex Gozadin. dixit Ant. del. Re Tiburt. tract. iuram. cal. c. 14. n. 79.*

Videatur item super hac limitatio. 1.

Pacian.

Pacian. *tractat. probat. cap. 17. numer. 52. & seqq. lib. 1.*

Limitatur secundo conclusio, vt nimirum positioni, ex qua respondens in
18 periurium † incideret, respondendum nõ sit. auctoritate freti Speculatoris IVDICARVNT Domini de Rot. Roman. *in vna Caputaq. ceu est decis. 749. num. 3. partis tertia, libro 3. in nouissim. & sentit Ioan. Petr. Surd. Mant. decis. 17.* vbi *per tot.* ratione euitandi periurij, probat, positionibus aduersarij, quos nos vulgo dicimus De-
19 fensionales † non teneri actorem respõdere, quando ipse actor antea contrarias sub iureiurando dederat positiones.

Huc referenda & illa conclusionis li-
20 mitatio, qua dicitur, positioni, cui † respondendo in contrarietatem incidimus, respondendum non esse. *Ioan. Petr. Surd. Mant. dec. 196. num. 11.* nec positioni captiosæ. *ad not. Fulu. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 53. num. 52.* de quib. infra remissiones dedi.

Limitatur tertio conclusio, vt non
21 procedat in positione iuris † communis scripti. In specie limitationem ex recentioribus cum Dn. Gaill. *num. 13.* probant Mynſ. *obser. 88. cent. 5.* Nam nec ipse ponens iuris positionem probare tenetur. *post alios Mascard. tract. prob. concl. 1177. n. 49. & admittit Fulu. Pacian. de prob. lib. 1. cap. 52. num. 14.*

Ampliatur limitatio, vt nec positioni
22 iuris statutarij † scripti respondendum sit: nam & hic eadem militat, quæ in positione iuris communis scripti. *nuncupatim hanc ampliationem induxit post Bart. & Bald. quos refert Francisc. Curt. tract. de posit. concl. 13. n. (mihi) 111.*

Declaratur eiusmodi ampliatio, vt
23 procedat in positione iuris statutarij † particularis, illius, scilicet, loci, vbi positiones producuntur, non vero, vbi de alterius loci statutario iure positio facta esset. *ad notat. Mascard. tract. proba. concl. 1177. num. 58.*

Subdeclaratur: modo articulatũ hoc statutum volumini statutorum sit insertum. Extrauagans quippe statutum cũ
24 probandum † veniat, positioni etiam eiusdem extrauagantis respondẽdum erit. *ita Fulu. Pacian. tractat. probat. libr. 1. cap. 52. numer. 15.*

Plures limitationes non refero: siquidem ordine ex professo reperiãtur collectæ illæmet apud Curt. *d. tract. Mascard. tract. proba. conclus. 1177. & nouiss. Ant. del. Re Tiburt. tract. Iuram. calum.* Qui triginta limitationes collegit, quo studiosus cursum petere posset, ne propositi tramites excessisse videar.

Sciendum pro coronide, vbi dubia esset data positionibus responsio, an pro ponente, an vero respondente faciat, in
fauorem respondentis † esse interpre- 25
tandam. *in ipsis terminis post Dec. Parif. Alexandr. Alciat. Menoch. Romanum. Ioan. Pet. Surd. Mant. decis. 291. n. 24. Fulu. Pacian. tract. prob. c. 17. nu. 25. & 35. lib. 1.*

Quinimo ab ipso † respondente du- 26
bia sua responsio interpretari & declarari potest. *Ioan. Petr. Surd. d. decis. 291. numero 27. auctoritate inter alios Beroi, & Tiber. Deciani. idem respondit Crauett. consilio 384. numero 9. & consilio 455. numero 14.* Extenditque Surd. *d. l. ex Ruino,* illammet responsionum interpretationem, non modo ante acceptatam responsionem a ponẽte factam, sed & post acceptationem fieri posse. Egregia huc confert Doctorum sententia, notatu dignissima: Ex responsione positionibus data argumen-
tum † haud sumi licere a contrario sen- 27
su aduersus respondentem. *Scite admodũ in specie docet, & graphice exornat Osasc. Ped. dec. 178. nu. 7. 8.*

Et notabiliter, *d. decis. 178. n. 6. & seqq.* ostendit Osasc. vt si ad positionem eiusmodi, Pono Titium ratificasse spõte, responsio hæc data a Caio esset: *Non credo, me ratificasse sponte:* ex hac responsione inferri neutiquã posse, Caium confessum esse, ratificasse se, quamuis non sponte, sed vtrumq; & ratificationem, & sponte factam, negatam esse censendum sit. Et ita pluries in Sen. Ped. IVDICATVM esse testatur idem Cacher. *ad d. dec. finem.* Assentitur huic sententię Cacherani nuncupatim Alex. Raud. *de analog. c. 19. n. 81.*

Est igitur optima traditio, ex respõsio-
ne † negatiua qualificata, ipsum factum 28
non censeri confessum, seu ex respõsio-

ne hac negatiua qualificate facta, non resultare confessionem affirmatiuã implicitam. Sicuti Cacher. *numero 7. 8. 9. 10. 11.* multis firmat. Aduertat autem circa hoc studiosus, me industrie verbum RATIFICASSE præposuisse aduerbio qualitatis SPONTE, vt sic negatiua proxime præcedat verbum. Statuunt enim nonnulli differentiam, an negatiuam proxime sequatur verbũ, vt hic, RATIFICASSE, an vero aduerbium, vt hic SPONTE. Primo casu non importet affirmatiuam implicitam. Posteriore vero importet. Cacher. *d. dec. 178. n. 12.*

29 Hinc etiam illa manet Doctorum traditio, quod positio continẽs aliqua verba † principalia, & dispositiua, & aliqua alia enuntiatiua, & responsum illi esset, per verbum credit, confessum saltem esse respondẽtem, dicendum sit, verba illa duntaxat principaliter posita, non vero etiam enuntiatiua. *Francisc. Viu. Neap. decis. 370. num. 5.*

30 Positioni super filiatione † an, &, quãdo, & quomodo respondẽdum sit, Afin. *prax. Florent. part. 2. §. 1. cap. 163.* declarat.

ARGVMENTVM:

Simpliciter per verbum credo, vel non credo, an semper respondẽdũ sit, vbi etiã, quæ dicatur categorica, & quæ hypothetica responsio.

SVMMARIA.

1 *Positioni simpliciter, & categorice respondendum, quando & quatenus procedat.*
2 *Responsio categorica qua:*
3 *Hypothetica responsio, qua & vnde dignoscatur.*
4 *Positioni simplici, simpliciter respõdendũ.*
Positioni duplici, aut qualificatæ, dupliciter, aut qualificate respondendum.
6 *Simplex etiam dicitur responsio, cui ex natura actus necessario proueniens conditio, adiecta est.*
7 *Respõsionem duplicem, seu dubiam iudex ex iusta caussa, vt quia positio captiosa, &c. admittit.*
8 *Respõdere per æquipollens sufficit, licet statuto simplex responsio per ver. credo, vel non credo, requiratur.*

CONSIDERATIO I.

NIHIL in iudiciis frequentius est circa responsionis insufficientis exceptionem, quam quod simpliciter, & categorice non sit responsum; abutentes nonnunquam doctrina Dn. Gaillij. *n. 2.* dum scribit, *responsiones ad positiones pure, & simpliciter per verbum credo, vel non credo, fieri debent.* Sicuti & Ordin. Cam. *part. 3. tit. 15.* præscriptum est, simpliciter per verbum *credo, vel non credo,* responderi debere: ita, vt si pars articuli vera credatur, pars vero non, distinguendum a respondente sit, quid verũ, vel minus credat. Quẽadmodũ etiam Generali Decret. *An. 1579.* prouisum, vt responsiones, sub conditione, si sufficiant, factæ, recipi haud conueniat. *adnot. Dn. Denais. in Synop. iur. Cam. lit. R. §. Responsiones.*

Aduertẽdum igitur, hanc Gaillij doctrinam † non vsquequaq; indifferenter, 1 seu pure & absolute procedere. Et quo studiosus, quid in hoc statuendũ sit, percipiat, considerandum est, categoricam dici responsionem, in qua subiectum & prædicatũ habet principales partes sui, ita vt respondere † categorice, nihil aliud sit, quam respondere eo modo, quo 2 facta fuit interrogatio, seu positio. Exemplo res clarior fiet. Positio est. *Pono Titium sponte ratificasse testamentum prohibitionem legitimæ continens.* Hic categorica dicitur responsio, cum Titius respondet, vel simpliciter, *credo,* vel *non credo, ratificasse;* vel adiecta qualitate, *non credo sponte ratificasse.* Eo enim modo, quo positio concepta erat, responsio data est. Vbi autem Titius † ad relatam positionem 3 respondisset: *Si ratificaui testamentum, ignoraui prohibitionem legitime fuisse in eo factam:* aut, *si ratificaui, ad id coactus fui,* dicitur hypothetica respõsio, seu minus categorica: quia responsio positioni non conuenit simpliciter, scilicet non respondendo, ad id, quod positio affirmabat. Et dignoscitur hypothetica respõsio, si facta esset per dictiones, *Sicut,* & similes.

Consideratio hæcce, per se satis practicabilis, collecta exsistit ex doctrina Osasci Pedem. *dec. 178. num. 3.* & post illũstrantis

ſtrantis Alex. Raudenſ. *tract. de analog. ca. 19. num. 76. 77.*

Ex his ſatis ſplendide relucet, ſimpliciter quidem reſpondendum eſſe, poſi-
4 tioni † ſimpliciter formatæ; non æque vbi poſitio eſſet duplex, vel qualificata;
5 nam & ſufficit, etiã dupliciter †, & qualificate reſponderi. *diſerte in terminis nuncupatim auctoritate Alex. Alciat. Socin. Baldi. Sayſel. Ripæ & Boſſii ſcribit & docet Oſaſc. d. dec. 178. n. 4. & addendo his Marc. Aquilanũ. & Bapt. Aſin. idem approbat Alex. Raud. d. c. 19. num. 78.*

Extenditur, vt adhuc duplex vel qualificata reſponſio ſufficiens exiſtimanda ſit, quando poſitio duplex, vel qualificata eſſet, licet ſtatuto vel ordinatione, poſitionibus ſimpliciter debere reſponderi, conſtitutum eſſet. *ad egregie notat. Fulu. Pacian. tract. prob. c. 21. n. 20. 29. l. 1.* Simpliciter etiam dicitur facta reſponſio, etiã-
6 ſi conditio † adiecta ſit ex natura actus neceſſario proueniens. *aſſecurante poſt Alciat. Raudenſ. d. loc. num. 80. Pacian. d. cap. 21. num. 27.*

Poteſt etiam ex cauſſa iudex dupli-
7 cem, ſeu dubiam reſponſionem † admittere, vt quia poſitio eſſet captioſa, vel etiam reſpondens eſſet idiota, ruſticus. *ad not. Aſin. Prax. Flor. §. 19. c. 18. limitat. 4. Fulu. Pacian. d. cap. 21. num. 33. verſ. de ſimplicitate*
8 *vero.* Per æquipollens † etiam data reſponſio ſubſiſtit. *Aſin. §. 19. cap. 25. num. 1.* Vbi quod adhuc eiuſmodi reſponſio per æquipollens recipienda vt ſufficiens ſit, quamuis ſtatutum reſpõſionem per verbum credo, vel non credo, requirat.

ARGVMENTVM.

Reſpõſio ad poſitionem, inſtrumenti tenorem continẽtem, an ſufficiat, ſi ſimpliciter facta eſſet, per verbum credo, prout in inſtrumento. Et an eiuſmodi reſponſione indifferenter approbatio contentorũ inſtrumenti inducatur.

SVMMARIA.

1 *Dubia vel obſcura reſponſio legibus inuiſa.*
2 *Reſponſio, credo prout in inſtrumento cõtinetur, ſufficiens eſt.*
3 *Quando per hanc reſponſionem poſitio cẽſeatur affirmata, vel negata, & quatenus inſtrumenti contẽta per eam approbentur. num. 4.*
5 *Reſponſio negatiua, an reuocari queat, remiſſiue.*
6 *Reſponſio regulariter per ipſum principalem facienda.*
7 *Fallit vbi in remotis ageret dominus.*
8 *Ruſtici adhibito procuratore, & inſtruente aduocato reſpondent poſitionib.*
9 *Et idiotæ, quamuis ciues.*
10 *Nec non & mulieres.*
11 *Quid vero vbi de ſagacitate, vel conſtaret indici liquido, vel dubitanter.*
12 *Procurator poſitionibus data reſponſione, vt præiudicare poſſit, ſpeciale neceſſum eſt habuerit mandatum.*

CONSIDERATIO II.

QVAMVIS dubia, † obſcura, am- 1
phibologica &c. reſponſio legibus inuiſa ſit. *Alexand. Raudenſ. reſponſ. 39. numero 57. vol. 2. & ſunt vulgatiſſ.* Et proinde ſimplex, ſeu categorica, *de quo præced. conſid.* requiratur; ſufficientem tamen exiſtimant eam, quæ ſit per verba, credo †, 2
prout in inſtrumento tenetur. Dn. Gaillij. *numero vigeſimoquarto.* Relatæ ſententiæ aſſentatores etiam exſiſtunt Dn. Mynſing. *obſeru. 86. cent. 1.* vbi multis auctoritatibus firmat. Et in Camer. Imper. eiuſmodi reſponſionem ſæpe ADMISSAM eſſe, teſtatum reliquit. Et idem Mynſing. *obſeru. 81. numero ſeptimo, cent. 6.* ſcribit, talem reſponſionem quotidianam praxin in omnib. fere iudiciis obſeruare.

Ex hac reſponſione relatiua reſultat
† affirmatio, ſi inſtrumenti tenor poſi- 3
tioni conuenit; ſicuti etiam e contra, vbi in inſtrumento contenta poſitionis non comprehenduntur, negatio inducitur; poſitioni enim reſpondendo, ſi quis dicat, credo, prout in inſtrumento, habetur poſitio pro negata, ſi in inſtrumento diuerſum a poſitione contineatur. *ita in ſpecie auctoritatibus Baldi, Romani. Decii, Gozad. & Pariſ. declarat. Ioan. Petr.*

Surd. Mantuan. decisione 291. numero decimosexto, decimoseptimo, pulcre Bertazzol. tractat. clausf. instrument. clausf. 5. gloss. 2. numero secundo. Vbi disertis scribit verbis, quod pars, respondendo positionibus per verb. *Credo,* prout in tali instrumento, non dicatur confessa, si in eo nihil ad propositum legatur, citans in hoc Bald. *ex l. 2. C. de error. aduocat.* Quandoquidem eiusmodi responsio limitata sit. *ex Romano, Decio, Corn. Curt. Iun. & Marsil. idem Bertazzol. sub eod. num. 2. stabiliuit.*

Considerandum tamen erit, non indifferenter ex responsione illa met, credo, prout in instrumento, inferri appro-
4 bationem † absolutam contentorum. Nam, quando instrumentum contineret aliquid, quod esset, ob defectum solennitatis, nullum, adhuc illa responsio, seu cōfessio nihil magis præiudicat, quā instrumentum. *ex Ruino consil. 294. adduxit Ioan. Petr. Surd. Mant. decis. 291. nu. 16.*

CORONIS.

Responsionem negatiuam ad positiones datam, an postea reuocare possit, & in affirmatiuam conuertere respon-
5 dens † sine periculo, exponit Ant. Gabr. Rom. *lib. sent. 6. tit. de reg. iur. concl. 1. Asin. Prax. Flor. §. 19. c. 10.*

6 Responsio, cum regulariter sit † facienda per ipsum principalem, non vero procuratorem. *ad not. Asin. in prax. Floren. §. 19. c. 18. nu. 3. Ant. Thess. Ped. decis. 17. num. 1.* quando nimirum principalis melius esset de facto informatus. *Benintend. Bononiens. decis. 24. num. 2. dixi item conclus. 79. consid. 2. nu. 12. videatur vero Mascard. tract. probat. conclus. 1176. numer. 57.* quæstio est, quando per procuratorem [illegible]eri possit. *Thessaur. d. loc. probat.* respo[illegible]deri recte a
7 procuratore, domino † in remotis agente, ita vt ei' copia difficulter haberi queat. Alias vbi haud difficulter reperiri principalis posset, procurator suis etiam impensis, non vero ponentis, principalem de in persona respondendo certiorem facere tenetur. *firmat nominatim Benint. Bonon. decis. 24. num. 1.* testaturque ita in ead. Rota IVDICATVM esse. Rusticus non, nisi adhibito procuratore, vel etiā aduocato instruente, respondere † tenetur. *Asin. d. cap. 18. nu. 4. Menoch. de arbit. iud. cas. 194. num. 77.* Et quamuis ipse Menochius in sagaci fallere declaret, in minus sagacibus tamen clare admittit. 8

Idē & idiotas † priuilegij habere, licet ciues essent, nil habet probabilis dubij. 9

Extenditur item & ad mulieres, vt etiam hæ non teneantur semoto procuratore vel aduocato † respondere. *Ioseph. Lud. Perus. decis. 81.* vbi ad finem se ita IVDICASSE testatum fecit. 10

Et quamuis sagacibus rusticis † & mulieribus velit vterq; Menoch. & Ioseph. Ludou. ex arbitrio iudicis hoc beneficij non indulgendum esse, satius tamen iudicantisque conscientiæ tutius fuerit, in dubio, vbi scilicet de sagacitate iudici vere non constaret, illis gratificari. 11

Periculosum quippe est, personales semoto aduocato rusticis imponere responsiones. Possem quidem ego notabilem casum, qui nō ita pridem in haud obscuro harum terrarum iudicio contigit, referre: quia vero exempla, quandoque etiam integerrimos solent offendere, supersedeo.

Omni vero casu, quando procurator ad respondendum positionibus admittitur, speciale † videtur requiri mandatum de respondendo positionibus, vt responsio domino noceat. *ex Socin. sen. & Rebuffo apponit Peregr. Iann. de cit. real. lib. 3. cap. 21. num. 128.* 12

DE IVRAMENTO CALVMNIÆ, ET MALITIÆ.

ARGVMENTVM.

Iuramentum calumniæ, an per procuratorem præstari queat.

SVMMARIA.

1 *Procurator ad iurandum de calumnia regulariter non admittitur.*

2 *Sed ipse principalis hoc iuramentum præstare tenetur.*

CONCLVS. LXXXIII.

PROCVRATOREM litis regulariter ad iuramenti calumniæ † præstationem nō admitti, *ex l. 2. §. fin. aūt sentit. gloss.* 1

gloss. in l. sed etiam. 12. verb. cogendum. ibi. Licet de calumnia non iuret. ff. de procurat. Et in specie nominatim dixit Ant. del. Re, Tiburt. *tract. iurament. calumn. cap. 16. numero 3.* & hunc intellectum amplectuntur etiam Domini Scab. Saxon. *vt est in Resolut. part. cas. 48. numero 1.* Et quod ipsemet † Principalis, non procurator, ius-
2 iurandum calumniæ, debeat præstare, pro regula ponit & firmat Barth. Socin. (si modo auctor est, quod negat Marian. Socin. Iun. *consilio 24. numero quarto, & consil. 74. numero vigesimoprimo, libro 3.* referente Menoch. *de recuper. possess. remed. 15. numero 322. & Clar. §. testamentum. quæstione 6. sub numero 3.*) *Fallentiarum tractat. reg. 257. in nouiss. Coloniens. impress. incipit. iurare de calumn.*

Fallit inter cetera regula seu conclusio, vt mox in consideratione. De aliis fallẽtiis relati Doctores videri poterũt, cum a scopo alienæ sint.

ARGVMENTVM.

Procurator vt de calumnia iurare permittatur, mandatum speciale requiri.

SVMMARIA.

1 *Procurator habens speciale mandatum, ad iurandum de calumnia admittitur.*
2 *Quoduis iuramentum speciale, imo specialissimum requirit mandatum. n. 3.*
4 *Generale mandatum cum libera &c. an sufficiat ad iurandum de calumnia.*
5 *Caussa super qua iurandum, an in mandato exprimi debeat, controuertitur.*
6 *Affirmantes.* } *referuntur.*
7 *Negantes.* }

CONSIDERATIO I.

FALLENTIAM regulæ a nobis supra firmatæ vnanimi consensu tradunt Doctores, quando procurator ha-
1 beret mandatum † speciale iurandi de calumnia. *text. express. in c. nullam. 3. de iur. calum. in 6.* Hanc fallentiam regulæ nuncupatim cõstituit noue Ant. del. Re, Tiburt. *tract. iuram. calum. capite decimosexto.* Et quod requiratur mandatum speciale de iurando de calumnia adducit Francisc. Marc. *Delph. decisione 687. numero primo, parte secunda.* Et ex Bartol. scribit Ioseph. Lud. *conclusione 30. numero vigesimo nono, Peregr. Iann. de citat. real. libro 3. capite 25. numero 161.* Vbi dicit, etiam generaliter procedere in quouis † alio iuramen- 2
to in animam principalis præstando. *Mynsing. obs. 99. ad finem. cent. 4. Fernand. Vasq. in nouiss. quæstio. controuers. capite vigesimoquinto, numero 16.* Nominatim fallentiam etiam firmat Fulu. Pacian. *tract. probat. capite 48. numero 12. libro 2.* Et idem in præstatione iuramenti dandorum, respondendorum. *dixi supra conclus. 79. considerat. 2.*

Extenditur fallẽtia, vt non modo requiratur speciale mandatum, sed specia-
lissimum. † *ex Rubeo Alex. tradit Ant. del. Re. d. tract. iuram. calum. cap. 16. num. 7.* atq; 3
specialiter mandetur iurare in animam principalis. Aperte idem del. Re *eod. cap. n. 31. & num. 42.*

Ceterum grauis reincidit quæstio, an non generale mandatum † cum libera, 4
quoad terminos præsentes, sufficiat, vt ita constitutus cum libera, iuramentum calumniæ præstare valeat, ac si speciale haberet de eo præstando mandatum? Et sane in confesso est, grauissimos nonnullos Dd. asserere, Mandatum eiusmodi generale cum libera tantæ energiæ esse, quantæ efficaciæ speciale in casibus speciale mandatum requirentibus. Legib. & auctoritatib. firmat Peregrin. Iannin. *tract. citat. real. lib. 3. cap. 21. numero 174.* Et hanc quæstionem in terminis mouit etiam nuper Fernand. Vasq. *in recentiss. controuers. cap. 25. num. 17.* & sub *num. 19.* resoluit, mandatum illud cum libera &c. facultatem iurandi de calumnia nõ tribuere. Rationes ibidem apud eum, cui libet, videri possunt. Et hanc sentẽtiam animæ constituentis esse salubriorẽ, nemo forte negabit, præmeditate scilicet potestatem iurandi in suam animam dantis.

An autem caussæ † in iudicio tractan- 5
dæ, super qua iurandum est, in mandato expressa mentio fieri debeat, controuertitur. *sicuti vltra Dn. Gaill. num. 3. aduer-*

tere Ioseph. Ludou. conclus. 30. sub n. 29. Ant. del. Re. tract. iuram. calumn. cap. 16. num. 15. Castrensis, Bart. Sebastianus Sapia, In-
6 nocent. & nonnulli alij † a citatis Doctorib. relati sentiunt, expressam requiri ventilandæ caussæ mentionem: & cum iis videtur pertransire Vasq. *in nouiss. q. controuersc. 25. n. 17.*

7 Alij contra, nimirum † Lucas Petus, Socinus, & glossella, & horũ sententiam communiter in praxi receptam esse testatur Ioseph. Ludou. *d. conclus. 300. nume. 29.* allegans Couarruuiam, Beroum & Paris. Idem adseuerat Ant. del. Re. *dict. capite decimosexto, numero 18.* vbi alios insuper citat.

Et hæc citra præsentem fallentiam pro nunc dixisse sufficiant.

ARGVMENTVM.

Iuramentum calumniæ an, & quando censeatur de substantia iudicij, atque proinde omissa eius præstatio processum annullet.

SVMMARIA.

1 *Iuramentum calumniæ regulariter nõ est de substantia processus.*
2 *Vnde tacite omissum non vitiat iudicialem processum.*
3 *Contrarium tenentes referuntur.*
4 *Iuramentum calumniæ exactum, est de substantia processus, secus est, si non exigatur. n. 5.*
6 *Quod tam in ciuilibus, quam criminalibus caussis obtinet.*
7 *Reuisionem cameralis sententiæ petens, iuramẽtum calumniæ aduersa parte instante, præstare tenetur.*
8 *Iuramẽtum calumniæ a parte petitum iudex remittere nequit.*
9 *Extra iudicium quidem expresse remitti potest: verum non in iudicio.*
10 *Quo tamen casu iudex partibus inuitis illud exigere potest.*
11 *Iuramentum calumniæ in initio litis scripto, vel in productis exactum, non præstitum an processum annihilet.*
12 *In iudicio feudali, dominus a vasallo, & vice versa, iuramentum calumniæ exigere nequit.*

CONCLVSIO LXXXIV.



IVRAMENTVM calumniæ regulariter † non esse de 1
iudicij substantia recte cõcludi, *text.* docemur *c. prim. de iurament. calumn. in 6. ibi. propter omissum quoque tacite in tota caussa calumniæ iuramentum, iudicialis † processus,* 2
alias factus legitime, non est nullus, nec etiam annullandus. Si tacite omitti potest iurã. calumniæ, de substantia, seu substantialibus iudicij nemo dixerit: quãdo enim aliquid pro substantiali processus requiritur, illud nec omitti, nec remitti potest. *ad Vant. de nullit. sent. ex defect. process. n. 9. cum concordantib.*

Contrarium, quod † immo de iudi- 3
cio, substantia & forma sit, velle Azonem, refert gloss. *in l. cum & iudices. 2. §. sed quia veremur. verb. remitti. circa med. C. de iureiurand. propt. calumn. dand.* Et huic contrariæ opinioni etiam suffragari Castrens. Mant. Bald. Alexand. Cyn. Vitalin. & nonnullos alios dixit Ant. del. Re. Tiburt. *tract. iuram. calumn. capite septimo, numero 3. 4. 6.*

Conciliationis fœdere distinguuntur contrariæ hæ opiniones, vt conclusio, seu negatiua sentẽtia obtineat, quãdo petitum † non esset ab altera parti- 4
um, affirmatiua vero, quando petitum exsisteret. Ita nuncupatim cõciliat, Ant. del. Re. Tiburt. *tractat. iuram. calum. capite 7. numero 7.*

Et in specie, iuramentum calumniæ ab altera partium † exactum, de substan- 5
tialibus processus esse, ita vt eius omissio processum, & sententiam annullet, ex professo inter moderniores scribit Frãcisc. Viu. *Neapolit. decis. 109. num. 1. Sebast. Vant. de nullit. sentent. ex defect. process. num. 29. & facit decis. Tholos. per Ioan. Corser. 114.* vbi quod CONCLVSVM fuerit, totũ processum corruisse, vt iudex ordinarius denuo habeat cognoscere. *& docet Carot. de iuram. lit. decis. quæst. 13. num. 6.* Conuenit Ordin. Cam. Imp. *part. 1. tit. 25.* vbi iuramentum hoc calumniæ, alterutro demũ partium petente, præstatur. De quo mox sub consid.

Ampli-

Ampliantur primo prædicta: iuramentum calumniæ præstandum saltem, vbi exactum ab alterutro partium esset, vt non modo obtineat in ciuilibus, ve-
6 rum etiam in † criminalibus. quemadmodũ in criminalibus diserte post multos docet Prosper. Farin. *quæst. criminal. 16.n.28.* de quo alibi exactius.

Sic etiam iuramentum calumniæ,
7 obire † tenetur per se, vel procuratorem Reuisionem Cameralis sententiæ petẽs, aduersa parte instante. *Recess. Deput. Anno 1600.* §. Vnd obwoll hiebey.

Ampliantur secundo: nam nec iuramentum calumniæ, ab altera partium
8 exactum iudex † remittere potest, quãuis summarie, de plano & arbitrio procedendi facultatem concessam haberet. Ita IVDICAVIT Rot. Roman. teste Put. *decisione 398.* quæ decisio in ipsis huius ampliationis terminis versatur. *adde Menoch. de arbitr. quæstione 20. sub numero 2.* & ex professo firmat post Asin. & alios Vincent. Carot. *de iuram. decis. quæstio. 13. num. 8. & 9.*

9 Ampliãtur tertio, vt quamuis extra † iudicium, per pactum iuratum calũniæ iusiurandum expresse remitti posse, ex professo contendat. *Fernand. Vasq. in nouissimis controuers. forens. capite 25. numero 1.*
10 tamẽ iudex nihilominus ex officio † inuitis partibus illud met iuramẽtum, si sibi vtile videretur, exigere possit, eodẽ Vasq. *d. loco* admittente.

Ampliantur secũdũ nonnullos quarto, vt quamuis iuramentum calumniæ,
11 in principio scripto saltem † in productis exactum, præstitum non esset, processus sententiaque annullentur. *Ita Viuius, Fernand. Vasq. & alii in seq. considerat. citatis* vbi de huius ampliationis veritate disseruimus.

Limitatur iam conclusio, vt in iudicio
12 † feudali, neque vasallus a domino, neque vicissim dominus a vasallo iuramẽtum hoc calumniæ exigere possit. ex Afflict. & Hartm. ab Epping. referendo visus est admisisse Borch. *de feud. cap. 1. sub nu. 40.* Alios insuper multos collegit Rosenth. *in Syn. feud. c. 12. §. 49. l. 6.* plures citat & hisce accedit Dn. Vult. *2. de feud. c. 3. sub n. 6. vers. quod autem modo allegatus text.* vbi videndum. Limitationẽ etiam hanc admittit Ant. del. Re Tiburt. *tractat. iuram. cal. c. 15. num. 423.* qui tamen satis parce & subobscure tangit.

Limitationes plures retulit Tiburt. *d. tract. c. 21. per tot.* Carot. etiam vnam atq; alteram affert limitationem *tract. iuram. dec. q. 13. n. 11.* quas omnes singulatim prosequi, quæsitæ prolixitatis argumentum forte esset.

ARGVMENTVM.

Iuramentum calumniæ in productis saltem scripto exactum, & nõ præstitum, processum an vitiet. Et quid item de iure nouiss. Camerali in hoc obseruetur.

SVMMARIA.

1 *Cautela per iuramenti calumnia exactionem, annullãdi processum, homine Christiano minus digna.*

2 *Iuramentum hoc, nisi viua voce in iudicio exigatur, iudex licite põt præterire.*

CONSIDERATIO I.

CAVTELAM (vt arbitrantur) vberiorẽ, licet, mea ceu fert sententia, syncero & Christiano homine minus † di- 1
gnam, tradunt nonnulli nostratium, vt pars, cui cordi est, processum annullare, atq; adeo iudicẽ & iudiciũ, si penitius cõsideres, eludere, in fine producti incidẽter petat iuramentũ calumniæ ab aduersario præstari, & postea (vt res est) subdole subticeat; non vlterius de præstatione instando. Huiusmodi cautelam, sequutus Iasonem & Ferrarium, tradit Franc. Viu. *Neap. dec. 109. nu. 2.* & auctoritate Iacobi Butr. Imolæ & Alexand. admittit Fernand. Vasq. *in nouiss. controuers. quæstio. cap. 25. sub num. 6. vers. adde, quod ex hoc cauti aduocati.*

Ceterum eiusmodi cautelam neutiquam esse recipiendam, recte alij censent. A quorum stat partibus & Dn. Gail. *n. 7.* Sed & hodie omnis hæsitatio sublata est in S. Camerali iudicio. Nã prêterquam, quod Ann. 1593. Communi Decreto constitutum est, iuramentum ca-

lumniæ tum demum, quando viua voce
2 † in iudicio exactum esset, præstandum fore: nuperrime in Recess. Deputat. *Spiræ elapso Anno 1600. habito.* Lege Imperij sancitum idemmet legitur. §. **Alß auch vnserer vnd der Ständt/ endtschiedt erfordert worden/** ob iuramentum calumniæ, **so allein in schrifften/ vnnd nit mündtlich begeret/ zuerstatten/oder preterirt werden mögte: So stellen wir es/ auß vorgehenden nottürfftigen erwegungen dahin/ das/ so fern das** Iuramentum **nicht mündtlich gesucht/ von dem Richter vberschritten/ vnd preterirt werden könne vnnd möge.**

ARGVMENTVM.

Iuramentum calumniæ an statuto, item consuetudine tolli queat.

SVMMARIA.

1 *Iusiurandum de calumnia iuris esse diuini, quidam magni nominis opinantur.*
2 *Sublato huius opinionis fundamento, contrarium affirmatur.*
3 *Hinc iuramentum calumniæ statuto, vel consuetudine tolli posse, concluditur.*
4 *Quod de iure ciuili, non etiam canonico procedit. n. 6.*
5 *Quæ ad introducendam hanc consuetudinem requirantur.*

CONCLVS. LXXXV.

SI iuramentum calumniæ iuris esset diuini, ceu scribit †
1 Bart. *in Extrauag. ad reprimendum. refert sequiturque Bartol. Put. Rot. Roman. decis. 398. ad fin. part. 2. item & Menoch. de arbit. iud. quæst. 20. n. 2.* Et huius etiam cum Menochio opinationis sunt nonnulli alij, in hoc per Ant. del. Re, Tiburt. *tract. iuram. calumn. c. 3. num. 10.* relati. Sane leuitatis, immo impietatis videretur symbolum, statuto vel consuetudine illudmet iuramentum tollere, atque ita legem Dei Altissimi contemnere. Nititur autem Bar. Menoc. & alij text. *Exod. cap. 22.*

Ceterum ipse, meum quod, misericordia Dei concessum, dictat iudicium, (vt hoc tantorum insignium Ictorum pace reuerenter dictum sit) cogi videor recedere ab illomet intellectu, quo docent, de iuramento † calumniæ illum locum accipi. 2 Si enim studiosus aduerteris, non de iuramento calumniæ, sed de purgationis iureiurando, locum illum intelligi debere, percipies: quandoquidem ibi, ex præscripto Dei, domus domino iurare iniungatur, se non extendisse manum in rem proximi, ad perpetrandam fraudem. Quo vero omnis dissipetur scrupuli nebula, text⁹ verba subiicere etiã libeat, antiquæ & vulgatæ editionis. *Si quis* (edicit Iehoua) *commendauerit amico pecuniam, aut vas in custodiam; & ab eo, qui susceperat, furto ablata fuerint; si inuenitur fur, duplum reddat: si latet fur, dominus domus applicabitur ad deos, (id est iudices seu magistratus.* Licet interim me haud fugiat ius canonicum, sacerdotes hic, nomine deos, denotari: *vt est in c. sacerdotibus 11. quæst. 1. & alibi.) & iurabit, quod non extenderit manum in rem proximi sui ad perpetrandam fraudem.* His text. verbis sunt coniungenda, & eiusdem cap. sequentia, ibi. *Si quis commendauerit proximo suo bouem, asinum, ouem, & omne iumentum ad custodiam, & mortuum fuerit, aut debilitatum, vel captum ab hostibus, nullusque hoc viderit, iusiurandum erit in medio, quod non extenderit manum ad rem proximi sui* (aduerte candide lector, ad seq.) *suscipietque dominus iuramentum, & ille reddere non cogetur.* Ex postremis his verbis perspicuum est, iuramentum purgationis hic ab Omnipotenti Deo iniunctum, seu præscriptum esse, nõ vero calumniæ. Et de illo intellectu nihil est quod hæsitem. Quandoquidem vero non nesciam defuturum forte haud esse huius a me relati intellectus censorem, difficileque exsistat (ceu Lancellot. ait. *tractat. attentat. parte tertia, capite vigesimotertio, numero 40.*) nouam inducere opinionem, in comprobationem eius intellectus, adduco inter moderniores Theologos, Imman. scilicet Tremell. & Francisc. Iun. quorum vterque, coniuncta opera, intellectum meum ad d. text. comprobasse visus est.

Con-

Concidit igitur fundamentum illud, quo contendunt, iusiurandum de calumnia esse iuris diuini, ex, in principio relatis, S. Bibliorũ verbis, vt statuto vel consuetudine tolli non permittatur.

Sic etiam, cum illudmet iuramentum non sit de substantialibus processus, *vt praceden. conclusio. vidimus*, quando non exactum ab altera parte esset: sed tacite remitti, imo expresse extra iudicium pacto iurato, possit: quin & sta-
3 tuto † vel consuetudine tolli queat, facilius est dicere.

Contrarium vero, quod statuto tolli non possit, tenet inter multos Francisc. Viuius *Neapolitan. decis. 109. num. 5. Vincen. Carot. de iurament. litis, decis. quaest. princip. 13. nu. 7. alios citat Anton. del. Re, mox. citand. cap. 13. num. 1.*

Nec consuetudine remissionem huius iuramenti induci posse autumant. *Franciscus Viuius Neapolit. decis. 109. num. 3. & multos alios refert Anton. del. Re, Tiburt. tract. iuram. calum. cap. 15. nu. 4.* & nec statuto, nec consuetudine tolli sentit Carot. *de iuram. lit. decis. 13. nu. 7.*

Retenta affirmatiua opinione limitanda est, quoad statutum, vt procedat
4 de iure ciuili, non vero de iure † canonico, eo enim non admitti statutum eiusmodi opinatus est Anton. del. Re, *d. cap. 13. num. 8.*

Quod vero ad consuetudinem, qua iusiurandum illud calumniæ abrogari possit (ceu autumat Dn. Gaill. *num. 4.* attinet,

Limitatur secundum Anton. del. Re,
5 *d. loco*, tribus modis. Primo, vt sit † per actus positiuos, atq; ita per actus litigandi & procedendi in caussa introducta, nimirum petitum quidẽ esse iuramentum, sed tamen ad vlteriora processum. Secundo, quod hæcce consuetudo tacito populi cõsensu inducta, sit euitandorum periuriorum caussa.

Quod autem dixit Dominus Gaill. cõsuetudine immemoriabili iuramentum calumniæ aboleri posse, contradicit in hoc nominatim Gaillio Anto. del. Re, *d. cap. 13. num. 7. vers. quam opinionem Gaillii non veram existimo.* Si tamen vim immemoriabilis consuetudinis expendas, recte Gaillium dixisse forte dixeris, vide, si libet, *conclus. 31. lib. 2.* vbi vtcunque de consuetudine monui.

Limitatio tertia eadem est, quam circa † statuti admissionem retulimus. 6

ARGVMENTVM.

Iusiurandum calumniæ, an rescripto Principis tollatur, & quãdo.

SVMMARIA.

1 *Principis rescripto iusiurandum de calumnia tolli potest.*

2 *Ad hoc, specialiter vt derogetur. leg. 2. C. eod. requirunt quidam, aliis contra sentientibus.*

CONSIDERATIO I.

Principis rescripto iusiurandum calumniæ † tolli posse, concedunt ple- 1
rique (cum Dn. Gaillio *nu. 8.*) & ex neotericis Fernand. Vasqu. *in nouis. controuers. quaest. cap. 25. nu. 23.*

Limitatur, dũmodo princeps expres-
sis † verbis deroget. *l. 2. C. de iureiu. propt. calum. dand. Ant. del. Re, Tiburt. de iurament. calum. cap. 13. nu. 21.* 2

Contrariantur alij, sentientes illud iuramẽtum etiam sublatũ censeri, quamuis *d. l. 2.* expressa mentio non esset facta in rescripto, sed sufficere generaliter clausulam, Non obstante lege. *ad notat. Tiburt. d. c. 13. nu. 20.*

ARGVMENTVM.

Pœna non iurantis de calumnia vt censeatur commissa, sententia declarationis pœnæ præcesserit, requiritur.

SVMMARIA.

1 *Qui effectus sententiæ statuent, pœnam non iurantis de calumnia, ipso iure committi.*

2 *Pœna, non iurantis de calumnia, siue actoris, siue rei, vt cõmissa censeatur, requiritur sententia declaratoria.*

3 *Pœna ipso iure infligenda adhuc requirit declaratoriam.*

4 *Moram purgare potest, non iurans de calumnia, ante declaratoriam.*
5 *Pœna, actori & reo de calumnia iurare recusantibus, præstituta quæ sint. remissiue.*

CONCLVSIO LXXXVI.

ARTICVLOS in contumaciam non respondentis pro confessatis ipso iure non accipiendos esse, sed sententiam exigi declaratoriam, diximus *supr. conclus. 80. sub consideriat.* Hic de pœna non iurantis de calumnia, an, vt hæc commissa censeatur, declaratoria desideretur, dicere ex continuanda serie conuenit.
1 Magni † sane effectus est, non ipso iure pœnam non iurantis de calumnia commisisse: alias enim, actore existente in iurando contumace, sententia pro eadem lata ipso iure esset nulla: item heres ipsius a iudicio repelleretur. Reo vero non iurante, eius heres (*de quo separatim subsequent. Consideratione*) ratione contumaciæ defuncti condemnaretur. *ita Ferdinandus Vasquius. in nouiss. controuers. quæ. cap. 25. numer. 25.* & alias pœnas sentiret contumaciter non iuranti infligendas, de quibus sub finem huius conclus. remissiue monebimus.

Conclusio receptior est, neque actorem, neque reum contumaciter iurare de calumnia recusantes ipso iure pœnã non iurantis de calumnia incurrere, sed
2 vt pœna virtualiter, seu vere commissa habeatur, declaratoriam requiri senten-
2 tiam. Pœna † quippe (*ceu ad terminos post Felinum, Socin. Iun. & Curt. Iun. tradit Anton. Peregrin. de iur. fisc. libro secundo, titul. 1. num. 13.*) ipso iure infligenda, adhuc requirit sententiam declaratoriam.

In actore nominatim conclusionem recipiunt ex modernioribus Fernand. Vasqui. *in nouiss. controuers. quæstio. capit. 25. numer. 25.* Accedit auctoritate fretus gloss. Baldi, Gaillii, *ex Obseruat. 86. Socin. Speculat. Bartol. & Panormitan. Antonius del Re, Tiburt. tract. iuramen. calum. cap. 14. num. 3. & 4.*

In reo autem nuncupatim tradunt Vasquius & Tiburtinus dictis locis.

Mora itaque, ante declarationẽ pœnæ, vt purgari † possit, hæsitãdum haud erit. *Antonius del Re, Tiburt. tracta. iurament. calumnia. capit. 14. numer. 167. 168. & sequentibus.*

Pœnæ autem actori † & reo contumaciter non præstantibus iuramentum calumniæ præstitutæ recensentur *nouissime ab Anton. del Re, dict. tract. iuramen. calumn. cap. 21. per tot.*

ARGVMENTVM.

Pœna contumaciter non iurantis de calumnia, an & quando heredes afficiat.

SVMMARIA.

1 *Declaratoria subsecuta pœna non iurantis ad heredem transit. & quare. numer. 2. & 3.*
4 *Heres, ob contumaciam defuncti, quando teneatur, remissiue.*

CONSIDERATIO I.

FAcilis est ex præcedenti conclusione resolutio, an & quãdo pœna a defuncto ratione recusati iuramenti calumniæ in heredem transeat? Si enim defunctus contumax post factam pœnæ declarationem ex hac ærumnarum valle migrauerit, satis liquido patet, eadem declarata pœna constringi † heredem, 1
quippe cum pœna (bonorum, pecuniarum, &c. non vero corporis afflictiua intellige) ex confessione ficta defuncto iniungenda, si se viuente † declarata 2
esset, in heredem transmittatur. *post Alexan. Angelum, & alios concludit Cacheran. Pedemontan. decis. 106. numer. secundo,* testaturque *ad decis. finem,* ita Senatum Pedemont. IVDICASSE.

Vbi vero declaratio † pœnæ viuente 3
iam defuncto facta non esset, contra: atque ita pœna non declarata in heredem non transiret, *ita admittit Cacheran. dict. decis. 106. post numer. tertium, vers. non obstat.*

Sed & in ipsissimis nostris terminis, nimirum, pœnam non iurantis de calumnia, nisi prius contra defunctum, eo viuente,

viuente, declarata esset, in heredē non transire, scribunt, *Anton. del. Re, Tiburt. tract. iuramen. calum. cap. 14. numer. 43. vbi Socin. & post Gaillium in hoc citat. nec nō Fernandus Vasquius. controuers. quæst. cap. 25. sub nu. 25. vers. infertur, si antequam lata sit sententia ex recentioribus. item M. Anton. Peregrin. de iur. fisc. libro secundo, titul. primo, num. 14.*

In aliis autem casibus, quando here-
4 dem † defuncti contumacia afficiat, si quis scire aueat, consulere habet inter moderniores Anton. Peregrin. *de iure fisc. lib. 2. tit. 1. num. 15.* vbi quatuor adducit declarationes.

ARGVMENTVM.

Iuramentū malitiæ præstare recusans, qua coerceatur pœna?

SVMMARIA.

1 *Iuramentū malitiæ præstare recusans caussa cadit, vel pro confesso habetur.*

CONCLVSIO LXXXVII.

CONCLVSIO illa, qua asseueratur, recusantē obire iuramentū malitiæ caussa, cōmodo super quo iurandum
1 erat, actorem cadere, reum pro † victo seu confesso, quo ad hoc cōmodum, haberi, cum Domino Gaillio (*num. 2.*) præiudicio Camerali stabilita, in praxi recepta cum sit, Domino Gaillio assistit Rutg. Ruland. *de commiss. lib. 2. capit. 14. num. 14.* quæ & ipsius recusati iurisiurandi calumniæ pœna est. *ad not. Fulu. Pac. de probat. cap. 72. nu. 8. lib. 1.* Considerationi exornandæ nonnihil operulę statim cōferemus.

ARGVMENTVM.

Iuramēti malitiæ singularia quæ sint.

SVMMARIA.

1 *Iuramentum nec calumniæ, nec veritatis regulariter ante litem contestatam iniungitur.*
2 *Iuramentum malitiæ autem recte etiam ante litis contestationem imponitur, & præstandum venit.*
3 *Iuramentū calumniæ item veritatis quamuis præstita essent, adhuc malitiæ iudex deferre potest.*
4 *Licet de iure ciuili non vsquequaque obtineat.*
5 *Iuramentum calumniæ semel in eadem caussa ab eadem persona saltem præstandum erit.*
6 *Nisi nouo iudici de committenda malitia aduersus iurandum non appareret suspicio.*
7 *Iuramentum vero malitiæ sæpius, quoties iudici necessario visum fuerit, præstari conuenit.*
8 *Iuramentum malitiæ omnibus in caussis imponi per iudicem posse.*
9 *Etiam matrimonialibus.*
10 *Iuramentum malitiæ, vt queat iniūgi, sufficit, duntaxat iudici appareat per coniecturas de malitia.*
11 *Iuramentum malitiæ euertendorum subterfugiorum perhibetur remedium.*

CONSIDERATIO I.

NE igitur obuiandis litigatorum veteratorum malitiis vnquam prærepta exsisteret iudici facultas, ius Canonicum malitiæ iuramentum prodidit. Iusiurandum enim nec † calumniæ, nec 1
veritatis ante litis contestationem regulariter iniungi posse, constat. *Anton. del. Re, Tiburt. tracta. iuramenti calumniæ, capit. primo. numer. 19.* Iusiurandum vero, de quo in præsentiarum, malitiæ, etiam † ante litem contestatam imponi 2
posse textus constituit. *in ca. 2. §. in omnibus autem caussis nedum ante. de iuramen. calumn. in 6.*

Iuramentum item calumniæ, & veritatis licet vtraque præstita essent, adhuc † huic malitiæ locus est. *text. capit.* 3
secundi, §. in omnibus. ibidem, siue de veritate, siue de calumnia sit iuratum in ipsis. de iuramen. calumn. in sexto. Quamuis de iure † ciuili, expedite seu absolute non 4
procedat. *ad notat. Mynsinger. in princ. numero vndecimo. Institut. de pœnis temer. litigant.*

Sic, iusiurandum calumniæ semel, non † iterato in eadem caussa ab eadem 5
persona) præstari conuenit. *Anton. del.*

Re, Tiburt. tract. iurament. calumn. capit. 9. num. 1. & per tot. modo noua non subo-
6 riretur calumniandi iudicem † magnopere mouens suspicio. *ad notat. Ferrar. Mont. de iud. præex. libr. 2. sub §. cumque Iu-*
7 *stiniano.* Diuersum autem in hoc nostro iuramento † malitiæ. Potest enim toties, quoties iudici necesse visum fuerit, iniungi. *text. dict. cap. 2. §. in omnibus, ibi. quotiens viderit expedire. & not. Dom. Gaill. num. 3.*

8 Quinimo omnibus regulariter in casibus, vt præstetur, iudicem † iubere posse. *dict. capit. 2. §. in omnibus autem caussis.*
9 etiam † in matrimonialibus, *auctoritate gloss. disertis affirmat verbis Menoch. de præsum. 1. quæst. 85. nu. 3.*

(Sed an hoc in matrimon. caussis tutum animæ sit, affirmare non ausim.)

Adeoque, vt non requiratur, vere de malitia constet, ad iniungendum hocce iuramentum, sed sufficiat † ex con- 10
iecturis seu præsumtionibus iudici de malitia agentis, vel excipientis apparere possit. *nuncupatim ex professo adseuerat Menochius. dict. quæstio. 85. numer. 1. 2. & ante sensit, non tamen a Menochio allegatus Francisc. Marc. Delphin. decis. 686. sub num. fin.*

Ex his facile intellectu est, hoc iuramentum euertendorum subterfugio-
11 rum esse † remedium præsentaneum. *Ferrar. Montan. de iudic. praexercit. lib. 2. capit. 10. vers. & quia plerumque. cum aliis consimilibus.*

Aduertat tamen studiosus, nonnunquam ab interpretibus & pragmaticis pro iuramento malitiæ, dici iuramētum calumniæ, quamuis longe, ceu vtrumq; vidimus, inter se distent.

ARGVMENTVM.

Iuramentum calumniæ, an & quando præstet procurator ex officio datus.

SVMMARIA.

1 *Procuratorem iudex aliquando ex officio dat.*
2 *Procurator ex officio datus præstat iuramentum calumniæ in animam principalis, vbi mādatum in id haberet: secus vbi non haberet.*
3 *Vbi vero mandatum non haberet, præstat, exigente aduersario, in propriā animam quoad processum.*
4 *Procurator iurat in animam propriam petente parte de calumnia euitāda in processum respicientibus, licet voluntarie procuratorium suscepisset.*
5 *Ampliatur, siue ex officio datus, siue voluntarius sit procurator, vt iurare de calumnia debeat.*
6 *Extenditur 1. ampliatio, quamuis procurator iurasset vel vouisset non iurare. 2. quamuis dominus ipse iuramentum calumniæ præstitisset. 3. quamuis dominus non teneretur iuramentum calumniæ præstare. 4. quamuis constitutus procurator iuramentum in animam propriam ratione processus præstitisset, vt nihilominus substitutus in id, etiam teneatur.*

CONCLVSIO LXXXVIII.

PROCVRATOR ad hoc, vt possit de calūnia in animam domini iurare speciali, imo specialissimo mandato instructum esse debere, *supra Conclus. 83. Considerat. 1.* diximus.

Verum cum nonnunquam actor vel reus sibi procuratorē inuenire non possit, quo casu iudex ex officio procura- 1
torem dat. *l. 1. ff. de postu.* quod ipsum pluribus prosequutus sum. *supr. Conclus. 43. considerat. 1.* quæstio suboritur, *an & hic ex officio datus seu ad procurationē suscipiendam compulsus iusiurandū calumniæ subire teneatur, vel potius excusationem mereatur?* Nos, instituti nostri metas obseruando, conclusionem expediemus.

Sit igitur conclusio affirmatiua, nimirum subire eiusmodi iuramentū teneri hunc procuratorem † ex officio da- 2
tum, perinde ac si ad partis requisitionem libens procuratorium suscepisset. Ab hac conclusione, primo aspectu visa satis rigida, non est alienus *Anton. del Re, Tiburt. tract. iuramenti calumn. capit. 16. sub num. 61. vers. si tamen aliquis.* (vbi tamen mihi

mihi videtur, verum nõ esse, quod scribit de tacita coniecturata mente principalis sufficere.)

ARGVMENTVM.

Procurator coacte datus, perinde vt voluntarius iuramentum calumniæ subire teneri, perpenduntur rationes.

CONSIDERATIO I.

EGo sane (vt hoc declarationib. mox subiiciendis præmittam) mea, quæ est iudicii tenuitas, non video, quæ hic solida possit reddi differentię ratio, quare procurator ex officio datus & coactus, perinde ac si libens suscepisset, iuramentum hoc calumniæ præstare non cogendus sit. Nec enim procurator voluntarius hocce præstare potest iuramentum, nisi speciale, imo specialissimum quod iuret in animam domini, habeat mandatum, sicuti in superiorib. annotatum exstat. Si de iure igitur præstare non potest, an iudex hunc Procuratorem voluntarium in animam domini iurare inuitum adiget? Non arbitror. Deest enim domini consensus, atque adeo voluntas, quibus non interuenientibus iuramenti vinculum quomodo constringat dominum? Nonne hic finis desideratur, quare iuramentum calumniæ, vel ipse dominus, vel procurator eius nomine in domini animã, præstare habeant necesse, scilicet, vt veritas facti ab ipsius domini procedat cõscientia, litium vitentur ambages, præcidantur anfractus, &c. Imo, quis non dixerit, iudicem esse auctorem, periculum periurij animæ vt admoueat suæ procurator? quod, absit, vt fieri quemquam iudicem velle, cogitemus.

Vbi igitur procuratori ex officio dati iurisiurandi calumniæ præstandi non esset data legitima facultas ab ipso domino, durius cũ eo, quam qui inuitus id officii sustinet, agendum esse, nemo dixerit. Sic e contra, quando aduersarius iusiurandum hoc exigit, præstandum erit a procuratore coacto, mandato speciali & specialissimo instructo. Deficiente vero mandato, & domino iniuste dare recusante, pœnas ipse dominus recusans legibus præscriptas subeat: procurator vero, vt per quem non constat, quominus legitimetur, immunis euadat.

Declaratio est igitur pręcedẽtis conclusionis prima, vt procedat, quãdo hic procurator datus mandatum haberet a domino iurandi in eius animam: vbi vero non haberet, secus.

Quid, quæso, obstat, quare mandatum eiusmodi iurisiurandi subeũdi non posset dominus seu principalis, cui ex officio procurator datur, facere, æque ac alius? Ipse enim aduersarius, dum iuramentum illud met exigit, de cõscientia promendæ confidit, adeoque legitimum, cui procurator datur, in id esse concedit. Nisi vero exigatur iuramenti illius præstatio, nec vel Principalis, vel procurator, vt præstent, cogendus erit, ceu annotatum a me supra *Conclus. 84.*

Declaratio secũda esse posset, & quidem extensiua, vt quamuis † procurator ex officio datus mandatum, calumniæ iuramentum vt possit præstare a principali, non haberet, adhuc nihilominus de euitanda calumnia, quæ in processibus ordinariis, & ipsius iudicij tela a solo ipso procuratore citra commixtionem meritorum caussæ committi posset, iurare teneatur. Quemadmodum Dominus Gaillius, *num. 9.* & Antonius del. Re Tiburt. *dict. cap. 16. num. 60.* cõcedunt. Hic vero procurator non iurat in domini, sed suam propriam animam. 3

Nec existimet studiosus, quod procurator in propriam animam, quo ad processum non calumniose protelandum, &c. iurare teneatur, hoc in præsentis cõclusionis casu singulare esse: quandoquidem in omnibus † aliis, vbi etiam mandatũ de iurãdo propter calumniam in animam domini, esset, vel non esset datum, procurator in hoc teneatur, exigente † aduersario, *c. 2. §. procuratores. de iuram. calum. nu. 6. Ant. del. Re, Tiburt. dict.* 4 5

cap. 16. num. 45. (quod & vtique admittit Gaill. *obseruat. 89. num. 1. libro primo,*) qui
6 (*nu. 46.*) etiam ampliat, quamuis † procurator antea iurasset vel vouisset, non iurare. Secundo ampliat (*numer. 47.*) vt teneatur iurare hic procurator in animam propriam, licet dominus ipse iuramentum calumniæ præstitisset. Tertio (*num. 48.*) ampliat, vt non releuetur ab hoc iuramento procurator, quamuis ipse dominus ad calumniæ iuramentum non teneretur, vt est in Imperatore, Rege, Principe, &c. (de qua ampliatione & nos *infra, conclusio. 90. per tot.* tractauimus.) Quarto (*num. 52.*) ampliat, vt etiam substitutus procuratori, illudmet teneatur præstare iuramentum calumniæ, licet substituens ante idem præstitisset, quæ ampliatio pulcra & notabilis est.

Qua vero pœna huius procuratoris contumacia in propriam animam iurare, recusantis veniat coercenda, retulimus *subseq. conclus. nu. 1.*

ARGVMENTVM.

Contumaciæ procuratoris non iurantis de calumnia, an dominum afficiat, & quando.

SVMMARIA.

1 *Procurator, exigente aduersario, & in propriam animam iurare de calumnia tenetur.*

2 *Quod si facere nolit, contumaciæ pœnam ipse sustinebit.*

3 *Procurator mandatũ habens ad iurandum in animã domini, si iurare nolit, domino præiudicat.*

4 *Et processus vitiatur.*

5 *Quod in iis tantum casibus, in quibus vera confessio procuratoris domino præiudicaret, procedit.*

CONCLVSIO LXXXIX.

1 PROCVRATOREM etiam ipsum, exigẽte aduersario, suam in animã † propriam, quatenus ꝓcessum spectat, de calumnia iurare oportere, præcedenti conclus. explicauimus, pœnã autem, qua contumax hic procurator plectendus sit, nõ sustinere dominum seu principalẽ, sed ipsummet † procuratorem, 2
rectissime Dn. Gaill. *num. 4. & post eum Ant. del. Re, Tiburt. tract. iuram. calum. cap. 6. nu. 54.* dicere arbitror.

Vter vero, dominus, an procurator, casu, quo procurator (speciale mandatum ad iurãdum de calum. habẽs, quod quidem præsupponendum erat, dominus enim quãdo recusaret legitime cõstituere seu qualificare ad iurandum de calum. procuratorem, quin sibi contumaciæ pœna sit iniungenda, non procuratori, per se constat) recusaret iusiurandum calum. contumaciæ pœna teneatur, resoluendum restat.

Et sane cum sup. *conclus. 45.* firmauerimus, procuratorem omittendo præiudicare domino, & omissione hic caussetur contumacia, cõcludendum erit, etiam † ipsum dominũ procuratoris contumaciter in animam domini, super decisionis litis, caussæq; meritis caussæ de calumnia non iurantis pœnam sustinere. Hanc conclusionem post Dn. Gaillium quẽ citat, nuncupatim firmat Ant. del. Re, Tiburt. *tract. iuram. calum. cap. 16. num. 82.* 3

Ampliatur conclusio in tantum procedere, vt & processus † sit nullus, casu quo procurator iuramentum hoc in animam domini præstare contumaciter recusasset. *idem del. Re, Tiburt. d. tract. iuram. calum. cap. 16. sub nu. 83. vers. quam sententiam.* 4

Declaratur conclusio, vt obtineat, in his casibus, in quibus vera † confessio procuratoris præiudicaret domino, vt & in his ficta illa ex recusatione præstandi iuramenti domino noceat, non in illis casibus, vbi vera confessio domino non noceret. *ex Socino ita declarat Anton. del Re, Tiburt. tractat. iuramentum calumniæ. capit. 16. numer. octauo.* Qui pluribus in discursu capitis prosequitur. Limitatur, vt fallat conclusio in S. Iud. Camer. *videatur Rutg. Rul. tract. de commiss. libr. 2. cap. 14. num. final.* 5

ARGV-

ARGVMENTVM.

Duo vbi essent constituti ad eandem caussam eundemque processum procuratores, vno eorum existente in præstando iuramento casum contumace, an præiudicium domini sit.

SVMMARIA.

1 *In Camera singulis caussis, singuli procuratores, non plures, nisi ordine successiuo, constituuntur.*

2 *Bini procuratores, an & quando non iurando domino præiudicent.*

CONSIDERATIO I.

Dominum contumaciæ non iurantis pœna constringi, vbi iusiurandũ remisisset in animam domini procurator qualificatus præstare conclusimus, sed quid vbi duo constituisset, ad eãdem caussam in iudicio, & altero illorum solus contumax esset, an adhuc dominus ipse contumaciæ non iurantis pœnam subeat: hæc quæstio in S. Cam. iud. locũ non vendicat, quandoquidem singulis
1 †ibi caussis & processibus singuli constituantur principaliter procuratores, non vnius caussæ duo.

Intellige coniunctim: nã Ann. 1600. *in Recess. Deputat* §. Als auch befunden. ordinatum est, vno in mandato simul plures, successiuo ordine, cõstitui posse procuratores, seu in euentum, vbi primus principaliter cõstitutus procuratoris officio non amplius fungeretur, vel diem vltimum carnis clauderet, tunc in ordine secundum debere principaliter esse subrogatum, & sic deinceps. In inferioribus autem iudiciis nonnunquam eiusmodi constitutio contigit. Quare cõsiderandũ est, vtrum hi procuratores †bi-
2 ni in solidum sint cum facultate iurandi de calum. constituti, nec ne: priore casu domino contumaciæ nocet, posteriori non item. Sic sentit Ant. del Re, Tiburt. *tract. iuram. calum. c. 16. num. 85. 86.* nam, vt subiungit, vnus illorum sine altero si iurasset, non sufficeret; & ita IVDICASSE Rot. Rom. testatur.

ARGVMENTVM.

Procurator fiscalis vtrum ne de calumnia iurare teneatur.

SVMMARIA.

1 *Reges & Principes regali dignitate præfulgentes, de calumnia non tenentur iurare.*

2 *Fisci procurator; an de calumnia iuret sunt opiniones.*

3 *Affirmant nonnulli.*

4 *Negant alii.*

5 *Conciliatio refertur.*

6 *Negantium conciliata opinio declaratur, vt procedat in supremo fisci procuratore.*

7 *Declaratur secundo obtinere quoad præstationem iurisiurandi in animam Domini, non vero in propriam.*

8 *Item in fiscali procuratore iusti, non vero iniusti Principis.*

CONCLVSIO XC.

IVRAMENTVM calumniæ cum Reges, & Principes † regali dignitate præfulgẽtes, siue actores, siue rei, non teneantur præstare, *ex Barbat. atq. Natta dixit Lud. Schrad. de feud. p. 10. sect. 3. nu. 77.* quæstio suboriebatur, an & eorum Procurator fiscalis ab eiusdẽ iuramenti præstatione immunis sit censendus. Et in contrarias super resolutione itum est † partes, hinc inde scilicet stantib. opinionibus. Affirmãtium partes tutatur Luc. † de Pen. *in l. iustas. C. de iure fisc. lib.* 10. & de iure affirmatiuam visus est admisisse easdem Ant. Peregr. *de iur. fisc. lib. 7. tit. 3. sub nu. 4.* & videri veriorem de iure, cõstat ex deductis in specie per Ioan. Petr. Surd. Mant. *decis. 18. nu. 1. & seqq.* licet ipse dissentiat, & noue affirmatiuam de iure esse verissimam scribit Ant. Delph. Re Tiburt. *in tract. de iuram. calum. c. 16. nu. 171. 172.*

Negatiuam vero † post Fran. Luc. visus est sequutus Mynsi. *obs. 74. cen. 1.* vbi etiam iuxta hãc negatiuam in iud. Camerali IVDICATVM exstitisse testatur, sicuti & idem præiudicium refertur in Comment. ad ius *Cam. per Magenh. edito, tit. 17. ad fi. par. 1.* Negatiuam OBSERVAT & Senatus Mantuan. adseuerante Ioan. Petr. Surd. *Mant. decis. 18. ante nu. 11.* vbi etiam

V

scribit, se obtinuisse, vt IVDICATVM secundum eandem sit in Senatu Montisferrati Præside Roland. a Tallo. Hancq; tenere Iserniam, & Paridem de Puteo adducit, *num. 11 & seqq.* Gaillium referendo dixit Rutg. Ruland. *de commissariis lib. 2 cap. 14. num.* 10. Fiscalem etiam commissionem in Camera petentem nõ teneri iuramentũ calumniæ præstare.

Conciliatio erit, vt prior opinio affir-
5 matiua de iure verior † sit, posterior vero de consuetudine receptior. Ita cum Gaillio, quem citat, admittit Prosp. Farinac. *quæst. crim. 16. ad finem, nu. 22. & 28.*

Declaratur autem, interim primo, vt
6 posterior † negantium sententia, non in omni procuratore fiscali procedat, sed saltem in supremo fisci procuratore, qui alium procuratorem superiorem nõ recognoscit. Ita in specie declarat Ant. del Re Tiburt. *de iuram. calum. cap. 18. num. 16.* vbi acriter inuehit etiam in minores fisci procuratores, qui contendunt, ex consuetudinis, qua de monuimus, vi, sine iuramento calumniæ admitti. Istud (*inquit num. 15.*) est magnum inconueniens, & est abusus non tolerãdus passim, cum per ciuitates nostri temporis adsint quidam procuratores fisci, in quib. nullus Dei timor impressus videtur, omnia cum humana & diuina iura conculcant, nullis legitimis terminis seruatis caussas reorum strangulant, de facto carcerant non carcerandos, vt per concussiones subditos excorient, & omnia per fas & nefas ipsis licere arbitrantur, dum crumenam impleant; & non solum non se exhibent subditis procuratores fisci, & pastores tondentes lanam pecudum pelletenus, sed exhibẽt se lupos rapaces lacerantes viscera, &c. Et paulo post *nu. 17.* dicit, eiusmodi procuratores fiscales nõ excusari a iuramento calumniæ, in eisq; non posse allegari consuetudinem aliquam, cum non habeat consuetudinis requisita, sed sit potius corruptela. Conferunt in eandem Tiburtini inuectionem scite notata a Prosp. Farina. *quæstio. crim. 16. num. 23.*

Declaratur secundo notabiliter, vt quidem fisci procurator de euitanda calumnia non teneatur iurare in animam Domini, in propriam tamen † teneatur, 7
se, nimirum, cãdide & citra calumniam ordinatoria processus obseruaturum, & nihil calumniose commissurum, *ita in terminis sentit Ioan. Petr. Surd. d. decis. 18. sub num. 12. vers. mihi autem videretur tutum, quod procurator iuraret de calumnia in animam propriam, licet a domino iuramentum non sit exigendum.* Huius declarationis seu Surdi sententiæ meminit etiam Ant. del Re Tiburt. *in tract. de iuram. calum. c. 16. num. 84.* qui ex Baldo adseuerat, si dominus releuatur ab onere præstandi iuramentum calumniæ, ipse procurator nõ debet iurandi onere grauari, scilicet in præstando illo iuramento in animam domini, quoad merita caussæ, & rei cõtrouersæ naturam; a quo iuramento si dominus releuaretur, nec procurator illud præstabit; Quo tempore ad ordinatoria, processum & prosecutionem iudicii, semper tenetur procurator iurare in animam propriam. Sic sentit & idem Tiburt. *eodem tract. cap. 16. num. 48.* & nos diximus etiam *sup. conclus. 88.* Procuratorem ex officio datum constringi instante aduersario, ad præstandum iuramentum calumniæ euitãdę circa processum, imo licet non esset ex officio datus, sed voluntarius, adhuc nihilominus ad id teneri.

Declaratur tertio, vt negatiua opinio fallat, quando Princeps, cuius nomine fiscus agit, esset iniustus, seu iniustitiam exercere † solitus sit, ita vt contra se de 8
committenda calumnia præsumtio insurgeret, *ad notata ex Luca de Pen. Pet. Surdi decis. 18. sub num. 12.*

ARGVMENTVM.

Officii necessitas excusationem præbet a præsumta calumnia.

SVMMARIA.

1 *Calumniæ præsumtio non cadit in officiales ex officii necessitate procedentes.*

2 *Officiales ab coincidẽti calumnia haud excusantur, quia potius ad interesse, damna & expensas, imo iniuriarum tenentur.*

CON-

CONSIDERATIO I.

1 Officii necessitatem a præsumta † calumnia excusare, monet Dn. Gaill. *num.* 5 concurrunt pulcre conscripta, Menoch. *2. præsumtio. 85. Mascard. tract. conclus. 25. num. 9.* A præsumta igitur saltem, neutiquam vero euidẽti calumnia
2 † excusationem habent officiales, quin potius hoc vltimo casu seu læso, seu indebite vexato iniuriarum, ad interesse refusionemque damnorum & expensarum de bonis propriis faciendam, tenẽtur, optime ex modernissimis Prosp. Farinac. *de accusat. seu tract. crim. quæst. 16. nu. 20. 22.* vbi & Dn. Gaillium cum aliis in comprobationem adduxit.

Et quamuis per calumniam vexantes officiales pœnam combustionis (de qua *in l. vniuers. C. vbi caussa fiscalis. Baptist. Baiard. in addit. Clar. quæst. crim. 62. nu. 16.*) hodie de consuetudine non sustineant, non tamen illam æterni ignis (*inquit Farinac.*) effugient, subdens horrenda exempla interitus officialium nonnullorum, qui per calumniam carceratos & inquisitos vexarent. Quinimo abest, vt pœna aliqua hodie plectantur eiusmodi per calumniam vexantes, vt potius (inquit Baiar.) indebite molestati, si a molestiis liberari velint, sæpe necesse habeant adhuc de suo aliquid fisco elargiri. Ceterum de hoc alibi aptiore ad id loco. Videantur relati Doctores circa præsentis consid. materiam dictis in sedibus, vbi ex professo pertractant.

DE DILATIONIBVS PROBATORIIS.

ARGVMENTVM.

Dilationem probatoriã in caussa ciuili esse peremtoriam.

SVMMARIA.

1 *Dilationes probatoriæ aliæ sunt legales seu statutariæ, aliæ arbitrariæ.*
2 *Dilationum variæ differentiæ.*
3 *Dilatio probatoria legalis vel statutaria est peremtoria, in caussa ciuili. nu. 5.*
4 *Quamuis dictio Peremtorie dilationi non fuerit asscripta.*
6 *Nec mora purgatio hoc casu conceditur.*
7 *Perimit tamen ius probandi duntaxat, quoad illam instantiam, non etiam quoad alteram.*
8 *Etiam in summariis caussis dilatio probatoria est peremtoria.*
9 *Nec iudex terminum legalem certum prorogare, vel coarctare potest.*
10 *Iudex a se præfinitum terminum, qualiter commutare possit, remissiue.*
11 *Conclusionis principalis limitationes, remissiue.*

CONCLVSIO XCI.

Dilationvm iudicialium probatoriarum aliæ sunt legales † & statutariæ, legibus scilicet & statutis præfinitæ; 1
aliæ, per iudicem iuxta personarum & temporis conditionem, nec non caussæ qualitatem præfiniendæ, *ad not. Menoch. de arb. iud. cas. 52.*

Dixi probatoriarum, ad variarum dilationum iudicialium (quarum † vigintiquinque recensentur per Speculatorem, 2
lib. 2. part. 1. vers. dilationum ergo. rubr. de dilat. aliter vero a Damhaud. in prax. ciuil. cap. 114. 115. 116. 117. nuper Fulu. Pacian. tract. probat. cap. 32. num. 30. lib. 1. prosequuntur) differentiam in præsentiarum studiose attendendam.

Dilationem probatoriam legibus, vel statutis expresse præfinitam, † in caussis 3
ciuilibus censeri peremtoriam, concludunt Doctores vltra Dn. Gaill. *numero 1.* Accedunt nuncupatim ex modernioribus Crauett. *consil. 197. sub num. 2. Mynsing. obseruat. 71. centur. 1. & idem Mynsing. in cap. vltra tertiam. 55. num. 23. de test. & attest. Barnab. Cornazz. Luc. decis. 55. numero 1. Lag. in meth. sua part. 5. cap. de dilat. 11. vers. his omnibus. Francisc. Viu. Neapolitan. decis. 289. numero 33. Hart. Hartman. obser. pract. titu. 12. obseru. 3. in princip. Mascard. tract. probat. conclus. 517. numero tertio.* vbi ex aliis communem dixit. Nuper Ioan. Petr. Surd. *consil. 97. numero 16. & sequentib.* nouissime post hæc scripta visus, in termi-

nis conclusioni adhæret, aliis tamen nisus auctoritatibus, Rutger. Ruland. *tract. de commiss. part. 1. libro 2. cap. 11. numero 10.*

Ampliatur conclusio, vt adhuc pro-
4 cedat, quamuis dies, peremtoriæ † dilationi huic non esset adscriptus, *Mynsing. d.c. vltra tertiam. num. 23. confert Bald. in prax. cap. de citat. versi. sexto decimo quaritur. ibi. etiamsi de peremtorio mentio non fiat. ampliationem hanc admittit, etiam Ioa. Petr. Surd. consil. 97. sub numero 16. Mascard. tract. probat. conclus. 517. numero quarto.* vbi etiam testatur ita IVDICASSE Rot. Rom.

Ampliatur secundo, quod si statuto
5 † terminus aliquis certus ad probādum præfinitus sit, audientiam amplius non concedi, *Bapt. Asin. in prax. Florent. §. 15. c. 1. per totum part. 1. assentiri huic visus est Cacheran. Pedemont. decis. 22. num. 4.* vbi Alexandrum sequitur, respōdentem, quod si statutum permittat dicere de nullitate intra certum tempus, tunc post illud tempus non possit amplius de nullitate dici.

Subampliatur in tantum obtinere, vt
6 nec † moræ purgatio hoc casu, vbi a lege vel statuto terminus esset præfixus, admittatur, elapso termino, *late probat Ioan. Petr. Surd. consil. 97. per tot. nominatim sub num. 16. 17. 18. 19. 20. & seqq. & vltra eum docet etiam Asin. d. cap. 1. num.... & apertiss. verbis adstruit Barth. Socin. tract. fallent. reg. 331. incip. mora purgari. fallent. 1. vbi auctoritate Innoc. Bald. & aliorum nititur. iuxta recent. Coloniens. impress.*

Limitatur ampliatio secunda, vt pro-
7 cedat, quo ad illam met † instantiam, eā cum nō omnino perimatur ius ex eo, quod intra terminū seu dilationem illam peremtoriam probatio sit facta, in alia noua instantia probandi ius saluum exsistere scribit Mascard. *tract. probat. conclusio. 517. num. 5.*

Ampliatur tertio, vt etiam in caussis
8 † summariis dilatio sit peremtoria, *ex Bart. refert Ioan. Petr. Surd. d. consil. 97. num. 19. Bartolum in terminis visus est sequi Menoch. cons. 100. nu. 271.*

Ampliatur quarto, quod quemadmodum iudex terminum † legalem cer- 9
tum potestatem non habet coarctandi, ita nec prorogandi, atq; proinde arbitrium iudicis in eo silere, *diserte Menoch. de arbit. iud. cas. 52. num. 6.* vbi testatur communiter omnes Dd. sic sentire *in l. 2. C. de re iud.* Communem ex Iasone pronūtiat Soarez. *thes. sent. lit. D. num. 77.*

Quamuis, certus vbi non esset præfinitus a lege vel statuto terminus, iudicis vigeat in præfigēdo termino arbitrium. Communem dixit Osasc. *Pedemont. decis. 22. num. 13. & aliis plurib. ex professo firmat Menoch. de arb. cas. 52. nu. 7. & seqq.*

In commutando autem præfinitum
a se † terminum, aliud esset dicendum: 10
quod qualiter procedat, huius nō est dicere loci, sed concernit resolutionem illam satis intricatam, & amplioris tractationis, quam ex professo reassumsere, *Ant. Gabr. Roman. lib. sent. 2. tit. de dilat. conclus. 1. per tot. Socin. tract. fallent. reg. 128. secund. Coloniens. nouam impress. incip. dilatione pendent. nouissime enucleatius Rober. Lancellot. de attent. part. 2. cap. 7. per tot. nuper etiam Fern. Vasq. controuers. quæst. cap. 27. per tot. in nouiss. lib. 2.* Quando autem in criminalibus data dilatione officium iudicis conquiescat, vt nihil aduersus reum attentare pēdente dilatione possit, examinat noue Prosp. Farina. *quæst. crim. 39. num. 7. & sequentib.*

Limitatur † conclusio a Robert. Ma- 11
rant. *in Spec. part 6. titu. de dilat. num. 5. & seqq.* octo modis & totidem iisdemq; per Mynsing. *obser. 71. cent. 1.* quorum refero nullum: facili enim ibidem possunt perquiri studio.

Addatur videndus Fulu. Pacia. *tract. proba. c. 32. per discursum, lib. 1. Ferr. Mont. de iudic. praexerc. lib. 2. c. 7.*

ARGVMENTVM.

Dilationum tempora vtrique parti, an & quando sint communia.

SVMMARIA.

1 *Dilatio vni partium concessa est vtrique communis.*

2 *Maxi-*

2 *Maxime si ex noua ca[u]ssa concedatur.*
3 *Nec alter in alterius inuiti praeiudicium dilatione concessa renuntiari poterit.*
4 *Imo in Camera dilationi impetratae renuntians, vti litis protelator punitur.*
5 *Pars tamen illa, cui ex iure speciali dilatio restituitur, re integra licite renuntiat.*
6 *Et, qui probationibus expresse renuntiauit, dilatio non erit communis.*
7 *Vt nec ei, cui iam quarta dilatio data est.*
8 *Nec ei, qui sufficientem testium numerum produxit.*
9 *Effrenata testium multitudo a iudice cohibenda, & quae illa. nu. 10.*
11 *Nec, si metus subornationis verosimiliter subsit, communis erit.*

CONSIDERATIO I.

1 Dilationem vni partium † concessam & alteri esse communem; per text. *l. petenda. C. de temp. in integr. restit. pet.* & scribunt inter alios *Hart. Hartman. obseru. pract. tit. 12. obseru. 5. admittit item Osasc. decis. 97. num. 4 atque ex Iasone & aliis probat Borgnin. Caualc. Finiz. decisio. 21. num. 9. part. 1. Marant. in Spec. part. 6. tit. de dilat. num. 18.*

Maxime omnium dilationes commu-
2 nes erunt, quando ex noua † caussa dilatio actori, vel Reo concederetur, *ad not. Menoch. consil. 367. num. 31.*

3 Ita vt alter in alterius † inuiti praeiudicium eiusmodi dilationi renuntiare non possit, *post Iason. Castr. & Aret. Borgn. Caual. Finiz decis. 21. sub num. 9 part. 1. & Osasc. vbi supra. & communem ex aliis dicit opinionem Soarez thes. sent. lit. D. num. 76.* In tantum, vt rectissime in Sac. Camerali iudicio OBSERVETVR, quod petens & obti-
4 nens dilationem, † cui postea renuntiaret, vti litis protelator puniatur, *ita Dn. Rutg. Ruland. tract. de commiss. part. 1. lib. 2. cap. 9. num. 6.*

Declara tamen dictum Iasonis, Castrens. Caualcani & aliorum, nisi altera
5 pars, † cui dilatio restituitur, ex iure speciali re integra dilationi renuntiet: tunc enim renuntiatio haec & obest aduersario, *ita ex Bart. declarat Aluar. Valasc. Consult. Lusit. 25. numero 11* vbi testatur, se ita in Reg. Lus. vidisse IVDICATVM. Et ita etiā arbitrarer declarari posse, quod mox supra ex Rulando de renuntiante dilationi; tanquam litis protelatore retulimus. Optime igitur Dn. Gaill. *num. 14.* tradit, ob aequalitatem in iudiciis obseruandam; tantundem temporis concedendo dilationem indulgendam esse Reo, quantum Actori indultum iam fuerit.

Aduertat tamen studiosus, non absolute dilationes esse communes.

Limitatur enim primo, vt communis
non sit ei, qui iam † probationibus re- 6
nunciauit, *ita ex Bart. Bald. Alex. Fel. & Ripa respondit Menoch. cons. 367. sub num. 28. vers. primo, quia disposit. o.*

Extenditur haec limitatio, vt quamuis expressissimis verbis non esset renuntiatum probationibus, sufficiat tamen, vbi
sibi † quarta dilatio a iudice sine spe vl- 7
terioris dilationis data esset; *in terminis respondit Menoch. d. consil. 367. sub d. num. 28.* Si enim dilatio, vt considerat ibidem Menoch. insuper concederetur, in effectu quintam concessam haberet dilationem, quae tamen iuxta Angel. *in l. oratione, & l. vlt. de feriis, & post Menoch. d. consil. nu. 31. & nos infra seq. considerat.* nullo modo permitti debet.

Limitatur secundo, vbi aduersarius 8
† sufficienter produxisset testes, seu probationes fecisset: auctoritate gloss. *in terminis respondit Menoch. d. consil. 367. numero 32.*

Extenditur secundo haec limitatio;
cum effrenatus † a iudice sit cohiben- 9
dus testium numerus; *c. significauerunt. ibi. pro eo, quod voluerint effrenatam multitudinem testium refrenare, extra de test. cap. cum caussam. ibi. volentes autem effrenatam multitudinem testium refrenare. eodem tit. l. 1. ibi. ne effrenata potestate ad vexandos homines superflua multitudo testium protrahatur. ff. de test.* vt etiam communis non sit dilatio, quando aduersarius effrenatum testium numerum induceret, si iam ante multos testes produxisset, quibus si alii in hac dilatione adderentur, de iure effrenatus dici posset test. numerus; *idem Menoch. d. consil. 367. num. penult.* Et huc facit etiam, quod scribit Dn. Gaill. *num. 3.* ni-

mirum vbi in prima dilatione multi testes, & effrenatum numerum attingentes examinati essent; producenti secundam dilationem non concedi. Qui au-
10 tem dicatur † effrenatus testium numerus, pertractant ex professo Mascard. *tract. probat. conclus.* 1081. *per tot. Menoch. de arbit. iud. cas.* 249 *per tot. nouissime Prosp. Farin. de opposit contra exam. test. quaest.* 80. *opposit.* 41. *per tot.*

Limitatur tertio; vbi verosimiliter
11 † subornationis periculum in aduersario, dilationem sibi communem esse contendente, metui posset, *Menoch. d. consil.* 367. *num.* 35. & 38.

ARGUMENTA.

I. In S. Cam. Imp. circa concessionem dilationis secundæ, tertiæ & quartæ quid obseruetur, remissiue.

II. Dilatio quarta, an prorogari possit, & quid in Camerali iudicio.

III. Heredi; an noua detur dilatio elapsa quarta.

SUMMARIA.

1 *Dilationes probatoriæ, vltra primam, quando in Camera concedantur, vel denegentur.*

2 *Dilatio quarta, tam in criminali, quam in ciuili caussa, ex iusta caussa conceditur.*

3 *In Camera non conceditur dilationis prorogatio.*

4 *Nisi quarta ex iusta caussa, & cum debitis solemnitatibus.*

5 *Mortuo principali, postquam solemnitati quartæ dilationis satisfecisset, heredi noua datur dilatio.*

6 *Nisi heres sciens, terminum quartæ dilationis, negligenter elabi passus fuerit.*

CONSIDERATIO II.

Dilationes probatoriæ, secunda, tertia, quarta, quando † concedantur
1 vel denegentur in S. Camerali iudicio, cum docte ex Imp. Recess. Ordinat. Camer. Visitat. & visitat. memorial. gener. decretis. consultis Cam. collegerit & apprime proposuerit nuperrime D. Denaisius *in synops. iur. Cam. lit. D. rubr. dilationes probatoriæ*, illo studiosum lectorem ablegare debui. Addatur his nouiss. deput. *recess. Anno 1600. fol.* 32. §. Wiewol auch *alle prorogationes: &* §. *seq.*

Quarta dilatio, quin in caussa † ciuili 2
ex iusta caussa concedatur, dubium non est, *Afflin. in prax. Florent.* §. 21 *c.* 1.

Immo & in caussis criminalibus reo ex caussa iusta quarta conceditur dilatio, *post glo. docet Prosp. Farin. quæst. crim.* 39. *num.* 5.

CORONIS.

In Cam. Imp. an primæ, † secundæ, 3
tertiæ dilationis detur prorogatio, *nouissime discussit Rutg. Ruland. tract. de commiss. par.* 1. *lib.* 2 *c.* 10. *per tot.*

Quartam vero dilationem prorogari † ex caussa posse, ex Castr. & Alex. di- 4
cit Dn. Gaill. *nu.* 16. atque in Camera ita OBSERVATUM esse testatur, & concedere visus est D. Mynsi. *obs.* 72. *cent.* 1. Conceditur tamen eiusmodi prorogatio saltem cum solemnitate, qua ipsa quarta dilatio. *Mynsing. d. obs.* 72. *cent.* 1. & ita in Camera OBTINUISSE scribit. Accedit & Rutg. Ruland. *tract. de commiss. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 10. *sub num.* 9. qui & ipse aliquot PRÆIUDICIA refert; *addatur videndus Benint. Bonon. decis.* 45.

Notandum interim, vt vbi defunctus quartam dilationem petiisset, † & sole- 5
mnitati, *c. vltra tertiam. de test. & attest.* satisfecisset, & post vitam mortalem deposuisset, heredi eius in Camera Imp. noua dilatio concedatur, *sicuti Myns. obs.* 72. *cent.* 1 *& comment. ad ord. Cam. tit.* 16. §. Was aber die *dilationes. par.* 3. *per Magenh. publicatus, testantur.* Nec eiusmodi heres solemnitatem, *d. cap. vltra tertiam*, hoc est, iuramentum, se nouam dilationem non malitiose, seu super dolum (*vt text. loquitur*) aut artem aliquam non exposcere. Et ita in S. Camerali iud. OBSERVARI adstruunt iidem Myns. & comment. ille iisdem in locis.

Limitandū tamen esse videtur, quod ex Mynsing. retulimus, heredi non obesse

esse lapsum quartæ dilationis, quin sibi noua concedatur dilatio, vt non procedat, quando ipsemet heres † viuente 6 patre ipsius administrasset negotia, *sic Rutg. Ruland. tract. de commiss. part. 1. lib. 2. cap. 8. sub num. 17.* Quod ipsum ego verum crederem, filius vbi etiam de termino quartæ dilationis pendente notitiam habuisset, & illum negligenter elabi siuisset.

ARGVMENTVM.

Generale an sufficiat, an vero speciale requiratur mādatum, vt quartæ possit dilatio peti.

SVMMARIA.

1 *Generale mandatum ad obtinendam quartam dilationem, an sufficiat, antea dubitatum.*

2 *Hodie speciale mandatum, intra tempora tertiæ dilationis exhibendum, requiritur.*

CONSIDERATIO III.

1 Generale mandatum † ad impetrandam quartam dilationem sufficere, hec speciale requiri, aliquando in Camera IVDICATVM esse testatur D. Mynsing. *obser 70. in princip. & Dn. Gaill. nu. 18.* E cōtra etiam generalem non sufficere, alio tempore tentum esse, vterque scribit. Quibus accedit Comment. *in ordin. Cam p. 3. tit. 10. per Magenh. public.*

2 Hodie dubium † illud sublatum est, generali decreto Cam. Ann. 1580. quo speciale requiritur mandatum, quod quidem intra tempora tertiæ dilationis exhibendum erit, *Recess. Imp. Anno 1594.*

DE COMMISSARIIS, ET AB EIS ASSVMENDO perficiendoque testium examine.

ARGVMENTVM.

Testes in perpetuam rei memoriam vtrum, & quando examinentur in ciuilibus.

SVMMARIA.

1 *Testes regulariter ante litem contestatam examinari non possunt.*

2 *In perpetuam tamen rei memoriam ad instantiam futuri actoris; etiam lite non contestata, recte examinantur.*

3 *Etiam iudex partibus de competentia disputantibus; testes, re exigente, in perpetuam rei memoriam examinare potest.*

4 *Testes ad perpetuam rei memoriam etiam lite, vel appellatione pendente, examinari possunt.*

5 *Actoris in arbitrio vbi est, vt vel hodie agere possit, examen ad perpetuam rei memoriam cessat.*

6 *Ob testium defectum probabiliter metuendum, d. examen conceditur. nu. 7.*

8 *Mulier prægnans, quo ad hanc materiam valetudinariis annumeratur.*

9 *Quinquagenarii testes pro senibus in hac materia reputantur in Cam. Imp.*

10 *Testes valetudinarii, senes, absfuturi etiam per iudicem a quo, pendente appellatione, recte examinantur: modo lata sententia iudex remaneat. nu. 12.*

11 *Nisi iudici a quo legitime sit inhibitum.*

13 *Etiam index, ad quem examen in perpetuam rei memoriam recte instituit.*

14 *Tempore pestis, licet actori facultas agendi competat, prædictum tamen examen conceditur.*

15 *Modo periculum verosimiliter subsit, testes post litem contestatam haberi non posse.*

16 *Testes senes, valetudinarii & absfuturi, de iure communi qui sint, iudicis arbitrio relinquitur.*

CONCLVSIO XCII.

QVAMVIS regulariter ante litem cōtestatam testes † examinari non possint, quemadmodum ex professo, textus *cap. quoniam frequenter. vt lite non contest.* inducit, & *auctoritatibus Hostiens. Ioan. And. Boer. Bellam. Bald. Butr. Imol. Anchar. Zabarell. Anan. Abbat. Socin. Felyn. Alber. Bart. Florian. Petr. de Bella. Pert. Cyni, Fulg. Ang. Spec. Soc. Campeg. Papiens. Nell. Lanfr.* 1

Boss. Placha. Mynſ. Gaill Corrad. Monticell. Craſſ. Menoch. Maſcard. & multorum aliorum, firmat Proſp. Farinac. *de teſtib. q. 76. part. 1. num. 2.* Fallit tamen hæc regula, inter cetera, quando in perpetuam rei memoriam examinari deberent, *c. quoniam frequenter. verſi. niſi forte. vt lit. conteſt.*

Fallentiam eiuſmodi aſſumamus pro
2 concluſione: teſtes n. ante litem † conteſtatam in perpetuam rei memoriam, ad inſtantiam producētis futuri actoris (de reo enim inf. ſeparatim videbimus) examinari poſſe. Hanc concluſionem diſerte approbat, & regulariter obtinere ſcribit Ludolph. Schrad. *tract. feud. par. 9. ſect. 13. ſub nu. 110. verſ. & certi iuris eſt. & admittit poſt multos, quos citat Proſp. Farinac. de teſtib. q. 76. par. 1. num. 11. Sichard. conſ. feud. 6. num. 21.*

Extenditur primo concluſio; vt et-
3 iam † iudex, de cuius competentia adhuc inter partes diſputatur, in perpetuā rei memoriam teſtes examinare valeat, vbi periculum ſubeſſet, ne deperiret veritas. Ita in S. Cam. iud. DECISVM eſſe citat Rutg. Rulan. in exquiſitiſſimo ſuo de commiſſ. tract. *p. 2. lib. 1. c. 2. nu. 13.*

Extenditur ſecundo concluſio, vt nō modo ante litis conteſtationem examinari poſſint teſtes in memoriam, ſed etiā
4 de iure Camerali lite † iam conteſtata, ex iudicis arbitrio, concedi queat, *Nouel. Conſtit. Imp. Receſſ. deput. Anno 1600.* §. Es ſollen auch *Commiſſiones ad perpetuam rei memoriam lite inſtituta, & pendente non obſtante*, daß man hernach *ordinaria via* zur Beweiſung möge zugelaſſen / vnd dem *arbitrio iudicis, &c.* heymgeſtellt ſeyn. *atque idem ex Conſult. Cam. Anno 1594. Dn. Denaiſius inf. citando loco etiam ſcribit.* Imo pendente etiam appellatione, & quidem per iudicem a quo, ſicuti infra hac concluſione diximus, examinari in memoriam poſſunt.

Declaratur concluſiō, vt procedat,
5 quando actoris, producentis † non reſideret in arbitrio, vt ad libitum, quando velit, agere poſſit, vt quia ſit debitum in diem, vel conditionale, vel alias ab alterius dependeat arbitrio: ſecus vbi contra; nam tunc in perpetuam rei memoriam non conceditur examen, *ad fuſe not. Farin. de teſt. q. 76. nu. 14. 15. 16.*

Hanc declarationem in Cam. Imp. etiam receptam eſſe, patet ex conſult. Cam. An. 90. quemadmodum & illud met annotatum eſt per Dn. Denaiſ. *in ſynopſ. iur. Cam. lit. C. tit. commiſſiones ad memoriam.* § . 3. *ibi. commiſſiones ad memoriam nullo habito diſcrimine, nata ſit, an naſcitura, petentibus decernentur.*

Subdeclaratur, vbi periculum eſſet, ne probatio intercideret † ob teſtium pro- 6
ducēdorum futurum defectum, vt quia teſtes valetudinarii, ſenes, receſſuri in longinquos fines, ita vt eorum copia lite conteſtata ſuo tempore veroſimiliter haberi non poſſet. His enim caſib. examen ante litem conteſtatam decernendum erit, ne veritas occultetur, *text. in c. quoniam frequenter. vt lit. non conteſt. text. l. leg. Aquil. ibi. qui teſtes poſſunt non eſſe eo tempore, quo conditio exſtiterit. ff. ad leg. Aquil. infinitos in hoc congeſſit Dd. Farinac. d. quaſt. 76. num. 17.*

Ampliatur præcedens ſubdeclaratio primo, vt non modo in relatis perſonis, valetudinariis ſcilicet, ſenib. & receſſuris obtineat, verum etiam in illis teſtibus ſeu perſonis, qui in locis † peſtilentibus 7
commorantur, *ita poſt alios extendit Lud. Schrad. tract. feud. p. 9. ſect. 13. ſub nu. 110. verſ. & inter ceteras cauſſas.* Et in hoc conſentit Dn. Gaill. ante *num. 8.* Ita in S. Cam. iud. DECISVM eſſe, An. 1566. refert D. Rutg. Rulan. *de commiſſar. tractatu, par. 2. lib. 1. c. 7. num. 4.* (qui idem dicit eſſe, vbi teſtis ad loca peſtilentia proficiſci vellet.)

Ampliatur ſecūdo, vt & mulier † prægnans valetudinariis, ita quod in perpetuam rei memoriam examinari poſſit, 8
adnumeretur, *Floria. in l. inuiti. ff. de teſt. ſic ſentire teſtatur Menoch. de arb. iud. caſ. 60. n. 6.* Quamuis autem Menoc. d. loco contrarium ſentiat, ego tamen, mea quę fert tenuitas, Floriano aſſentirem, vbi prægnās vicina eſſet partui. Si enim quinquagenarii † (prout in Cam. receptum eſſe, te- 9
ſtatur Dn. Gaill. *nu. 7.*) pro ſenibus, in finem ſuſcipiendi ad memoriam examinis, reputantur, qui tamē longam in diē ſuperuiuere poſſunt; imo in quibus præſens

ſens nullum aduerſæ valetudinis deprehenditur ſignum; maior ſane ratio ſuſcipiendi examinis viget in prægnante vicina partui. Omnes enim mulieres (*ex præſcripto diuinæ maieſt. Geneſ. 3.*) in dolore pariunt, & quandoque ob difficultatem partus moriūtur; ſicuti exemplum ſacra pagina Geneſ. 35. in Rachel docet, non dicā quotidianis exemplis doceri: quare igitur non idem hic obtineret ius, nō video; quippe cum & quælibet rationabilis cauſſa ſufficiat facultati examinandorum teſtium ex parte actoris ante litis conteſtationem, *c. quoniam frequēter. ibi. & alii teſtes, de quibus ex aliqua rationabili cauſſa timetur, etiam lite non conteſtata, ſunt procul dubio admittendi. vt lit. non conteſt.* ſed ſatis forte, ſiquidem deciſiue non diſputatiue propoſitū mihi ſit, hiſce in concl. procedere. Vnū ſaltem liceat adhuc ſubiicere, firmādæ ampliationi plurimum conferens, q̄ n. prægnans (vicina partui) a Iuriſc. cenſeatur in mortis articulo cōſtituta eſſe, ita vt etiam a Papa excōmunicata, poſſit a quocunq; abſolui hoc tēpore imminentis partus, *ex Abb. in c. paſtoralis. §. præterea. ext. de off. ord. ſtatuit Fulu. Pacian. tract. prob. c. 4. n. 13. lib. 2.* Cauſſa abſolutionis hic vnica eſt periculū mortis.

Ampliatur tertio notabiliter præſcripta ſubdeclaratio in hoc, vt & teſtes valetudinarii, ſenes, abſuturi, ob periculum
10 mortis vel abſentiæ, etiam † pendente appellatione, per iudicem a quo examinari poſſint, *ita nuncupatim poſt Maran. & Rol. a Vall. Robert. Lancell. tract. attent. p. 2. c. 12. limit. 38. num. 1. limit. 43. nu. 3. 8. & c. 20. ampliat. 1. num. 25. Maſcard. tract. proba. concluſ. 1367. num. 9. vbi etiam in auctoritatem Mileum in Repert. & Socin. ſen. in conſil. refert.* conceduntq; vterque Lancell. & Maſcard. ordinarium iudicem, lite coram ſuperiore pēdente, teſtes hoſce valetudinarios, &c. ad cautelam, ne veritas depereat, examinare poſſe. Quandoquidem quæ ob periculum appellatione pendente fiunt, non reputentur pro attentatis, *ſicuti ad terminos hos docet Menoch. tract. recuper. poſſeſſ. remed. vlt. nu. 40. & Lancell. d. limit. 43.*

Limitatur ampliatio hæc tertia, primo, vt non obtineat, quando iudici † a 11
quo inhibitum eſſet; tunc enim in examinando ſuperſedere debet, *Lancellot. d. c. 12. limit. 38. num. fin.*

Limitatur ſecundo hęc tertia ampliatio, vt procedat in iudice, † qui lata a ſe 12
ſententia, de qua appellatum, remaneret iudex ordinarius, *ita viſus eſt voluiſſe ex Felyno, Proſp. Farinac. d. quæſt. 76. numero 138. vide de hac ampliatione etiam notata ſeq. concluſ.*

Ampliatur quarto dicta ſubdeclaratio, vt non modo ante litem conteſtatam, & poſt litis conteſtationem, imo pendente appellatione per iudicē a quo (de quibus ampliationibus ſigillatim ſupra diximus) verum etiam ab ipſo iudice
† ad quem, examen illud in memoriam 13
fieri poſſit, quando adhuc diſputaretur in puncto deuolutionis interpoſitæ appellationis, *adnotat. Lancell. tract. attent. par. 2. c. 12. limit. 43. nu. 7.*

Ampliatur principaliter ipſa concluſio, ſimul & præſcripta ſubdeclaratio eiuſdemque ampliationes, vt teſtes hi valetudinarii, ſenes, receſſuri, in peſtilenti loco degentes, examinari ad perpetuam
rei memoriam poſſint: † quamuis actori 14
producenti facultas eſſet aduerſus reum præſentem experiri. Nam adhuc ob periculum intercidendæ veritatis ſeu probationis, examen illud actori futuro non denegabitur, *ita nuncupatim ampliat poſt Abbat. Bart. & alios Hartm. Piſt. quæſt. iur. 39. num. 3. lib. 1.*

Declaratur hæc ampliatio, vt tum demum procedat, quando veroſimiliter † periculum ſubeſſet, ne teſtes poſ- 15
ſint haberi poſt litem conteſtatam; ſecus vero, vbi de eo periculum non ſubeſſet, *Farinac. d. quæſtio. 76. num.* 106. Qua declaratione admiſſa remouetur contrarietas illa opinionum, an teſtes in perpetuam rei memoriā examinari queant, reus vbi eſſet paratus ſtatim recipere iudiciū; aliis affirmantibus, aliis negantib. *quos Hartm. Piſt. & Farin. d. loco referunt.*

Qui aūt de iure communi in præſenti
† negotio, dicantur ſenes, valetudinarii, 16
qui longe peregrinaturi, qui diu abſuturi, varie a Dd. reſoluitur, ita vt tandem

eo ventum sit, vt existimetur, iudicis relinquendum esse arbitrio, quemadmodum ex professo in senibus scribit Menoch. *de arbit. iud. cas. 59. in valetudinariis. cas. 60.* in longe peregrinaturis, *cas. 61.* in diu absfuturis. *cas. 62. & post Farinac. quæst. 76. part. 3. num. 83 & seqq.*

ARGVMENTVM.

Considerandum quid sit actori peteti examen in memoriam; quid item examine perfecto sibi obseruandũ, tam de iure Camerali, quam communi.

SVMMARIA.

1 *Commissionem in perpetuam rei memoriã petens, exprimere debet, an sibi commissarii nominati sint aliquatenus coniuncti.*
2 *Terminus contradicendi quantus aduersa parti concedatur.*
3 *Commissio hac coram deputatis inscriptis petenda.*
4 *Testium nomina, & ætates in supplicatione specificanda.*
5 *Et vtrum supplicans futurus sit actor vel reus.*
6 *Decretam quoq; commissionem intra annum redimere, & commissario insinuare debet supplicans.*
7 *Rescripta seu mandata intra annum non præsentata, etiam de iure communi concidunt.*
8 *Ante actum examinis, impetrans de iure cõmuni pro citanda aduersa parte ad vidẽdũ iurare, &c. iudici supplicare debet.*
9 *Examine peracto, actor intra annum actionem instituere debet.*
10 *Eumq; ab initio vtilem, in progressu autem caussa continuum.*
11 *Anno elapso examen concidit.*
12 *Et a luersus non agente intra annum de fraude præsumitur.*
13 *Contra quam præsumtionem quatenus admittatur probatio in contrarium. num. 14. 15. 16.*
17 *Si attestatio cuiusdam testis articulum inseparabilem contineat, examen anno non concidit.*
18 *Nec si actor intra ann. experiri haud potuit.*
19 *Vtraque pars, si sit actor & reus, examen anno non euanescit.*
20 *Examen etiam anno elapso, non interueniente iudicis declaratoria, vel partis exceptione subsistit.*
21 *Testes, lite postea cœpta superstites, de nouo examinandi.*

CONSIDERATIO I.

IN S. Camer. iudicio, petens commissionem in memoriam, in supplicatione † exprimet, sibi an commissarii nominati subiecti, iureiurando obstricti, vel aliquo modo coniuncti sint, *Recess. visitat. Ann. 79.* alias commissio illa denegatur. Ita IVDICATVM esse, Anno 1589. testatur *Thilm. de Benig. Camer. obs. 27 pentecost. 4.* Eiusdẽ in specie meminit præiudicii Rutg. Ruland. *tract. de commissar. p. 2. lib. 1. c. 5. nu. 10.* Aduersæ partis procuratori, si contradicendi terminum petat, † quatuordecim dierum, vel etiam quatuor septimanarũ indulgetur curriculũ citra prorogationem. *Recess. visitat. Anno 1585.* §. Doch dagegen. *quod & Anno 93. comprobatum exstitisse refert Rutg. Rulan. tract. de commiss. par 2. lib. 1. cap. 5. num. 2.* Hodie nec procurator petentis concedere, nec aduersæ partis petere longiorem potest terminum. Iudex Cameralis licet ex caussa huius termini metas extendere, si ei visum fuerit, queat. *Recess. deputat. Ann. 1600.* §. Wann *iudicialiter pro commissione.*

Sin coram deputatis lite pendente commissiones in perpetuam rei memoriam peterentur, † in scriptis petendæ erunt, *Visitat. memor. Ann. 1585. notat Dn. Denais. in synops. iur. Camer. tit. commissiones ad memoriam §. 2.*

Adde hisce, quæ Dn. Gaill. *sub num. 3.* de Camerali obseruantia in commissionibus extrahẽdis tradit: vbi etiam commemorat, supplicantem testium horum examinandorum nomina, † & ætates iudici esse specificandas, & quidem optimo iure hoc requisitum procedit, vt cognosci queat, decernenda ob periculum intereundæ veritatis examinatio, vel etiam commissio sit, nec ne. Et ita etiam OBSERVAT Rot. Rom. *teste Put. decis. 303. lib. 2.*

Notat

Notat vero, dum Dn. Gaill. scribit, ex supplicationis narratis debere constare,
5 vtrũ supplicãs † actor futurus sit, vel reus, aduertendũ esse, q. cum cõmissiones ad perpetuã rei memoriã, vel iudicialiter, vel extraiudicialiter petantur, vt in iudiciali quidẽ petitione sufficiat, ex narratis constet saltẽ, vtrum supplicans actor vel reus futurus sit: & ita procedat Dn. Gail. traditio. In extraiudiciali vero requiratur, vt diserte & dilucide, an actor vel reus supplicãs indicet, alias cõmissio denegabitur, quemadmodũ DECISVM testatur Rutg. Rul. *tr. de commiss. p. 2. lib. 1. c. 5. n. 8. 9.*

Consideret item supplicans pro commissione ad memoriã, vt eam decretam
6 † intra ann. ex Cancellaria Imp. Cam. redimat, & Cõmissario insinuet, alias impetrata cõmissione carebit. Nam illa penitus ex animi lapsu ęstimatur cassa & irrita. Sicuti aperte probat nouissime post hæc scripta visus D. Rutg. Rul. *tr. de commiss. p. 2. lib. 1. c. 15. n. 3. 4.* & idem Rulan. eodẽ tract. *p. 1. lib. 2. c. 23. nu. 1.* sub quo capite ostẽdit Rulan. petitas cõmissiones quascunq; intra annum citra a tempore, quo decretæ sunt ex Cancellaria redimenda esse, idemq; in mãdatis procedere ibid. Sed an etiam de iure cõmuni rescripta,
7 † seu mandata intra annum citra, non præsentata concidãt, atq; cassa censeantur, videre posset Tib. Decian. *resp. 18. nu. 1.* vbi aliquot modis declarat, *vol. 1.*

De iure cõmuni ante examinis actũ
8 requiritur ex parte actoris, † vt pro decernendo examine in memoriam supplicet iudici, de quo requisito, *concl. seq. 93.* & quidem rei cõueniendi, de quo eadem 93. *concl.* faciat citari partem, ad videndum iurare, & producẽdum) si velit) interrogatoria, de quo *inf. concl. 94. & 95.*

Examine peracto, necesse est (inquit Dn. Gaill. *num. 4.* ex text. in id expresso, *c. quoniam frequenter in princip. vers. sed si actor non conuenerit aduersarium. vt lite non contest.*)
9 vt actor † intra annum actionem instituat, *Masuer. in prax. tit. de testib. sub num. 1. vers. verum est. quod requiritur cum sexcentis aliis auct.* quorum collectio, textu expresso apparente, necessaria non
10 erit, qui sane annus ab initio † censetur vtilis, atque ita non incipit currere, nisi a tempore, quo aduersarius conueniri potuerit, in progressu vero & processu continuamus, *Mynsi. in d. c. quoniam frequenter. in princ. nu. 31. nouissime Prosp. Farinac. tract. de opposit. contra examen test. quæst. 76. part. 5. num. 171.*

Extenditur, quod proxime ex Dn. Gaillio aliisque diximus, intra annum actionem esse instituendam, vt anno eo elapso † examẽ sit nullum & inualidum, 11
tex. in d. c quoniam frequenter, in prin. ibi. attestationes sic receptæ non valeant. In tãtum, vt aduersus hunc intra illud tempus anni
† non agẽtem præsumtio insurgat, fraudis, testes scilicet fecisse examinari in 12
fraudem rei, vt processu temporis exceptiones legitimæ ad repellendum testes, vel aliæ locum habere non possint, *text. d. c. quoniam frequenter. in prin. ad finem. diserte ex gloss. & Alciat. Menoch. 1. præsumt. 65. num. 5.* & quidem eiusmodi præsumtio, quæ sit iuris & de iure probationem
† contrariam non admittens. Sicuti 13
nuncupatim ex Baldo, Alciat. & Gaillio asserit Menoch. *2. præsumt. 54. sub nu. 3.*

Contrariũ, quod imo non sit pręsumtio iuris & de iure, sed duntaxat † iuris 14
tantum, probationem contrariam admittens, *Hostiensem in d. cap. quoniam frequenter. voluisse refert Farinac. mox dicenda quæst. num 169.*

Concordantur opiniones, vt prior procedat in non admittenda contraria probatione † respectu fraudis, posterior 15
in admittẽda probatione respectu eius, quod actor non habuisset facultatem intra annum conueniendi reum, *ita concordat post Abbat. & Butr. Prosp. Farin. de opposit. contra exam. test. quæstio. 76. part. 5. numero 170.*

Admittitur etiam aduersus talẽ præsumtionẽ iuris, & de iure † indirecta pro- 16
batio contraria, probando scilicet, lapsum non esse annum a tempore examinationis citra. *post Alciat. Menoch. 2. præs. 54. sub nu. 3. vers. aduersus tamen.*

Limitatur primo, quod dicitur, examen esse nullum, vbi intra annum actionem non instituisset actor, non obtinere, quando attestatio alicuius in me-

moriam examinati testis, contineret v-
17 num articulum † inseparabilem: quia eo casu attestatio eiusmodi valeret etiam in fauorem producentis. *ex Abb. & Mariano tenet Farin d.q.76.nu.173.*

Limitatur secundo, intra annum, scilicet a tempore examinationis agendum esse contra aduersarium, vt nõ procedat, quando producens, seu futurus a-
18 ctor, † non posset intra annum illum experiri, vt quia debitor in diem, conditionalis, &c. *ita nominatim declarat Menoch.2.d præsumt.54 sub num.3.vers.& præterea intelligitur currere tempus.* Huc spectant, quæ supra, vbi annum hunc esse vtilem scripsimus, & quæ paulo ante, in posteriori conciliationis membro retulimus.

Limitatur tertio, quod intra annum sit agendum, non procedere in caussis seu controuersiis, in quibus vtraque pars
19 † Actor & Reus est, quemadmodum in interdict. retinendæ: iis enim casibus intra annum producens lite in iudicio experiatur, necesse non est. Ita Ann. 1584. IVDICATVM testatur Thilm. de Benign. obs. Camer. 22. pentec. 4.

Limitatur quarto; quod traditur, nisi intra annum agat producens, examẽ esse nullum, vt non intelligatur ipso iure nul-
20 lum esse, sed † quod requiratur, vel iudicis declaratoria, vel partis exceptio, *Mynsing. in c. quoniam frequenter. in princ. nu.33.* quare sententia vigore attestationum in illo examine datarum lata, licet post annum primo agere incepisset producens de nullitate examinis non excipiente aduersario; iure subsistit. Quemadmodum ex Panormitan. eodem loco specialiter corroborat Mynsing.

Lite ab actore cœpta, testes antea in memoriam examinati, si adhuc tempo-
21 re, † quo ordinarie ad examen testium proceditur, superuixerint præsentesque essent, de nouo sunt examinandi, atque ita repetẽdi, alias aliorum testimonium probationem non induceret, *Mascard. tract. probat. conclus. 1367. num. 10. & ex Rota Rom. decis. 3. alias 110. incip. nota quod caussa. de test. in antiq. colligit & admittit Rob. Lancell. tract. attent. par. 2. c. 12. limit. 38. nu. 3.*

ARGVMENTVM.

Reus; an & quando possit petere testes a se producendos examinari in perpetuam rei memoriam.

SVMMARIA.

1 *Reus regulariter testes ad perpetuam rei memoriam producere potest.*
2 *Non solum senes, &c. sed quoscunq.*
3 *Quod postremum non procedit, si actor reum iam conuenisset; vel litis incoandæ caussa præsentem se offerret. nu. 4.*
5 *Attestationes testium rei, post litem ab actore cœptam, examinatorum, non probant.*
6 *Nec si Reus in hoc, vt aduersus alium agendo experiatur; testes examinari fecerit.*

CONSIDERATIO II.

REum testes regulariter † ante litem contestatam producere; & vt exa- 1
minentur recte petere, *text. est disertissimus. in c. significauit. 41. de test. & attest.* auctoritates nõ refero textu eiusmodi existente apertiss. si quis tamen desideret, infinitas deprimit Farin. *mox dicenda parte 2. num. 03.*

Ampliatur regula, vt nõ solum senes, † valetudinarii, abituri, &c. (*quemadmodũ actoris iss: testes oportere præced. consideraT. monuimus*) sed etiam alii non ita qualifi- 2
cati, in perpetuam rei memoriam examinandi sint, *Dn. Gaill. num. 8. 9. Hartm. Pist. quæst. iur. 39. num. 15. lib. 1. Mynsing. obs. 71. vers. primum enim hic testes. cent. 4.* Ampliationem eiusmodi diserte etiam firmat post Butr. Abbat. Fely. & alios Lud. Schrad. *tract. feud. par. 9. sect. 13. non procul a fine. nu. 110.* vbi etiam extẽdit, procedere in caussis criminalib. criminaliter institutis, de quo *seq. considerat.*

Limitatur hæc doctrina Gaillii, seu præcedens ampliatio, non obtinere, quando actor † iam reum conuenisset, 3
eo enim casu Reo petenti examen in perpetuam rei memoriam denegatur, quoad illos testes, quorum de morte & absentia periculum non subest, *Hartm. Pist. Lib. quæst. 1. quæst. 39. sub nu. 17. vers. quod si vera*

si vero actor actionẽ suã semel intentare cœperit, Cæsar Contard. in l. diffamari. c. 6. n. 50. vbi auctoritate Baldi tenet expresse, vbi petitio aliqualis offerretur ex parte actoris, examen illud in memoriam silere. *C. de ingẽ. & manumiss. & post Bellapert. aliosq. Prosp. Farin. de oppos. cõtra examẽ test. q. 76. part. 2. nu. 66.*

Ampliatur hæc limitatio, vt quamuis adhuc litem non incoasset actor, sed
4 incoandi † caussa præsens se offerret, in puncto acturum: nam nec tũc testes rei examinantur in memoriam, nisi senes, valetudinarii, affuturi, &c. nõ vero reliqui. *post Capol. amplia. Cæsar Contar. in l. diffamari. c. 6. nu. 49. C. de ingen. & manumiss.* auctoritate Ioannis Andreæ Bellamer. Zabarellæ, & aliorũ, nũcupatim Prosp. Farinac. *d. q. 76. par. 2. nu. 74.*

5 Extenditur iam † notabiliter citata limitatio, eiusdemq; ampliatio, in tantum, vt nec attestationes horum testiũ Rei probationem faciãt, vbi examinati essent, postquã actor litem mouere incepisset. Ita in ipsis terminis DECISIVE responderũt Domini Vuitebergenses, & hos IVDICANDO sequutum est Iudicium Curiale. *teste & approbatore Hartm. Pist. lib. quæst. iur. 1. quæst. 39. sub nu. 17. vers. ideoque cum reus quidam.*

Limitatur principaliter regula supra in princ. firmata, vt vires non exerat, quando reus petiisset examinari in me-
6 moriam testes, non pro sui iuris † defensione, sed vt aduersus alium agendo experiatur, Iusque illius impugnet. Dn. Gaill. *nu. 10.* multas auctoritates pro hac limitatione congessit. *Farinac. d. quæst. 76. num. part. 2. num. 75. 77. 78.* licet non desit vnus & alter contrarium sentiens, animaduertente eodem Farinacio.

ARGVMENTVM.

Testes in rei memoriam, vtrum, & quando in caussis criminalibus examinentur.

SVMMARIA.

1 *Accusaturus examen ad perpetuam rei memoriam non recte petit.*
2 *Licet testes sint valetudinarii, senes, vel absfuturi.*
3 *Nisi de crimine ciuiliter agat.*
4 *Reus in criminalibus examen ad perpetuam rei memoriam petere recte potest.*
5 *Etiamsi testes producendi non sint senes, vel valetudinarii. &c.*

CONSIDERATIO III.

Accusaturus ante litem contestatã petere non potest, vt examinentur testes † in memoriam. *Hartm. Pist. lib.* 1 *quæst. iur. 1. quæst. 39. num. 10. c. quoniam frequenter. à contrario sensu. ibi. cum ciuiliter est agendum. ut lit. non contest. & aliis insi per rationibus post gloss. Innocent. Hostens. & septuaginta alios, (in quorum numero & Dn. Gaillius est) Prosp. Farinac. de opposit. contra examen test. quæst. 76. part. 4. num. 113.*

Ampliatur, vt nec valetudinarios † 2 senes, absfuturos, examinari petere possit accusator in criminalibus. *Farin. d. quæst. 76. part. 4. num. 114.*

Declarantur iam prædicta vt procedant, quando de crimine criminaliter agere velit, secus si ciuiliter. † nam hoc 3 posteriori casu senes, valetudinarii, absfuturi, perinde ac si ciuili de causa agere vellet actor, examinantur. *Post Innocent. Host. Ioan. And. Bald. & alios Prosp. Farinac. de opposit. contra exam. test. d. quæstio. 76. part. 4. num. 115.*

Rei vero testes ante litem † contesta- 4 tam, & in memoriam examinari conuenit, quando intendit probare se esse insontem, absentem fuisse tempore perpetrati delicti, minorem, & eius generis pœnæ extinguendæ, vel leniendæ, &c. *Dn. Gaill. num. 15. Hartm. Pist. lib. quæst. 1. q. 39. sub num. 10. vers. nam ex parte rei.*

Ampliatur hoc postremum in Reo, vt indistincte † quoscunque testes, quo- 5 rum de morte vel absentia etiam non timeri verosimiliter possit in æternam rei memoriam produci possit in caussis criminalibus criminaliter institutis, *auctoritate Baldi & Barbat. Ludolph. Schrad. tract. feud. part. 9. sect. 13. sub nu. 110. vers. quod procedit etiam.*

ARGVMENTVM.

Commissio in perpetuam rei memoriã, à quo Iudice petẽda.

SVMMARIA.

1 *Commissio ab incompetenti Iudice facta nullius est momenti.*

2 *Commissio ad perpetuam rei memoriam, à Iudice caussæ principalis fieri debet.*

3 *Vbi tamen in mora periculum est præsentaneum, examen ab incompetenti, etiam absque commissione factum valet.*

4 *In commissione ad perpetuam rei memoriam cessat priuilegiũ* der Außträge.

5 *Et quare.*

CONCLVSIO XCIII.

EXAMEN in perpetuam rei memorã cum Iudex caussæ principalis regulariter faciat. *quemadmodũ infra conclus. 102. stabiliuimus*, & in præsentiarum de vera delegatione, quæ non nisi à Iudice ordinario, coram quo caussa ventilanda erat, vel iã ventilabatur, fieri cõuenit. *ex text. l. 1. ff. de offi. eius cui mand. l. 1. & fin. ff. quis, & à quo. firmante Tiber. Decian. resp. 3. nu. 20. vol. 5.* nobis tractatio sit. Consequens est, vt & idem Iudex facultatem committendi illudmet examen habeat: ab incompetenti enim
1 Iudice † facta cõmissio nullius mométi est. *Nominatim ex recentioribus tradit Rutg. Ruland. tract. de commiss. part. 1. lib. 2. cap. 2. num. 2.* sed multo grauius Ludolph. Schrad. *tract. feud. part. 10. sect. 4. num. 38. & seqq.* qui in hoc videndus.

Conclusio itaque fit à Iudice, cui caus-
2 sæ † principalis competit cognitio, regulariter petendam esse commissionẽ, de qua in præsentiarum ad æternam rei memoriam. *Barth. Blarer. inducendo firmat, in l. diffamari, cap. 4. sub num. 11. vers. sicut etiam, quotiescunque. C. de ingen. & manumiss.* Ita etiam in terminis concludit ex Felin. Imbert. & aliis Rutg. Ruland. *tract. de commiss. part. 2. lib. 1. cap. 2. num. 4.*

Verũ, quandoquidem sup. *sub Conclus. 102.* in limitatione prima principali, ex iisdemque Ampliationibus & subampliationibus probauerimus, conclusionem silere, vbi periculum in mora, ne deperiret veritas, subesset, sic & præsens conclusio ex iisdem rationibus limitationem recipit, vt nõ obtineat, quando
3 † alias ob tarditatem assumendi per cõmissarios deputandos examinis, veritas verosimiliter occultaretur, ob mortis vel absentiæ periculũ. Confert, quod & citra vllam commissionem examen hoc perfici ab incompetenti Iudice valeat, summum deperiendæ veritatis ex caussa imminentis mortis, vel absentiæ examinandi testis, vbi sub esset periculũ, iuxta ea, quorum sup. *d. conclus. 102. meminimus.*

Quare optimo iure summaque æquitate in S. Cam. iudicio receptum, vt quamuis priuilegium Austregarum, ex Ordinat. Camerali *part. 2. tit. 1. 2. 3. 4. 5.* priuilegiatos, primæ instantiæ, tribuat Iudices, non vero S. Camerale iudicium competẽs sit Iudex in illis coram Austregis decernendis casibus, nihilominus † ob 4
periculum occultandæ & deperiendæ veritatis in Cam. Imp. cõmissio illamet in rei memoriam peti potest, decerniturque. sic de stylo esse Cameræ refert Dn. Gaill. *num. 2.* Et ita IVDICATVM testatur Mynsing. *obseruat. 18. centur. 1.* nec non nouissime DECISVM esse duabus in caussis, nominatim in terminis scribit Rutg. Ruland. *tract. de commissar. part. 2. lib. 1. cap. 2. num. 8.* Qui sane Rulandus aliam insuper præter Gaillium huius limitationis, quare scilicet † in Camera com- 5
missio ad memoriam decernatur, rationem adducit, dicens, quod cum Iudices vigore ordinationis, Austregarũ scilicet, sint delegati (*Dn. Vultei. in l. 1. n. 86. C. de iurisd. omn. iud. idem Rulan. d. tract. part. 1. lib. 3. c. 5. sub n. 32.*) & delegati nũquam ante litis contestationem potestatem decernendi commissionem ad memoriam habeant, veritas posset deperire, antequam litis contestatio coram illis Iudicibus Austregarum intercederet, subiicitque ita IVDICATVM esse in Cam.

ARGVMENTVM.

Commissarius non penes se retinere debet rotulũ examinis ad memoriã, sed obsignatum dominis cõmittentibus ad Camerã trãsmittet, vt ibi asseruetur, donec extractio legitime petita sit, & q̃d ad legitimã extractionis petitionẽ req̃ratur.

SVMMA-

SVMMARIA.

1 *Commissarius peracto examine, rotulum obsignatum ad committentem transmittit.*

2 *Quem tamen, si apertum transmittat, dicta testium propterea non vitiantur.*

3 *Magistratus, rotulum aa se transmissum agēti in Camera, restituere detrectans, quomodo compellatur.*

4 *Modus repetendi rotulum nouella lege præscriptus.*

5 *Repetens rotulum, sufficientem recepti rotuli recognitionem dare tenetur.*

6 *Commissarius non modo rotulum, sed etiam protocolla transmittere debet.*

CONSIDERATIO I.

DE iure communi recte arbitrantur Doctores oportere cōmissariū trāsmittere Examinis † Rotulum sub sigillo
1 suo clausum Domino cōmittenti, multis auctoritatib. & nominatim Dn. Gailliū secutus adseuerat Prosp. Farinac. *tract. test. tit. 8. quæst. 77. cap. 3. num. 143.* (vbi tamen *nu. 144.* subdit ex mente Campe-
2 gii, & aliorum esse, quod etsi † aperte transmitteretur rotulus, dicta testiū non vitiari.) Idem prodidit & obseruauit Ioseph. Ludou. Perus. *decis. 73. num. 2.*

Idem & de stylo Camerali, vt & commissarius Rotulum sub sigillo clausum ad Cameram ibidem asseruandum transmittat, obtinet, *teste Dn. Gaill. num. 5.*

3 Vbi autem inferior Iudex † examinis Rotulum apud aliquem magistratum deposuisset, & postea in Camer. Imp. agēdum, & Rotulus in probationem producendus foret, magistratus autem redditionem denegaret, in Camera compulsoriales decernuntur: & quāuis magistratus ille excipiat, adducendo caussas, quare compulsoriales decerni minime debeant, petitione tamen releuanti defertur, & ita compulsoriales, exceptionibus post redditionem proponendis saluis, decernuntur. Ita IVDICATVM in Cam. testatur Rutg. Ruland. *tract. de Commiss. part. 2. lib. 1. cap. 16. num. fin.*

Transmissione per cōmissarium facta asseruantur attestationes, seu Rotulus (inquit Dn. Gaill. *sub num. 7.*) donec, lite coram iudicibus priuilegiatis, hoc est, **Austrägen**/ cœpta, ad petitionem partis producentis, iterum à Iudice Cameræ, qui commissionem decreuit, repetatur. Circa quod dictum Gaillii de repetendo rotulo notandum est, hodie † lege latâ 4
modum petendi rotulum esse præscriptum, nempe, vt repetens documētum à iudice, coram quo caussa pendebat exhibeat, quo probetur attestationes in eo processu esse necessarias, vel partem aduersam in repetitionem rotuli cōsensisse. *Recess. Deput. Anno 1600.* §. **Als auch offtmals** *Commissiones ad perpetuam rei memoriam* **erkandt.**

Nec tamen prius rotulus hic restituitur in Camera, nisi † repetens recogni- 5
tionem recepti rotuli sufficientem det. Ita IVDICATVM in Cam. testatur Rutg. Ruland. *tract. de commiss. part. 2. lib. 1. cap. 20. num. 11.* Non modo rotulus † à com- 6
missario, sed etiā protocolla, tam commissarii, quam adiūcti, aut scribæ ad Cameram transmittuntur. Vid. Roland. *de Commiss. part. 2.*

ARGVMENTVM.

Attestationū ad memoriam examinatorum testium publicatio, coram quo iudice committente, an commissario facienda sit, & quo tempore.

SVMMARIA.

1 *Publicatio attestationum ad perpetuam rei memoriam receptarum, ad iudicem caussæ principalis spectat.*

2 *Hinc publicatio à iudicibus* **der Austrägen**/ *si caussa super qua, ad ipsos spectet, fieri debet.*

3 *Testes senes, valetudinarij, &c. etiam absque publicatione probant.*

4 *Publicatio, regulariter, post litem contestatam facienda.*

CONSIDERATIO II.

PVblicationem attestationū in memoriam factarum esse à iudice † cau- 1
sæ principalis faciendam, non est, quod dubitemus. & nūcupatim tradit Prosp. Farin. tract. *de testib. tit. 8. q. 76. nu. 184.* clarius vero, ipsisq; in terminis magis tradidit, & in facti contingentia OBSERVAVIT Ioseph. Ludou. *Perus. decis. 73. nu. 2.*

part.2. cumq; (inquit) *ego essem tantum delegatus ad testes examinandos, non poteram testes publicare, sed ad delegantem literas obsignatas remittere tenebar, ad quem delegantem publicatio etiã processus spectabat.* citãs in hoc Bartol. & Grauat. *in addit. vestr.* in Cam. Imp. obseruatur, vt quando ibidẽ super caussis corã Austregis seu iudicibus priuilegiatis discutiendis, cõmissio in memoriam decreta factaq; esset, sed
2 coram iisdem † priuilegiatis iudicibus publicatio fiat. *Rut. Rulan. de commi. part. 2. lib. 1. c. 20. ante n. 8. ibi.* cui accedit, quod publicatio hoc casu, non ad Cameram, sed ordinarium spectat.

Quo tempore publicatio attestationum in rei memoriam datæ faciẽda sit, à parte Rea, vel actore, ingens est quæstio. Et ea quidem dubiæ resolutionis.

Si examinis, de quo in præsentiarum, ad memoriam, rotuli publicationem faciendam, considerauerimus, videtur exactam sollicitudinẽ producẽti testes, necessario habendam non esse. Nam si
3 vera est sentẽtia arbitrãtium, testes † senes, valetudinarios, &c. in memoriam examinatos probare, quamuis publicati non essent. *Prosp. Farinac. tract. de testib. tit. 8. q. 75. c. 1. nu. 25.* vbi expresse sic sentit, & multos in auctoritatem citat. quid facta hic proderit, quid neglecta oberit?
4 Regulariter verò ante litis † cõtestationem publicatio iuribus reprobatur. *Dn. Gaill. n. fi. quem cum infinitis aliis pro regula citat Prosp. Farinac. d. q. 76. par. 5. nu. 182.* vbi plurib. ampliãdo & limitãdo prosequitur, quo recursũ, cui libet, petere posset.

ARGVMENTVM.

Commissio in perpetuam rei memoriam, quãdo, & quomodo decernenda.

SVMMARIA.

1 *Examen in perpetuam memoriam, præuia caussa cognitione saltem summaria, decernendum.*
2 *Non tamen expressa interlocutoria requiritur.*
3 *Commissiones in perpetuã rei memoriam in communi forma decernendæ.*
4 *Cõmunis vel optima forma quæ dicatur.*
5 *An communis forma facultatem transumendi complectatur.*
6 *Commissio nonnunquam in optima forma ex caussa legitima decernitur.*

CONCLVSIO XCIV.



EXAMEN in æternã rei memoriã non cõtinuo ad partis instantiam est decernẽdum, sed tum demũ conceditur, quando p̃habita † co- 1
gnitione, *Prosp. Farcinac. de opposit. contra exam. test. q. 76. part. 5. nu. 129.* vbi & inter cæteros Dn. Gaillii in hanc sententiam commeminit *Marcel. Cal. tract. de ant. & prob. mod. §. 2. gl. vn. nu. 941.* saltẽ summarie *Hartm. Pistoris lib. q. 1. q. 39. sub n. 6. Menoch. 2. præsumpt. 54. sub nu. 3. vers. illud etiam hac in re.* Et nuncupatim plurib. nisus auctoritatib. Prosp. Farcinac. *d. q. 76. part. 5. n. 132.* interloquutus fuit Iudex, examinationẽ testium illorum vel seniũ, vel valetudinariorum, absuturorum, esse suscipiendam. *Hartm. Pist. d. q. 39. n. 6. & auctoritate Bart. ac Roma. Menoch. 2. præsumpt. 54. sub n. 3. vers. imo etiam requiritur iudicis interlocutoria.* & post nouissime pluribus relatis auctoritatibus Farcinac. *d. q. 76. p. 5. nu. 130.* nec tamen † expressa interlocu- 2
toria necessario requiritur, verũ etiam tacita, cõmittendo scilicet examen sufficere existimatur. Ex Socino sen. inducit Crauet. *cons. 319. sub n. 2. vers. cæterum non eundo per generalia.* Et quamuis Roland. à Vall. *cons. 23. lib. 3.* contrarium sentiat. Socinum tamen, & eum sequẽtem Crauettam desensitat Menoch. *2. præsumpt. 54. ad fin.* & à Menochii partib. videtur etiã stare Farin. *d. quæst. 76. part. 5. num. 131.*

Hactenus quando examen concedatur præmisimus: iam ipsam principalem conclusionẽ firmabimus, quæ est, quod commissiones ad examinãdum testes in perpetuam † rei memoriã in communi, 3
nõ vero optima forma de iure Camerali regulariter (*sic mihi loqui liceat.*) decernendæ sint. Eiusmodi cõclusionem Dn. Gaill. *in princip.* admittit. quemadmodũ & in Cam. obseruari testatur nouissime Tilm. de Benig. *obs. 24. pentec. 4.*

Verum vt studiosus percipiat, quæ dicatur in præsentibus terminis communis,

4 nis, † & quæ optima forma, cum de eo nonnihil variatum videatur, sic habeat, Communi in forma commissio concepta intelligitur, vbi saltē mandatur testes senes, valetudinarios, absfuturos recipiendos: Optima vero vbi simul mandata fuisset facultas transsumendi instrumenta, eorundem sigilla & manus per testes assumendæ probationis, & quæ id genus similia sunt.

Quamuis vero Tilm. de Benign. *Cam. obseru. 20. part. 4.* fretus præiudicio, cuius
5 ibi meminit, sentiat † facultatem transsumēdi complecti communi sub forma: Contrarium tamen, & quod maxime optimæ formæ conueniat, consultum Cameræ Imp. dictat Anni 94. sicuti & aduertit Dn. Denays. *in sinops. Iur. Camer. Lit. C. tit. commissio in meliore forma.* §. 4. nuperrime etiam *in Recess. Deputat. Spir. Anno 1600.* §. **Wir erklären auch.** expresse sic constitutum est, ibi, **Wir erklären auch / setzen / ordnen / vnd wöllen / daß hinfüran / wann** *commissiones* **außbracht /** *potestas transsumendi, &c.* **nicht** *in communi*, **sondern allein** *meliori forma* **zuverstehen seyn sol.** Videatur & Rutg. Ruland. *de commiss. part. 2. lib. 5. cap. 22. num. 8. & seqq.*

6 Nonnunquam in terminis † committendi examinis ad memoriā decernitur in S. Camer. Iudicio optima in forma cōmissio, petenti legitimas caussas allleganti, vt quia testium examinandorum dicta recte intelligi non possint, nisi & ocularis simul accesserit rei inspectio, quemadmodum Anno 1591. in Cam. IVDICATVM fuisse scribit Tilm. de Benig. *obs. 21. pent. 4.*

ARGVMENTVM.

Examen in rei memoriam vbi instituitur, an aduersæ partis citatio, ad videndum testes iurare, & exhibendum, si velit, interrogatoria, requiratur.

SVMMARIA.

1 *Testes absque citatione partis aduersa, ad videndum, &c. examinati, non faciunt fidem.*
2 *Hinc & is, contra quem testes ad perpetuam rei memoriam producuntur, regulariter citandus.*
3 *Et quidem in persona.*
4 *Nisi periculum sit in mora.*
5 *Nec defectum omissæ citationis supplet: quod aduersarius sit terribilis & potēs.*

CONSIDERATIO I.

Testes sine citatione partis † ad vidēdum illos produci & iurare nullam fidem regulariter facere, ex multis neothericis post alios respondit, & ampliationibus nonnullis exornat Ioan. Vincent. Honded. *consil. 56. n. 22. & seqq. vol. 1.* Sed vt propriis terminis insistamus. 1

Citari etiam regulariter conuenit † aduersarium ad terminum producendorum testium in memoriam examinandorum, eosdem videndum iurare, &, vbi velit, exhibendum interrogatoria, *auctoritate Corn. March. Boss. & Bertazolii affirmat Mascard. tract. probat. conclus. 1366. num. 3. & post Soci. Abbat. Felin. aliosque plures Ludolph. Schrad. tract. feud. part. 9. sect. 13. num. 113.* ab hac regula alienus non est Prosp. Farcinac. *de opposit. contra Examen test. quæst. 76. part. 5. num. 141.* vbi inter infinitos alios, Dn. Gaill. *ex obs. 94. num. 2. & 4.* in regulæ comprobationem citat. dicitque hanc regulam esse verissimam & communiter receptam. vide Asin. *in prax.* §. *7. cap. 5. limit. 29.* 2

Ampliatur regula, vt illa citatio debeat † personaliter fieri, non vero ad domum. *Farcinac. d. q. 76. nu. 143.* quā ampliationem pluribus hîc non excutio, quum proprie citationis tractatui quadret, & aliqua ibid. contulerit Farcinac. 3

Fallit iam regula, quando periculum † esset, ne deperiret occultareturque veritas, ob timorem mortis, vel absentiæ testium in memoriam examinandorum, antequam comparere possit aduersarius citandus: eo enim casu examen absque citatione subsistit. *ex Host. Innocent. Abb. & multis aliis fallentiam statuit Ludolph. Schrad. tract. feud. part. 9. sect. 13. sub num. 113. vers. eodem modo testes. Ant. Gabriel. lib. sent. 2. tit. de citat. Conclus. 1. num. 302. & num. 342. vers. declara, quia hoc casu. nouissime Farcinac. d. quæst. 76. num. 164.* vbi Gaillii etiam in hoc vtitur auctoritate. 4

Nec sufficeret defectui † omissæ cita- 5

tionis, aduersarium esse terribilem & potentem, sed simul requiritur periculum, vt subsit intereundæ veritatis, ob mortis vel absentiæ timorem. *Mascard. tract. probat. Conclus. 682. nu. 27. & Ant. Gabriel. d. Concl. 1. de citat. sub n. 342. in d. vers. declara.*

ARGVMENTA.

I. Interrogatoria indifferenter omnia non esse admittenda, & quid in hoc obseruandum.

II. Testes super interrogatoriis non minus ac articulis examinandos esse.

SVMMARIA.

1 *Interrogatoria duplicia.*
2 *Interrogationes etiamnum hodie in iudicio obseruandas.*
3 *Interrogatoriũ non quoduis admittendũ.*
4 *Vnde si testis super non admittendo respondeat, se nescire, depositio ipsius nihilominus subsistit.*
5 *Imo interrogatorium impertinens iudex reiicere necessario tenetur.*
6 *In dubio tamen iudex ad admittendum debet esse pronior.*
7 *Testes super interrogatoriis æque atque super articulis examinandi.*
8 *Tam in criminalibus, quã ciuilib. causis*
9 *Testes non examinati super interrogatoriis, non probant.*
10 *Interrogatorium, an aliter rei veritas, quam testis deposuisset, se posset habere, non resecandum.*

CONCLVSIO XCV.

1 SVMMA interrogatoriorũ distinctio † in duas diducitur species, vt sint aut quib. partes ipsæ respõdere in iudicio tenentur, (de quib. ex neothericis disserũt Crau. *cons. 823. Fran. Marc. Delphin. decis. 60. tom. 1. Schenck. Baro. in pgymnasfori. tit. 5. Lag. in method. par. 5. cap. 13. Menoch. de arbit. iud. cas. 51. Schneid. §. actionum. tit. de petit. heredit. num. 33. & seq. Ludolph. Schrad. tract. feud. part. 10. sect. 14. num. 27.* qui omnes concedunt, etiam-
2 num hodie † interrogationes in iudiciis obseruandas & illis respondendum esse) aut super quibus testes examinantur *Prosper. Farin. de opposit. contra Examen testium. quæst. 73. sub num. 1.*

De posteriori saltẽ specie in præsentiarum nonnihil notaturi sumus.

Quodlibet indifferenter † interroga- 3
torium testis, vt desuper examinatio instituatur, à Iudice admittendum nõ esse, sed potius reiiciendum, grauiter à ICtis scriptum traditumque exstat. in tantum, vt, quamuis à Iudice † admissa imperti- 4
nentia essent, testis dicens, se ea nescire, depositio nihilominus subsistat: *in numeris stabiliuit auctoritatibus grauissimis. Prosper. Farcinac. de opposit. cont. exam. test. q. 73. num. 48.* vbi & Dn. Gaillium in comprobationẽ huius recenset. vt ita opus haud sit, plures adnectere auctoritates: saltem sciamus, iudicem non modo † imperti- 5
nentia reiiciendi facultatem habere, sed imo magis necessitate constringi. *Mynsing. resp. 3. num. 10. decad. 1. idem Mynsi. in c. per tuas. 48. num. 5. de test. & attest.*

Declarantur tamen, quæ de impertinentibus interrogatoriis non admittendis monuimus, vt iudex procliuis † non 6
esse debeat ad reiiciendum, sed potius, vbi quoquo modo caussæ adminiculari possent, in dubio admittat. *ex Iasone & aliis nuncupatim Prosp. Farin. d. quæst. 73. num. 50.* faciunt quod & articulos in dubio admitti conueniat, &c. quo de tractauimus sup. *Conclus. 81.* vbi etiam auctores subieci, affirmantes interrogatoria in dubio admittenda esse, *num. 12.*

Conclusio iuris existit verissima iuxtà ac receptissima, testes † super interroga- 7
toriis nõ minus, quam ipsis probatorialibus articulis à producente datis examinandos esse. *text. apertiss. in c. præsentium. 2. §. testes etiam. ibi. examines secundum partis aduersæ interrogatoria. de test. & attest. in 6. & in specie multis exornat nouissime Prosp. Farinac. de opposit. contra exam. test. quæstion. 73. numer. 2.* & ita IVDICAVIT Rot. Roman. *vt est decis. 268. incip. Domini tenuerunt. num. 1. in nouiss. part. 2.*

Ampliatur primo Conclusio nõ modo procedere in ciuilibus, † sed etiam in 8
criminalibus. *Farinac. d. quæst. 73. num. 8.* qui plures ampliationes collegit, quas studiosus per se facili negotio perquirere potest,

potest, ex professo enim ampliando & limitando conclusionem tractat. *illa in quæst. à num. 1. vsque ad 26.*

Ampliatur secundo conclusio in tan-
9 tum obtinere, vt nec † testes super interrogatoriis non examinati, quicquã probent. *Barbatiam sequendo respondit Menoch. cons. 701. sub num. 26. & idem Menoch. cons. 322. num. 46.* Verum quum hæc ampliatio concernat etiam seq. Consider. pluribus hic non prosequor.

10 Ampliatur tertio, vt † & interrogatoriũ admittẽdum, nec resecandũ sit, quo interrogatur testis, an aliter rei veritas, quã ipsemet deposuisset, esse posset. *post Baldum & Molignatum, Ant. Tessaur. Pedemont. decis. 261.* vbi scribit ita etiam DECIDISSE Senatum.

ARGVMENTVM.

Iudex, vel Commissarius vbi intermiserit examinationẽ super interrogatoriis, vtrũ examen nullum sit.

SVMMARIA.

1 *Examen, an ob omissionem interrogatoriorum in totum vitietur.*

2 *Quod quidam affirmant, in tantum, vt ne quidem aduersus producentem probet, num. 3.*

4 *Quidam negant.*

5 *Etiamsi interrogatoria dolo vel culpa cõmissarij omissa fuerit in ciuilibus.*

6 *In criminalibus testis, super interrogatoriis non examinatus, non probat.*

7 *Distinctio ad conciliandas prædictas opiniones contrarias refertur.*

8 *Clausulæ, quæ interrogatoriis præmitti solet vtilitas.*

9 *Negatiua, quod interrogatoriorum omissio non vitiet examen, approbatur.*

10 *Retenta affirmatiua, testes de nouo super articulis & interrogatoriis examinandi erunt.*

CONSIDERATIO I.

1 DVbiæ & contrariæ resolutionis reperitur quæstio, vtrum † examen ob intermissionem examinationis testiũ super interrogatoriis nullum sit, atque ita testes super articulis examinati probationem faciant.

Et vt parcissime eandem ex mente Doctorum explicem, sunt qui affirmant, † quod nullum sit examen. Ita sentientiũ 2 ingentem cateruam recenset, & magis communiter receptam dicit, eandemq; opinionem amplectitur Prosp. Farinac. *de opposit. contra exam. test. quæst. 73. num. 3.* (vbi etiam ex Viuio refert, adeo nullum censeri illudmet examen, vt nec aduersus † producentem quid probet) *& nu. 6.* 3 atque ita aduersari videtur Dn. Gaillio, *nume. 7.* dissentienti, communis Dd. sententia.

Sed sunt & qui negant, autumantes † examen illud ob intermissionem in- 4 terrogatoriorum, adhuc valere. *Ant. Granat. in addit. Vest. prax. Rom. lib. 6. cap. 2. num. 56. vnum non prætermittam* (inquit) *quod si iudex super interrogatoriis testes interrogare omiserit, non ob id examen inefficax redderetur: verũ parti remanet facultas faciendi, vt testes super interrogatoriis, etiam facta publicatione in caussa, repetantur*, allegat Alex. & iuris Canon. text. negantibus item suffragia tulit. Mynsing. *obseruat. 32. cent. 1.* vbi etiam scribit ita aliquoties in Cam. Imp. IVDICATVM fuisse, & idem Mynsing. *resp. 3. num. 19. decad. 1.* in terminis dicit, nullum textum expressum dari, qui probet, quod si testes ad interrogatoria non responderint, & alias rite sint recepti eorũ testimonia concidant. multos alios insuper grauissimos auctores pro hac contraria parte citat idem Farin. *d. q. 73. num. 5.* Ant. Gabriel. *lib. sent. 1. tit. de testib. Conclus. 21. num. 24.* eandem negatiuam ex Alexandro videtur tenere. Imo auctoritate Alexand. & Decii, iuxta hanc negatiuam sententiã IVDICAVIT, Rot. Roman. *vt est apud Put. decis. 427. ibi. fuit tentum, quod testes examinati interrogatoriis prætermissis per hoc non essent nulliter examinati. lib. 1.* consulendo etiam hanc sententiam sustinet Tiber. Decian. *respons. 51. nu. 122. Vol. 2.*

Imo, quamuis commissarius † dolo 5 vel culpa desiisset examinare testes super interrogatoriis, adhuc examen subsistere, concludit diserte post Speculat. & alios Mascard. *tract. probat. Conclus. 684. nu. 1.* (licet in ciuilibus, non vero crimi-

nalibus hoc concedat *num. 4.* adstruens post Bursat. ex communi opinione testē
6 † super interrogatoriis in Criminalibus non examinatum, non probare) & in Mascardi sententiā concurrit, licet aliis fretus auctoritatibus, Dn. Gail. *num. 7.*
7 Conciliari contrarias hasce † opiniones fœdere distinctionis posse, visus est sentire Farin. *vbi supra num. 6.* vt prior obtineat, quando pars, quę interrogatoria exhibuit, ꝑtestata fuisset de nullitate examinis, nisi & super interrogatoriis recipiantur testes, & iudex decreto interrogatoria, vt super iisdem testes examinentur, admisisset. Posterior vero vbi protestatio illa & decretum non interuenissent.

Quæ conciliatio si vera esset, vtilissima in hoc existit clausula, quæ vulgo in-
8 terrogatoriis præmitti † solet. Protestatur de nullitate examinis, vbi testes super interrogatoriis non reciperentur.
9 Cæterum posterior sententia † videtur æquior, cum per partem producentem non steterit, quo minus super interrogatoriis examinati sint testes, & alias (*ceu ad terminos dicit Mynsing. d. cons. 3.*) vtile per inutile vitiaretur.

Integrum tamen (casu quo prior sententia obtinere deberet) erit producen-
10 ti, de nouo † super articulis & interrogatoriis examinari facere testes. *multis confirmante Farin. d. quæst. 76. nu. 7.* quod ipsum etiam admittit Menoch. *de arbit. iud. quæst. 34. sub num. 15. vers. aliud exemplum potest afferri.* conceditur itaq; testiū repetitio, de qua mox *seq. Consid.*

ARGVMENTVM.

Repetitio testium super interrogatoriis, an, & quando concedenda sit.

SVMMARIA.

1 *Testes super interrogatoriis non examinati, repeti possunt.*
2 *Idem, si super articulis examinatio omissa fuerit.*
3 *In dubio aduersus examinatorem, malitia vel negligentia ipsum examinationem prætermisisse, præsumitur.*
4 *Testis etiam post publicationem repeti potest.*
5 *Non solū super interrogatoriis datis ante examen, verum etiam super dandis.*
6 *Tam in criminalibus, quam ciuilibus.*
7 *Testis ex officio examinatus non probat, nisi postmodum citata ad hoc parte repetatur, num. 8.*
9 *Repetitionem, sumptibus petentis eam, fieri debere.*
10 *Testes repetendi nunquid iterato iurent, remissiue.*
11 *Repetitio testium super articulis, quando concessa, remissiue.*
12 *Iudex ex officio, si pars non det interrogatoria, si velit, interrogationes proponere poterit.*
13 *Interrogatoria dandi dilatio non datur nisi petenti.*

CONSIDERATIO II.

Repeti posse testes super † interroga- 1
toriis datis non examinatos extra controuersiam est, *post Rom. Dec. & Iasonem Mascard. tract. probat. Conclus. 684. nu. 2.* alias enim defensio subtraheretur iuribus reluctantibus; nam & super † articu- 2
lis possunt testes repeti iam pridem attestationum publicatione facta, vbi vel per malitiam, vel negligentiam examinatio rite facta non esset, quēadmodum textus est. *c. per tuas, 48. ibi. nisi forsan à principio illos interrogari super certis capitulis postulasset, idque malitiose, vel negligenter fuerit prætermissum. de test. & attest.* si super his articulis repeti possunt, adeoque debent testes, vtiq; & super interrogatoriis ante examen datis repetendi erunt. Et in ipsis terminis, quod dict. cap. *per tuas*, extendatur ad interrogatoria, nuncupatim scribit respondendo Hier. Schurff. *Cons. 87. sub num. 14. vers. qui textus habet etiam locum in interrogatoriis.* conceditque ibidem post Speculatorem, quem citat, in dubio aduersus † examinatorē esse præ- 3
sumendum, quod malitia vel negligentia prætermiserit examinationem. *cent. 2.*

Ampliatur, vt nō modo ante publicationem, sed etiam † post eam, testes su- 4
per omissis interrogatoriis repetendi sint. *Hartm. Pist. lib. quæst. 1. quæst. 41. nu. 1 Myns.*

Mynſ. in c. per tuas, 48. num. 4. de teſt. & atteſt. idem obſeru. 32. vbi, quod ita IVDICATVM in Cam. Imp. ſit, teſtatur. *cētur. 1. Ant. Gabr. Roman. lib. ſentent. 1. tit. de teſtib. Concluſ. 11. num. 21. Menoch. de arbit. iud. quæſt. 34. num. 15. Hier. Schurff. conſ. 86. num. 2. cent. 1. (quem ex hoc conſ. citat etiam Dn. Gaill. ſine tamen centuriæ quotatione) idem Schurff. conſ. 87. num. 14. cent. 2.*

Ampliatur ſecundo, vt non duntaxat
5 teſtes repetendi ſint † ſuper datis, ſeu omiſſis interrogatoriis, verum etiam ſuper dandis repeti debeant, modo per dolum non dediſſet ante examen petens repetitionem interrogatoria.

Ampliationem hāc in ipſis terminis, auctoritate Speculat. Marant. Ioan. And. Barbat. Marſil. Alex. Menoch. Rotæ Rom. (coram Puteo *deciſ. 317. lib. 2.* vbi ſic RESOLVTVM eſſe, licet nullum auctorem citat, teſtatur) Tiberii, Decia. & Hieronym. Gabrielii, reſpondet Ioan. Vincent. Hondeb. *conſul. 101. nu. 26. vol. 1.* IVDICATVMQVE ita eſſe Peruſiæ in eademmet cauſſa, coram Locūtenente, & repetitos fuiſſe teſtes ad finem dicti conſilii ſcribit.

6 Ampliatur tertio, vt nō modo † in ciuilibus, ſed etiā in criminalib. cauſſis, vbi teſtes pro informatione Curiæ, ſeu Iudicis iā examinati eſſent, repeti teſtes debeant, ſuper adhuc dandis à reo interrogatoriis. *ex Saliceto, Aret. Blanc. Bertazzol. & Burſat. diſerte ampliat Ioan. Vincent. Hondeb. d. conſ. 101. nu. 28.* & iuxta ampliationem hanc IVDICAVIT, Regiū Tribunal Neapol. *teſte Camill. Borell. conſult.*
7 *21. ad finem.* & quod teſtis † ex officio examinatus nō probet, niſi repetatur citata ad hoc parte, poſt Hyppolit. Cæpoll. Burſat. & alios, tradit Borgnin. Caualc. *Fiuizan. deciſ. 13. nu. 51. vol. 1.*

Extenduntur relatæ, ſecūda & tertia
8 ampliationes, vt, niſi † repeterentur teſtes ſuper interrogatoriis his dandis, teſtes nullam fidem facerent, examinati ſuper articulis ſiue probatorialibus, ſiue informationalibus. *ex Burſato communem laudat Ioan. Vincent. Hondeb. ſub d. num. 28.*

Repetitio autem ſuper interrogatoriis dandis, ſumptibus † (vt hoc obiter 9
moneam) petentis repetitionem fiet, *in terminus Camil. Borell. conſult. 21. num. 14. & ſeqq.* An vero iterato † repetendi hi 10
teſtes iurent, dicam *Concluſio. 101. Conſider. 6.*

Repetitio teſtium ſuper † omiſſis ar- 11
ticulis, vel vbi examinatio ſuper articulis minus rite facta eſſet, quando concedenda, vel non ſit, huius non eſt, ne metas propoſiti egrediamur, tractare loci. Doctiſſ. & grauiſſim. Practicus Proſper Farinac. ex profeſſo vigilantique ſtudio reaſſumpſit nouiſſime illius q. explicationem, *in tract. de teſtib. tit. 7. q. 66. part. 8. per tot.* Sic & repetitio, vt æqualitas in iudiciis ſeruetur, ſuper interrogatoriis, iure permittitur, & qualiter hoc procedat, diſcutit ampliando & limitando idē Farinac. *d. part. 8. numer. 284. 285. 286. & ſeqq.*

CORONIS.

Iudex, vbi pars interrogatoria non dediſſet, ex officio † interrogationes pro- 12
ponere poteſt, *Dn. Gaill. ſub nu. 9. in Gaillii ſententiam viſus eſt etiam concurriſſe Aluar. Valaſc. Rer. iudicat. Regn. Luſitan. conſult. 43. nume. 18.* Declara, vt quidem poteſtatis hoc ſit, non vero neceſſitatis. *ex Boſſio tradit, & communem refert Proſper. Farin. de oppoſit. contra exam. teſt. quæſt. 73. num. 12.*

Ita etiam dilatio ad dandum interrogatoria non datur † niſi petenti, *ex Specu-* 13
latore docet Anton. Grauat. in addit. Veſt. lib. prax. Roman. 6. cap. 2. nu. 54.

ARGVMENTVM.

Examen teſtium an in ciuilibus cauſſis ſit delegabile.

SVMMARIA.

1 *Teſtium examen, vel ab ipſo Iudice fieri, vel alteri committi poteſt, n. 6.*

2 *Vel, ſi teſtes alterius ſubſint iuriſdictioni, per literas mutui compaſſus, examen eorum petitur.*

3 *Etiam in cauſſis criminalibus.*

4 *Ita requisitus Iudex vicē requirentis gerit.*
5 *Et de iure examen suscipere tenetur.*
7 *Camera Imper. Sacra Cæs. Maiest. ordinumque Imperij vices sustinet.*
8 *Camera in criminalibus examen testium delegare potest.*
9 *Cameræ competit ius meri imperij.*
10 *Quando & quatenus examen testium in ciuilibus delegari possit remissiue.*

CONCLVSIO XCVI.

1 EXAMEN testiū, si testes eius subsunt iurisdictioni, aut ab † ipsomet Iudice, coram quo processus ventilatur, fieri, vel alteri committi, aut ubi testes alteri⁹ subsunt iurisdictioni in subdium iuris, à iudice ordinario loci, ubi testes degunt, perfici constat. Quum enim Iudex extra prouinciā nullam habeat iurisdictionē, ceu docemur à ICto Paulo, *sub L. fin. C. de iurisdict. omn. iud.* proindeq; nec commissio extra iurisdictionem propriā subsistat. *ad notat. Vant. de nullit. sent. ex defect. iurisdict. de legat. num. 3. cum similib.* iure remediū eruendæ & proferēdæ veritati hoc casu, ut
2 nimirum testes sub aliena † iurisdictione degentes, ad iudicis caussæ requisitionem (scripto, literis scilicet rogatoriis, requisitoriis, iuris subsidialibus, mutui compassus, faciendam. *Minſ. in c. cum caussam. 37. num. 3. de testib. & attest.* pulcre, quare subsidiales, mutui cōpassus &c. dicantur, explicat Roland. *de commis. lib. 2. cap. 4. num. 14. & seqq. part. 2.*) ab ipsorū iudice examinentur. *L. Iudices. 17. C. de fide instrum. Francisc. Marc. Delph. decis. 137. num. 1.* infinitis firmat, exornatq; huius legis vim auctoritatibus Prosp. Farin. *tract. de test. tit. 8. quæst. 77. cap. 1. num. 2. & seqq.* & quidem non mo-
3 do in caussis ciuilibus, † verum etiam criminalibus examinentur, *inter multos Ant. Gabriel. lib. sent. 7. tit. de malefic. concl.*
4 *25. nu. 4.* qui requisitus † vicem (intellige fideliter examinādo) requirentis gerit. *Asin. in prax. Florent. §. 31. c. 16. nu. 2. par. 1. Bart. Blarer. in L. diffamari c. 11. sub nu. 21. vers. & sic, licet quamuis de alien. C. de ingen. & manumis.* quāuis auctoritate propria, nō vero requirentis vtatur. *Francis. Marc. Delphin. decisio. 137. ad fin. part. 1. & decis. 783. n. 5. part. 2.* qui quidem sic † requisitus 5
de iure tenetur examen suscipere, quādoquidem & sententiam ab alio Iudice latam, exequi requisitus tenetur sub sua si iurisdictione executio caderet. *Schurf. cons. 33. per tot. cent. 1. Mynſ. respons. 6. n. 3. & seqq. decad. 1.* de quo & *infra Con. 115.* nonnihil dixi.

Commissionem itaq; examinis † te- 6
stium in ciuilibus regulariter fieri posse, non est hæsitandum, *ex d. L. 17. C. de fide instrum. Farinac. d. qu. 77. c. 1. n. 2. & seqq.* minus dubii habet, quin Camera Imp. ut † quæ vices Sacræ Cæs. Maiest. Proce- 7
rum, omniumq; Imp. ordinum sustinet, imo ipsam Imperatoriam Maiest. ordinaria iurisdictione (in caussis Camerali iudicio demādatis ceu alias *supra concl. 1.* monui) repræsentat. *prout ex Ord. Cam. part. 1. tit. 8. & Memorial. Anni 1570. §. ibi.* Da sie die Beysitzer / neben dem Herrn Cammerrichter / die Kay. Mayt. Chur vnd Fürsten / vnd alle Stände deß Heiligen Reichs / diß Orts / *repræsentirt* dilucide apparet. Et in terminis de Augustiss. Camera Imp. quod cōmittere † examen 8
in criminalibus possit ex professo, *notat Rueg. Rulan. tract. de cōmiss. part. 1. lib. 2. cap.* (2. quamuis *eodem cap. 2. sub n. 4.* Cameræ † ius meri imperii non competere con- 9
tendat, cui tamen aduersatur satis solidis nisus argumētis Dn. Denaisius *in disputat. sua de iure meri imperij Cameræ competente &c.*) & idem firmatur ex Borell. *consultat. 21. in primo dubio*, ubi commissionem examinis testium in remotis degētium committi posse defendit. Et sine pugna est (*inquit Dn. Mynſ. obs. 40. cent. 3.*) quod testium receptio in caussis ciuilib. possit alii per Iudicē committi, præsertim si testes multum distātes sint à loco iudicii.

Ampliatur autem & limitatur multis † modis, conclusio, qua dicitur in ciui- 10
libus examen committi posse. quorum explicatio, quum magnis conquisita laboribus industriè absoluta sit, per grauissimos

uissimos nostræ ætatis ICtos, præsertim vero Prosp. Farinac. *tract. de testib. titu. 8. q. 77. cap. 1. per tot.* nihil de iis adscribendum duxi, illo recurrendum erit.

ARGVMENTVM.

Examen testiũ, an, & quando in criminalibus committi possit.

SVMMARIA.

1 *Examen testium in criminalibus committi non potest.*
2 *Ampliationes & limitationes d. conclusionis remissiue.*
3 *Camera, in quibus casibus criminalibus cognitionem habet, etiam examen testium delegare poterit.*
4 *Examine simpliciter commisso, reprobatoriorum examinatio nõ censetur commissa.*
5 *Cum commissio sit stricti iuris.*
6 *Officium commissariorum circa examen, eorumq́; potestas, remissiue.*

CONSIDERATIO I.

CRiminalibus in caussis examinatio testium committi an queat, difficilior explicatu est quæstio, & (quemadmodum in his terminis dixit Menoch. *de recuper. possess. remed. 15. nu. 358.*) difficilius interrogatio cõmittitur. Quæstionem hanc inter alios ex modernioribus tractat ex professo Gabr. Roma. *lib sentent. 7. tit. de malefic. conclus. 25.* vbi tripliciter Auth. *apud eloquentissimũ* (ex qua regula
1 firmatur in criminalibus † examẽ committi haud posse) ampliat, & quadrupliciter limitat. Menoch. *d. loco, num. 359. & seqq.* tres saltem refert limitationes. nuperrime eandem reassumpsit enucleate tractando Prosper. Farin. *tracta. de testib. tit. 8. quæst. 77. c. 2.* qui & ipse regulam cõstituit ex d. Auth. *apud eloquentissimum. C. de fide instrum.* quod in criminalibus examinatio testium committi non possit. citat in huius regulæ comprobationem sexcentas Dd. auctoritates, sub quibus & Dn. Gaillium *ex obseru. 95. num. 10.* refert; ita vt superuacaneum sit plures allegationes pro firmanda regula congerere, saltem addatur his Rutg. Ruland. *tractat. de commissar. part. 1. libro 2. cap. 3. sub num. 10.*

Ampliatur à Farinacio † eiusmodi regula 5. modis & limitatur 13. de quibus apud eundem d. loco per integrum caput, quo me refero. 2

Sed quid nominatim Cam. Imp. circa commissionem examinis in criminalibus obseruet, est quod subnectemus. Sane quum Summus Princeps (Imperator nimirum, quem nunc summum (teste Dn. Vulteio *in l. 1. sub num. 82. C. de iurisd. omn. iudic.*) ad differentiã aliorum Imperii Principum, Suã Maiest. inferiorum, dicimus Principem) delegãdi potestatem in criminalibus habeat. *Tiber. Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 25. nume. 2.* & quidem (vt terminos præsentes firmemus) examen committi etiam in criminalibus possit. quemadmodum limitatiue in terminis ex Afflicti doctrina tradit Ant. Gabr. *d. titu. de malefic. conclus. 25. num. 6.* & Camera Imp. (vt sæpius diximus) Maiestatem Cæsaream ordinaria iurisdictione repræsentet, per se satis perspicuum, est etiam in criminalibus Camer. habere potestatem delegandi, seu committendi examen.

In quibus igitur casibus † criminalibus Cam. Imperialis cognitionem habet, & iisdem committi examen poterit. videatur Ruland. *de commiss. part. 1. lib. 2. cap. 3. per tot.* vbi ex Gaillio & Mynsing. nonnulla huc spectantia adducit. 3

ARGVMENTVM.

Examinatione testium simpliciter commissa, reprobatoriorum examen non suscipiet commissarius.

CORONIS.

Dum Dn. Gaill. *sub num. 8.* de testibus per commissarium examinandis, & deponendum cogendis scribit, intelligendum est, de ipsis testib. probatoriis, † nõ 4
vero de reprobatoriis; quandoquidem examinatione testiũ simpliciter cõmissa, reprobatoriorum testiũ examinatio

mandata neutiquam censetur, sicuti recte mihi visus est docere Menoch. *2. præsumpt. 56. numer. 4. 5.* (vbi etiam extendit procedere, quamuis in examen reprobat. consensissent partes) commissio † e-
5 nim perhibetur esse stricti iuris. *Alexan. Raud. de analog. cap. 29. sub num. 5.* adeoque vt & strictissimam recipiat interpretationem, prout idem probat Menoch. *d. l. proindeque,* nec latum vnguem *(vt dixit in ipsis his terminis Tib. Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 25. num. 3.)* ab ea recedere potest, nec à commissionis forma quicquam delegatum recedere oportet, in terminis Alexand. Raudens. *respons. 39. num. 1. volum. 2. conferunt notat. Ioan. Petr. Surd. cons. 334. nume. 5. 6. 7.* nouissime post hæc scripta visus declarationem eādem, quam supra sequutus, Menochium retuli, commissarium, nempe, simpliciter ad examen constitutum non habere potestatem examinandi reprobatorios, non habere, approbat. Solius Floriani auctoritate nitens, Rutg. Ruland. *tract. de commiss. lib. 3 cap. 2. nume. 18. part. 1. qui Ruland. seq. cap. 3.* quando quibusque casibus commissionis ampla interpretatio fiat, exponit.

6 Officium imo & potestas † commissarii in examine suscipiendo, perficiendo, &c. circa quæ versetur, quatenusque extēdatur, late iuxta ac tersè prosequutus est Ruland. *d. tract. de commissariis,* ita vt mea operula opus haud sit. De testibus per commissarium cogendis dixi *infra conclus. 100.*

ARGVMENTVM.

Cōmissarius supremi Principis vtrum facultatem subdelegandi habeat.

SVMMARIA.

1 *Commissarius summi Principis, caussam sibi particulariter commissam, alteri subdelegare potest.*
2 *Quod quidam ad alios Imperij Principes hereditarios extendunt.*
3 *Subdelegare summi Principis commissarius etiam nulla caussa vrgente potest.*
4 *Etiam caussas meri Imperij.*
5 *A qua tamen sententia nonnulli, non absque ratione recedunt.*
6 *Industria psona electa, subdelegatio cessat.*
7 *Iurisconsulto caussa commissa, industria persona electa censetur.*
8 *Electa persona industria, subdelegatio, ne quidem consentientibus partibus subsistit.*
9 *Adeo vt eo casu nec pater filio subdelegare possit.*
10 *Subdelegatio commissarij particularis à Camera dati, partium consensu, etiam vbi de electa persona industria haud cōstat, non confirmatur.*
11 *Commissione sub verbo, præcipimus, vel mandamus, concepta, nec delegatum principis subdelegare posse.*
12 *Vnius partis consensus, casu quo consensu partium subdelegatio confirmari potest, non sufficit.*
13 *Iudices priuilegiati caussas subdelegare possunt.*

CONCLVSIO XCVII.



OMMVNIS, quantum inuestigare mihi pro nunc licuit, existit conclusio, Principis summi cōmissarium † in causa singulari, seu par 1 ticulari constitutū, vices suas alteri subdelegare posse, etiamsi cum potestate subdelegandi sibi facta commissio nō esset, (nā vbi potestas à principe subdelegandi concessa esset, nec tantillum est, quod subdelegationem remoreret. *Hart. Hartm. obs. pract. tit. de iudice. obs. 8. ad fin. cū aliis multis cōcordant.)* Ita sentiūt Menoc. *2. præsumpt. 21. n. 1.* Camil. Borell. *consult. 21. num. 13.* vbi inter cæteros nominatim Dn. Gaillium *ex obseruat. 97.* in huius cōprobationem citat Tiber. Decian. *tract. crim. l. b. 4. cap. 25. num. 4. Ludolph. Schrad. tract. feud. part. 10. sect. 4. nu. 43.* (qui etiam *nu. 44.* ad alios Romani Imperii Principes † hereditarios, Duces, Marchiones, 2 &c. extendit. cui extensioni reclamat inter alios Foller. *in addit. Marant. par. 4. dist. 5. sub nu. 27. vers. item intelligo prædicta,* de qua controuersia, suggerente Deo, alibi pleniore cornu dicetur) cōclusionem etiā admittit Ioan. Vuames. *in c. cum caussam. 62. sub nu. 10. & seqq. de appellat.*

Amplia-

Ampliatur conclusio, vt subdelega-
3 re etiam Principis huius † commissarius
vices suas queat, nulla vrgēte in id caus-
sa. Communem laudat Schrad. *d. part.
10. sect. 4 sub num. 43.*

Ampliatur secundo conclusio, vt et-
iam huic summi Principis commissario
4 integrum sit subdelegare † caussas meri
imperii. præter Dn. Gaill. *num. 14.* com-
munem dicit opinionem, quam & se-
quitur, Tiber. Decian. *tractat. crim. lib. 4.
c. 25. num.* communiter item receptum
testatur Soarez. *thes. sent. lit. D. nu. 32.* vbi
tripliciter limitat. & ita OBSERVA-
TVM esse in Curia Delphin. testatur &
approbat Guid. Pap. *decis. 624. incip. cla-
rum est, quod Princeps.*

Verum huic ampliationi seu senten-
tiæ Gaill. & aliorum grauiter admodum
obuersatur, & contrariis respondet Me-
noch. *de arb. iud. quæst. 54. per tot. nuper ac-
cessionem fecit Andr. Fachin. lib. controuers.
iur. 1. cap. 47.*

Conclusioni contrarium adseuerare
nouissime contendit Rutg. Rulan. *tract.
de commiss. lib. 3. cap. 5 post num. 13. & seqq.*
& in hanc contrariam sententiam vide-
tur etiam inclinare Alex. Raudens. *re-
spons. 7. nume. 43. vol. 1.* nec sane eiusmodi
5 † Rulandi dissentientis sententia vide-
tur absona in commissariis seu delega-
tis, qui Principibus & statibus Imperii
inferiores sunt, vt cum particulari per-
sonæ ICto nimirum alicui, vel alii ex-
cellenti viro commissio facta esset, ma-
xime examinandorum testium: nā cum
examinatio testium sit quoddam indu-
striale, *ceu ex Bald. & Lanfranc. in terminis
consuluit Alex. Raudens. d. cons. 7. nu. 41.* sub-
delegatio eiusdem non subsisteret (no-
minatim in facti contingentia, quod
subdelegatio cōmissi examinis non fiat,
respondit post Roland. & alios Osasc.
6 *cons. 17. nu. 12.*) industria siquidem † per-
sonę electa, subdelegatio cessat. *Dn. Gail.
nu. 2. Menoch. 2. præsumpt. 21. nu. 2.* respōdit
in term. Francisc. Monald. *cons. 143. n. 12.*
communem ex Socin. dicit Soarez. *thes.
sent. lit. D. n. 39. & conferunt notat. Io. Petr.
Surd. cons. 433. sub nu. 15. & 16. Francisc. Viu.
Neap. decis. 305. n. 1. & 5. Ioan. Vincent. Hond.
consult. 55. nu. 79. vol. 1.* nec non † cōmissio 7
ICto facta industriæ respectu iniuncta
censetur. *Menoch. 6. præsumpt. 92. nu. 12.*

Quo casu electa scilicet personæ in-
dustria, † nec consentientib. partib. sub- 8
delegatio iure valeret. *Tib. Decian. tract.
crim. lib. 4. c. 25 n. 38.* in tantū, vt nec dele-
gatus † pater filium subdelegandi facul- 9
tatem habeat. *idem Decian. sub d. nu. 38.* re-
iecta opinione dissentientis Romani.

Quinimo subdelegationem à cōmis-
sario † particulari in Camera dato factā, 10
non sumere vires ex partium consensu,
quāuis de electa personæ industria, nec
expresse, nec præsumptiue (sic .n. ego
intelligo) constaret, nuper propugnat
Rutg. Rulan. *de commiss. d. c. 5. n. 31.* vbi in
auctoritatem Rebuff. & Rot. Roman. ci-
tat. huius item (si rationes à Rulan. in id
adductas considerauerimus) sententiæ
assecla videtur Menoch. esse *2. præsumpt.
21. sub n. 18.* vbi dicit, quamuis ex cōuen-
tione partiū permittatur subdelegatio,
id tamen intelligendum esse, quādo ne-
gotium pēderet ab ipsorum partiū vo-
luntate, quin reticeam, vt plurimum o-
mnes commissiones esse sub verbo, *præ-
cipimus*, vel *mandamus*, conceptas. quib.
verbis † stantibus, nec principis delega- 11
tum subdelegare posse, acriter conten-
dit Petr. Foller. *in addit. Marant. Spec. par.
4. dist. 5. nu. 27.* dicitq; ibidem ex Alex. to-
tum mūdum hoc approbare. Vnius mi-
nime (vt hoc obiter dicam) partis suffi-
cit consensus, in casibus, quibus ex par-
tium consensu † subdelegatio valeret. 12
*Alexan. Raudens. respons. sub n. 26. vers. præ-
terea vbi subdelegatio admittitur, vol. 1.* Iu-
dices priuilegiati, † licet delegatam ha- 13
beant, non ordinariam iurisdictionem,
caussas nihilominus subdelegare posse,
concedit *Rutg. Rul. d. c. 5. sub nu. 32. vers. sed
quid in iudicibus.*

ARGVMENTVM.

Commissarii industriam esse electam, quib. constare possit.

SVMMARIA.

1 *In dubio cōmissarij industria electa præ-
sumitur.*

2 *Maxime, si sit caussa grauis, & peritiam desiderans, commissa.*

3 *Idem, si commissio facta sit verbis, per te, vel, per te ipsum, vel per te ipsum & non alium, præsumimus, nu. 4. 5.*

6 *Idem, si dictum sit, personaliter exequaris, obtinet.*

7 *Geminatio verborum electionem personæ inducit.*

8 *Item, si committens dixerit, tua prudentia freti, &c. personæ industria censetur electa.*

9 *Vel quando caussam proprio iudicio expediendam mandasset.*

10 *Vel conscientiam delegati onerasset.*

11 *Verbis industriam denotantibus commissioni insertis, an caussæ minoris præiudicij subdelegari possint, remissiue.*

12 *Procuratoris iudicialis industria, quoad facultatem substituendi, quãdo censeatur electa.*

CONSIDERATIO I.

COmmissarii industria vbi electa esset, nec Supremi Principis delegatum subdelegandi facultatem habere, diximus *supra ead. hac conclus.* vnde vero percipi queat, industriam esse electam, nũc est, pro instituti ratione, videamus. Dn. Gaill. *nu. 5. & 6.* remissiue & decisiue tres casus, quib. industria electa censeatur, adducit. Ipse in studiosorũ gratiam, casus præsenti tractationi subdelegationi conuenientes, quam breuissime possum contrahere non grauabor.

1 In dubio commissarii† industriam electam esse præsumẽdum est, tradit Mascard. *tract. probat. concl. 594. nu. 1.* & quod in dubio personæ industria censeatur electa, summat Bald. *l. artifices. 31.* aliorũq; fretus auctoritate refert idem Crauett. *consil. 875. sub num. 1. versic. industriam plane persona.*

Ampliatur primo, vt eo magis præsumendum, imo existimãdum sit, commissarii industriam esse electam, quan-
2 do commissa esset † grauis & explicatu ardua caussa. *Menoch. de arbit. iud. cas. 68. nu. 15. idem 2. præsumpt. 21. num. 4. Mascard. tract. probat. conclu. 594. sub nu. 1.* quamuis in aliis negotiis grauibus & arduis, quæ peritiam nõ postulant industria personæ, non censeatur electa, respõdente ex Imol. Card. & Corn. Crauet. *consf. 875. n. 6.*

Ampliatur secundo, quando cõmissio facta esset verbis, † per te, vel per vos 3
expediri mandamus: *post Abbat. Felin. & alios in terminis consuluit Anton. Marcus de Camb. inter decis. Fruizan. Borgnin. in Caualc. ad fin. decis. 46. n. 384. & seq. part. 1. Pet. Foller. in addit. Marant. Spec. part. 4. dist. 5. sub nu. 27. vers. & idem foret, si dicatur.*

Extenditur hæc ampliatio primo, vt eo minus dubitationis habeat, commissarii industriam esse electam, si non modo simpliciter verba in cõmissionis scripto reperirentur, per te, vel per vos, sed adiecta † esset dictio, ipsum, ipsos, at- 4
que ita per teipsum expediri, &c. *Menoc. 2. præsumpt. 21. num. 9.*

Maxime omnium vero hæc extensio obtinet, vbi verbis, † per te ipsum, & nõ 5
alium commissio iniũcta existeret. *idem Menoch. d. præs. 21. nu. 10.* Idem si dictũ esset personaliter † exequaris. *Mascard. tract. 6
probat. concl. 594. nu. 4. Menoch. 2. præsumpt. 21. nu. 13. 14.*

Extenditur secundo proxime relata ampliatio, vt eo maxime procedat, vbi † geminatio verborum adesset, vt si his 7
verbis, *tu tu cognoscas*, &c. cõmissio etiam vnico verborũ contextu sine interuallo facta esset, *Menoch. d. præsumpt. 21. n. 11. 12.*

Ampliatur tertio, quando, committentem † de industria commissarii cõfi- 8
disse ex rescripto commissionis, constaret, vt si dixisset, *freti vel confisi tua prudentia & dexteritate mandamus.* In specie cõsuluit Alex. Raudens. *resp. 26. n. 181. part. 1. & post Butr. Bald. Abbat. & Crauet. Io. Vincent. Hondeb. consult. 55. num. 77. vol. 1. Mascard. tract. probat. concl. 594 nu. 3. & 4.*

Huic ampliationi & finitimũ est existimare, personæ seu commissarii industriam censeri electam, quãdo commissum † esset, vt proprio iudicio caussam 9
mandatam expediat, de ea cognoscat vel diffiniat. *ita auctoritate Rim. sen. sentit Menoch. 2. præsumpt. 21. num. 15.*

Ampliatur quarto, quando † con- 10
sciẽtiam delegati onerasset cõmittens. vt si in rescripto haberetur. *Super quibus negotiis expediendis conscientiam tuam oneramus.*

ramus. Ant. Marius de Canib. in consil. suo post decis. 26. Borgnin. Caualc. part. 1. nume. 386. Petr. Foller. in addit. Marant. part. 4. dist. 5. sub num. 27. vers. & idem est, si in commissione fuisset dictum. Accedit & huic ampliationi Menoch. *de arbit. iud. quæst. 68. num. 12. & iterum 2. præsumpt. 21. nume. 12.* vbi inter plures & Dn. Gaillium in auctoritatem citat.

11 An etiam hisce verbis, industriā † electam esse denotantibus, stantib. caussæ non magnæ, vel minoris præiudicii subdelegari possint. vide Mascard. *conclus. 594.*

Considerationi huic nostræ affinis est illa quæstio, an & quando procura-
12 toris iudicialis † industria præsumatur electa, vt ita sibi substituendi adempta sit facultas, quam ex professo tractare reassumpsit Menoch. *2. præsumpt. 38.*

ARGVMENTVM.

Commissarius inferioris Iudicis, an testē Imperio immediate subiectum citare examinareq; valeat.

SVMMARIA.

1 *Commissarius inferioris testes immediate Imperio subiectos citare examinareque non potest.*

2 *Testes alieni territorij ab extraneo citari vetitur.*

3 *Testis ab incompetente Iudice examinatus non probat.*

4 *Testes superioris iurisdictioni subiectos, si præsumeret inferior citare, iurisdictionem sui superioris interturbare vsurpareq. dicitur.*

5 *Commissarius inferioris, si desideraret testem imperio immediate subiectū examinare, Cameram implorabit.*

CONCLVSIO XCVIII.

EXPEDITA mihi sane videtur conclusio, commissariū inferioris Iudicis immediate Imperio subditū citare ad perhibēdum te-
1 stimonium de iure † non posse. Si enim hoc committenti (*ad notata Asin. in prax. Florent. §. 21. c. 4. num. 2. 3.* vbi quod testes alieni territorii citari nō possint, sed ad dominum testis, † seu Iudicem territo- 2
rii literis requisitorialibus, vulgo mutui compassus, &c. missis, examinatio fiat petendum sit) fas non est: adeoque ab incompetenti Iudice examinatus testis
†non probet (*Prosp. Farin. de test. q. vlt. op- 3
posit. fin. cum similibus à nobis infra concl. 102. adductis*) commissario hoc licere dicendum haud est: maxime vero hoc casu nō licebit inferioris commissario Imperii immediatum adtrahere, atq; ita † supe- 4
rioris iurisdictionem interturbare, occupare & vsurpare, *ad notat. Menoch. cons. 230. nu. 110.* non dicam se Imperio parem ex emissa citatione, vt quæ superioritatem in citādum præsupponit. *dixi supra concl. 56. nu. 2. facere.*

Ea propter S. Cameræ Imperialis iudicium implorabit inferioris commissarius, mandatū aduersus † testes, vt se si- 5
stant cōmissario, decernere velit, *ad notata in terminis post Dn. Gaill. & alios Rutg. Ruland. de commissar. part. 2. lib. 2. c. 7. num. fin.* subdēs ad eiusmodi implorationem sæpe mandata decreta esse.

ARGVMENTA.

I. Cōmissarius à Camera Imp. datus, vtrumne testem mediate subiectum citare queat.

II. Cōmissarius à Sacra Imp. Camera dat⁹, an subditos Imperii immediatos citare examinareque possit.

SVMMARIA.

1 *Testis immediatus Imperio subditus in commissario Camerali citatur & examinatur.*

2 *Item & mediate Imperio subiectus.*

CONSIDERATIO I.

TEstem immediate Imperio subditum posse à commissario Camerali citari † & examinari, Dn. Gaillio cōsen- 1
tiēs nuper adduxit Rutg. Rulan. *de commissar. lib. 6. c. 3. num. fin. part. 1.*

Sic etiam mediate Imperio subditi
† testis citationē examinationemq; cō- 2
missario in Camera dato permissam esse, intendit idem Ruland. *d. c. 3. praeced. n. 25.* qui de vtroq; argumento vidēdus.

ARGVMENTVM.

Examinis sumptus suppeditari à producente.

SVMMARIA.

1 *Testium productio, sumptibus producentis fieri debet.*

2 *Quod in ciuilibus æque atq; in criminalibus procedit.*

3 *Iudex ex officio seu inquisitionaliter testes examinans, sumptus illis victuales dare tenetur.*

4 *Testi antequam domum exeat, sumptus itineris suppeditandi, num. 8.*

5 *Testi nobili, vel alias egregia persona, non etiam rustico vel vili, sumptus vecturæ præstandi, nu. 7.*

6 *Etiam viliori testi, si propter aduersam valetudinem pedibus iter facere nequeat.*

9 *Etiam nobilium & egregiarum personarum famuli alimentandi.*

10 *Si ipsa pars sumptus in itinere successiue suppeditare velit, non tenetur testi tradere.*

11 *Nisi sint plures litis consortes, qui vnum omnium nomine, sumptibus erogandis non præfecerint, nu. 12.*

13 *Testis si pro vtriusque vtilitate producatur, sumptus ex æquo faciendi.*

Quando vero vna pars solum produxit testes, licet altera pars etiam interrogatoria exhibuerit, producens solum sumptus sustinet, eod. num.

14 *Si pars vna euocet testem, altera præsentem postea etiam producat, quis ei sumptus præstet, & num. 15.*

16 *Testis in itinere si incidat in morbum, sumptus curationis producẽs facere necesse habet.*

17 *Item damnum à latronibus, vel piratis testi datum, producens resarcire tenetur.*

18 *Expensas itidem pro restitutione rerum ablatarum insumendas, refundere tenetur.*

19 *Modus alimentandi testes iudicis arbitrio relinquitur.*

20 *Qui in hac moderatione, quomodo verosimiliter domi vixissent, considerat.*

21 *Testibus vilioris conditionis ex Constit. crim. Carol. V. in singulos dies taxantur octo cruciati.*

CONCLVSIO XCIX.

HACTENVS de ordinandis commissariis vtcunq; vidimus, subsequitur modo cuius sumptibus commissionis demãdatum negotium veniat perficiendum. Huius resolutio quũ maxime & præcipue circa cõmissarii honorarium & condignam alimentationem officialium, itẽ ministrorum salarium, eorumq;, qui probationis faciendæ caussa (artificum, testium, &c.) accersentur, victum versetur, & saltem de postremorum hisce, quibus probatio inducitur, medio Dn. Gaill. sub huius conclusionis, testium alimentandorum tractationem susceperit, de eadẽ & nobis iuxta propositi metas duntaxat dicendum erat.

Et vt paucis, quantum per me fieri pro nunc potest, illam met contraham & absoluã dilucidius, conclusio firmanda est, producẽtis sumptibus† testes esse 1
euocandos, & alimentandos. *l. quoniam liberi. C. de testib. l. eos. C. de appellat. c. statutum. §. penult. de rescript. in 6. Ioan. Pet. Surd. tract. de aliment. tit. 1. q. 62. nu. 1.* vbi multis prosequitur, & auctoritatibus insuper corroborat. *Menoch. de arbitr. iud. cas. 310. nu. 10. Cacharan. Pedemont. decis. 49. num. 9. Rutg. Rul. tract. de commiss. part. 1. lib. 3. c. 13. num. 3.* vbi alia insuper addit iura, & inter cæteros auctoritatem Dn. Gaillii, *ex obs. 99.* inducit. *Nicol. de Lescurt. trac. de examin. test. c. 16. nu. 1. Mart. Mont. Regni Arag. decis. 36. n. 25. Francisc. Monald. cons. 112. n. 20.* Quare Iudex etiam, antequam pecunia pro alendis ex longinquis partibus vocandis, vel dandis remissorialibus alibi, quam coram se examinãdis testibus, deposita sit à parte examinationem petẽte ad faciendum cõmittendumq; examen non deuincitur, *nuncupatim Bapt. Asin. docet Prax. Florent. §. 21. c. 5. cas. 2.*

Et hæc quidem conclusio indifferenter, † tam in ciuilibus, quam criminali- 2
bus procedit. *text. c. si testes. §. si liberi. ibi. venturis autẽ ad iudicium per accusatorẽ, vel ab his, per quos fuerãt postulati, sumptus cõpetentes*

tentes ministrentur. 4. quaest. 3. ex dict. l. quoniam liberi. C. de testib. canonizata. Camill. Borell. consult. 21. sub num. 16.

Ampliatur primo conclusio, vt non modo in persona priuata aliqua producente obtineat, verum etiam, vbi ma-
3 gistratus † aliquis examinandos testes pro sumenda inquisitione citasset. *I. P. Surd. tract. aliment. tit. 1. q. 62. nu. 4. & sub nu. 7.* docet idem, nimirum vbi Iudex ex officio examinaret, testi sumptus victuales esse dandos.

4 Ampliatur secũdo, vt testi † antequam domum suã exeat profecturus ad locum examinationis, impendendi sumptus in iter exponendi sint. *disertè statuit Io. Petr. Surd. tract. aliment. tit. 4. q. 17. nu. 31.*

Infertur primo ex hac secunda am-
5 pliatione, vt etiã equ⁹ vel vectura † personæ nobili & egregiæ suppeditanda sit, vbi terra transeundum esset. *post alios Ioan. Petr. Surd. tractat. aliment. tit. 4. q. 21. num. 7. & 10.*

Ampliatur hæc illatio, vt non modo nobili & egregiæ personæ equus vel ve-
6 ctura danda sit, sed etiam viliori † testi, vbi pedester per aduersam valetudinẽ, aut quia quod claudus, &c. sit, ire non posset. *post Bald. Salic. & Mars. Ioan. Petr. Surd. tract. aliment. tit. 4. quaest. 21. nu. 11. & idem Surd. tit. 4. q. 8. sub nu. 7.*

Extenditur illatio cum ampliatione, vt & producens mercedem equitationis, vel vecturæ soluat testi, domino equi, currus & rhedæ, vbi solitus fuerat locare testis equum, &c. *Ioan. Petr. Surd. tract. aliment. tit. 4. q. 21. num. 8. Cacher. ex Alberico concedit Pedemont. decis. 46. sub nu. 11. vers. quintò, quia tenentes.*

Maxime vero vbi producens necesse habuisset ab alio equum, currum, rhedam conducere. *idem Surd. d. tit. 4. quaest. 21. num. 9.*

Ex prædictis facile datur intellectu,
7 rusticum seu aliam † quamlibet viliorem personam, bene valentem, pedester ire debere; & si sumptus in equum, vel vecturam fecisset, ipse soluat, atque ita suæ conditionis excessum in faciẽdis sumptibus ferat, *Rutg. Ruland. tractat. de commiss. part. 1. lib. 3. cap. 13. nu. 10.* vbi & Dn. Gail. in hanc sentẽtiam meminit *Io. Pet. Surd. tract. aliment. tit. 4. q. 21. nu. 10.*

Infertur secundo ex ampliatione secunda, vt indifferenter vectura nauis, seu sumptus in nauigationem impen-
dendos † producẽs testi suppeditet, an- 8
tequam domum exeat. *Ioan. Petr. Surd. tract. aliment. tit. 4. q. 8. nu. 3. & 9.*

Infertur tertio, vt non duntaxat sumptus in solius testis personam impẽdendos exponi debeant, sed etiam † mini- 9
strorum seu famulorum nobilium, & egregiarum personarum: famulum enim tenetur alere, quicunq; alimẽta obstrictus est suppeditare domino, famulo digno. *ad notat. Ioan. Petr. Surd. tract. aliment. tit. 4. q. 18. nu. 10.* qui eadem *18. q. n. 9. & 29. 30.* in specie de nobilibus & doctoribus sic sentit.

Limitatur iam relata ampliatio secun-
da, vt non procedat, quando pars † ipsa 10
velit in itinere per se, successiue, id est, semper occurrenti necessitate, sumptus necessarios expendere, eo quippe casu testi tradere non tenetur, *auctoritate Io. And. tenet Ioan. Petr. Surd. tract. alimen. tit. 4. q. 21. num. 1.*

Sublimitatur proxima limitatio, non
obtinere, quando plures † essent eiusdẽ 11
litis consortes producentes, qui vellent particulatim, & successiue exponere sumptus: nã quum particularis exactio multa habeat incommoda. *l. planè. ff. famil. ercisc.* tenẽtur hi cõsortes vnâ contribuere, & testi tradere sumptus. *in specie ita determinat Ioan. Petr. Surd. tract. aliment. tit. 1. q. 62. sub num. 10.*

Quam quidem sublimitationem ego declararẽ, vt & ipsa non procedat, quã-
do † omnium consortium nomine vnus 12
suppeditandis sumptibus præfectus esset, qui præsens itineris sumptus successiue exponere vellet. Eadem enim, quæ in limitatione, & hic viget ratio.

Declarantur prædicta ex consequentibus. Contingit enim nonnunquam v-
num eundemq; testem † ab vtraq; parte 13
ex eorum consensu simul & semel produci, & hoc casu ab vtrisq; sumptus ex æquo simul suppeditandi erunt, de quo nihil est, quod dubitetur. Et in terminis

ſentit poſt Bald. Ioan. Petr. Surd. *de alim. tit. 1. q. 62. nu. 7.* vbi ſubiungit, hoc caſu, vbi plures partes ſunt producentes, pinguiora teſti eſſe alimenta danda. quod an verum ſit, nunc non diſputo.

Secus vero erit dicendũ, quando altera pars produxiſſet teſtes, altera autẽ interrogatoria ſua exhibuiſſet. hoc qppe caſu, quãuis teſtes ſuper interrogatoriis etiam ſe veritatem dicturos iurẽt, & ſumptus inſumendi ob examinationem ſuper interrogatoriis veniant, hos tamen ſolus producẽs ſuſtinebit. *ita nũcupatim poſt Bald. Bertachin. & alios induxit Mant. Mont. Regn. Arag. deciſ. 36. num. 26. & ſtatuit antè Fräciſc. Marc. Delphin. deciſ. 787. verſ. etiamſi fiant interrogatoria part. 2.*

14 Quando autem vna pa[illegible]ciſſet † euocari teſtem & examinari, altera vero, cũm iam præſens eſſet teſtis, eundẽ etiam produxiſſet: Pars primo producens ſumptus ſuſtinebit temporis veniendi, & etiam moræ ſuper examinatione prima tranſactæ: Pars ſecundo præſentem teſtem producens ſumptus exponet tẽporis, quo teſtis pro ſecundo examine occupatus fuerit. Et quamuis eiuſmodi deciſionem æquitas ipſa vnicuiq; ſuggerat, auctoritas tamen ſecuriorem eandẽ reddit arbitrantium, teſtem eſſe alimẽtandum ab ea parte, pro qua occupatus & detẽtus fuerat pro tempore. *ita in terminis decidit poſt alios Ioan. Petr. Surd. tract. aliment. tit. 1. q. 62. num. 8.*

Ego adderem, vt & producens ſecũ-
15 di examinis, præſentem † iam alterius partis ſumptibus euocatum teſtem, ſuis ſumptibus domum remittere hoc caſu teneatur, atq; ita remigrationis expẽſas ſuſtinere cogatur, & hoc quidẽ ex dictamine rationis, vt altera pars ab altera ſubleuaretur in iis ſumptibus, quos alias integros vtraq; ſola ſuſtinuiſſet.

Ampliatur cõcluſio tertio, vt & pro-
16 ducens, ſi contigerit † teſtem in itinere morbo corripi, ſumptus in curationem impendendos ſuppeditare habeat neceſſe, donec commode, hoc eſt, ſine periculo ſanitatis proprios lares inuiſere ægrotus poſſet. *auctoritate Bartol. tradit Rutg. Rulan. de commiſſ. part. 2. li. 7. c. 12. n. 4.*

Ampliatur concluſio quarto, quod
& † damnum à latronibus & piratis ſine 17
culpa teſtis, quum iam in itinere ferẽdi teſtimonii cauſſa eſt, datum ſibi reſarciendum ſit. *ad optime notat. per Rutg. Ruland. de commiſſ. part. 2. lib. 7. cap. 12. num. 12. 13. & ſeqq.*

Subampliatur, vt & producens ex-
penſas † pro reſtituendis ablatis aduer- 18
ſus deprædantes inſumendas ſuppeditare debeat. *argumento l. cum in plures annos. §. veſtimenta. ibi. tuas res conſequi, fullonis videlicet ſumptib. ff. locati. ſentit Rutg. Ruland. d. tract. de commiſſ. part. 2. lib. 7. cap. 12. ſub num. 17. verſ. quod tamen ita fieri debet.* Cum iam ad examinationis locum peruenerit teſtis, & in eodem ſibi ſuppeditandos eſſe à producente ſumptus neceſſarii victus planiſſimum eſt. *Ioan. Petr. Surd. de aliment. tit. 4. quæſt. 21. num. 5.* vbi etiam quod ſumptus remigrationis expendere debeat.

Sed cum in omnibus indifferenter
teſtibus non ſit eadem † conditio, atque 19
ita certa non poſſit ſuppetendorũ ſumptuum lex præſcribi, cœpit arbitrio Iudicis alimentãdi modus committi. *Menoch. de arbitr. iud. caſ. 159. nu. 5. Concurrit in hanc ſententiam Ioan. Petr. Surd. tractat. aliment. tit. 4. q. 21. num. 2.*

Moderatur autem Iudex arbitrium
† ſuum, vt ad eum modum victus teſti 20
ſuppeditetur, quo veroſimiliter in propria domo vixiſſet. *Ioan. Petr. Surd. de aliment. tit. 4. q. 21. n. 4.* Lautiore enim menſa & delicatiori cibo illuſtres, nobiles, & egregiæ perſonæ excipiendi & tractandi, quam humilioris conditionis homines erunt. *ſic reſpondit apprime lauteq́; Mat. Weſemb. conſ. 50. num. 21. & pulcre exornat Ioan. Petr. Surd. tractat. aliment. tit. 4. quæſt. 18. num. 8. 12. 13. 14. faciunt item notata Fuluij Paciani tractat. probat. lib. 2. cap. 26. num. 123. & ſeqq.*

De iure Romano quo ad pedites & ru-
ſticos, † & minoris ſortis homines, in 21
ſingulos dies ratione dicendi teſtimonii occupatis, teſtibus taxãtur octo cruciati, vel æquiualens pecunia. In aliis vero altioris ſcilicet conditionis hominibus alimentandis ex arbitrio iudicio proce-

proceditur. *text. apertissimus Const. crim. Imp. art. 75. per tot.*

ARGVMENTA.

I. Testi an integri sumpt⁹ suppeditandi sint, an vero deducēdi quos, nisi euocatus fuisset, domi insumpsisset.

II. Operarum mercedes à teste domi acquirendas, vtrum producens solui debeat.

SVMMARIA.

1 *Sumptus quos testis alias domi facturus fuisset, non deducendi.*

2 *Testi operario diurnas mercedes producens soluere tenetur.*

3 *Non tamen lucrum ob absentiam testis cessans refundere producens cogitur.*

CONSIDERATIO I.

Alimenta seu sumptus quidem dari testibus supra probauimus: cæterum nec illud vsquequaque procedere,
1 sed deducendos † atque ita non soluendos esse illos sumptus, quos quis domi verosimiliter facturus fuisset, arbitrantur nonnulli. *Bald. l. sed & si. §. quod autem. ff. ad exhibendum,* & huius etiam sententiæ subdubius Ruland. *de commiss. part. 1. lib. 3. c. 13.* assecla esse videtur.

Contrarium autem magis perhibetur commune, & verius, quemadmodum in specie aduersus Baldum, auctoritate glossographi, Ioan. And. Ang. Imol. Raph. Romani, Alex. Cast. Iasonis, Croti & Moncad. adseuerat Ioan. Petr. Surd. *tract. de aliment. tit. 4. q. 25. sub nu. 3.* Est (*inquit Surd.*) etiam magis vera, quia vel testis domi suæ aliquid lucraturus fuisset; ex præsentia enim domini res domestica (iuxta illud, *oculus domini pascit equum*) melius agitur & gubernatur, & ex absentia detrimentum recipit, *vt docet experientia.* Officium autem suum nemini debet esse damnosum, *vt in proposito dicunt Cyn. & Salicet. in l. quoniam. C. de testib.* & quum testis in hoc grauatur, quod inuitus cogitur cum incommodo domum exire, & testimonium ferre, debet in alio releuari, quod sumptus habeat sine diminutione: & potius tolerandum est, quod aliquid lucretur, quā quod minimum damnum patiatur pro commodo alterius.

Operarum mercedes, quas domi testis † habere & lucrari potuisset, sibi à 2
producente, an refundi soluiq; debeāt, videbatur dubitari posse. Verū Cacheran. Pedemont. *decis. 46. per tot.* dubium illudmet resoluit in partē affirmatiuam, contrariis respondendo, testaturque ad finem ita IVDICASSE Senatum. Eandem cum Cacherano sententiam, relatis auctoritatib. Guid. Papæ, Francisc. Marc. Ioan. Berberii, Lucæ de Penna. Accursii, Capicii & nouissime Aurpachii, recepit Camill. Borell. *consult. 21. num. fin.* & ex his firmamentum recipit Dn. Gaill. idem sub *num. 8. 9.* sententis traditio.

Declaratur tamen prædicta sententia, adeoq; traditio dicta Dn. Gaillii, vt
non † obtineat in lucro cessante ob ab- 3
sentiam testis, quandoquidem illud nō restituat, seu soluat producens. Ita in terminis nuncupatim nuper post alios adduxit Rutg. Ruland. *tracta. de commiss. part. 1. lib. 3. cap. 13. num. 13.* quæ quidem declaratio intelligenda erit de his, qui non laboribus manuum suarum, sed industria corrogādi pecunias lucro solent esse dediti.

Productio testis, vbi fieret vno actu ab vtraque parte, ex æquo sumptus suppeditandos fore, de quo Dn. Gaill. *sub num. fin. dixi supra eadem in conclus.*

ARGVMENTVM.

Testes regulariter in ciuilib. ad dicēdum testimonium cogi posse.

SVMMARIA.

1 *Testes ad perhibendum testimonium in ciuilibus coguntur.*

2 *Et commissarius testes recte cogit.*

3 *Etiamsi testis secūdario interesse ad caussam habeat.*

4 *Ampliationes aliâs & limitationes conclusionis principalis, remissiue.*

CONCLVSIO C.



EGregia est illa lõge iuxta ac à multis diffuse tractata quæstio de cogendis testibus, quam quum ex professo nouissime reassumpserit, & peruigili studio absoluerit Dn. Prosper. Farin. *tract. de testib. tit. 8. quæst. 78.* inaniter laborassem, meam operulam si venditare contendissem. quare firmata pro more conclusione, singulis necessariis considerationibus institutum expediemus.

1 Conclusio iuris est notissima, testes † in ciuilibus ad perhibendum testimonium regulariter cogi posse. *text. iuris Ciuilis in l. 1. ibi. hi quibus non interdicitur testimonium, nec vlla lege à dicendo testimonio excusantur. ff. de test. l. si quando. 15. C. eod. text. iuris Canonici, in c. 1. ibi. moneas & inducas. & mox ecclesiastica districtione compellas, & c. 2. de testib. cogend. text. iuris feudalis in c. 1. ibi, qui etiamsi veritatem celare voluerint, forte amore, vel pretio, vel alia qualibet ex caussa, à Comite, vel à populo (rectius, præfecto, Hotoman. ibidem) iurare compellantur. si de inuest. inter dom. & Vasall. lis oriat. c. 1. §. 5. ibi dominus nos coget iurare & veritatem dicere. de notis feud.*

Ampliatur primo conclusio, vt non modo Iudex testium ordinarius ad perhibendum testimonium compelli pos-
2 sit, verum etiam † commissarius. *tractat nouissime Rutg. Ruland. de commiss. part. 2. lib. 2. cap. 7. vbi videndus.*

Ampliatur secundo conclusio, vt et-
3 iam † testis, qui secundario interesse ad caussã habet, licet futura depositio eius incommodũ concerneret. Ita ampliat Francisc. Marc. Delph. *decis. 593. num. 2.* testatur ita in codẽ Reg. Tribunali IVDICATVM esse. vbi tamen visus est concedere præiudicium illud met intelligẽdum, modo in promptu de suo interesse testis non probaret; eo enim casu cogi haud posset. *part. 2.*

4 Ampliationes alias † quindecim congessit Farin. *d. quæst. 78. cap. 1. nu. 6. & seqq.* quarum vllam hic refero, suo enim ordine ab eodẽ collocatæ conspiciuntur.

ARGVMENTVM.

Cogi ad iurandũ & deponendum iure posse etiam hunc, qui iurauerit, se nolle iurare, nec testimonium perhibere.

SVMMARIA.

1 *Iurans se nolle in posterum iurare, vel testimonium perhibere, nihilominus cogitur.*

2 *Etiam sacerdos, qui se non iuraturum vouisset.*

3 *Nec absolutionem à iuramento petere tenetur.*

4 *Cum tale iuramentum legibus & canonibus improbetur.*

CONSIDERATIO I.

ERuendæ veritatis fauori vsque adeo iura opitulantur, vt nec excusatum haberi velint, qui antea † iurauerit, se nõ 1 velle in posterum iurare, vel iurato testimonium perhibere. *post alios Mascard. tract. probat in proœmio. cap. 5. num. 48.* vbi & *num. 49. 50. 52.* rationes refert. *diserte, etiam respondit Marant. consil. 53. num. 18. Prosper. Farin. tract. de nuper. testibus tit. 8. quæst. 78. cap. 3. num. 149.* vbi & Dn. Gaillium *num. 3.* sic sentientem inter multos alios citat.

Extenditur hæc ampliatio, vt & † in 2 sacerdote, qui ante se nunquam iuraturum vouisset, procedat: nam adhuc in testem productus veritatem super contractu dicere tenetur. *auctoritate Bart. Brix. Dom. de S. Georg. Ioan. And. & Felini, docet extendendo Francisc. Viu. Neapolit. decis. 389. num. 2.*

Ampliatur hoc, vt nec periurium incurrat testis hic, *in terminus respondet Ioan. Petr. Surd. Cons. 371. num. 100. seu fin.*

Ampliatur secundo, vt nec † abso- 3 lutionem hic testis, qui ante (ceu diximus) iurauerat, se nolle iuratò super caussa deponere, à iuramento petere habeat necesse. Dn. Gaillio *sub num. 3.* accedit aliis licet fretus auctoritatibus Mascard. *in proœm. tract. probat. cap. 5. nu. 55.* vbi in hæc verba: *cum* (inquit) *hoc iuramentum nihil valeat, nullamq́ obligationem pa-*

nem pariat, huiusmodi absolutio vana, futilis & irrita esset, præsertim cum mecum faciat Imperat. in l. si aut nullum. C. de legit. hæred. & in l. non dubium. C. de legib. qui dicere cō- sueuerat, actum inualidum & nullum, nullum effectum parere posse. nec ipsa lex frustratoria & vana remedia solet adhibere. l. qui bis idem. ff. de verb. obligat. l. hæc stipulatio. §. diuus. vt legator. nom. cau. & vanum & nullius ponderis est consulere, vbi non expedit. l. si plures. ff. de testam. tut. & frustra quæritur de eo, quod nullum parit effectum. l. 3. quando dies leg. cad. l. non oportet. de legat. 2. merito necessario cautela super absolutione necessaria videri non potest. Totidem fere verbis Mascard.

Tutius tamen esse, vt ad cautelam petatur, & fiat eiusmodi iuramenti absolutio sentiunt nonnulli, licet de necessitate eam requiri abnegent: Farina. videtur concedere ad cautelam absolutionem esse faciendam. *d. cap. 3. nume. 151. ibi, sed verius dic. hanc absolutionem debere fieri ad cautelam. refert Baldus, & multos alios.*

Limitatur iam ampliatio prima simul
4 & secunda, vt procedant, quando † iuramentum illud met de in posterum nō iurando, & testimonium perhibendo esset Legibus & Canonibus improbatum. In iis enim terminis versatur *c. peruenit. 4. de testib. cogend.* quo nisi vt plurimum sunt relati, & iis adstipulantes Doctores text. verba sunt eiusmodi. *respondemus, ad detegendum tantæ fraudis & calliditatis commentum, ipsum testem merito esse compellendum.*

ARGVMENTA.

I. Sacerdos, an & quando secreta sibi confessa, in testē productus, reuelare possit, ac debeat.

II. Testis, an super secretis examinatus, eadem reuelare teneatur.

SVMMARIA.

1 *Secreta alicui committuntur, aut sub sigillo sacramentalis confessionis, aut sub sigillo simplicis secreti.*

2 *Sacerdos secreta confessionis in testē productus reuelare non debet.*

3 *Quomodo Sacerdos in iis casibus tuto respondere possit.*

4 *Sacerdos secreta in actu pœnitentiæ sibi reuelata, manifestare non debet, quamuis Papa generaliter mandasset, sub excommunicationis pœna, delictum illud debere reuelari.*

5 *Imo quamuis ipsemet sacerdos in id à Papa vellet cogi.*

6 *Sacerdos etiam ab impœnitente, in confessione commissa reuelare non debet.*

7 *Nec depositio sacerdotis secreta reuelantis, quicquam probat.*

8 *Adeo vt nec fauore matrimonij probet.*

9 *Nec laicus, cui ob defectum sacerdotis cōfitendo secreta committuntur, ea detegere debet.*

10 *Vel si fuit interpres cōfitentis in actu confessionis.*

11 *Sacerdos delicta adhuc committenda in testem productus reuelare tenetur.*

12 *Item, si confitens idipsum sacerdoti permisisset, licite detegit.*

13 *Sub sigillo simplicis secreti commissa, in testem productus, detegere tenetur.*

14 *Etiamsi iurauerit se non reuelaturum.*

15 *Delictum patratum, vel patrandum secreto alicui commissum, quatenus reuelari debeat.*

CONSIDERATIO II.

NEscius haud sum, grauissimam esse huius cōsiderationis tractationem, an scilicet, & quādo secreta teneatur testis reuelare. Summa vero totius tractationis consistit in eo, quod aut secreta
† alicui committuntur seu dicuntur sub 1
sigillo sacramentalis confessionis, seu (*vt vtar verbis text. c. omnis. 13. ad fin. de pœnitent. & remiss.*) in pœnitentiali iudicio deteguntur, aut sub sigillo simplicis secreti. Prior casus versatur in explicando & resoluendo, *vtrum & quando sacerdos secreta à confitente sibi dicta ob necessitatē dicendi testimonij, seu in testem productus reuelare teneatur.* Posterior, *an secreta, sub sigillo simplicis secreti, vel sacerdoti, vel alij cui-*

piam

piam commissa, qui postea in testem ad perhibendum testimonium super illisimet secretis produceretur, reuelare iuris necessitate constringatur, vel reticere valeat.

Quid priorem casum attinet, expedi-
2 ta Doctorum est sententia, sacerdotem † ad perhibendum testimonium productus confessionem sacramentalem reuelare non debere. Sic Angel. de Clauas. *in Sum. lit. C. §. confessio. Vers. confessio. ultimo quoad sigillum. num. (mihi) 4. ibi.* (verba
3 enim formalia, vt quæ simul modum † responsionis ad interrogationem super secretis præscribunt, quem modũ etiam communiter à Doctoribus receptũ video, referre libet.) *quid, si interrogetur sacerdos, an sciat aliquid de eo, quod audiuit in confessione, vel præstetur ei iuramentum, vt dicat si aliquid audiuit in cõfessione.* Respon. *secundum Scot. & Ric. quod debet respondere, se nihil scire vel audiuisse*, supple, *ad reuelandum: sicut & Christus dixit Marc. 13. quod nec filius hominis scit de die judicij, intelligitur ad reuelandum generaliter. Vnde non debet tacere, vt dicunt aliqui, & male: sed audacter dicere, quod nihil scit, & quod nihil audiuit, quia subintelligitur ad reuelandum. &c.* Angeli traditionem, conclusionem etiã in terminis firmantes amplectuntur ex modernioribus Mascard. *tract. probat. in proœm. num. 51. vbi in hoc text. c. dilectus 13. de excess. prælat. & c. omnis. 12. de pœnitentiis & remiss.* (quorum tamen neutrum de iurata depositione verba facit) citat. *nuper post Angel. in tract. de malef. Gigant. Gomez. & Mascard. quos citat, sententiæ huic adhæret Prosp. Farin. lib. quæst. crim. 1. tit. 5. quæst. 51. num. 102.* Eandemmet sententiam admittit Dn. Gaill. *num. 8. adde Vincent. Carot. tract. de iuram. litis decis. 44. quæst. 9. princip. nume. 8. & Marant. consil. 53. num. 19.*

Ampliatur primo, vt nec hoc casu, quando Papa, vel alius in spiritualibus superior edixisset, quod quicunq; sciret tale delictũ, hoc reuelare debeat sub excommunicationis pœna, sacerdos sacramentalem confessionem, qua delictum
4 illud † cõfessum esset, reuelandi necessitate constringatur, quia potius immunis subticens habeatur. *Marant. cons. 53. n. 21.*

Extenditur ampliatio, adhuc confessor reuelare delictũ haud debeat, quamuis à suo supriore, vel etiã Papa ipsomet in † id cogeretur, *ad notata Marant. d. cons. 53. num. 22.* 5

Ampliatur secundo, vt nec † delicta 6
vel secreta in sacramentali confessione sacerdoti commissa ab impœnitente, detegi possint. *Menoch. de arbitr. iudic. Cas. 414. ante numer. 7. versic. nam etsi hoc casu.*

Ampliatur secundo, quod licet sacerdos † confessionem hanc sacramentalẽ 7
secreta continentem, apud Iudicem detexisset, perhibendo testimoniũ, adhuc tamen eius depositio nihil probet. *ita ex Did. Couar. & ante Bald. Castrens. Felin. Tindar. Ripam. Roman. & alios recte ampliari sentit Menoch. 6. præsumptio. 95. nume. 2.*

Extenditur hæc ampliatio in tantum, vt nec fauore † matrimonii reuelatio 8
eiusmodi cõfessionis sacramentalis quid probet. *ex Fortunio, Garzia, Rip. Alciat. & Did. concedere visus est Menoch. d. 6. præsumpt. 95. num. 3.* quamuis dissentire *gloss. in c. tua nos, de homicid.* Romanum & alios dixerit Vincent. Carot. *de iuram. lit. decis. 4. quæst. 9. princip sub num. 8. vers. speciale tamen est.* dissentiunt & alii nonnulli, vt *aduertit ibidem post alios Menoch. d. præs. 95. sub nu. 3.* & dissentire visus etiam est Tib. Decian. *tract. crim. lib. 7. cap. 17. sub num. 9. vers. poterit tamen.*

Accedit iam tertia ampliatio à Dn. Gaill. num. 9. relata, nimirum nec Laicum, † qui, ob defectũ sacerdotis, mo- 9
ribundo adfuerit, & ab eodem sibi confitendo secreta commissa seu confessa sint, in testem productum secreta illamet necesse habeat deponere. rationis identitate ita suadente. *post Siculum tenet Aufrer. in Addit. cap. Tolos. decis. 241. sub finem.*

Extẽditur hæc tertia ampliatio à Dn. Gaillio relata, vt etiam obtineat, quando † laicus interpres fuisset confessi in 10
actu confessionis sacramentalis. nã nec tunc hic laicus reuelare debet, nec tenetur. *Tiber. Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 17. sub num. 9. Robert. Marant. consil. 53. num.*

num. 20. & auctoritate Thomæ Aquin. Poludan. Nauarr. & Diazii, Menoch. *de arb. iud. cas. 414.* qui subiungit eosdem Doctores velle, quod nec alius quiuis, qui vel casu, vel data opera confessionem audiuisset, eandem reuelare teneatur.

Limitatur iam supra in consideratione princip. firmata sententia Gaill. &
11 aliorum, vt non obtineat † in secretis delictis adhuc committendis: nam ea sacerdos testis reuelare habet necesse. *Ex Anton. Gabr. & Menoch. limitationem hanc ponit Prosper. Farinac. lib. crim. 1. tit. 5. q. 51. nu. 103.*

Contrarium sentit August. ad Ang. Gigas & alii nonnulli à Farinac. *d. quæst. 51. num. 104.* relati, qui quidem Farinacius contrariæ huius opinationis conciliationem induxit, & sublimitationes, variasq; declarationes eiusdem limitationis congessit, quo me refero.

Limitatur secundo dicta consideratio, vt non procedat, quando ipsemet
12 † confitens commisisset & permisisset confessario facultatem reuelandi secreta. hoc enim casu sacramentalem confessionem sacerdos reuelare iure potest. *post Thom. de Aquin. Palud. Adrian. Lap. Calder. Felin. Mars. Rip. & qui hos antea retulit. Didac. Couarr. Stoto & Ioan. Medin. docet Menoch. 6. præsumpt. 95. num. 4. & communem esse Dd. opinionem, post alios asseuerat Vincent. Carot. tract. de iurament. lit. decis. q. 4. quæstio. 9. princip. sub nume. 8. vers. addo bene, & vtiliter loquentes.* Quibus vero elici queat consensus præsumptionibus (coniecturis enim & præsumptionib. illemet consensus probari potest. *auctoritate Lapi adstruit Menoch. de præsumpt. 1. quæst. 58. nume. 15.*) confitentem commisisse & permisisse, vt reuelet secreta sacerdos, pertractat idem Menoch. *dict. præsumpt. 95. numer. 6. & seqq. lib. 6.*

Posterior nunc succedit casus, satis
13 item inuolutus. Quod secreta † alicui dicta seu commissa sub sigillo simplicis secreti ne illa reuelet, adhuc in testem productus de iis interrogatus reuelare cogatur. *Tiber. Decian. tractat. crimin. libro septimo, capite 17. sub numero 24. versicu. ad tertium concludendum. & post Innocent. Abbat. Felinum, & Thomam de Aquino tenet Gomez. variarum resolut. libro tertio, capite 13. rubr. de tort. reor. sub numero 9. relatus etiam in hoc per Menoch. & Farinacium mox citandis locis.* In tantum, vt si quis † iurauerit secreta eiusmodi sibi commissa subticere, nihilominus in testem productus reuelare debeat. *diserte post alios tradit Tiber. Decian. tractat. crimin. libro septimo, capite 17. numero 23.* vbi inter alios etiam citat Capell. Tolosonam ita DECIDISSE, quæ decisio versatur in terminis, vbi tres socii iurauerunt aliquid tenere secretum, & tamen decidebatur iuramento hoc non attento, desuper quod vnus illorum in testem productus deponere cogeretur, *est decisio 241.* Et quod verius sit, in testem productum, licet iurasset sibi commissa secreta non reuelaturum, adhuc eadem deponere obstringi, scribit Rutg. Ruland. *tractat. de commiss. part. 2. libro 2. capite 11. numero 12.* testaturque *numer. seq.* aliquot vicibus iuxta eandem sententiam in S. Camer. Imp. Iud. DECISVM extitisse. Admonet tamen tutius esse, illud de non reuelando iuramentum à Iudice prius relaxetur. intelligo in casibus, quibus alias, euitandi periurii caussa, relaxatio requiritur, non in cæteris. Et quamuis Baldus *in l. nullum. Cod. de test.* contrarium videatur tenere, vbi secreta non reuelanda iuratum esset, Aufrerius tamen *ad dictam Capell. Tolos. 241.* & Decianus *dicto numero 23.* declarant Baldi dictum producere, in reuelatione extraiudiciali citra necessitatem deponendi. 14

Horum relatorum Dd. sententiam dubiam existimat esse Menoch. *de præsumpt. lib. 1. quæst. 89. sub nume. 27. versic. cæterum, vbi dicit, citatos per Gomezium Doctores loqui, quando † ageretur de delicto vel in futurum committendo, vel quod in futurum alteri adferre poterit graue detrimentum, secus vero esse in delicto iam commisso, quod si incognitum esset, detegi non posset, vel si delictum cognitum, ipsa vero de-* 15

licti auctor incognita, illius persona detegenda haud sit. sc ad consil. suum 107. (quo loci num. 69. & seqq. videndum) referens. Et quamuis Doctores relati per Gomezium, loquerētur de delicto iam patrato, ad huc distinguēdum fore sentit, auctoritate Thomæ de Aquin. & aliorum, Menoch. d. præs. 89. sub d. nu. 27. vers. & præterea admisso, vt aut secretum illud commissum tenderet ad corruptionem multitudinis spiritualis, vel corporalis (Codex meus Thomæ de Aquin. habet, ad corruptionem multitudinis spirituale vel corporale) vel graue inde alteri immineret damnum; & reuelari potest. aut illorū neutrum subest, & non potest. & bene loquutum sic distinguentem Menochiū scribit Prosp. Farin. quæst. crim 51. ad finem.

ARGVMENTVM.

Proxeneta invitus an, & quādo testimonium perhibere cogatur.

SVMMARIA.

1 Proxeneta, altera contrahentiū parte inuita, testimonium perhibere non compellitur.
2 Et quare.
3 Quidam d. casu, ne volentem quidem admittunt.
4 Ad proxenetā in testem producendum, tacita partium voluntas sufficit.
5 Proxeneta, si veritas aliter haberi nequeat, altera parte volente testimonium perhibere tenetur.
6 Idem in crimine Symoniæ obtinet.
7 Viua voce, non scripto testimonium exhibendum.
8 Scripto exhibitum, nisi pars contra id excipiat, subsistit.

CONSIDERATIO III.

PRacticabilis sane illa est quæstio, an proxeneta, siue mediator, quē etiam sensarium nonnulli dicunt, ad testificandum super contractu, de quo inter ipsosmet contrahentes contentio postea suboritur, inuitus compelli possit? Quam quæstionem vt resoluamus expeditius, iuxta ac cōcisius, sta-
1 tuendum erit, proxenetam † altera partium inuita ad dicendum testimonium compelli non posse. Fernand. Vasq. in nouiss. illustr. quæst. lib. 2. quæst. 33. sub num. 2. vers. quod si alter contrahentium velit, vt testimonium præbeat, alter remittatur, tunc proxeneta non compelletur inuitus testimonium præstare. per §. quoniam vero Auth. de testib. à contrario sensu. de test. eam si demum ex mutuo partium consensu cogitur dicere testimonium, ergo altero tantum volente non compelletur, vt ibi. Quod præstanti nititur ratione & æquitate: nam † contrahentes huius- 2
modi mediatoribus atq; proxenetis, palam atq; luculenter animorum suorum sententiam depromunt, ac reuelant minime id facturi, si id omnibus manifestum futurum sperarent, cum ergo his mediatoribus sua consilia non aliter atq; confessoribus aperiant, inciuile ac iniquū esset, si id ab eodem proxeneta palam ac manifestum fieret altero contrahentium inuito, eluderetur q; eius spes ac confidentia. Totidem verbis Vasq. vbi etiam in seq. tutari adnititur, quod nec † consentiens proxe- 3
neta altero per contrahentium dissentiente in testem produci queat. Licet in hoc sint, qui contradicant. sicuti & Menoch. multorum auctoritate fretus in specie cons. 92. sub num. 85. vers. primo, quod etsi proxeneta, contradicentibus accedit. de quo suo loco. & tractant Gabr. Rom. lib. sent. 1. tit. de testibus. Conclus. 20. Mascard. de probat. conclus. 1039. Prosp. Farinac. tract. de testibus, quæst. 60. illat. 16. Eandem supra relatam & firmatam opinionem admittit etiā Rot. Gen. de mercat. decis. 188 sub num. 7. ibi. aut altera pars tantum vult, & tunc si ipse non vult, cogi non potest.

Succedit igitur verā esse sententiam autumantium, proxenetam non, nisi vtroque contrahentium volente, ad testimonium dicendum super contractu illomet cōpelli posse. Ita Dn. Gaillio num. 19. consentiens. post gloss. Specul. Bald. Salicet. Sichard. Florian. & alios multos recentiores tradit, & communem refert, Prosp. Farinac. de testibus. quæstio. 60. illat. 16. nume. 448.

Ampliatur hoc quod diximus, proxenetam vtroque contrahente volente in testem produci posse. vt voluntas † etiā tacita

tacita alterius partis sufficiat. Ita visus est concedere Modest. Pist. *consil. 20. sub. num. 12. vol. 1.*

5 Declaratur proxime dicta sententia Gaillii vt non procedat, quando † veritas aliter se haberi nõ posset, nisi per testimonium proxenetæ erueretur. hoc enim casu vna tantum parte volente, testificari tenetur. *ita declarat Farinac. dic. quæst. 60. illat. 16. num. fin.*

6 Declaratur secundo, vt etiam proxeneta super crimine † symoniæ cõmisso, altera tantum parte volente, cogi ad testificandum possit. *idem Farinac. d. loco.* quum & hic proxeneta pœnas incurrat, de quo *in cap. si quis episcopus. vers. si quis vero mediator. cap. 1. quæst. 1.*

ARGVMENTVM.

Scripto non, sed viua voce præsentialiter testimonium esse perhibendum.

CORONIS REMISSORIA.

7 Testem regulariter in figura Iudicii viua † voce, non in scriptis testimonium perhibere oportere. *text. iuris Canonic. in cap. hortamur. penult. ibi. & vestris præsentari conspectibus. 3. quæstio. 9. cap. relatum. ibi nec testimonium vllum per scripta posse proferre. 5. quæst. 3. Francisc. Marc. Delphin. decis. 378. num. 1. part. 1. & decis. 689. ad finem. part. 2. commune ex Couarruuio prædicat Soarez. thes. sent. lit. T. num. 165. Ludouic. Moret. communem laudat sententiam. consil. 69. num. 42. vbi etiam magis & infinitis propemodum firmat eandem auctoritatibus Prosper. Farinac. de testibus. quæst. 80. opposit. 35. est num. 27.* qui quidem Farinac. regulæ huius ampliationes quum ex professo congesserit, illo remittendũ
8 erat. Vbi vero pars aduersa, quod † in scriptis testimonium datum esset, non exciperet, attestatio subsistit. *ita consuluit Decian. resp. 51. sub num. 96. vers. secundo respondetur. vol. 2.* Pro explanatione huius coronidis videatur etiam Rutg. Ruland. *tenet. de commissar. part. 2. lib. 2. cap. 15. per tot.* vbi hanc materiam ex professo reassumpsit, nec illepide proposuit.

ARGVMENTVM.

Iniuratum testem non probare.

SVMMARIA.

1 *Testi iniurato non creditur.*
2 *Etiamsi sit cardinalis, episcopus vel sacerdos.*
3 *Dictum testis, absque producentis culpa iniurati, præsumptionem inducit.*
4 *Effectus huius præsumptionis.*

CONCLVSIO CI.



TESTIMONIVM iniurati † testis regulariter nõ probare, iuris apertissimi cõstat esse conclusionẽ Textus iuris Canonici. *c. fraternitatis. 17. ibi. receptis prius ab ipsis, secundum formam recipiendorũ testium, iuramẽtis. c. de testib. 29. ibi. vtpote super quo deponerent nõ iurati. cap. tuis. 39. ibi. testes in caussis propriis producere absque exhibitione non possunt. c. nuper. 51. ibi. respondemus, quod nullius testimonio, quantumcunque religiosus existat, (nisi iuratus deposuerit) in alterius præiudicium debet credi. ext. de test. cap. inprimis, ibi. si, eo præsente, qui accusatus est, iniciurando contra eum testimoniũ dictum est. 2. quæst. 1. cap. si testes omnes. fin. vers. iurisiurandi. (ex l. iurisiurandi C. de test. canonizatus.) ibi. iurisiurandi religione testes, priusquam perhibeant testimoniũ, coerceantur. 4. quæst. 3. cap. hortamur. penult. ibi. præbito etiam legaliter sacramento. 3. quæst. 9. Textus iuris ciuilis. l. iurisiurandi. 8. ibi. iurisiurandi religione testes, priusquam perhibeant testimonium, iamdudum arctari præcepimus. l. testium. 14. ibi. hi qui cum sacramenti religione deposuerint. C. de testib.* 1

Ampliatur primo, vt nec † religioso, 2 Cardinali, Episcopo sacerdote, &c. nisi iurati deposuissent, credatur. *post Viu. Baiard. in addit. Clar. §. falsum. num. 58. Mascard. de probat. conclus. 1362. num. 2. tersius vero Prosp. Farinac. tract. test. quæst. 74. nu. 66. 68.* Licet tacto pectore non tactis sacrosanctis Euangeliis iurent. *idem Farin. num. 82.* vbi dicit ita de iure & consuetudine seruari. Imo hos oportere tan-

ctis sacris scripturis iurare magis communiter receptum esse. Decanus scribit *in decis. 486. num. 9. vbi multos citat.* Cæterum priorem Farinacii sententiam admitti in leuibus caussis, posteriorem seruari in grauibus, videtur ibid. Decan. distinguere (*ex. Aufrer. ad decis. Tolosan. 161.) est in nouissim. diuers. part. 1.*

Ampliationes alias plures recensent relati Doctores, plene vero Farinac. *d. quæst. 74 per tot.* quæ omnes facili negotio apud eosdem legi possunt, quare ad Considerationibus figendis inseruiendum erit. Saltem pro Conclusionis coronide subiungam, adnotandum esse,
3 dictum † testis (absque culpa, intellige, producentis) iniurati præsumptionem aliquam inducere, ex Ruino & glos. scriptum reliquit Mascard. *in proœm. tract. probat. quæst. 5. num. 84. Ludolph. Schrad. in l. admonendi. sub num. 289. vers. quæ tamen decisio intelligenda est. ff. de iureiur.* vbi dicit, testis iniurati dictum indistincte indicium facere. *Menoch. de arbit. iud. quæst. 26. ad finem. vers. declaratur etiam secundo. Tib. Decian. resp. 128. num. 10. volum. 3. post glos. Decium &c. in terminis consuluit*, quem sequitur & multos insuper alios nuperrime congessit in huius sententiæ confirmationem Prosper. Farinac. *de testib. quæst. 74. num. 109.*

Et sane absque effectu hæcce adno-
4 tatio † non pertransit, quandoquidem, stantibus vtrinque paribus probationibus, vincat ille qui præter probationis paritatem testis iniurati dictum adhuc pro se habet. *ita diserte ex c. cum olim essemus. de priuileg. & auctoritate Alexan. & Crauet. statuit Menoch de arb. iud. d. quæst. 26. num. 5.* quamuis Crotum de testib. *num. 235.* non sine ratione de hoc effectu dubitare dixerit Farinac. *de testib. q. 74. nu. 101.* Considerandum igitur est, dum Dn. Gaill *nu. 1.* scripsit, testem iniuratū nullam fidem facere, intelligi debere de absoluta, non de præsumptiua fide.

ARGVMENTVM.

Iurare debere testes ad hoc vt probet parte, contra quā producentur, præsente.

SVMMARIA.

1 *Testes parte aduersa præsente iurare debent.*
2 *Verum in secreto & sigillatim deponere debent. & num. 3.*
4 *Præsentem fuisse partem ex actis debet constare.*
5 *Citatus legitime in contumaciā pro præsente habetur.*
6 *Nisi iustas habeat absentiæ caussas.*

CONSIDERATIO I.

Parte aduersa contra quam † intro- 1
ducuntur præsente iuramētum à testibus præstādum esse, textu docemur *c. in primis. §. quia igitur ibi si, eo præsente qui accusatus est, iureiurando contra eum testimonium dictum est. 2. quæst. 1. c. in nomine Domini. 2. ibi. quia se absente, etiā vilissimi sunt testes exhibiti. ex. de test.* vbi glos. *verb. audire.* in hæc verba: non est ita intelligendum, vt audiret testes cum deponunt dictum suum, cum in secreto † & 2
sigillatim sint recipiendi *c. venerabili. de testib. l. nullum. C. eod. c. inquisitionis. ext. de accusat.* sed audire debent testes, id est, videre & audire iurantes. Et hoc. (*pergit glos.*) seruatur exemplo Daniel. qui secreto examinauit illos falsos testes sacerdotes, qui falsum testimonium tulerunt contra Susannam. Dictum etiam testis † secreto non deponentis reiectū 3
esse ex DECISIONE Cameræ Imp. testatur Rutg. Rulan. *de commiss. part. 2. lib. 2. cap. 12. sub num. 2.* & vltra Gaillium *sub num. 1.* supra dictam sententiam, quod parte aduersa præsente iuramentum sit præstandum, consuluit post glos. Lanfranc. *de Oz.* Fulg. Signor. & Boss. Osasc. *cons. 74. num. 24.*

Ampliatur, vt partem aduersā † præ- 4
sentem fuisse actui iurisiurandi nō præsumatur, nisi actis, præsentem fuisse, adscriptum existeret. *Farinac. de testib. quæst. 74. num. 80.*

Limitatur iam traditio relata. Domini Gaillii, & aliorum, vt sufficiat † ci- 5
tatam fuisse aduersam partem ad videndum iurari; si enim emanserit, perinde ac si iurari vidisset, testimonium probat.

probat. *post Bart. Schenck. & alios Farinac. d. quæst. 74. de testib, num. 45.*

6 Sublimitatur, nisi absentiæ † iustas habuisset caussas. *ad Mascard. de probat. in proœm. quæst. 5. num. 87.*

ARGVMENTVM.

Iuramentũ testibus remitti à partibus an queat.

SVMMARIA.

1 *Iuramentum à partibus remitti potest.*

2 *A parte contra quam, non aliter nisi expresse, à producente etiam tacite.*

3 *Producens, testi remittens iuramentum, post publicationem vt iurato deponat, non rectè petit.*

4 *Partes etiam absq; Iudicis consensu iuramentum remittere possunt.*

5 *In caussa matrimoniali, vbi de matrimonio dissoluendo agitur, remissio non habet locum.*

6 *Vt nec in caussa criminali vel ciuili ardua.*

7 *Iudex iuramentum remittere nequit.*

CONSIDERATIO II.

1 STatuamus iuramentum † testi à partib. remitti posse tuis quæstionib. 39. ibi. nisi forte à parte remittatur aduersa. *ext. de testib. cum Dn. Gaillio (sub num. 2.) Dn. Mynsing. in d. c. tuis quæstionibus. num. 2. 3. plures.* cum textus sit apertissimus, non refero.

2 Declaratur primo, vt quidem † expresse iuramentum hoc remitti queat, non vero tacite. *Mynsing. in c. tuis quæstionibus. 39. num. 7. communẽ laudans. extr. de testib. communem etiam ex Felin. & Grauat. ad Vest. pronunciat Soarez. thes. sent. lit. T. num. 271.*

Subdeclaratur, in aduersa parte contra quam introducuntur testes, vt expressa requiratur iuramenti remissio, nõ vero in producente, quandoquidem sufficiat tacitus consensus, vt si non contradixerit. *ex Zabarella refert Prosp. Farin. de opposit. cont. exam. test. quæst. 74. sub num. 86.*

Extenditur hæcce subdeclaratio, vt
3 nec producens, si iuramentum † testi remisisset permittere possit, seu petere vt publicatis attestationibus iurate deponat. *Hartm. Pist. lib. quæst. 43. num. 19. vbi* nuncupatim in terminis facti sic decidit.

Declaratur secũdo, si remissioni huic accesserit Iudicis consensus. sicuti visus est voluisse Dn. Gaill. *num. 5.* & consentientes adducunt Mynsing. & Farinac. citatis in locis. Contrarium † contra 4
Gaillium & asseclas esse verius ex Croto admittit Farinac. *d. tit. de opposit. cont. exam. test. quæst. 74. Mynsing. in c. tuis quæstionibus 39. num. 4. ext. de testib.* & in S. Camerali Iudicio contrariam hanc sententiam RECEPTAM esse, notissimaq; Germaniæ consuetudine approbari testatur idem Mynsing. *obseru. 32. nume. 4. cent. 6.*

Declaratur tertio, vt in caussa † ma- 5
trimoniali nõ procedat, in hac enim iusiurandum testibus per partes remitti non posse, *sentit Dn. Gaillius num. 6.*

Subdeclaratur, Gaillii traditionẽ procedere, quando de dissoluendo matrimonio ageretur, non æque vbi de contrahendo. *ita ex glos. ad d. c. tuis quæstionib. scribit Mascard. tract. probat. in proœm. q. 5. n. 11. & alios insuper multos consentiens retulit Prosp. Farin. de opposit. cont. exã. test. quæst. 74. num. 94.*

Declaratur quarto, vt non obtineat 6
† in caussa criminali, vel etiam ciuili ardua, in hac enim remissio non datur. *Farinac. d. tit. de opposit. cont. exam. test. q. 74. num. 85.* 7

Iudicem facultate † remittendi iuramentum testibus destitui, extra controuersiam videtur. *idem Farinac. d. quæst. 74. num. 88.* vbi quod nec tacite, nec expresse remittendi licentia fruatur.

ARGVMENTA.

I. Statuto, vel cõsuetudine testium iuramentum remitti an possit.

II. Imperator & Pontifex Romanus, iusiuradum testium tolli vtrum queant.

SVMMARIA.

1 *Testibus iniuratis vt adhibeatur fides, statuto vel cõsuetudine an recte inducatur.*

2 *Princeps vel papa testibus iuramentum remittere non potest.*

3 *Nisi sint testes personæ illustres & integritate vitæ conspicui.*

4 *Quamuis hoc vltimum in practica potius procedat, quam iure probetur.*

CONSIDERATIO III.

1 STatuto, vel cõsuetudine † testi iniurato vt credatur induci an valeat (de quo Dn. Gaill. *sub num. 11. & seqq.*) est quidem contrariæ resolutionis quæstio. Negatiuam diserte recepit Afin. *in prax. Florent.* §. *19. cap. 28. sub num. 5. ibi. tenendo igitur opinionem Isterniæ. ex modernioribus item Germanis Rutg. Rul. de commiss. lib. 2. cap. 11. num. 7. part. 2.*

Affirmatiuã vero ex neothericis (vltra relatos per Farinac. *tract. test. quæst. 74. num. 55.*) *Marcell. Cal. tract. de modo art. & prob. glos. 3. sub num. 51. ibi. ipsamq; priorem opinionem tenendo.*

Conciliatur, secundum Dn. Gailliũ, vt affirmatiua in illustribus & nobilibus testibus vera sit, negatiua autem in minoris gradus hominibus. hanc conciliationem expressissime deosculatus est *Farinac. d. quæst. num. 56. 58.* In praxi con-
2 ciliationis partes forte † admittendas esse, nõ vero de iure sustineri posse, scribit Ruland. *d. cap. 11. num. 8.*

3 Summum Principem † vel Papam, non habere potestatẽ remittendi testib. iuramẽtum, seu, quod testibus iniuratis credatur, ac si iurassent, ex Bursato adducit Petr. Ant. de Petr. *Placent. de princip. potest. cap. 15. num. 99. qui in Principe loquitur. Menoch. de arbit. iud. cas. 26. nu. 4.* qui de Papa differit. de vtroq;, Imperatore nimirũ & Papa coniunctim, referendo Gaillium, Mynf. & infinitos plures, sic sentit Prosper. Farin. *tit. de opposit. cont. exam. test. quæst. 74. num. 59.* vbi. seq. num. Limitationẽ Dn. Gaillii, quod
4 relata traditio in testibus † illustribus, nobilib. & integritate vitæ claris, vt his iuramentum à Principe remmitti possit, procedat, recipere videtur.

ARGVMENTVM.

Iuramentũ à teste priusquã testimonium perhibuerit, fuisse præstitum, requiri.

SVMMARIA.

1 *Testem, antequã deponat, iurare oportet.*

2 *Depositionem testis, si in continenti iuramentum subsequatur, probare, affirmant quidam.*

3 *Negant alij.*

4 *Referuntur quorundã conciliationes. n. 5.*

6 *Negatiuam author, sub distinctione, amplectitur.*

CONSIDERATIO IV.

DE iure tam Pontificio quam Cæsareo testem antequam † deponat 1 iurare oportere, text. est *in c. tuis 39. ibi. producere absq; iuramenti exhibitione nõ possunt. c. fraternitatis. 17. ibi. receptus prius ab ipsis, secundum formam recipiendorũ testium, iuramentis. ext. de testib. c. si testes omnes. fin. vers. Iurisiurandi. ibi. Iurisiurandi religione testes, priusquam perhibeant testimonium, coerceantur. 4. q. 3. text. itẽ in l. Iurisiurandi 8. ibi. iurisiurandi religione testes, priusquam perhibeant testimonium, iamdudũ arctari præcepimus. l. testium. 14. ibi. cum sacramenti religione deposuerint (non enim poterant cum sacramenti religione deposuisse, nisi iuramentum depositionem præcessisset) C. de testib.*

Limitatur, quãdo in continenti † iu- 2 ramentum depositionem subsequutum fuisset: hoc enim casu perinde ac ante depositionem iuratum esset, firmitatem fidei obtinere testimonium censuere, *inter alios ex modernioribus Rutg. Rulan. de Commissar. part. 2. lib. 2. cap. 12. num. 4. 5. & ad finem. num. 6. qui solius Dn. Gaillij. (num. 9. 10.) nititur traditione, accedunt his Iason. Schard. & multi plures relati per Mascard. & Farin. mox citandis locis.*

Contrarium adseuerant † atque ita 3 testimonium testis corruere, quamuis iuramenti præstatio in continenti attestationem subsequuta extitisset, sentire Salicet. Cyn. Barbat. Archidiac. Præpos. Turrecremat. Bellam. Abbat. Aret. Crot. Moncad. refert Prosp. Farin. *de opposit. cont. exam. test. q. 74. nu. 59.*

Hanc

4 Hanc opinionum † repugnantiam, (*inquit Mynſ. obſ.77. cent. 4.*) cum in quadam cauſſa incidiſſet, Domini ita conciliandam eſſe cenſuerunt, vt prior tum locum habeat, quãdo teſtis iurauit ſponte in continẽti, poſt teſtificationẽ nullo interrogante, vel ab ipſo poſtulante, vt iuraret, vt qui requiſitus iuret, vtrumq; id in continenti fiat; verior ſit ſecunda opinio. eiuſmodi conciliationem viſus eſt etiam admittere poſt Marian. Socin. & Felin, Maſcard. *tract. probat. concluſ. 1362. num. 12.*

Verumenimuero huic etiam conciliationi reclamat, proindeque quod nec dictum huius teſtis ex ſeipſo ſeu vltro iurantis iure probet, & veriorem & communiorem opinionem ex Bellamera *in c. de teſtib. ext. de teſtib.* refert & ſequutus videtur Proſper. Farinac. *tit. de oppoſit. cent. exam. teſt. quaeſt. 74. num. 41.*

Aliam adduxit Dn. Gaill. (ante num. 5 11.) conciliationem, † vt prior ſententia obtineat, in ſpectatæ & integræ fidei teſtibus, auctoritate Speculat.

Sed qui inconcuſſe hæc Gaillii ſeu Speculatoris reſtrictio defendi queat, pro nunc aſſequi haud poſſum, ſtãte *tex. c. nuper. 51.* vbi quod nullius teſtimonio, quantumcunque religioſus exiſtat, niſi IVRATVS depoſuerit non credatur *ext. de teſtibus.*

Ego, mea quæ dictat ingenioli exiguitas, aſſentirer Bellameræ, & (ſaluo cuiuſcunq; melius rectius ſentientis Iudicio) 6 arbitrarer, ſic eſſe diſtinguendum † vt, aut culpa partis producentis iuramentũ ante diſpoſitionem non præſtitere teſtes, & indiſtincte corruere atteſtationes, aut ſine culpa producentis, & recte daretur repetitio teſtium, vt iuratò deponant, etiam publicatis atteſtationibus. videatur *Hartm. Piſt. lib. quaeſt. 1. quaeſt. 43. per tot.*

ARGVMENTVM.

Iuramentum corporale teſtes debere præſtare, nec ſufficere per æquipollens præſtari.

SVMMARIA.

1 *Principes Germaniæ an per æquipollens iuramentum præſtent.*
2 *Comites corporale iuramentum præſtare tenentur.*
3 *Multo magis inferioris conditionis homines.*
4 *Officiales an ſe ad iuramẽtum domino præſtitum, recte referant.*

CONSIDERATIO V.

PRincipes Germaniæ Cæſaream Maieſtatem ſuperiorem recognoſcentes in teſtes nominati an per æquipollens † iuramentum præſtari valeat, proſequitur. *Rutg. Ruland. de commiſ. part. 2. lib. 2. cap. 11. num. 47. & ſeqq.* Comites 1 vero † teneri corporale iuramentũ præſtare, DECISVM fuiſſe in S. Cam. Iud. 2 teſtatur idem Rul. *ibid. num. 49.*

In aliis minoris ſtatus † & conditionis 3 homines, quin pro teſtibus introducti, non per æquipollens, ſed in forma corporale teneantur præſtare iuramentum, minus vel potius nihil dubii habet, & in practica ſeruari quotidie, teſtatum reliquit Weſembec. *conſil. 13. ſub num. 103.*

Officiales in teſtem † producti (de 4 quo Dn. Gaill. *num. 15.*) loco corporalis iuramenti, ſe referre non valent ad iuramentum Dominis ſuis præſtitum, ſ. ſub iuramento Dominis ipſorũ ab initio officii præſtito, ſe dicturos veritatem. *Mynſing. obſeru. 3. cent. 2. vbi* teſtatur ita in Cam. Imp. IVDICATVM extitiſſe. *videatur Speckh. quaeſt. 5. cent. 1.*

ARGVMENTVM.

Repetendus teſtis an iterato iurare conſtringatur.

SVMMARIA.

1 *Teſtis repetendus non tenetur iterare.*
2 *Modo ſuper tota cauſſa iuramẽtum præſtiterit.*
3 *Niſi teſtis poſtea ſeipſum emendaret.*
4 *Repetendus in ſecunda inſtantia iterato iurat.*
5 *Etiamſi in prima inſtãtia ſuper tota cauſſa iuraſſet.*

CONSIDERATIO VI.

MEmini me supra *conclus. 95. consid. 2.* promisisse hic dicturum, an te-
1 stis † super interrogatoriis non examinatus, iterato iurare debeat, cum ad eadem veniret examinandus. Vt igitur stetisse videar promissis, monebo non deesse autumantes repetito examinandos iterato etiam debere iurare. *ex Baldo & Salyceto respondit Schard. consil. crim 6. nu. 19.* hanc quæstionem an illepide tractãtem Hartm. Pistoris *lib. quæst. 1. quæst. 41.* qui diserte tradit, de nouo iurandum
2 † non esse hoc casu, vbi super tota caussa iuramentum à teste præstitum esset, scribitque ita RESPONSVM (*intelligo à Scabinatu Lipsensi*) fuisse & in hanc Hartman. Pistor. sententiam concurrere etiam videtur Rutg. Ruland. *de commissar. lib. 7. cap. 10 sub num. 7. versic. alij autem hac distinctione vtuntur. part. 1.*

Repetitus ad declarandum dictum testis licet iterum non iuret. *Dn. Gaill. num. 16. quem inter alios multos citat Farin. de testib. quæst. 74. num. 50. Ruland. d. cap. 10.*
3 *num. 4.* vbi tamen † testis dictum emendaret, iterato iurare teneretur, sicuti ex Campeg. aduertit eodem loco Farin.

4 Repetendum testem in secunda † instãtia iterato debere iurare visus est admittere Dn. Gaill. *ad fin. obs.*

Ampliatur hoc Gaillii dictum, vt et-
5 iam procedat, quamuis † testis iurasset in prima instantia deponens, se super tota caussa veritatem dicturum. *auctoritate Imol. Campeg. & Parisij admittit Prosper. Farinac. d. quæst. 74. num. 52.* referens interim dissentientes Aretium & Felinum.

Et hæc pro nunc sufficiant præsenti consid. substrauisse.

ARGVMENTVM.

Examen testium in memoriam, per quem Iudicem fiat. An item & Quando, vbi periculũ subesset, ne deperiret veritas, ob caussam periclitãtis vitæ, & futuræ absentię testium, per incompetentem expediri queat.

SVMMARIA.

1 *Examen testium Iudicis incompetentia annullatur.*
2 *Hinc examen ad perpetuam rei memoriam, à Iudice caussæ principalis fieri debet.*
3 *Ab incompetente, in casu necessitatis, ob præsentaneum mortis, vel subitæ absentiæ periculum factum, subsistit.*
4 *Licet pars aduersa non fuerit citata.*
5 *Etiam casu, quo producẽs de lucro captando agit.*
6 *Modo periculum, & quod competentis copia haberi non potuerit, ad obtinendum examen, semiplene, & postea eo peracto, plene probauerit.*
7 *Iudex ad quem ab interlocutoria appellatur, hoc casu testes rectè examinat.*
8 *Idq. examen valet, etiamsi caussam postea remittat.*
9 *Si tamen testes, tempore quo coram ordinario essent examinandi, adhuc superstites sint, examen exspirat.*

CONCLVSIO CII.

INCOMPETENTIAM Iudicis † examen testium regulariter annullare extra cõtrouersiam est, & in terminis sic DECIDENDO iudicauit Cam. Imp. teste Rutg. Rulan. *tract. de commissar. lib. 1. cap. 2. num. 3. part. 2.* & quare haud abs re erit, de Iudicis examinantis competentia subiicere. *dixi aliis auctoritatibus conclus. 98.* 1

Conclusio itaq; sit examinationem † in perpetuam rei memoriam ab eo Iudice, qui caussæ principalis Iudex competens est, faciendam esse. Dn. Gaill. *obseruat. 93. num. 1. lib. 1.* ita regulariter concludi ex Bart. Ang. Fulgos. Castrens. Alex. & aliis nuncupatim adseuerat Ludolph. Schrad. *tractat. feud. part. 9. sect. 13. sub nu. 111. vers. & certi iuris est.* multos insuper in cõfirmationem huius conclusionis citat Prosper. Farin. *de opposit. test. quæst.* 2

quæst.76.part.5.nu.133. accedit in terminis huius conclusionis differens Rutg. Rul. *d.c.2.num. 4 lib.1.part.2.*

3 Limitatur conclusio primo, vbi † cõpetentis Iudicis copia instante periculo, ne testes moriantur, vel in remotas regiones proficiscantur, ita, nisi examinentur ab alio Iudice, veritas deperiat, metuendum sit, tunc enim etiam ab incompetente examinari testes in memoriam conceditur. *post Bart. Alex. Ang. Fulgos. Ias. & plures alios Ludolp. Schrad. tractat. feud. part.9. sect.13. sub num.113. vers. hæ tamẽ decisiones. & idem Schrad. in l. admonẽdi sub num.288. ad fin. ff. de iureiur. Farinac. item de opposit. cont. ex test. quæst.76. part.5. num. 136.* Et hanc limitationem firmat, quod supra *concl.93.* diximus. & ad terminos præsentes sic sentit Ruland. *de commiss. lib.1.c.1.nu.6.part.2.*

Ampliatur hæc limitatio, vt nec in summo hoc deperiendæ veritatis periculo susceptum ab incompetenti Iudi-
4 ce examẽ annulletur, licet aduersa † pars ad videndum produci & iurare citata non esset, (intellige, nec ob celeritatem præueniendi periculi commode citari potuit: sola enim necessitas periculi aduertẽdi per examen in caussa est, quare à regulis recedatur, quibus traditur, ante litem contestatam testes recipiendos non esse: item testes, non citato aduersario, examinatos haud probare) extensionẽ eiusmodi concedere visus est Dn. Gaill. *num.4. accedit Francisc. Marc. Delph. decis.788. num.4. part.2. Schrad. multis innixus grauissimis auctoritatibus. tractat. feud. part.9. sect.13. sub num.113. vers. eodem modo testis ad perpetuam rei memoriam.* de citationis requisito ad examen tractauimus vtrumque *concl. seq.*

Extenditur posita limitatio & subampliatur præcedens ampliatio primo, vt
5 indistincte procedant, † siue producens seu examinari petens, de damno euitando, siue lucro captando egerit, *Schrad. d. sect. 13. sub num.113. vers. illaq; decisio mihi indistincte.*

Extenditur secundo limitatio vnà cum ampliatione eiusdem, vt examen illud à Iudice incompetente, & parte non citata, valeat, quamuis producens † semiplene saltem, vt obtineret exa- 6
men suscipi, probaret copiam Iudicis, & aduersarii habere non posse, quin ob moram periculum sit, ne intereat ex testibus illis eruenda veritas: si modo peracto examine de periculo illo & impedimento plene probet. aduersus Siluanum multis contendit Schrad. *d. sect. 13. sub num.113. ego tamen iudico. vsque ad finem numeri.*

Ampliatur secundo limitatio, vt etiam Iudex, ad quem † ab interlocuto- 7
ria sententia appellatum esset, facultatem examinandi testes senes, valetudinarios, absuturos, ob imminens (*verosimiliter præsentaneum, sic enim puto*) periculum mortis & absentiæ super articulis principalem caussam concernentibus, habeat, in tantum, vt quamuis † postea pronunciauerit male appella- 8
tum, adhuc examen illud valeat. *ita post Abbat. Butr. Marian. & nonnullos alios Farinac. de opposit. cont. examen test. q.76. part.5. num.137.*

Ampliatur tertio relata limitatio, vt & Iudex à quo, appellatione pendente ob periculum mortis, vel absentiæ, testes illos senes, valetudinarios, discessuros, vtiliter examinare valeat. quam ampliationem cum suis declarationib. quantum pro tempore nunc mihi licuit *conclus.92. explicaui.*

Non tamen omittendum censui studiosum monere sentẽtiæ illius Pragmaticorum, testimonium, nempe † in ci- 9
uilibus ab incompetenti Iudice receptum valere, vbi testis ille tempore, quo coram ordinario examinandus seu repetendus erat, mortuus fuerit. quemadmodum ex professo adseuerat ex Castrens. & Follerio Francisc. Viu. *Neapolit. decis.78. nu. 1.* qui tamen limitat procedere, quando hic Iudex corã quo examinandi seu repetendi erant, succederet loco primi.

Cæterum de eo alibi, nec hic diutius immorabimur.

Sed anne notario, vbi periculũ mortis vel absentiæ esset, facultas sit de iure concessa examinandi eiusmodi testes in

perpetuam rei memoriam, necessaria notatu videtur esse quæstio, de cuius explicatione nõnihil subseq. Consid. monebimus.

ARGVMENTVM.

Notarius an testes examinare valeat.

SVMMARIA.

1 *Testes à notario absq; commissione Iudicis examinati, non probant.*
2 *Testes, in iudicio vt probent, ab habente iurisdictionem recipi debent.*
3 *Nec notarius iudicij iuratus testes examinare potest.*
4 *Nisi cum mandato proprij Iudicis.*
5 *Notarius testes in perpetuam rei memoriam examinare nequit.*
6 *Nisi summum periculum subsit.*
7 *Quo tamen casu, præsumptionẽ tantum inducunt.*
8 *Et si superuixerint, vel reuersi fuerint, repetendi sunt.*
9 *Notarius, nec consentientibus partibus, testes examinare poterit.*

CONSIDERATIO I.

VEra iuxta ac communis existit Do-
1 ctorum conclusio, notarium † per se absque commissione & mandato Iudicis (quid vero commissione sibi facta iuris sit, dixi, & remissiones feci sub *Conclus. 97.*) testes examinare non posse. & si de facto examinauerit, nullam probationem expositiones facere. hanc conclusionem ex recentioribus, & quidem grauissimis auctoritatibus, probãt Matt. Wesembec. *in comment. l. 17. auth. apud aliquem Iudicem. num. 2.* citans gloss. Bald. & Felin. Iudicum (inquit Wesemb.) est examinare, non notariorum. *C. de fid. instrum.* clare item firmat eandem Ludolph. Schrad. *in comment. l. admonendi. num. 288.* vbi diserte scribit, testem extra Iudicium à notario examinatum, fidem aut probationem nullam facere, & subdit Schrad. quia (*inquit*) est quod imputetur parti; quare Iudicem non adiuit, atque ab eo impetrauit testem legitimo ac solemni modo examinari, citata nimirum aduersa parte, &c. quinimo hanc conclusionem IVDICANDO obseruauit Parlament. Delphinale, *vt est apud Francisc. Marc. decis. 228. num. 1. part. 2.* vbi multis egregiis auctoritatibus præiudicium hoc firmat. nec non Reg. Consil. Neapolit. iuxta eandem conclusionem IVDICAVIT, *vt est apud Afflict. decis. 317. ad finem, & in discursu. & extant pulcra in hanc sententiã notata Vest. in prax. Rom. lib. 6. cap. 2. nu. 11. enucleatiora vero apud Ant. Grauat. ibid. in addit. num. 45. & seqq.* & quod testes, vt probent † in iu- 2
dicio, debeant esse recepti ab habente aliquam iurisdictionẽ, dicit IVDICANDO in Reg. Audient Apul. tentum esse, *Francisc. Viu. Neapolitan. decision. 78. nume. 3.*

Ampliatur Conclusio, vt nec † nota- 3
rius, quem dicimus Iudicii iuratũ actuarium, examẽ testium assumere possit. *in ipsissimis terminis versatur d. decis. Delphin. & egregie firmat in his terminis Grauat. in addit. Vest. d. loco.* quanto minus simplices illi notarii extranei, seu non actuarii: in his siquidem maior denegandi examinationem ratio, quã supra ex Schrad. retulimus, vrget.

Subampliatur, quod dixi notarium Iudicii iuratum, testes citra mandatum Iudicis examinare non posse, vt nec † 4
cum mãdato, nec rogatu alterius, quam proprii Iudicis, cui ipse notarius scilicet actuarius est, mandatum id sibi (cæteris paribus) permissum censeatur. *Wesemb. in Auth. apud aliquem Iudicem. sub num. 3. vers. non potest igitur notarius per se, aut rogatu alterius Iudicis examinare, post. l. 17. C. de fide instrum.*

Ampliatur secundo (quæ ipsa ampliatio propriissime huc spectat) vt † 5
notarius nec testes in perpetuã rei memoriam examinare queat, citra Iudicis commissionem. *ita nominatim ampliando ex Baldo & post Monticel. tenet Prosp. Farinac. de opposit. contra exam. test. quæst. 76. part. 5. num. 134.*

Limita proximam ampliationem hactenus fallere, quatenus † summum 6
subesset periculum, ne depereat seu occultetur veritas ob metum mortis, vel absen-

absentiæ testis. nam hoc casu, per no-
7 tarium examinati† testis depositio præsumptionem aliquam faceret. *Schrad. d. l. admonendi. sub nume. 288. versic. sin autem parti. ff. de iureiur. Prosp. Farin. d. q. 76. sub num. 136.*

8 Si tamen superuixerint, vel † reuersi fuerint testes, de nouo repetendi per Iudicem competentem erunt, *secundum ea, quæ in principali Conclusione diximus.*

9 Ampliatur tertio, vt nec† notarius consentientibus in id partibus vtrisque examinare testes valeat. *ita sentit Cæsar Vrsill. in addit. Afflict. decis. 317. num. 3.* & quamuis Bartol. & Iason. *teste Schrad. in l. admonendi. sub num. 288. circa med.* notarium absque commissione volente ita vtraque parte examen recte suscipere valere, videantur concedere: cum Vrsillo tamen ipse sentirem, maxime in casu, quando in iudicio pars attestationes per notarium hunc receptas, vt sibi executio vigore illarum attestationum decerneretur, produceret. Vrsilli ex opinione dependet etiam (licet aliis in id citatis auctoribus) Anton. Gravat. *in addit. Vest. lib. prax. Rom. 6. cap. 2. sub num. 45.* vbi item *num. 46.* ex Luca de Pen. subdit, obligationem à notario penes acta curiæ receptam absente Iudice, non valere. si ipsiusmet partis obligatio iudicialiter coram notario iudicii facta ex defectu præsentiæ Iudicis, vinculi quicquam nihil tribuit, quanto minus obligationis. assertæ extraiudicialis posset induci probatio examinatis, per simplicem notarium non actuarium, ad solius cuiuspiam rogitum testibus? Cæterum hæc præsenti exercitio sufficiant concisius notasse citra disputationum anfractus, quos instituti abhorret ratio.

ARGVMENTVM.

Attestationes in iudicio possessorii summariissimi factę, fidem an, & quando in possessorio plenario.

SVMMARIA.

1 *Testes in vno iudicio examinati, inter easdem partes etiam in alio iudicio probant.*
2 *Testes in summario recepti, in plenario non probant.*
3 *Reproduci tamen & repeti possunt.*
4 *In summario plenarie recepti, etiam in plenario faciunt fidem.*
5 *Testes possessorij momentanei, in plenario non probant.*
6 *Nisi plenarie recepti fuerint.*
7 *Quo tamen casu in plenario reproducendi sunt.*
8 *Et quidem realiter siue actualiter, si coram alio Iudice, quā qui recepit, agatur.*
9 *Atque pars aduersa ad reproductionem citanda.*
10 *Eique petenti copia attestationum communicanda.*

CONCLSVIO CIIII.

Estes in vno iudicio examinati† etiam in alio inter 1
easdem partes fidem facere; auctoritate Menoch. & aliorū admittit Francisc. Viu. *Neapol. decis. 313. sub num. 1.* vbi etiam testatur ita in Regia Audiētia IVDICATVM extitisse.

Fallit primo in testibus in summario
† iudicio examinatis, nam hi in plena- 2
rio fidem non merentur. *Mynsing. in cap. veniens. 38. per illum text. nu. 16. & seqq. ext. de test. Francisc. Viu. Neapol. decis. 78. sub nu. 3. & post Socin. iun. visus est affirmare Mascard. tract. probat. conclus. 33. nu. 32. accedunt his alij à Gabr. Rom. lib. sentent. 2. tit. de except. conclus. 2. nu. 7. relati.*

Possunt tamen in plenario † repro- 3
duci & repeti. *post Abbat. Felin. & plures alios firmat Prosp. Fari. de opposit. cont. exam. test. q. 66. nu. 299. videatur Menoch. de retin. poss. remed. fin. num. 38.*

Limitatur hæc fallentia non procedere, quando in summario iudicio † te- 4
stes essent plenarie, ac si plenarium iudicium fuisset, examinati: eo enim casu in plenario etiam iudicio probant, *post Felin. Butrigar. glos. Alex. Rip. Natt. & Contard. respondit Alexand. Raud. cons. 17. part. 6. nu. 54. vol. 1. accedit huic Ant. Gabr. lib. 2. tit. de except. conclus. 2. num. 8.*

Fallit secundo (quæ fallentia proprie est Conclusionis nostræ materia) in te-
5 stibus † in Iudicio momētaneo seu summariissimo examinatis, nā & hi in possessorio plenario probationem non inducunt. *Menoch. de retinend. posses. remed. vlt. num. 38.*

Limitatur hac fallentia, vt non obti-
6 neat, quando testes † essent in momentaneo iudicio plenarie, quasi Iudicium possessorii plenarii fuisset, recepti & examinati. *sic voluit Dn. Gaill. sub nume. 4. vers. nude concludo.* comprobari hanc limitationem arbitror eademmet ratione, qua admittitur ad primam fallentiam ex Raudense & aliis data limitatio.

Declaratur limitatio, seu Dn. Gaillii sententia, vt non procedat, nisi atte ta-
7 tiones † hæ in Iudicio summariissimo factæ reproducātur: alias enim in possessorio plenario non probant. auctoritate nisus Castrens. Neuiz. Couarr. & Purpurat. diserte ita declarat Menoch. *de retin. poss. remed. vlt. num. 38.* iisdem relatis auctoritatibus consentit Mascard. *tract. probat. conclus. 1203. num. 1.*

Extenditur hæc declaratio, vt verba-
8 lis attestationum reproductio † non sufficiat, sed realis fiat, requiratur. intellige nisi Iudex corā quo reproductio verbalis fieret, examinasset testes in summariissimo. *ad not. Rot. Roman. corā Seraphino, decis. 445.* vbi IVDICATVM, quod cum acta in alio Iudicio facta inter easdem personas non probent, nisi reproductio fiat eorundem, verbalem non suffecisse reproductionem, sed actualem seu realem necessariam fuisse. *part. 1. in nouis.*

Subdeclaratur primo proxima declaratio, sibi locum vendicare, modo
9 aduersa † pars ad reproductionem citata fuisset. *ex Castrense tradit Menoch. de retin. poss. rem. fin. sub num. 38 vers. declaratur primo. & admittit Mascard. d. Conclus. 1203. num. 3.*

Subdeclaratur secundo, vt procedat
10 si etiam attestationum † copia parti aduersæ communicaretur. *ad notat. Cacheran. Pedemont. decis. 1. nu. 47. & Rot. Rom. coram Seraphino, decis. 445. num. 3.*

Intellige subdeclarationem, vt ipsa aduersa pars teneatur copiam petere. *sicuti concedit idem Cacheran. d. decis. 1. sub num. 47. ibi. quod tamen procedere dicunt, si pars hoc petat in ciuilibus.*

ARGVMENTVM.

Attestationes coram arbitro datæ, an, & quatenus fidem faciant in Iudicio ordinario.

SVMMARIA.

1 *Testes coram arbitro recepti, in Iudicio ordinario, non contradicente aduersa parte, probant.*

2 *Iisdem, tempore reproductionis mortuis, etiam aduersario reluctante, fides adhibetur.*

3 *Testes inter alios examinati, tempore reproductionis mortui, faciunt probationem arbitrio Iudicis æstimandam.*

4 *Nisi pars ipsa viuos repetere culpa sua neglexisset.*

5 *Testium coram arbitro receptorum dicta, ab aduersario acceptata, absq; repetitione probant.*

6 *Coram arbitro statutario examinati plenam faciunt fidem.*

7 *Testes coram arbitro recepti, postea repetendi an de nouo iurare teneantur.*

CONSIDERATIO I.

Omisso illo publicationis attestationum tractatu, quo de nonnihil meminit Dn. Gaill. & ipse S. *Conclus. 6. consid. 1.* quantum spectat Summariissimum, dixi, de attestationum coram arbitro factarū vi probatoria subiungam.

Testium coram arbitro receptorum † dicta in ordinario Iudicio non contra- 1
dicente aduersa parte probationem inducere, nititur expresso iuris text. *c. præsentata. 50. ibi. vt vel recipiant depositiones eorum. ext. de testib. text. in l. fin. ibi. licentiam habere. &c. C. eod. tit. text. l. 5. ad finem. ibi. vel attestatum, posse eo & in ordinariis vti Iudiciis. C. de recept. arbit.*

Declaratur, vt etiam aduersā parte † reluctante dicta testium corā arbitro 2
examinatorum probent. si hi testes, iam tempore reproductionis in ordinario iudicio

iudicio assumendæ, mortui essent, *text. d. l. fin. vers. sui autem ab hac luce omnes subtracti sint. C. de testib.* Dn. Gaill. *num. 6.* cui accedunt Sichard. *consil. crim. 6. nume. 16. Mascard. de probat. conclus. 33. num. 12. Prosp. Farin. de opposit. cont. exam. test. quæst. 75. num. 116.* Nam quando testes, coram alio Iudice inter easdem personas examinati, reproductionis tempore essent mortui, pro reproductis habētur. *Francisc. Viu. Neapol. decis. 78. num. 1.* in tantum
3 vt etiam testes † inter alios alio in iudicio examinati, vbi mortui reproductionis tempore essent, faciat probationem ex arbitrio Iudicis æstimādam. *Ioan. Vincent. Honded. consult. 17. num. 70. vol. 1.* imo semiplene probent. *Crauet. consil. 99. nu. 40. Ioan. Petr. Surd. Mant. decisi. 105.* (vbi *num. 2.* testatur Senat. Mant. ita IVDI-
4 CASSE) nisi parti, † quæ his testimoniis nititur, aliqua culpa, quare eos viuentes non potuisset repeti, imputari queat. *Vincent. de Franch. Neapol. decis. 345. sub nu. 9. vers. hac tamen decisio. verum de hoc alibi, & videantur notat. Hond. d. loc.*

Declaratur secundo, vt etiam adhuc testes superstites fidem faciant in ordinario iudicio coram arbitro examinati,
5 quando dicta † horum testiū acceptasset aduersa pars; nam hoc casu nec repeti debent. *post Martan. Farinac. d. quæst. 75. num. 115. Mynsing. in c. præsentata. 50. sub num. 7. versic. si tamen aduersarius semel elegerit stare prioribus attestationibus, variare amplius non potest.*

Declaratur tertio, vt superstites testes
6 † corā arbitro statutario examinati etiam probent, respuente aduersario in ordinario iudicio. *ita declarat post Blanc. Mascard. tractat. probat. conclusione 33. numero 22.*

Vbi vero aduersa pars nollet testium coram arbitro examinatorum dictis sta-
7 re, & hi † iterato super iisdem capitulis examinandi essent in ordinario iudicio, an de nouo iurare teneantur inter Doctores haud conuenit, hinc inde stantibus opinionibus.

Affirmatiuam, atque ita denuo iurare oportere, sentiunt ex moderníoribus Mynsing. *in cap. præsentata. 50. num. 9. ext. de testib. Mascard. tract. probat. conclus. 33. num. 14.*

Contrarium sentire post Bellameram, Campegium, scribit Farinac. *de oppositio. contr. exam. test. quæstio. 74. numero 48.*

ARGVMENTVM.

Testis secundo super iisdem examinandus vtrum extēse teneatur deponere, ac si antea nō deposuisset, an vero sufficiat se retulisse ad prioris examinis dicta.

SVMMARIA.

1 *Testis super iisdem repetendus, relatiue deponere potest.*
2 *Nisi Iudex relatiuam depositionem admittere nolit.*
3 *Vbi vero admisisset perinde ac extēse data attestatio probaret.*
4 *Quando testis repetendus extensiue deponere teneatur, & quibus casibus.*
5 *Testi repetendo petenti, prior depositio prælegi debet.*

CONCLVSIO CIV.



ONCLVDAMVS liceat testē super iisdem iterum examinandum † de sui ne- 1 cessitate non obstringi extense deponere, sed quod ad prioris examinis dicta se referat, sufficere. ita in S. Cam. Imp. Iudicio aliquoties OBSERVATVM esse, scriptum reliquit Mynsing. *obs. 64. cent. 3.* & in Rot. Rom. auctoritate Saliceti, Ancherani, & aliorum sic IVDICATVM extitisse adseuerat Æmill. Verall. *decis. 287. alias 24. part. 3.* (quo loci versatur in casu, vbi examen primum, etiam nullum ex defectu solemnitatum erat. nec non per doctrinam Bartol. Alexand. & aliorum sæpius Rot. Rom. IVDICASSE, & coram se etiam in vna Toletanæ pensionis IVDICATVM esse, testatur Seraphin. *int. varior. decisio. Rom. decis. 430. ad finem. part. 1. in nouissim. Crauet. consil. 991. num. 41.* eandem visus est recepisse sententiam.

Declaratur Conclusio, vt procedat,
2 si Iudex examinans † non recusaret recipere seu admittere relatiuam illã depositionem: quum enim ex arbitrio dependeat suo, admittere eiusmodi depositionem relatiuam velit, nec ne. Francisc. Viu. *Neapolit. decis. 400. num. 22. Menoch. de arbit. iud. cas. 119. num. 3.* vbi multos congessit, & subfragatur Mascard. *tract. probat. Conclus. 1368. sub nu. 5.* cogeretur testis hic relatiue deponens, iterato extense testificari. quemadmodum concedit idemmet Menoch. *d. cas. 119. num. 11. Ioan. Vincent. Hondeb. consult. 101. sub nu. 31. vers. & saltem id Iudicis arbitrio remittitur. vol. 1.* econtra vbi Iudex admisisset relatiuam depositionem, dictũ
3 testis hoc relatiuũ probat, ac† si extense deposuisset. Francisc. Monald. respondit magisque communẽ collaudat. *consi. 70. num. 70.* vbi in id etiam inter plures citat Mynsing. *obs. 64. cent. 3.* qui diserte testatum reliquit sæpius in S. Cam. Imp. vidisse OBSERVARI, quod si primũ testis dictum ob defectũ solemnitatis non valuisset, & secundo examinatur, in qua examinatione se ad priora in examine deposita retulerit solẽniter examinatus; eiusmodi relatiuam attestationem esse Iuridicam, seu probationis effectricẽ. & iterum idemmet Monald. in specie respondit *consi. 112. num. 12. tenuitq; in consil. etiam 69. num. 18.*

4 Quatuor casibus materiam † resolutionemque præsentis conclusionis expediri, statuit Tiber. Decian. *respons. 128. num. 6. & seqq. vol. 3.* (quod quidem responsum extat repetitum *vol. 5. respons. 48.*) vbi Decian. dicit, quod expendẽdo omnes scribentes, tam Canonistas, quã Legistas, qui hanc quæstionem de relatione ad prioris examinis dictum pertractarint, distinguendi sint sequentes casus:

Primus (ille est) quando testis repeteretur ad declarandum dictum suum ambiguum. Secundus, quãdo repetendus testis Iudici suspectus, quasi in priori depositione veritatem non dixisset, vel subticuisset. Tertius, quando primũ examen fuisset solemniter suis cum requisitis inter alias personas absolutum. Quartus, quando deposuisset in Iudicio inualido, vel cuius processus esset declaratus nullus. Verum siquidem tractatio ampliationibus & restrictionibus plenius assumatur, & eo mihi insistendum ex proposito erat modo, nisi huius laboris exacto studio me subleuassent insigniores Practici. Menoch. *de arbit. iud. cas. 119. per tot. & post Prosper. Farin. de Opposit. contra dicta test. quæst. 66. part. 1. num. 39. 40. 41. & seqq. ad finem vsque illiusmet partis.* vbi pleno cornu distinctim amplificationibus & limitationibus conclusionẽ explanauerunt, & Dn. Gaillii auctoritate Farinacius vsus est. Et idem Farin. *d. part. 1. num. 40. & seqq.* prosequitur, an & quando testis, qui cogeretur à Iudice, vt reiecta relatiua depositione deponat expense, possit † petere sibi legi suam 5
prioris examinis depositionem, quo *de commissar. lib. 7. cap. 10. num. 9. 10.* vbi dicit, vulgo receptum esse, priorem depositionem (petente, intelligo, parte) prælegendã esse. *Francisc. Monald. consil. 112. num. 15.*

ARGVMENTVM.

Testis dictum extraiudiciale primum, an elidat Iudiciale secundum, vel econtra.

SVMMARIA.

1 *Testis dictum prius, an posteriori præualeat, distinctione casuum explicatur.*
2 *Iudiciale dictum posterius, potius est extraiudiciali priori.*
3 *Nisi extraiudiciali depositioni, præsente parte, facta, caussam & rationem dicti subiecisset.*
4 *Vel primum dictum extraiudiciale verosimilius esset posteriore Iudiciali.*
5 *Vel prior extraiudicialis depositio scripto facta sit.*
6 *Dicto testis Iudicialis posteriori, per contrarium extraiudiciale prius, fides aliquatenus detrahitur.*

7 Dictum

7 *Dictum testis iudiciale prius, prævalet posteriori extraiudiciali.*

8 *Licet posterius extraiudiciale in articulo mortis, vel in ipso confessionis actu prolatum fuerit.*

9 *Nisi verisimilitudo depositionis concurrat, & caussa reuocationis subiiciatur.*

10 *Testi in articulo mortis dicenti, se falsum deposuisse in iudicio, quando credatur. remissiue.*

CONSIDERATIO. I.

EGregia iuxta ac implicita illa est apud pragmaticos quæstio, vtrum dictum testis prius præualeat posteriori, & vice versa? Quam quæstionem quatuor casibus explicare nisus est Fernand. Vasquius *in nouiss. illustr. cap. 32. num. 1.* Prima
1 illa est, † quando vna depositio facta fuit in vno iudicio, & altera in altero. Secunda, quando extra iudicium varia asseruit bis. Tertia, quãdo prius fuit iudiciale, posterius vero extraiudiciale. Quarta, quando e contrario prius dictum fuit extraiudiciale, posterius vero iudiciale. Nos in præsentiarum de tertio & quarto casu dicemus.

Quamuis controuertant Doctores, an testis iudicialiter examinati dictum posterius præualeat dicto ipsius priore extraiudiciali. Attamen communiter aduersus Bart. *in leg. nos ff. ad leg. Corn. de fals.* receptam esse opinionem asseren-
2 tium, iudiciale dictũ † posterius extraiudiciali priore potius esse, post Alexan. Boer. Crauet. Ruin. Decium, in terminis respondit Ioannes Vincentius Honded. *consult. 15. num. 58. volum. primo.* Et quidem magis receptam Menoch. adseuerat, *de arbit. iud. cas. 108. num. 22.* Imo non modo communiorẽ, sed etiam veriorem respondendo laudauit Martin. Azpilc. *consil. 76. sub num. 3. vers. Tum quod quis dicit extra iudicium. tit. de Simonia. libr. 5.* (*est mihi, iuxta recentem edit. Venetam, tom. 2. pag. 202.*) Quod ipsum quoque infinitorum auctoritate comprobat Prosper Farinac. *de opposit. cont. dict. test. quæst. 66. part. 6. num. 193.* vbi inter alios etiam Dominum Gaillium pro hac sententia citat. Veram item & communem ex aliis recipit Fernand. Vasq. *nouiss. illustr. quæst. cap. 32. sub num. 4. vers. quarto casu.* Et horum sententiam esse theoricam infallibilem respondit Sichard. *consil. testament. 2. num. 88.*

Fallit relata Gaillii & aliorum sententia, quando non duntaxat aduersa parte præsente extraiudicialiter contrarium posteriori attestationi iudiciali dixisset, sed etiam † simul eiusmodi 3
extraiudicialis dicti caussã & rationem subiunxisset ille met testis. *ita concedit Farinacius dict. quæst. 66. part. 6. num. 199.* Hoc enim casu prius dictum extraiudiciale attenditur.

Fallit secundo (quæ fallentia proxime accedit antecedenti) quando primum dictum † esset posteriore longe 4
verosimilius. *ita post Felin. Dec. Tindar. & alios Fernand. Vasquius in nou. controuers. illustr. cap. 32. sub numer. sexto, vers. tenendo istam partem.* Quod procedit, etiamsi prius extraiudiciale iuratum nõ esset. *idem Vasquius eodem capitul. sub nu. 7. vers. & dum supra diximus, & hoc vltimum etiam Ludouicus Morotus firmat responsio. 69. numer. 53.*

Fallit tertio, quando † extraiudicialis 5
prior depositio fuisset scripto facta, etiam sine iuramento: nam adhuc posterior iudicialis cum iuramento non tenebit. *Fern. Vasquius dict. capit. 32. sub numer. 6. ad fin.*

Plures fallentias congessit idem Farin. *num. 211. & seqq. add. Lud. Morot. cons. 69. num. 27. & seq.*

Declaratur etiã relata Domini Gaillii sententia, vt quamuis posterius iudiciale dictum testis anteriore extraiudiciali præferri debeat, illud tamen † inte- 6
gram fidem non mereri, sed de fide testis per anterius dictum extraiudiciale nonnihil detrahi. *Crauet. consi. 991. nu. 38. Fernand. Vasquius illustr. quæst. nouiss. cap. 32. sub num. 6. vers. non dubium est, quin eius fidei aliqua ex parte detrahatur. post Couarru. Roland. & plures alios tradidit Menochius. dict. cas. 108. num. 27.* (vbi etiam, quod ex huius vnius testis dicto iuramentũ suppletorium non deferatur, cui etiam post Felinum & Alciatum adhæret Ludouic.

Morot. *consi. 69. nu. 25.* Et quod iudicialis iurata depositio debilitetur in fide extraiudiciali contraria, respondit Ioan. Petr. Surd. *consi. 132. num. 37.* vbi dicit, omnes in hoc conuenire, quod hic testis non sit integer. Citans in hoc Anchar. Alexand. Aretin. Decium & Bossium. & admittit Ioan. Vincentius Honded. *consult. 35. sub num. 70. iuncto num. 13. vol. 1. diserteque etiam respondet Ludouic. Morot. consil. 69. sub num. 27.*

7 Econtra vero, vtrum iudicialis solemnis depositio † prior, præferatur seu præualeat extraiudiciali posteriore dict. contrario, minus videtur cõtrouersum, Et Dn. Gaill *num. 7.* præualere sentienti nuncupatim suffragia tulit Farin. *de opposit. cont. dicta test. q. 66. part. 6. num. 200. vbi nu. 203. ampliat*, quamuis postea extraiudicialiter expresse dixisset, se in iudicio falsum deposuisse.

Intellige & declara primo, quod proxime ex Gaillio retuli, obtinere, quando extraiudiciale dictum sine iuramẽto esset prolatum, iudiciale vero cum iuramento: nam iudiciale hoc potius attendi debet. *post glo. Bald. & alios Ioan. Vincent. Honded. consult. 35. nu. 70. vol. 1.*

8 Dom. Gaill. *sub nu. 7.* ampliat, etiamsi posterius hoc extraiudiciale † dictum contrariũ in articulo mortis esset emanatum, adhuc prius iudiciale præualeat. Sicuti inter multos alios concedit etiam Francisc. Marc. *Delphin. decis. 485. num. 10. part. 1.*

Extende hoc dictum Domini Gaillii, vt etiam procedat, quamuis dictum illud cõtrarium posterius extraiudiciale in actu cõfessionis a moribundo prolatum fuerit. *ex Tindaro refert Farinac. d. loc. num. 205.*

Limitatur iam dictum Gaillii de posteriori in articulo mortis prolato testi-

9 monio, vt nõ obtineat, quando † simul concurrerent, verisimilitudo depositionis huius contrariæ extraiudicialis caussa reuocationis primi dicti, & in articulo mortis prolatum esset hoc posterius contrarium dictum. His enim concurrentibus prius iudiciale dictum penitus sublatum, nedum debilitatum esse, *ex Simanca visus est admisisse Farinac. d. qu. 66. num. 210.* Quæ quidem notabilis exsistit limitatio.

Cetera huc spectantia, & quando testi † in articulo mortis dicenti, se falsum 10 in iudicio deposuisse, credatur, videri possunt apud Farin. *in tract. seu prax. crim. tit. de indic. & tort. quæst. 46. numer. 56. & multis seqq.*

ARGVMENTVM.

Publicatis seu editis attestationibus an, & quando adhuc testes produci queant.

SVMMARIA.

1. *Publicatio an sit de substantia iudicii.*
2. *Publicatione facta, vlterior testium productio iure reprobatur.*
3. *Siue ipsius partis, quæ vlteriorẽ productionem petit, siue partis alterius attestationes publicatæ sint.*
4. *Ampliationes huius conclusionis. remissiue.*

CONCLVSIO CV.

OMISSA disquisitione illa, an publicatio sit † de substantia 1 processus, de qua inter recẽtiores Francisc. Viu. *Neapol. decis. 32. Menoch. de arbit. iud. quæst. 33.* & alias insuper remissiones dedit Prosp. Farin. Rutg. *Ruland. de commis. part. 1. libr. 7. c. 1. tit. de oppos. cont. exam. test. q. 75. c. 1. nu. 5. 6. & seqq.* quamuis interim negandũ non sit, concedantq; relati Doctores, publicationem non esse de substantia iudicii, proindeq; sentẽtiam omissa attestationum publicatione latam transire in rem iudicatam, quemadmodum etiam in S. Camer. Iud. CONCLVSVM esse, scribit Mynsing. *obser. 52. cent. 4.* Et quod publicatio non sit de substantia iudicij, firmat etiam Francisc. Marc. *Delphin. decis. 796. num. 4. 5. part. 2.* Ipsam conclusionem firmabimus, quæ est eiusmodi, publicatis seu editis † attestationibus vlteriorem 2 testium productionem iure improbari. *tex. iuris canonici in ca. ex tenore. ibi. cũ attestationes iam essent hinc inde solẽniter publicatæ, locus productioni testiũ iam non erat. ca. venient. ibid. eorum attestationes fuerunt in*

iudicio

iudicio publicatæ, non licebat eidem postquam testificata didicerat super eisdẽ articulis, alios testes producere. extr. de testib. ca. in clement. 2 ibi. & eorum attestationibus publicatis non licet super iisdem, vel directo contrariis articulis, alios vel eosdem testes in principali caussa producere, de testibus tex. iuris ciuilis in Authent. at qui semel. C. de probat. & in corpore vnde sumitur.

3 Ampliatur cõclusio, vt procedat indifferenter, siue ipsius partis, quæ publicatione facta, adhuc testes pducere instat, siue aduersæ partis testium attestationes publicatæ essent. Nam licet aduersæ partis testium dicta publicata exsisterent, nihilominus prohibetur alteri parti postea testiũ productio. Comprobat Prosp. Farin. *tit. de opposit. cont. exam. test. q. 75. c. 1. n. 89.* vbi num. seq. limitat. vbi didicit a ab altera parte essent testificata. Sed ea limitatio etiam generaliter aliis ampliationibus cõuenit, & proinde sub limitatione prima colloco eandem.

4 Tredecim Ampliationes† congessit idem Farinacius, quæ apud illum videri possunt.

Quandoquidem vero Dn. Gaill nullam ampliationem retulerit, sed limitationes prosequutus sit, ipse easdẽ singulas ordinatim recensebo, & quid circa vnamquamque aduertendũ sit, sequenti consideratione simplici recensione subiungam.

ARGVMENTA.

I Publicatis attestationibus quibus casibus, adhuc testes induci possint, referuntur examinanturq; fallentiæ.

II Tertius interueniẽs, an & quãdo publicatis attestationibus testes producere queat.

SVMMARIA.

1 *Non sola publicatio, sed scientia dictorum ab vlteriori productione excludit.*

2. *An & quatenus petens vlteriorem productionem de ignorãtia probare teneatur.*

3 *Instrumentum, facta publicatione, testibus probari potest.*

4 *An in caussa matrimoniali facta publicatione vlterior productio concedatur, & quando. nu. 5. 6. 7. 8. 9.*

10 *Testes reprobatorii post publicationem ad falsitatem examinatorum testium indirecte probandum, admittuntur. nu. 11.*

12 *Modo ciuiliter agatur.*

13 *Testẽ simul & falsum dixisse & corruptũ esse, post publicationẽ pbare integrũ est.*

14 *Inhabilitates & vitia testium personalia, an post publicationem factam probare liceat.*

15 *Testes reprobatoriorũ reprobatorios, quatenus attestationibus publicatis producere liceat. num. 16. 17.*

18 *Si princeps, sub clausula derogatoria, testes examinari debere rescripsisset, publicatio non obstat.*

19 *Nisi subornationis timor probabiliter subesset.*

20 *Testibus tamen ita examinatis iudex non tenetur absolute fidem adhibere.*

21 *Criminalis caussa, ex qua pœna corporalis, vel pecuniaria, secũ trahens infamiam, infligenda venit, post publicationẽ, vlteriorem testium productionem admittit. nu. 22. 23. 24. 25.*

26 *Quod tamen non ex parte accusatoris, sed ad defensam rei indistincte pcedit. n. 27.*

28 *Iudex facta publicatione ex officio testes examinare potest.*

29 *Etiam eo casu, quando non ex officio procedit, sed accusatore agente.*

30 *Modo iudici constet, subornationem non subesse.*

31 *Testibus non rite receptis, etiam post publicationem vlterior productio cõceditur.*

32 *Nisi hoc culpa vlteriorem productionẽ petentis factum sit.*

33 *Repetendis eo modo testibus quatenus fides adhibenda.*

34 *Attestationib. deperditis, testes de nouo produci, vel priores repeti possunt. n. 35.*

36 *Nisi culpa vlteriorem productionẽ petentis deperdita fuerint.*

37 *Vel spes de iis iterũ inueniendis adhuc subesset.*

38 *Consensu partium post publicationẽ testes recte producuntur.*

39 *Etiam tacito, modo bonum publicum non obstet. nu. 40.*

41 *Consuetudine vel statuto an possit vlterior testium productio post publicationẽ admitti. num. 24.*

42 *Exceptio peremtoria post publicationem testibus recte probatur.*

44 *Tertius pro suo interesse principaliter interueniens, testes post publicationem recte producit.*

45 *Tertius assistens, si litem agitari ignorarit, ante conclusionem ad productionem testium admitti potest.*

46 *Restitutio in integrum ad vlteriorem testium productionẽ quando concedatur.*

47 *Terminus scripti probatorii quando currere incipiat, & quid in eo conficiendo obseruandum.*

CONSIDERATIO I.

PRima, Domino Gaillio est fallentia, quãdo testes adhuc producere adni-
1 tens † nõ didicisset testium dicta publicata. In hoc per omnia conuenit Mascard. *tract. proba. conclus. 1236. nu. 29.* quod quis (inquit) non possit didicitis testificatis alios testes examinare, locum non habet, quando non essent testificata vel omnino, vel nõ plene didicita, vt tradit glo. &c. Quapropter (*pergit. nu. 30.*) si quis attestationes pfunctorie, & quasi aliud agens non diligẽter perlegerit, vel non totas perlegerit, vel illi legenti Notarius attestationes e manibus eripuerit, vel ad alium finem legerit, quam ad testificata perdiscenda, vel alio quouis modo imperfecte attestationum notitiã habuerit, potest tamen adhuc testes producere. Citat in hoc Bar. Castr. & alios.

Verum si accuratius cõsideres, relata Dn. Gaillii, & aliorum, fallẽtia per se absolute tuta non est, siquidẽ Doctores varie & cõtrarie fallentiã hanc resoluant.

Quare sic distinctionis medio expediendum esse post longam opinionẽ diuersarum relatã seriem arbitratur Prosp. Farin. *tit. de oppos. contra examen test. qu. 75.*
2 *part. 8.* Aut † omnino certum est, attestationes non didicisse partem, quæ adhuc testes producere intendit. Aut dubium est, an didicerit. Primo casu publicatio sola nõ obstat, quin facultas restet pducendi adhuc testes: Posteriori vero casu recurrendum est ad præsumtiones. Per ipsummet productionẽ petentẽ pbandas, se scil. ignorantiam attestationũ habere: & quãuis plene de ignorantia eiusmodi nõ probarit, sed saltem aliquid, ex quo iudex ignorantiam cõiicere posset, productio admittetur. Nec tamen, vbi nihil de psumenda ignorãtia attestationum pbarit, iuramento duntaxat ignorantia pbari posset, sed tũc prorsus vlterior productio denegabitur. Et eiusmodi distinctionem tam de iure Põtificio, quã Cæsareo, pducere admonuit idem Farin. Hoc vltimo iuramẽto, nimirum ignorantiã habere attestationũ probari non posse, nisi alias antea de ignorantia docuisset. Contradicit nõ leuib. argum. Io. Pet. Surd. *Mant. deci. 153. n. 19.* autumãs iuramẽto purgari præsumtã attest. ignorantiam, & pro ea sententia in senatu IVDICATVM exstitisse. Cuius sentẽtiam & ipse, sequerer modo nullę aduersus iurantẽ in facto starẽt scientiæ præsumtiones. Et tantum de prima limitatione.

Limitatur secundo, quando instrumentum † facta attestationum publica- 3
tione, testibus esset probãdum: hi enim testes adhuc examinari possunt, cum Dn. Gaillio, *num. 4.* sentit auctoritate Alex. Afflict. Roland. Crauett. & aliorum Mascard. *tracta. probat. conclus. 1236. num. 24.* accedit *Ioan. Petr. Surd. Mant. decis. 153. nu. 22.* Sicuti & ipsum instrumentum non obstante publicatione produci potest, ex recepta Doctorum sententia. *Fernan. Vasq. in nou. illustr. quæst. cap. 31. num. 19.* ante tamen conclusum in caussa, de quo *Conclus. 107.*

Limitatur tertio, in caussa † matrimo- 4
niali, matrimonii carnalis: in hac enim publicatis & didicitis attestationib. testium productio adhuc conceditur. Vltra Dn. Gaill. *nu. 5.* sic limitant Mynsing. *in cap. series. 26. extr. de test. & attest. Thess. Pedemontan. decis. 8. num. 2.* Et hanc limitationem tam de iure ciuili, quam Canonico approbatam esse adseuerat Farin. *tit. de opposit. cont. exam. test. quæst. 75. part. 13. sub num. 383.*

Extẽditur eiusmodi limitatio, vt pcedat, tam in prima † quã secunda instan- 5
tia. *Mascard. tract. probat. conclus. 1027. nu. 5.*

Decla-

Declaratur iam limitatio, quando te-
6 stes hi producuntur † pro matrimonio, secus si contra matrimonium, *Dn. Gaill. sub num. 5.*

7 Contrariũ huius, & quod tam † contra matrimonium, quam pro matrimonio testes hi produci queãt, velle Abba. & Felin. dixit Mascardus *tracta. probat. conclus. 1027. num. 7.* & contrarium etiam sentire Butr. Calderin. Zabarel. Paris. & Alber. de Malet. refert Prosp. Farin. *tit. de opposit. cont. exam. test. quæst. 75. cap. 13. num. 389.*

Conciliari arbitratur has diffidentes opiniones Mascard. *dict. loc. numer. 8.* vt
8 prior † opinio procedat, quando disputatur super cõtractu matrimonij, vt quia vnus cõtractum dicat, alter vero neget, tunc enim (*inquit Mascard.*) pro matrimonio nullum imminet peccatũ, cum possit, qui negat, de nouo cõtrahere, ideoque sibi præiudicare ex tacito cõsensu ex publicatione resultãte, secus quando periculum animæ in discrimẽ vocaretur, vt si ab eo, qui staret contra matrimonium, allegaretur impedimentum perpetuum.

Aliter atq; aliter distinctione contrarietatem submouere studet Farin. *d. c. 13. nu. 390. & seqq.* Resolutio tamen & totius huius limitationis respectus eo dirigendus, an in caussa matrimoniali vertatur periculum animæ, an minus, priori casu admittitur adhuc productio testiũ, posteriori non item aduertente eodem Farinac. & Mascard. *vt supra.*

Sciendum tamen interim, non continuo esse testes publicatis attestationibus in caussa matrimoniali admittendos, etiam vbi pro matrimonio (*ex mente Dn. Gaillii in relata declaratione*) exami-
9 nandi essent, sed † præmitti debeat aliqualis cognitio caussæ, ne hoc examinationem petens faciat, vt corrumpat testes, vel caussa vexandi aduersarium, vel differendi negotium, seu illudendi iudicium, & iudex ante omnia debet considerare, quare istos testes prius non produxerit, & quales sint isti testes. *ita formaliter Francisc. Marc. Delph. decis. 752. numer. 8. part. 2.*

Pluribus tertiam hanc limitationem exornant vterque Mascard. & Farinac. quæ superuacaneũ esset hic omnia prosequi, siquidem apud eos ordinate congesta reperiuntur.

Limitatur quarto, quando publicatis attestationibus, alii testes † pducerentur 10
ad probandum falsitatem dicti examinatorum testium, *ita limitat post alios Dn. Gaill. num. 8.*

Contrarium esse verius, nimirũ quod testes aduersarii falsum deposuerint, nõ posse probari publicatione facta, auctoritate fretus Bar. Fulg. Castrẽs. & multorum aliorum grauissimorũ Doct. scribit Prosp. Farin. *tit. de oppos. cont. exam. test. qu. 75. cap. 4. nu. 145.*

Retenta limitatione declaranda est iuxta nonnullorum sententiam, vt procedat, † quando indirecte aduersa pars 11
voluerit probare falsitatẽ testium, non item vbi directe. & specialiter in caussa quidem matrimoniali falsitatẽ testium posse probari, non vero extra caussam matrimonii. Sic etiam cõtraria pro veriore adscripta sentẽtia obtinet, quando ciuiliter † ageretur, secus vbi criminali- 12
ter ad puniendum testes ob dictũ falsum testimonium. ita Farin *d. loco.* qui prolixis verbis se in hunc sensum expedit.

Vbi aũt intenderet aduersarius probare † testem simul & falsum dixisse, & 13
corruptum fuisse. Hoc sibi integrum esset. *Farin. d. loc. nu. 150.* qui sexcentos huius sententiæ assentatores citat.

Dum vero Dn. Gaill. post publicationem admittit productionem † testium, 14
quib. pbetur, aduersarii testes esse ignominiosos, infames, &c. atq; ita ad dicendum testimonium minus habiles, Did. Couar. tamen & in hoc contrariũ eneruare studet, *Pract. quæst. c. 18. nu. 5.* contendens post publicationem nõ admittendum probationem vitiorũ, primo examinatorum testiũ, sicuti & idem aduertit Farin. *nu. 154.*

Limitatur quinto, quãdo ad suorum testiũ dicta sustinenda † & confirmanda 15
testes alios producere vellent, aduersus testium reprobatoriorũ dicta, quib. probatoriorum attestationes euacuarẽtur.

Ita PRACTICATVM esse in consil. Neapol. testatur Afflict. *decis. 216. sub nu. 5.* citans in hoc Innoc. sicut & Bald. & IVDICATVM exstitisse adstruit Capic. *deci. 62. num. 1.* vterque antea relatus a Io. Petr. Surdo *Mant. decis. 153. sub nu. 10. & decis. 296. sub num. 1. Dn. Gaill. num. 9.* veluti (*inquit Gaill.*) si quis duobus testibus probasset, certa die, & certo loco vineam se emisse, aduersarius vero contrarium probauerit, ea die emtorē eo loci nō fuisse.

Declaratur hæcce limitatio primo
16 procedere, dummodo in primis † articulis, super quibus nimirum testes fecit examinari, denuo pro pductione aliorum testium instans, non fuisset expressum tempus & locus, & sic pars non potuit instrui: tunc enim testes reprobatorii testium aduersarij ad coadiuuandum priorum testium dictum super loco & tempore non admittuntur. Ita nominatim declarat Dn. Gaillium referendo Farin. *d. tit. de opposit. cont. exam. test. quæst. 75. num. 157.* Et hanc declarationem diserte etiam firmat Ioannes Petr. Surd. *Mant. decis. 296. post num. 3.* & testatur etiam IVDICASSE Senatum, quod cum alteram productionem seu confirmatoriam probationē petens, certus potuisset esse ante publicationem de loco & tempore, vlteriores testium productionem non esse indulgendum. Fortiter tamen stringunt aduersus hanc Farinacij declarationem notata per eundem met Surd. *decis. 126. a nu. 10. inde ad nu. 14.*

Declaratur secundo eadem limitatio obtinere, quando adhuc aduersarij testium reprobatoriorum, scilicet, attestā-
17 tiones † publicatæ & didicitæ non essent, secus vbi contra, auctoritate nisus Imolæ, Vulpell. Riminald. & Simon. de Præt. comprobat Farin. *d. quæst. 75. n. 152.* aduersus dissentientem Nattam. Declarationem eiusmodi aduersus Nattam, *in consil. 565. libr. 3.* dissentientem, firmat Ioannes Petr. Surdus *Mant. decis. 396. num. 2. 3.* testaturque iuxta eandem IVDICASSE Senat. Mant. & quidem pluribus vicibus. Et subiungit Farinacus. *num. 161.* producentem hunc in casibus, vbi in confirmationem priorum attestationum testes noui admittēdi forent, obstrictum esse iurare nō malitiose, nec subornandi animo illos inet producere.

Limitatur sexto, vt quamuis simplici Principis rescripto non censeatur derogatum, Auth. *at qui semel. C. de probat. & in corpore vnde sumitur.* quod, scilicet publicatis attestationibus adhuc testes produci examinarique liceat: quemadmodum post Odofred. Salycet. Castren. Sichard. & alios adducit Prosp. Farinac. *tit. de opposit. contr. exam. test. quæst. 75. n. 229. faciunt not. etiam Ioan. Petr. Surd. Mant. decis. 153. num. 7.* nec etiam ex clausula, Sola facti veritate inspecta. *Cacheranus Pedem. decis. 1. nu. 26.* vbi testatur Senatum ita (*aduersus Alexand. consil. 84. vol. 4.*) semper OBSERVASSE. Et obseruātiam eiusmodi recepit, opinionemq; quasi veriorem dixit & auctoritatib. insuper Bart. Rom. Card. Aretin. Natt. Gabr. & Menochij comprobauit nuperrime Vincent. Carot. *decis. cas. 55. n. 7.* Concurrit & in hanc opinionem Ioan. Petr. Surd. *consi. 118. nu. 11.* Vbi tamē cum derogatoria clausula, *Publicatione † non obstante, vel ex certa scientia,* testes examinari debere rescripsisset Princeps, publicatio non obesset, quin adhuc testes produci queant, sentit cum aliis, & pro sexta limitatione ponit Dn. Gaill. *num. 10.* 18

Contra hanc Gaill. & consentientium sentētiam insurgit ex modernioribus Petr. Anton. de Petra, Placent. *in tract. de potest. Princip. ca. 24 nu. 100. & seqq.*

Et eiusmodi contrariam opinionem, vbi † probabiliter subornationis timor subesset, tutiorē & veriorē arbitrarer. Et ita restrictiuam eundēmet Placent. intelligendū esse, suadent ea quæ *nu. 103.* in suæ sententiæ comprobationem contulit. 19

Si cui tamen magis absoluteque arrideret prior seu Dom. Gailli sententia, declaranda & illa adhuc esset, vt testium † virtute rescripti illius examinatorum dicta iudici suspecta iure videri possint, ita vt illis fidem adhibere non teneatur. Aperte nisus auctoritate Cornei sic respondentis. *consi. 10. col. 3. libr. 1.* & post Corneum Cottæ, hanc declarationem statuit Prosp. Farin. *titul. opposit.* 20

contra

contra exam. test. quæst. 75. numero 230. Qua declaratione admissa facile intellectu est, contrariam seu posteriorem Petr. de Petr. Placentini sententiam, iuncto relato intellectu a iure haud absonam esse. Iudex igitur non quidem tenetur, ceu dixi, his testibus ex rescripto Principis examinatis fidem adhibere: posset tamen, vbi suæ discretioni visum fuerit; quantum vero cuique tribuendum sit, fidei suę foret committendum sagacitati. *ex l. 3. §. ideoque & seqq. ff. de testib. & §. si testes. cum seqq. 4. quæstio. 2. & 3.* vbi docemur, fidē testium ex discreti iudicis pendere arbitrio.

Limitatur septimo, vt in criminali-
21 bus † publicatio attestationum non impediat testium vlteriorē productionē & examinationem. *Dn. Gaill. sub nu. decimo, & obseruatione 107. numero vndecimo, libro primo.* Plures auctoritates, licet infinitæ sint, non refero, ne in re plana sim curiosior.

Extenditur limitatio, vt non modo
22 † alij possint examinari testes, sed etiam iam examinati. *ex Parisio refert Farinac. titul. de opposit. contr. exam. test. quæstione 75. numero 408.* & se remittit ad quæstionem suam. *66.* vbi extensius ꝓsequitur. Alias sex subiunxit ampliationes idem Farinac. quæ tamen hanc proprie non respiciunt limitationem.

Sublimitatur septima hæc limitatio,
23 vt non obtineat in caussa criminali, in † qua de pœna pecuniaria agitur, vel in qua pœna pecuniaria veniret infligenda. *post Aretin. & Felin. adstruit Ant. Thessaur. Pedemont. decis. 262. num. 3.* testaturq; *sub nu. 4.* ita Senatum in facti contingentia CENSVISSE.

Intelligenda tamen erit hæc limitatio procedere, nisi cum pecuniaria pœ-
24 na † concurreret etiam infamiæ nota. *aduertente ex Felino eodem Thessauro sub d. n. 3.* & visus est admittere Ioan. Petr. Surd. *consil. 118. sub num. 11. ibi. pœna sanguinis, vel infamiæ.*

Extenditur hæcce sublimitatio, vt nec hoc casu, vbi scilicet pro pecuniaria
25 † pœna criminaliter ageretur, publicatis attestationibus, adhuc testes producere a reo possit ad defensam. *ita consuluit Ioan. Petr. Surd. consilio 118. numero septimo, & seqq.*

Sublimitatur secundo septima limitatio, vt non sibi locum vendicet, quando aduersa pars † pro offensa instaret, 26
publicatis attestationibus adhuc testes producere. Nam hi non admitterentur. Ita communiter Doctores sentire scribit, & infinitorum auctoritate firmat Prosper Farinac. *titul. de opposit. cont. exam. test. quæst. 75. num. 424.* vbi seq. numero declarat procedere, quando super iisdem articulis examinatio deberet institui: secus si super diuersis & nouis capitulis: nam tunc publicatio attestationum, adhuc testes examinari, non caussaret.

Ceterum pro defensa non obstante
† attestationum publicatione testes ad- 27
huc, instante etiam reo, super iisdem capitulis, produci posse examinarique debere, euincit text. *l. vnius. d. facinoris. §. fin. ibi. reo postulante quocunque tempore. ff. de quæstionibus.* Et quamuis Natta *consilio 359.* & nonnulli alij ab hac sententia dissentiant, eandem priorem tamen, non modo communem, sed etiam veriorem, iustiorem & benigniorem (& quidem, meum quod dictat ingeniolum, rectissime) exsistere, deducit & summo studio, contrariis interim respondendo, edocere adnixus est Franciscus Viuius, *Neapolitan. decisione 525. per tot.* dicitq; in decisiuis sequēdam fore. Quinimo Regiam Audient. Barens. ita IVDICASSE pluribus vicibus *sub numero nono,* testatur, nec non *ad finem d. decisione.* Quod eadem prior sententia in Auditorio sacræ Cameræ coram Cardinali Philippo de Bon Compagius IVDICANDO obseruata sit, refert. Et huic priori sententiæ etiam accedit Ioan. Pet. Surd. *consil. 118. numero 4. iunctis numero 10. & 11.* vbi aperte respondit, reo licere publicatis attestationibus adhuc super antiquis, seu iisdem capitulis testes producere, quando pœna vel sanguinis, vel infamiæ veniret infligenda.

Alias insuper congessit sublimitationes Farinac. *vbi sup.* quas referre super-

sedeo: nec enim si accuratius easdem explorauerit, propriis nostris absolutisque terminis conueniunt.

Limitatur octauo, quando ex officio,
28 † publicatis attestationibus adhuc testes examinare iudex vellet: nam hoc sibi permissum erit. *Dn. Gaill. num. 11. Francisc. Viuius Neapolitan. decis. 525. nume. 1.* Et communiter receptum esse adseuerat post alios Farinac. *tit. de opposit. contra exam. test. q. 75. num. 412.* vbi proponendum infinitos citat.

Extenditur limitatio obtinere, vt etiam iudex testes †, publicatis attestationibus, adhuc ex officio examinare queat, licet non ipse ex officio aduersus reum procederet, sed accusatore agente. *Thessaur. Pedemontan. decis. 262. num. fin.* ex Alexandro communem pronuntians. Et ita Senatum IVDICASSE profert idem Thessaur.
29

Contra hanc extensionem stant alij, per Gabr. Roman. *lib. sent. 1. tit. de testib. conclus. 21. sub num. 105. vers. contrarium sentit. Abbat.* & idem Gabrielius, *nume. 106. vers. sed in inquisitione est distinguendum.* Contrariam hanc sententiam etiam admittit, quando ad offensam inquisitio esset instituta adsistēte litis promotore.

Concordari forsitan possent contrariæ opiniones, vt prior procedat, quan-
30 do iudex † esset certus, nullam in accusatore, vel assistente timendam fore testium subordinationem, & simul concurreret iusta aliqua, & magna caussa adhuc, publicatione facta, examinandi testes, posterior vbi e contra. Hæc conciliatio colligitur ex nuper traditis Farinac. *d. q. 75. n. 418.*

Plures huius limitationis extensiones videri poterunt apud eundem Farinac. *cit. quæst. 75.*

Limitatur nono, vt testimoniorum publicatio non obsit, quin adhuc testes
31 a parte produci valeant, priores † testes si nulliter, seu non legitime ante rite examinati essent. *Dn. Gaill. num. 12. accedunt multi per Farinac. titul. de opposit. cont. exam. test. q. 75. c. 10. n. 358. relati.* vbi & Dn. Gailliũ adnumerat. Ampliationes duas Farinac. *n. seqq.* refert, ibidem videndas.

Sublimitatur hæc nona limitatio primo, vt non procedat, quando † ipsemet 32
pro secundo examine instans, in culpa fuisset, quare nulliter examinati priores testes essent. *adnotat. Ioan. Petr. Surd. cons. 8. num. 26.*

Sublimitatur secundo, quod si publicatis, & didicitis attestationibus ratione nulliter & minus rite facti examinis priores † testes repetendi essent, illisimet 33
testibus non vlterius, nisi quatenus inter prioris attestationis cancellos se continuissent, vel, si quid addidissent, prioris dicti declaratorium sit. *Fernand. Vasq. in nou. illustr. quæstio. capite tricesimoprimo, numero 15.*

Alias tres sublimitationes Gabrielij *de testib. conclusione 21. & post Farinac. d. cap. 10. nume. 361.* congesserunt, quarum nullam refero. De repetendis testibus super articulis, vel etiam interrogatoriis, non rite perfecteq; examinatis, dixi *sup.*

Limitatur decimo, vt publicatis attestationibus, adhuc testes produci a parte possint, vbi dictæ † priores attestatio- 34
nes essent deperditæ. *Dn. Gaill. ante numer. 14. Mynsing. in c. fraternitatis. 17. sub numero decimoseptimo, vers. octaua. ext. de testibus.*

Ampliatur, vt & repeti † priores te- 35
stes hoc casu iure queant. *Farinac. de testi. q. 66. n. 295.*

Sublimitatur primo, vt limitatio vires exerat, quando attestationes † ab i- 36
psomet iterato pro examine instāte nō essent deperditæ, secus vbi contra: vbi enim ab ipso deperditæ essent, vlterius examen non concederetur, nisi sine sua culpa deperditas esse probauerit. *ita nominatim Farinac. titul. de opposit. cont. exam. test. q. 75. n. 236.* quatenus vero amissio instrumentorum seu scripturarum probetur, enucleat Mascar. *tract. prob. cōcl. 909.*

Sublimitatur secundo, quando de attestationibus iterum † inueniendis nul- 37
la superesset spes, vel etiam suspicio, vt quia incendio deperiissent, non item, quādo adhuc dubium esset deperierint, nec ne. *idem Farin. d. loc. nu. 137. vbi nu. seq. post Paris.* an suspicio subsit, vel minus, arbitrio iudicis discernendum reliquit.

Limita-

Limitatur vndecimo, vt possint, pu-
38 blicatis attestationibus, adhuc testes † examinari, consentientibus in id partibus. *Dn. Gaill. ante numer. 15.* Et ita tenere communiter Doctores comprobando nuper scripsit Fernan. Vasq. *in non. illustr. q. c. 31. n. 20. ad fin. e n.*

Contrarium limitationis post Angel. sentire Sichardum. *in Auth. at qui semel. C. de probat.* & Nellum. *de testib. aduertit Farinac. de opposit. contr. exam. test. quaestione 75. num. 180.*

Extenditur contraria haec opinio, vt nec tacitus, nec expressus partium consensus sufficiat. *ad notat. eiusdem Farinacii nume. 183.*

Retenta priore & communi opinio-
39 ne ampliatur, vt non modo † expressus sufficiat in hoc consensus, verum etiam tacitus. *Fern. Vasq. d. c. 31. nu. 21.* vbi ex Felino communem dicit.

Sublimitatur haec vndecima limita-
40 tio, vt non procedat in casu, quando † bono publico aduersaretur, si publicatis attestationibus, adhuc testes examinari consentirent partes. *Dn. Gaillium sequitur Farinac. dict. quaestione 75. numero 181.*

Limitatur duodecimo, vt consuetu-
41 dine † induci queat, quod publicatis attestationibus, adhuc testes produci examinarique possint. Dn. Gaill. *num. 15.* Et ita DECIDIT in facti contingentia Senatus Reg. Mediolanensis. *teste Petr. Ant. de Petr. tractat. de potest. Princip. cap. 24. sub nume. 103.*

Contrarium, atque ita, consuetudine induci non posse, auet gloss. *in c. per tuas. ext. de testib. & post Felin. in c. fraternitatis. numer. 10. vers. item limita. eod. tit.* & hisce auctoritatibus relatis, vlteriusq; firmando ab hac parte contraria stat recenter Petr. Ant. de Petr. *dict. cap. 24. ante numer. 104. vers. item dicebamus. & eodem numero cum aliquot seqq.* Et contraria haec sententia stabilitur ex iis, quae supra circa sextae limitationis aduersantem opinionem retulimus.

42 Sic nec statuto facultatem † producendorum examinandorumque adhuc testium publicatis attestationibus tribui posse, de iure verius esse, sentire Anan. *in c. series. numero quarto, ext. de testib. refert Farinac. dict. quaestione 75. capite quarto, numero 243.* quamuis alij contra, quorum nonnulli a Farinac. eodem loci citantur.

Limitatur decimotertio, quod attestationum publicatione non obstante adhuc testes † super peremtoriae exce- 43
ptionis probatione produci recte queant. *Dn. Gaill. num. 16.* quem & nuncupatim cum aliis refert & sequitur Prosper Farinac. *de testib. quaestione 75. capite quarto, numero 250.*

Et hactenus ordinem limitationum a Dn. Gaillio adductarum sequutus, restat vnam insuper subnectam limitationem, quam Dn. Gaill. *obseruatione 71. numero duodecimo, libr. 1.* tetigit, & huc reseruata fuit.

Limitatur itaq; decimoquarto conclusio, vt non obtineat in tertio † pro 44
suo interesse principaliter interuenientе; nam hic publicatis inter litigantes datis attestationibus, non prohibetur sui iuris probandi caussa adhuc testes producere. *multorum auctoritate comprobat Ant. Gabr. Roman. lib. sentent. 1. titul. de testib. conclusione vigesimaprima, numero 99. & aperte sic resoluit nume. 101.* Dixi signanter, limitationem procedere in tertio principaliter pro suo iure interueniente, non de assistente alteri partium: nam hunc perinde, vt ipsum principalem, cui assistit, ab vlteriori productione arceri conuenit. Sicuti idemmet Gabr. explicat. *& facit conclusio 71. supra hoc libro firmata. vide Vrsil. in addit. decis. 235. nu. 3.* vbi an post conclusum in caussa.

Tertio assistenti concedunt etiam nonnulli publicatis attestationibus † ad- 45
huc testes producere, quando non sciuisset litem inter partes agitatam fuisse, donec publicatio facta esset. *Caes. Vrsill. in Addit. Afflict. decis. 235. sub nume. 1.* Quod quidem intelligendum est, dummodo hic tertius ante conclusionem in caussa interuenerit, & testes adhuc pro suo interesse examinari petierit: post conclusum enim denegabitur sibi. *Prosper Farinac. de testib. quaestione 75. capite 4. nume. 135.*

nisi iudex reuocarit interlocutoriā conclusionis: eo enim casu adhuc productio examinatioque indulgebitur tertio. *ad not. Farin. dict. cap. 4. numer. 246.* vel etiam miserabilium caussa ageretur. De quo nonnihil Vrsil. *in addit. Afflict. decisione 15.* Reliquæ limitationes ex commentariis, & tractatibus Doctorum, præcipue vero Farinacij, petendæ erunt.

46 Restitutio in integrum vero, quibus, & † quando cōcedatur, vt publicatis attestationibus adhuc testes produci valeant, explanare studuit Fernand. Vasq. *in nou. illust. q. cap. 31. nume. 2. 3. & seqq.* sed lima accuratiori absoluit Farinac. *de test. q. 75. c. 15. per tot.*

CORONIS REMISSORIA.

De Scripto probatorio, nostro idiomate Beweisungs schrifft/ monet nonnihil Dn. Galli. *numero fin.* Circa hoc sciendum, quod cum decernitur a iudice
47 attestationum publicatio, statuatur † etiam terminus vtrique partium, producenti, intentionem suam, si velit, attestationib. vt deducat: aduersa vero pars, vt, si velit, contra personas dictaque testium excipiat, qui quidem terminus iuris deducendi, item & excipiendi currere primum incipit a die acceptæ attestationum copiæ. *ex Ordin. Cam. parte tertia, titu. 18. scribit Rutger. Ruland. de commissar. parte prima, libro septimo, capite tertio, sub numero primo, & est in Memor. Visitat. Ann. 75.* Hactenus tamē. (*vt loquar verbis Dn. Denaisij in Synopsi Iuris Camer. lit. T. §. terminorum cursus.*) si de diligentia Procuratorum in iis petendis constet.

Quibus autem modis vtiliter conficiatur scriptum illud probatorium, vnum & alterum refert Rutger. Ruland. *dict. cap. 3.*

ARGVMENTVM.

Edere instrumentum non cogitur notarius alteri, quam qui instrumentum confici rogauit.

SVMMARIA.

1 *Notarius instrumentum illis tantum, ad quorum instantiam confectum est, edere tenetur.*

2 *Modo merces primum exsoluta fuerit.*

3 *Et quidem tam pro rogitu, quam instrumenti exemplatione.*

4 *Non tertio cuidam, etiam interesse prætendenti.*

5 *Licet suum interesse iureiurando probare velit.*

6 *Nisi iudex ex inspectione prothocolli, vel instrumenti probabilē editionis caussam colligere possit.*

CONCLVSIO CVI.

EDERE non teneri notariū, a se receptum instrumentū nisi partibus †, quæ confici 1
illud rogarunt (his enim ad editionem iure constringitur, etiamsi instrumentum esset nullum respondente Crauett. *consilio 182. sub numero 8.* modo mercedē † acceperit. *post Salycetum, Fulu.* 2
Pacian. tract. probat. cap. 66. num. 150. intellige, non duntaxat pro rogitu, sed etiam pro instrumenti exemplatione: vtraque enim † sibi debetur merces, quemad- 3
modum vno ore omnes dicere respondit post Beccium & alios Io. Petr. Surd. *cons. 66. num. 1.*) non vero alij tertio † cuidam, communis perhibetur Doctorum cōclusio. Ita nominatim auctoritate fretus Angeli, Paul. de Cast. Iason. & Decij, scribit Octauian. Cacher. *Pedemont. decis. 57. n. 1.* Eandem conclusionem etiam firmat nouissime Rutg. Ruland. *de commiss. p. 2. l. 5. c. 19. n. 22.*

Ampliatur conclusio, vt notarius edere tertio † non obstringatur, quamuis 4
de suo interesse prætenderit. Diserte sic admittit Cacher. cit. loco. quare, quemadmodum quilibet alius editionem fieri volens, de interesse suo debeat primū probare. *Rulan. d. tract. c. 21. n. 2.* vbi ex Paciano statuit, ad editionem regulariter neminem cogi posse. Ita & hic a notario instrumenta exigens, eiusmodi probationi obnoxius erit.

Ampliatur secundo, notarium non teneri tertio edere, † etiamsi sui interes- 5
se iureiurando coram iudice affirmare intēderit. Nam iuramentum in hoc per se non

ſe non eſt ſufficiens intereſſe probatio. *Octau.Cach.d.dec.57.n.5.* Sed requiritur, vt
6 vltra iuriſiurādi præſtationē iudex † notarij protocollum, vel etiam inſtrumentum inſpiciat, an etiam probabilis faciēdæ editionis cauſſa inde colligi poſſit, quam ſi non viderit editionem, notario haud iniunget. Et ita in facti contingentia RESCRIPSISSE Senatum teſtatur idem met Oſaſc. *d.dec.57.ad finem.*

Intereſſe igitur prætenſi cognitio interueniat decreto iniungendæ editionis requiritur. Et hæc faciunt (ni fallor) ad illuſtrationem eorū, quæ ſcribit Dn. Gaill. *num.6.7.*

Varias alias quæſtiones, circa editionē, vel protocolli, vel inſtrumenti a notario faciendam proponit Paci. *d. tract. prob. d.c.66. in diſcurſu.*

ARGVMENTVM.

Edere an, & quando argentarius teneatur librum rationum.

SVMMARIA.

1 *Argentarius, numularius, campſor, rationum codicem ei, cuius intereſt, edere tenentur.*
2 *Niſi proprias rationes admixtas habeant.*

CONSIDERATIO I.

ARGENTARIOS, numularios, cam-
1 pſores, teneri † rationum ſuarū codices ad inſtantiam eius, cuius intereſt, edere, admittit & docet Mynſ. *in c.ex epiſtola verbis.1.n.15. & ſeq. ext. de prob. & conueniunt tradita per Dn. Gaillium ſub nume.2.*

Fallit, quando argentarius, numula-
2 rius &c. haberet † proprij patrimonij rationes commixtas. *ex Bart. & aliis iuribus induxit Tib. Decian. reſp.61.n.3.vol.3.* vbi generaliter ratione inſeparabilis commixtionis editionem libri rationū, non decernendam eſſe, viſus eſt velle.

Fallit ſecundo plurib. modis, ceu eſt apud Menoch. *conſ.405. per tot.* Omnino vero videatur, circa huius conſiderationis explanationem Fulu. Pacian. *tractat. prob. c.66. per diſcurſum.* & hæc quaſi per indicem ſufficiant.

ARGVMENTVM.

Fiſco agenti, an & quando edatur. Et vice verſa.

SVMMARIA.

1 *Fiſco actori reus edere tenetur.*
2 *Non tamen in cauſſa criminali. n.3.*
4 *Niſi in illa ſeruus cōtra dominum torqueri poſſet.*
5 *Vt in crimine læſæ maieſtatis.*
6 *Fiſcus cōtra fiſcum, vel alium æque priuilegiatum editionem non recte poſtulat.*
7 *Nec ſi fiſcus aliunde, quam a reo, intentionis ſuæ probationes habere poſſet.*
8 *Nec ſi poſt petitam editionem alias probationes induxerit.*
9 *Fiſci ſucceſſores, ſiue ii, qui cauſſam a fiſco habent, dicto priuilegio non gaudent.*
10 *Fiſcus, quando inſtrumenta aliis edere teneatur. & n.11.*

CONSIDERATIO II.

QVAMVIS reus actori regulariter † edere non teneatur. *l.1. l. qui accuſare. 4.C. de edendo.* Fallit tamen, inter ceteras multas fallentias in fiſco: huic enim actoris fungenti partibus ad fundandam ſuam intentionem edendū eſt. Dn. Gail. *n.11.* Conueniunt citatis ll. & relatis auctoritatibus Laurent. Kirch. *in d.l. qui accuſare. ſub nu.7. verſ. Nono, in fiſco, cui agenti reus edere tenetur. Aluar. Valaſc. de iur. emph. quæſt.8.n.7. Ioan. Petr. Surd. tract. aliment. tit. 8. priuileg.3.n.4.* Et hæcce fallentia in Camer. Imper. OBSERVATVR. adſtruente Addit. Wurmſ. *tit. de inſtrumenti editione. obſ. vn. in princip.* Et eiuſmodi obſeruantiæ meminit etiam nuper Rutg. Rul. *de commiſſar. p.2.l.5.c.19.nu.7.* 1

Limitatur primo, quod diximus, reū teneri agenti fiſco edere, non procedere † in cauſſis criminalibus. *Dn. Gaill. aſſonat Mynſ. in c. ex epiſtolæ verbis.1.n.12. ext. de probat.* Commune dogma renuntiat ex Decio Soarez. *Theſſ. ſent. lit. E.n.23. & ante Clarus §. fin. q.27.n.2.* 2

Ampliatur limitatio, vt nec in cauſſis criminalib. in quib. reus veniret deportādus, fiſco edatur. *Crau. conſ.519.n.11.* Sic etiam alias inſtrumentum ad fundandā aduerſarij intētionem, ſuper delicto aduerſarij, non teneri edere aduerſarium,

IVDICASSE Rot. Roman. testatur, *Verall. decis. 293. part. 1.* & eadem Rot. coram Seraphino IVDICAVIT non absimile. *decis. 158. num. 1. p. 1. in nouissim.* Quinimo ad terminos præsentis considerationis, nimirum nec fisco editionem ab aduersario faciendã esse, vbi de dolo aduersarij probando ageret fiscus, extendere videtur *Menoch. cons. 405. per tot.*

Sublimitatur primo relata limitatio,
3 vt non † obtineat in caussis criminalibus pecuniariis, in quibus scilicet pœna pecuniaria veniret imponenda; in his enim reus fisco edit. *post Iasonem & Deciũ, quos refert, admittit Ant. Peregrin. de iure fisc. l. 7. tit. 3. sub n. 23.*

Huius sublimitationis cõtrarium, & quod in pecuniariis criminalibus caussis, etiam reus fisco edere non teneatur, respondisse Alex. refert idem Peregr. *d. loc.* & clare auctoritate Ripę & Bossij, cõmunem opin. dicentium. assentitur Iul. Clar. *§. fin. q. 27. sub n. 2. vers. & hoc nõ modo.*

4 Sublimitatur secundo, in caussis † criminalib. in quibus serui contra dominũ torquentur: in iis enim fisco ad fundandam suam intentionem edendum est. *auctoritate Bart. nominatim subdeclarat Ant. Peregr. d. c. 3. sub finem n. 23.*

5 Sublimitatur tertio, vt in crimine † læsæ Maiestatis reus edere fisco teneatur. *Capi. Neap. dec. 127. n. 2. quem etiã in hoc refert Tiber. Decian. tractat. crimin. lib. 7. cap. 42. num. 12.*

Limitatur secundo, firmata illa fallẽtia,
6 vt non procedat, quando fiscus † cõtra fiscum, vel alium ęque priuilegiatum ageret: nam eo casu priuilegiatus instanti fisco nõ obstringitur edere ad fundãdam suam intẽtionem. *Ant. Peregr. de iure fisc. l. 7. c. 3. n. 24. Laurent. Kirchoff. in l. qui accusare vers. nono. (de edend.) & ex Baldo, aliisq. induxit Ioan. Petr. Surd. tract. aliment. tit. 8. priuileg. 61. n. 12.*

7 Limitatur tertio, quando fiscus † aliunde, quam a reo, intẽtionis suæ probationes habere posset: tunc enim reus edere non tenetur. *Ant. Peregr. d. capite 3. nume. 25. Menoch. cons. 405. nu. 20. Ioan. Petr. Surd. tractat. aliment. tit. 8. priuileg. 3. numero sexto.*

Limitaretur etiam forsitan quarto, quando fiscus † iam ab initio ad suæ in- 8
tentionis probationẽ institisset pro editione a reo facienda, decretaq; illam et esset, sed postea variarit alias inducẽdo probationes: ꝑbationib. enim hisce inductis, amplius pro editione non posse instare, voluit in facti cõtingentia, sic cõsulens Tiber. Decian. *resp. 61. n. 7. vol. 3.*

Limitatur quinto in fisci successorib.
† vt sunt publicani, gabellarij, conducto- 9
res, emtores: in hoc enim priuilegium illud edendi fisco nõ trãsfertur. Et quãuis in hoc sint contrariæ opiniones, cõmuniorem tamen a parte huius limitationis stare ex Paciano scribit Ruland. *de commissar. p. 2. l. 5. c. 19. n. 8.*

Ceterum siquidem huius quæstionis explicatio latioris sit indaginis, me refero ad not. Peregrin. *de iur. fisc. lib. 7. titul. 3. nume. 33. 34. 35. & seqq.* qui distinctionibus resoluit.

Fiscus vero, quando instrumenta † a- 10
liis edere teneatur, restat nunc moneamus. Et sane Ant. Peregrin. *de iur. fisc. lib. 7. cap. 3.* scribit post alios, quod si editio peteretur iure dominij, vt quia fiscus scripturas, seu instrumenta ad petẽtem editionem pertinentia haberet, ea teneretur edere, quæ etiam aduersus fiscũ produci possent. Vbi vero iudicis officio peteretur, actori non teneretur ad fundandam eius actionem edere, licet ad fundandam replicationem (quemadmodum & generaliter receptum esse, vt reus actori in replicationis probationem edere teneatur. *post Alciatum in l. fin. C. de pact. admittit Aluar. Valasc. de iure emph. quæst. 8. n. 8.* quamuis Wesemb. *in paratit. ff. titul. de edendo. sub nume. 12.* saltem restringat ad caussas fauorabiles.) Obstringatur, & si fiscus actor fuerit, ab editione reo facienda non sit immunis, atque ita in his iure vti communi. Pietatis etiam intuitu, seu vbi de † fauore 11
piæ caussæ ageretur, fiscum etiam edere teneri suadent not. Ioan. Petr. Surd. *tractat. aliment. titul. 8. priuileg. 3. per tot.*

De ceteris huiusce considerationis declarationibus & limitationibus, remitto me ad commentatores, & modernos

dernos scriptores, non enim singula huc congerere nostri est incepti, sed saltem de iis, quæ in praxi frequentiora & studiosorum vsui conuenientiora sunt monere.

ARGVMENTVM.

Vsurarius, an alteri rationum codicem edere teneatur, & quando.

SVMMARIA.

1 *Vsurarius rationum codicē edere tenetur.*
2 *In herede ipsius idem obtinet.*
3 *Editionem tamen aduersus heredem vrgens, libros apud heredem exstare probabit secundum nonnullos.*
4 *Contrarium alii.*
5 *Quorum opinio extenditur, vt nec heres purgare se valeat iuramēto defuncti vsurarii libros se non reperisse.*
6 *Actor quando reo edere teneatur.*
7 *Remedia impetrandæ editionis, remissiue.*

CONSIDERATIO III.

1 VSVRARIVM teneri † rationum codicem edere probat Dn. Gaill. *num. 12.* & ex Decio communem opin. citat Soarez. *Thess. sent. lit. E. nu. 28.* nuperrime se conformauit cum Dn. Gail. sententia Marc. Cala *tractat. de mod. art. & prob. §. 1. gloss. 3. nu. 89. post Bart. & Iasonem, quos citat. nouiter item firmauit Fulu. Pacian. tractat. de mod. art. & prob. cap. 63. num. 66. li. 1. Ruland. de commiss. c. 19. n. 13. l. 5. p. 2.*

2 Extenditur, vt etiam huius † heredem ad editionem deuinctum esse tradant Dd. *ex Paci. idem Rul. d. c. 19. sub n. 13.*

3 Modo editionem vrgens, ad herede vsurarij libros † peruenisse probasset. *Pacian. d. c. 63. nu. 68.* Quamuis Zabarell. ad heredem libros peruenisse, præsumtio-

4 nem esse, doceat. † *in Clem. 1. §. ceterum. q. 9. de vsuris. teste Francisco Calleto in addit. Pacian. d. c. 63. lit. G.* Quæ quidem Zabarellæ sententia mihi magis probatur.

Extenditur eadem Zabarell. opinio, in tantum procedere, vt nec heres iura-

5 mento † suo amissionem vel non exsistentiam libri rationum probare recte queat. *pulcre & accurate Menoch. 6. præsumt. 61. n. 10. & seqq.*

Ampliationes & declarationes plures Pacianus *d. l.* adscripsit.

REMISSIONES.

Actor reo quando † teneatur edere, 6
pertractat ex recentioribus Menoch. *de arbitr. iud. cas. 499.* vbi etiam remittit ad Alciat. *in l. edita. C. de edendo.*

Reus actori in caussa pia edere tenetur. Prosequitur Ioan. Petr. Surd. *tract. aliment. tit. 8. priuileg. 3. per tot.*

Quæ remedia consequendæ editionis † iure prodita sint, enucleat & late 7
prosequitur Oldendorp. *Class. action. 1. act. 8. noue Pacian. tract. prob. c. 66. in princip. aliquot n. seqq. lib. 1.*

Materiam editionis nuper etiam nō inscite exposuit Ruland. *de commissar. p. 2. lib. 5. cap. 16. 17. & seqq.*

DE CONCLVSIONE IN CAVSSA.

ARGVMENTA.

I Cōclusio in caussa, an sit de processus substantia.

II Conclusum in caussa esse, vnde dignoscatur, quotq; modis cōclusio contingat.

III Conclusio caussæ, quando vel per iudicem, vel partes reserata censeatur.

SVMMARIA.

1 *Ob conclusionem omissam processus nullitatis argui nequit.*
2 *Nequidem in iudicio plenario.*
3 *Multo minus in summario.*
4 *Nec in caussis arbitrariis conclusio requiritur.*
5 *Nec in criminalibus, nisi pœna pecuniaria irroganda veniret. n. 7.*
6 *In tantum, vt in criminalibus a parte rei concludi nequeat.*
8 *Nec in caussis matrimonialibus.*
9 *Conclusio substantiale processus statuto fieri potest.*
10 *Conclusio in camera est de substantia processus.*
11 *Adeo vt & ad interlocutoriā requiratur.*

12 *Conclusio fit tribus modis.*

13 *Primo, quando partes hinc inde, vlterioribus allegationibus, vel tacite, vel expresse renunciant. num. 14. 15.*

16 *Pars petens citari aduersarium ad audiendum sententiam, quoad suam personam, conclusisse censetur.*

17 *Secundo concluditur, termino caussæ ventilandæ præscripto præterlapso.*

18 *Tertio iudex, nonnunquam caussam, vel expresse, vel tacite pro conclusa habet.*

19 *Conclusio, quando a iudice reuocata cēseatur, & quatenus reuocari possit. numero 20. 21.*

22 *Iudicis circa reuocationem conclusionis officium. n. 23.*

24 *Conclusione facta exceptio ratione iniustitiæ euidentis opponi potest.*

25 *Vbi discrimen salutis subest, vlterior productio post conclusionem admittitur.*

26 *Iudex facta conclusione, vlteriorem productionem admittens, tacite conclusionem reserasse censetur, & quatenus hoc procedat.*

27 *Iudex decretum conclusionis rescissorium reuocare haud poterit.*

CONCLVSIO CVII.

1 CONCLVSIONEM caussæ non esse de processus substātia, atque proinde ea † omissa nullitatis non argui sentētiam posse, statuamus ex more concludentes. *Ita Dn. Gaillio (numero primo,) in hoc annuunt Dn. Mynsing. obseruatione 17. cent. 3.* Vbi ita in Camer. Imper. DECISVM exstitisse testatur. *Francisc. Marc. Delphin. decisione 796. numero sexto, parte secunda.* & communiter teneri adseuerat, allegando Afflict. *Capic. Parid. de Put. Marant. & Crauettam. Bernard. Muscatell. in prax. Regn. Neapolitan. parte septima, gloss. de iure, sub numero octauo, vers. sed hodie* (quo loci, & conclusionem, de iure canonico procedere visus est, admisisse:) conceditque auctoritate fretus Marantæ Nicol Reusn. *consilio 24. numero 39. lib. 2.* nec non, quoad forum seculare conclusioni nostræ suffragatur Sebast. Vant. *de nullitat. ex defect. processs. sub numer. 45. ibi. vel in foro secularium.* Cōtrarium adstruere de iure communi Baldum, *in sua Margarita*, refert Mynsing. *cit. loco.* Ant. Sola, *in const. antiq. Sabaud. super Decret. Vt nihil. §. declaramus. gloss. vn. n. 7. 8.* etiam contrarium, ex iure canonico per *c. quoniam cōtra falsam, de probat. & c. auditis. de procurat.* visus est admisisse.

Sententiā hanc Solæ admittit Vant. vt procedat in foro ecclesiastico, & in caussis profanis, & plenariis: non vero in beneficialibus & summariis. Et ita determinare Doctores, quorum multos longa citat serie, scribit.

Retenta conclusione, Ampliandailla met erit primo, vt in foro seculari, nec † in ordinariis quidem iudiciis de substantiali processus censeatur, *ad Mynsing. dicta obseruatione decimaseptima, vers. & recte. cent. 3.* 2

Ampliatur secundo, vt eo minus † in caussis summariis, summarie scilicet, de plano, sine strepitu, absque figura iudicij, &c. examinandis decidendisq; conclusio pro substantia processus reputetur, *nuncupatim noue post Bart. Roman. Felin. Paris. Capic. & Afflict. respondit Camill. Borell. consilio 41. numero vigesimosecundo.* Et huic ampliationi etiam adhæret Vant. *d. titul. de nullitat. sentent. ex def. process. sub numero 43. ibi secus in caussis beneficialib. & summariis. Accedit huicmet ampliationi Ernest. Cothm. consilio decimoseptimo, numero 78. & nominatim etiā firmauit nouiter Marcell. Cal. tractat. de mod. artic. & proband. §. 1. gloss. 3. numero 38.* vbi *numer. seq.* limitat eandem, quando de caussa esset facienda relatio Principi. 3

Infertur ex hac extensione, vt etiam in caussis † arbitrariis non requiratur caussę conclusio, *ita nominatim infert Menoch. de arbitr. iud. quæstione tricesimaquinta, numero 10. 11.* 4

Ampliatur tertio, vt etiam † in criminalibus conclusio non desideretur, *Dn. Gaill. numero vndecimo, accedit, post Bar. Felin. Socin. sen. Capic. Marsi. & Iasonem, Menoch. de arbitr. iud. quæstione tricesimaquinta, numero duodecimo, Ioann. Petr. Surd. consil. 163. nume. 22.* & esse commune Doctorum placitum, scribit Clar. *§. fin. q. 61. num. fin.* 5

Exten-

6 Extenditur, vt nec in † criminalibus concludi, atq; ita probationibus renunciari queat.

Declaratur relata extensio, vt non
7 procedat in caussis criminalib. † in quibus duntaxat pœna pecuniaria veniret irrogāda: in his immo vlterioribus probationibus renuntiari potest. *ita post Aret. & alios Ioan. Petr. Surd. consilio 118. numero 10.*

8 Ampliatur quarto, vt nec in caussis † matrimonialibus cōclusio exigatur. *Dn. Gaill. numer. 12. vide etiam infra conclus. 112. hoc lib.*

9 Quandoquidem vero a statuto † recte ordinetur statuaturq; necessitas concludendi in caussa. *post Bald. Felin. & Menoch. ad terminos respondit Ioan. Petr. Surd. consilio octauo, numero vndecimo.* & inde pro substantiali processus statutaria hæc conclusio habeatur, vt nisi interuenerit, dicta sententia nullitati subiaceat. *ad nuncupatim tradita Vant. de nullit. ex defect. processus numero 54. 55.* mirum haud est, si conclusio in S. Camerali iudicio recte obseruetur.

Limitatur itaque conclusio primo,
10 non † obtinere in S. Camerali iudicio adseuerantib. Dominis, Gaillio *(num. 2.)* Mynſ. *d. obſ. 17. circa med.* nec hic turbat illud, quod supra in conclusionis confirmationem adduxi ex Mynſ. præiudiciū. Nam illud in caussis, vbi in prima instātia absq; conclusionis interuentu, sententia lata esset, versatur. Limitatio vero hæc in caussis simplicis querelæ, atque in Camera ventilandis & decidendis intelligitur.

11 Extenditur hæc limitatio, vt etiam in Camera Imp. cōclusio requiratur, quādo super recusatione commissarij disceptaretur. *ita extendit Rutg. Rul. de commiss. p. 1. l. 2. c. 18. sub n. 2.*

Extenditur secundo, vt & ad sententiā
11 † interlocutoriam requiratur in Camera conclusio Gaill. & Mynſ. *d. locis,* sicuti & aduertit Ruland. *vbi supra.*

Succedit nunc, conclusio in caussa, quando dicatur facta, quotque modis inducatur, videamus.

12 Tribus modis conclusionem † fieri cum Menoch. *de arb. iud. q. 35. n. 4. & seqq. & post Ant. Sola, in const. antiq. Saband. super Decret. vt nihil §. declaramus. gloss. vn. nu. 6.* quos singulos populari trutina exornādo prosequor.

Primus est, quādo ipsæ partes † vtrinque concluderent, seu vlterioribus probationibus renuntiarent. 13

Et hic contingit aut expresse, aut tacite. *Menoch. d. q. 35. nu. 4.* Expresse, vbi † verbis vel scriptis expressim concluderetur, seu renuntiaretur omnibus probationibus & allegationibus. *Sola d. gloss. vn. nu. 6. Mascard. tract. probat. conclus. 339. numer. 6.* vel apud iudicem instaret sententiam proferri. *Menoch. d. quæst. 35. num. 4. sequitur Ioan. Petr. Surd. consilio octauo, numero 21.* 14

Tacite, vt quia caussam † partes consilio sapientis petunt committi. *Menoch. d. q. 35. nu. 5.* vel etiā partes instisterint pro peremtoria citatione, contra aduersarium ad audiendum sentētiam. Beroum *in c. quoniam contr. ext. de probat.* sic docere referunt Menoch. & Asinius mox citādis locis. Et quamuis Asin. *in prax. Florent. §. 23. c. 4. 3.* hoc recipiat, cum vtraque pars hinc inde pro citatione institisset, non vero, vbi altera partium saltem; (Asiniū recte sic sensisse refert, & sequitur Menoch. *de præsumt. 2. præsumt. 65. ad finem.*) Distinguendum tamen in hoc erit, vt quidem conclusio facta † intelligatur, etiamsi altera tantum pars, pro citatione ad audiendum sententiam proferri, institisset, in præiudicium saltem huius petentis citationem, vt nimirum hic a probationibus vlterioribus exclusus sit. Et sic Beroum intellexit Ioann. Vincent. Honded. *consil. 24. num. 75. vol. 2.* vbi & Riminald. sen. in hanc citat sententiam, quod petenti solum parti conclusio facta censeatur, atque sibi vlterior probandi facultas prærepta ex hoc sit. Aliud est in parte citata aduersa; huic enim adhuc, ceteris paribus, integrum est, vlteriores facere probationes; quippe cum sua ex parte conclusum non sit. Atq; hoc notandū: facilime alias studiosus impingeret. 15 16

Secundus est modus concludendi,

17 quando † vel iure communi, vel iure municipali certus esset liti ventilandæ præscriptus terminus: illo enim termino elapso, conclusum in caussa, seu vlterioribus probationibus inducendis locum non esse, existimandum est, *post Bal. & Felin. Menoch. d. q. 35. num. 6. Sola d. gloss. vn. sub num. 6.*

18 Tertius est modus, quando † ipse iudex caussam pro conclusa haberet, & hoc etiam vel expresse, vel tacite contingit. Expresse, quãdo expressim caussam pro conclusa haberi debere, pronuntiauerit: vel, quando partes ad audiendum sententiam proferri citasset, *Rot. Genua de mercat. dec. 22. ante nu. 11. Menoch. d. q. 35. nu. 7.* vt ita hic modus respondeat priori in concludendo expresse. Tacite, vt quia iudex consilio Iurisconsulti caussam committendam dixisset, *ad not. sup. numero 15.*

ARGVMENTVM.

Conclusio caussæ, quod per iudicẽ reuocata sit, vnde dignoscatur.

CORONIS.

Sed quid e contra, quando scilicet a 19 iudice † reuocata censeatur conclusio, vtilis est indagatio, & in foro frequens disceptatio: quam paucis contractam, subiicere libeat. Quamuis igitur iudex conclusionem semel peractam non facile debeat recludere, quum tamen conclusionis decretum sit mera interlocutoria, *ex gloss. in l. cum clericis. C. de episc. & cler. refert Mascard. tractat. probationum, conclusione 1279. numero 6. & ex Felin. in c. cum Ioann. sub numero duodecimo, de fide instrum. refert Menoch. de arbitr. iud. cas. 51. numero 29. inter moderniores adstruit auctoritate Panormitani, Nicol. Reusn. consilio 24. numero 31. libro 2.* ex caussa reuocabilis est. *in terminis post Abbat. Alex. Rip. & Decium. Ant. Sola in constit. antiq. Sabaud. decret. vt nihil. §. declaramus. gloss. vn. numero vndecimo, Menoch. post Crauett. Assin. & multos antiquiores tractat. præsumt. 2. præsumt. 63. num. 1. Reusn. d. consilio 24. numero 31. libro 2.*

20 Et quidem † non modo expresse conclusio per iudicem, caussa legitima dictante rescindi valet, (intellige dummodo ipse iudex cõclusionem decreuisset, secus vbi partes vtrinque conclusissent: nam hoc posteriori casu, iudici conclusionem reuocare non licebit, *nuncupatim post alios Menoch. de arbitr. cas. 51. nu. 28. & de præsumt. 2. præs. 63. num. 3.*) Verum etiam tacite † per actum scilicet cõclusioni contrarium, *Crauett. cons. 716. n. 4. in rationib. dubitandi, & post Reusn. d. cons. 24. sub n. 31. in ration. decid.* 21

Quamuis autem in hoc vltimo, quod iudex etiam tacite videatur conclusionem reuocasse, contrarium teneat Castrens. *in l. admonendi, & post Felinus in c. cum olim. de re iudic.* reprobatur tamen communiter Castrensis & Felini sententia, *teste Mascard. tract. probatio. conclus. 1279. num. 5.*

Est autem circa hoc aduertendum, iudicem, antequam † rescindat conclusionem, recte facere, si primo mandaret pro rescissione instanti parti, vt iura, quorum caussa rescissionem petiit, producat, & tunc demum, si sibi sederit, seu iura illa met admittenda esse iustum æquumque arbitratus sit, illa admittat, sin autem conclusionem iam factam sartam tectamque conseruet, *ad notat. Aufrer. in additio. Capell. Tholos. decisione 14.* vbi in hoc adducit, dicitque facere, *c. cum contingat. de offic. deleg.* & ita in Rot. Rom. seruari scribit. Hanc Aufrerij traditionem admittere visus est Crauet. *cõs. 144. sub num. 20. & consil. 716. num. 5.* in rationib. dubitandi. 22

Nonnunquam tamen iudex, rescindit, immo rescindere reserareque † conclusionem debet, etiam pro ea facienda non instante parte, cuius interest rescindi, vt quando honestas in id impelleret, *in terminis Marc. Ant. de Amat. Regn. Aragon. dec. 3. n. 13.* 23

Et huic proxime accedit, quod etiam conclusione facta, exceptio † prætendi adhuc possit ratione iniustitiæ euidentis, vt quid iniustitia ex aduersæ partis confessione appareret. *Crauett. consi. 622. num. 16. post Bald. & Ias. in rat. dub. quem ad rationes decidendi accommodauit Reusner. d. cons. 24. n. 33. lib. 2.* 24

Sicet-

Sic etiam conclusione non obstante,
25 admittenda est vlterior † productio, vbi salutis discrimen, nisi productioni indulgeretur, verteret. *ad not. Prosp. Farinac. de opposit. cont. exam. test. quæstio. 75. capite 5. numero 274. & Crauett. consilio 716. numero tertio, in rat. dubit. expressim vero Mascard. in proœm. tractat. probationum, quæstione 17. numero 49.*

Tacite iudicem reseraſſe conclusio-
26 nem † existimatur, quando partem ad productionem vlteriorem, sine remotione admitteret. *Aufr. in addit. cap. Tholoss. quæst. 14. nu. 2. Menoch. 2. præsumt. 63. nu. 4.* Et inter moderniores omnes, quem viderim explicate lateque prosequitur Mascard. *tractat. probationum, conclusione 1279. per tot.* vbi quod iudex ex admissione articulorum post conclusum in caussa facta, censeatur tacite conclusionem reuocasse: sed quatenus hoc procedat, &c, quæ interueniant, requirantur, fuse examinat *ibid.* idem Mascard. quo studiosus se conferre posset. Quanto igitur magis, vbi mandasset ad vlteriora procedi. *Rot. Roman. decisione 468. incip. dubium huius caussæ. partis 3. lib. 3. in nouiss.*

Conclusione per iudicem iam rescis-
27 sa, sibi haud integrum † erit rescissionem illam reuocare, atque ita partem inani spe fallere. *Ita respondit Crauett. consilio 23. sub numero octauo, vers. a fortiori si iam reuocauerit.*

ARGVMENTVM.

Iudex quatenus partem, conclusa iam caussa, interrogare possit.

SVMMARIA.

1 *Conclusione facta, an vlteriores probationes admittantur, remissiue.*
2 *Iudex facta conclusione, partem ex officio interrogare non potest, ad vlterius partis instantiam de nouo fundandam. n. 3.*
4 *Nisi in caussis summariis.*
5 *In quibus, & ad instantiam partis interrogare poterit.*
6 *Quod fallit, si partes in iudicio summario conclusissent.*

CONSIDERATIO I.

1 CONCLVSIONE iam in caussa facta, vlteriores † an, & quando parte instante recipiantur probationes, perutilis est indagatio, de qua Menoch. *de arbitr. quæstione 35. Mynsing. cent. 3. obseruat. 17. cent. 6. obseruat. 56. & idem Mynsing. in titum dilectus. 9. de fide instrum. & alii plures, quam & reassumsit tractare nupertime Prosper Farinac. de oppositio. cont. exam. test. quæstione 75. capite quinto, per tot.* Ceterum, siquidem iudici ratione officij conclusio in caussa (ceu aiunt) non transeat in rem iudicatam, suboritur quæstio, an hoc vsquequaque obtineat, quæ, quum in plures alias dispartiatur quæstiones, saltem eam, cuius Dn. Gaill. meminit, attingamus.

Iudicem ex officio posse partem † alteram, ad alterius partis intentionem, de nouo fundandam interrogare post conclusum in caussa *Dn. Gaill. n. 6. post Felinum asserit.* 2

Hanc Gaillij Felinique, & illis suffragantium sententiam elidit, infirmat, immo † radicitus euellit contrariis splendide respondens, Iacob. Menoch. *de arbitr. iud. cas. 51. a numero 19. vsque ad numer. 39.* idemque Menoch. eidem contrariæ aduersus Felinum insistit sententiæ. *eod. tract. de arbitr. quæstione 35. numero 24.* quinimo ab eadem cum Menochio stat parte, inter ICtos Germanos haud minimus. *Hartm. Hartm. Pract. obseruatio. titul. de iudic. obseruatione quinta.* vbi in hæc verba: *Licet iudex post conclusionem in caussa vsque ad sententiam possit interrogare partes, ad clarificanda dubia circa merita caussæ, etiamsi procedatur ad vtilitatem priuatam; vt est communis conclusio Doctorum: hoc tamen est verum, quando interrogat circa dubia eorum, quæ acta sunt ante conclusionem in caussa: secus autem, si de aliis vellet quærere, vel interrogare, quia non posset.* hactenus Hartm. Nec huic sententiæ deest Bellon. *consilio 99. numero octauo,* nec qui Bellonum sequitur Ioann. Petr. Surd. *in consilio octauo, sub medium numero duodecimo, ibi. & dicit Bell. quod nec etiam iudex potest ex officio informationes sumere ad fundandum partis intentionem; quia concludendo in caussa censetur quis renuntiare fauori suo &c.* 3

Declaratur iam contraria seu posterior sententia, vt procedat in ordinariis, 4 non vero † in summariis seu summarie tractandis caussis: in his vtique iudex ex officio, quocunque tempore interrogare partem, ad alterius partis intentionẽ probandam, posset. *Menoch. d. cas. 51. nume. 40.* Quod & in ceteris caussis, in quibus non concluditur, ex rationis identitate, obtinere non dubito.

Extenditur hæcce declaratio, vt in caussis summariis seu summarie tractan-
5 dis, non duntaxat † ex officio iudex citra partis instantiam, alteram partem interrogare, conclusa iam caussa possit. Verum etiam ad partis instantiam. *diserte post alios sic statuit Franciscus Viu. Neapolit. dec. 235. n. 11.*

Limitatur proxima declaratio, vt
6 non obtineat, quando partes † etiam in summariis in caussa conclusissent: conclusio enim, in caussis, in quibus conclusio non exigitur, validum sortitur effectum.

ARGVMENTVM.

Allegationes iuris, vtrum post conclusionem in caussa admittantur.

SVMMARIA.

1 *Conclusa caussa allegationes iuris, nihilominus recipiuntur, maxime si id pars petiisset. n. 2.*

3 *In quibus factum, in actis non sufficienter probatum male allegatur.*

4 *Nisi tale sit, vt probationem de sui natura non desideret.*

5 *Allegationum exhibendarum caussa, terminus non conceditur.*

CONSIDERATIO II.

1 CONCLVSA iam caussa iuris † allegationes, vulgo etiam, *Informationes*, dicimus produci posse, non videtur hæsitandum, cum Dn. Gaillio (*numero decimotertio,*) in hoc concurrunt Mascard. *tractat. probationum, conclusione 925. numero vigesimooctauo, Bernard. Muscat. in prax. Regn. Neapolitan. parte septima, §. conclusio. numer. fin. Mynsing. obseruatione 56. numero decimoquarto, cent. 6. & in terminis auctoritate Bald. & Iason. Fichard. consilio 97. numero primo, vol. 2.* maxime vbi ante † con- 2
clusionem petiisset pars allegationes recipi. *Bapt. Asin. in prax. Florent. §. 24. capite quarto, numero quinto.* Et quamuis, eorum, quæ in facto consistunt, assertio † in vim probationis, informationi- 3
bus illis inseri non debeat, vt quæ nihil probant, nisi ante conclusionem suo tẽpore inducta fuissent, sufficeret tamen vtique in informationibus illis allegari factum in comprobationem † intentio- 4
nis, vbi illud probationem de sui natura non desideraret. *Francisc. Viu. Neapolit. decis. 297. num. 3.*

Declaratur iam, quod ex Dn. Gaillio alii sque retuli, allegationes iuris, etiam post caussæ conclusionem recipi, vt intelligatur, dummodo præsto sint,
† nec enim illarum exhibendarum caus- 5
sa indulgebitur dilatio. *ita Mynsing. obseruatione 56. numero 15. cent. 6.*

ARGVMENTVM.

Instrumenta, an & quando conclusa iam caussa produci valeant. Et quid in S. Cam. Iudicio?

SVMMARIA.

1 *Instrumenta nunquid post conclusionem, in caussa produci queant, remissiue.*

2 *Instrumenta ante conclusionem producenda.*

3 *Instrumento declarari potest probatio, etiam post conclusionem.*

4 *Clausulæ, salua reproductione scripturarum, effectus.*

CONSIDERATIO III.

INSTRVMENTA vtrum, quibusque casibus † post conclusionem in caus- 1
sa in vim probationis produci licitum sit, alta sane exsistit quæstio, quam ex neotericis per ampliationes & limitationes explicare adnisus est Mascard. *tractat. probationum, conclusione 925. & nonnulla etiam congessit Franciscus Viuius Neapolitan. decisione 235.* Nos saltem in præsentia-

ſentiarum vnam ex ampliarionibus illis instituto nostro deſeruientem proponemus.

2 Ante concluſionem in cauſſa † debere in Camera Imper. instrumenta ſuo loco & tempore produci, meminit Dn. Gaill *nu. 15.*

Declara, vt, quamuis inter Doctores, 3 an etiã concluſa cauſſa † instrumentum ad declaratione eorũ, quę ante concluſionem in iudicium intẽtionis probandæ ergo inducta ſunt, non conueniat, hinc inde stantibus ſententiis, ceu, inter alios, apud Maſcard. *dict. loc. numer. 34.* & Mynſing. *citando loco* videre licet, affirmantium tamen opinio in S. Cam. Imperiali, *teste Mynſing. obſeru. 56. nu. 5. cent. 6.* SERVATVR.

Notandum, pro coronide etiam, ni4 hil † operari clauſulam illam reſeruatricem (de qua Dominus Gaill *nu. 15.*) *Salua reproductione ſcripturarum*, in ſcripturis priuatis, quin illæmet poſt concluſionem in cauſſa reiiciãtur, dummodo per ſe, ſine vlteriori adminiculo plenã non facerent fidem. *ita Afflict. Neapolit. deciſ. 276. per tot.* vbi quod ita VOTATVM ſit, refert.

ARGVMENTVM.

I Iuramentum ſuppletorium, vt ſibi deferatur, an pars vtiliter, poſtquam concluſum in cauſſa ſit, petat.

II Iuſiurandum ſuppletiuum an, & quando concluſa iam cauſſa ex officio deferri queat.

SVMMARIA.

1 *Iuramentum ſuppletorium, ante concluſionem petitum, poſt eam recte defertur.*
2 *Poſt concluſionem petitum deferri non debere, communiter placuit.*
3 *Adeo vt ne quidem poſt terminũ ad probandum & probatum habendum, præterlapſum recte petatur.*
4 *In cauſſis miſerabiliũ perſonarum poſt concluſionem recte defertur.*
5 *Idem in cauſſis ſummariis.*
6 *Iudex quandocunque poſt concluſionem, etiam non petitum, æquitate ſuadente, deferre poterit.*
7 *Iudex ob clauſulam ſalutarem libello adiectam, poſt concluſionem petitum recte defert.*
8 *Contrarium æquius.*
9 *Iuramentum ſuppletorium, non petitum in prima instantia, in altera recte petitur.*

CONCLVSIO CVIII.

CONCLVSIONEM in cauſſa facultatem deferendi iuſiurandum ſuppletoriũ haud præripere, † nihil eſt, quod 1 hæſitemus, vbi antequã cõcluſum erat, petitum fuiſſet. *ad not. Bernard. Muſcat. in recenti prax. Regn. Neapol. part. 7. §. concluſio. nu. 16. vbi communem dicit.* Ceterum an hæc deferendi facultas, non petente parte, ſalua integraq; conſiſtat, eſt quod pro instituti ratione, videamus.

Concluſio exſiſtit Doctorũ recepta, partẽ † concluſa iam cauſſa vtiliter haud 2 petere poſſe iuramentum ſuppletiuum ſibi deferri. Commune eſſe placitum ex Mandoſ. Fulg. Caccialup. & Caton. Sac. laudat, nec non Dn. Gaill. in cõprobationem nuncupatim adducit Maſcard. *tract. proba. cõcluſ. 956. n. 50. accedit his Mynſing. obſer. 68. nu. fin. cent. 1.*

Contrarium adſeueranter statuit nuper And. Fach. *lib. controuerſ. 1. ca. 17. verſ. mihi Salyceti ſententia.*

Ampliatur retenta concluſio, vt procedat, quamuis ante concluſionẽ petiiſſet delationem iuramenti ſuppletorii, quando terminus † ad probãdum & per 3 omne genus probationum probatũ habendũ præſtitutus a iudice fuiſſet: nam elapſo illo termino etiam ante concluſionem cauſſæ, delatio inane petitur. *ad not. Maſcar. d. concluſ. 956. nu. 51.*

Declaratur concluſio primo, vt fallat in † cauſſis miſerabiliũ perſonarum. In 4 his vtique quamuis petita delatio nõ ſit, iudex, ceteris paribus, iuramentũ illudmet defert. Ita DECISVM in Conſiſto. Lipſenſ. & cauſſa per appellationem ad Aulam Illuſtriſsimi Elect. Saxon. deuoluta, in eadem CONFIRMATVM exſtitiſſe, teſtatum habemus in conſulta-

tionibus Saxon. *part. 3. quæstio. 9. num. 6. tom. 1. est (mihi) pag. 58.* vbi etiam in hanc sententiam citatur Alexand. *in consi. 121. libr. 1.*

5 Declaratur secundo conclusio non obtinere in caussis summariis, † seu summarie & de plano tractandis. Nam & in his iusiurandū potest conclusa iam caussa deferri, licet nullatenus petitum sit. *Bernard. Muscatell. in prax. Neapolit. part. 7. gloss. conclusio. sub num. 16. Mascard. qui multos & alios citat tract. probat. conclus. 956. num. 52. vide quæ dixi præced. conclus. 107. consid. 1.*

6 Declaratur tertio, vt vires conclusio haud exserat, quin iudex † iusta rationabiliq; caussa, sicque æquitate suggerente, etiā non petenti ante conclusionem, deferre iusiurādum suppletiuum possit. *pulcre Andr. Fachin. lib. controuers. 1. ca. 16. per tot. iunctis his quæ seq. capit. conscripsit. vers. quod attinet ad alteram. Marian. Socin. & alios Mascard. d. conclus. 956. nu. 33.*

7 Declaratur quarto conclusio, vt quāuis ante, quam conclusum in caussa sit, disertis † seu expressis verbis delatio illiusmet iurisiurandi petita non esset, sed duntaxat libello conuentionali, vel exceptionali (vtrobique enim eadem militat ratio) inserta fuisset clausula illa salutaris, *Peto mihi ius & iustitiā administrari*, adhuc nihilominus iudicem ad petitionem partis conclusa iam caussa factam iusiurādum suppletiuum deferre posse, dicendum erit. Sic nuncupatim declarare Abbatem *in c. fin. §. sane. de iureiur. & sequi Alexandrum. consi. 91. vol. 6.* nec non quotidianam & notabilē eiusmodi declarationem censere Alexan. Stiaticum *prax. cap. 20. num. 26.* refert Mascard. *tracta. probat. conclus. 956. num. 48.* vbi & Dn. Gaillium (huic declarationi non obscure *nu. 7.* suffragia ferentem) adducit.

Contrarium aduersus Abbatem & sibi consonantes adstruere, horumque sententiam debilitatis arguere Iasonem & Caccialupum *in leg. admonendi*, refert & sequitur Mascard. *sub d. nu. 48. vers. sed cum Doctores.*

8 Sed pro sustinenda contraria Abbatis & Dn. Gaillii sententia, quæ † & mihi benignior & æquior videtur, subdeclaranda eadem erit, iuxta præcedētem primam declarationem & tertiā, vt scilicet in caussis miserabilium, & vbi æquitas suaderet obtineat: item quando (*ceu absolute & nominatim Mascard. nu. 49. sub declarat*) ad declarandum iam ante conclusionem productorū iudex ex officio non petenti parti iusiurandū detulerit, quia hoc posset: Et quidē (mea quæ fert opinio) hoc casu, vbi, scilicet, ad declarandum priora ante conclusionis actum inducta & producta, ꝓbationis suppletio admittenda esset, etiam conclusione iam facta iurisiurandi delationē petenti gratificandum vtique erit: nam & instrumentum conclusione perfecta adhuc a parte in vim declarandi produci posse ex S. Cameræ Imper. præiudicio, conclus. proxime antecedenti. *Consider. 3. versi. declora, vt, quamuis inter Doctores.* dixi.

Iuramentum hoc suppletoriū in prima † instantia nō petitum, quin nihilominus in secunda, appellationis, scilicet caussa peti queat, nō erit ambigendum, quemadmodum ex Capicio. *decis. 35. firmat Bernard. Muscatell. in prax. Regn. Neapolitan. part. 7. gloss. conclusio. num. 30.* & post alios admittit etiam Mascardus. *d. conclus. 956. num. 54.* vbi & nominatim Dn. Gaillium inducit. 9

ARGVMENTVM.

Citatio aduersæ partis, an, & quādo ad videndum deferri iuramentum suppletorium, exigatur.

SVMMARIA.

1 *Ad iuramenti suppletorii delationē pars aduersa citanda.*
2 *Nisi partes ab initio ad singulos terminos citatæ fuerint.*
3 *Iuramentum suppletorium caussa cognita deferendum, & quæ in caussæ cognitione versentur. remissiue.*
4 *Nunquid etiam Iudæ deferri possit.*
5 *An ei qui per vnicum testem, vel in puncto mutui de numeratione per testes probauit, super quantitate deferatur.*
6 *Mutui quantitas probatur suppletiuo iuramento*

mento, quando ipsum mutuum esse vere factum probatum fuisset.

7 *Modo alia adhuc concurrerent de mutui quantitate coniectura.*

CONSIDERATIO. I.

1 Citationem requiri aduersæ † partis ad videndum de fieri iusiurandum, de quo in præsentiarum, suppletorium, apud omnes videtur esse in confesso, & ex *Angel. Bald. Marsil. Alexand. pluribusque aliis comprobat Mascard. tract. probat. conclus. 956. num. 60.* vbi & Dn. Gaillium in id citat.

Declaratur primo, vt aduersæ partis
2 citatio non requiratur, quando † partes ab initio fuissent citatæ & monitæ, vt singulis terminis ad videndum probationes adesse deberent, *ita nuncupatim in terminis declarat Bernard. Muscat. in prax. Regia Curt. Neapolitan. part. 7. gloss. conclusio. num. 32. vide conclus. 51. considerat. 3. hoc lib.* vbi admonui de citationis ad totam caussam energia.

Quoniam vero nō indiscriminatim, vbi petita delatio esset, iusiurandum de-
3 fertur, † sed caussa demum cognita, *leg. in bonæ fidei. 3. Cod. de rebus cred. & iureiurand.* multa variaque sunt, quæ in cognitionem venire possunt debentque, quibus hic insistere institutum dissuadet: Inter recentiores autem ex professo enucleant Menochius *de arbit. cas. 190.* vbi de caussis ciuilibus, *Mascar. tract. probat. conclus. 956. idem Menochius casu. 464.* (vbi quid in criminalibus) *Franciscus Viuius Neapolitan. decis. 381. Mynsing. obser. 68. cent. 1.* & quid in caussa matrimoniali, Schurff. *consi. 47. cent. 2.*

Quæ autem sufficiat præsumtio delationi huius iusiurandi, vt locus sit, examinat Menochius *de præsumt. 1. quæstio. 82.* & quæ impediat, idem *eodem libro pri-*
4 *mo, quæstio. 83.* Et quid in Iudæo, an † & huic deferatur, Mascardus *de probat. conclus. 944.*

Quamuis autem plerique Doctores videantur concedere actori, qui vnius
5 testis † exceptione maioris pro se haberet iusiurandum hoc suppletorium deferri posse, his tamen non leuibus argumentis resistit Anton. Fab. *de error. pragmat. decad. 19. err. 1.* Sic etiam, licet videatur receptum, quod in puncto mutui, vbi probata fuisset numeratio per testes, quantitas seu summa mutuo da- 6
tæ † pecuniæ iureiurando hoc suppletiuo per ipsummet agentē probari queat, *Modest. Pistor. nomine Collegii iuridici Lipsensis, consil. 28. libr. 2.* vbi ita DECISIVE respōdetur. Videatur de hoc etiam Anton. Gabriel. Rom. *libr. senten. 1. titul. de probatio. conclus. 1. Mascard. tract. probat. conclus. 184.*

Contrarium tamen, nisi vltra testium de visu enumerationis deponētium di- 7
cta, aliæ coniecturæ † adhuc concurrerint, IVDICASSE aliquot vicibus Reg. Andr. Barens. testatur Franciscus Viu. *Neapolitan. deci. 108.* & sane solidissima est eiusmodi decisio.

DE SENTENTIIS EARVNDEMQVE EXSECVTIONE.

ARGVMENTVM.

Sententia diffinitiua, vtrum, & quando ob defectum citationis ad audiendum sententiā proferri, nullitatis arguatur.

SVMMARIA.

1 *Sententia citatis partibus proferri debet.*
2 *Etiam in caussis summariis.*
3 *Et quidem specifica citatio interuenire debet.*
4 *Adeo vt ante relationem nuntii citantis lata, non valeat.*
5 *Nisi iudici de vera partis cōtumacia aliunde constaret.*
6 *Sententia ad diem citato præstitutum non, sed postea, absq; noua citatione, lata, non valet, nu. 7*
8 *In Germaniæ consistoriis iudex impeditus sententiam secundo vel tertio, post terminum, die, citra nullitatem profert.*
9 *Parte ad audiendam sententiam in termi-*

na non comparuerite, postea absque noua citatione recte dicitur sententia.

10 *Citatio ad audiendum sententiam etiam in notoriis requiritur.*

11 *Statuto exceptiones contra sententiā prohibente, adhuc ob omissionem citationis, sententia vitiatur.*

12 *Idem, licet partes concesserint iudici, vt ipsis inauditis sententiam proferat, obtinet.*

13 *Quod secus est in arbitro.*

14 *Citatio ad audiendum sententiam in personam fieri debet.*

15 *Sufficit tamen citatio ad domum, si parte antea citata, sententia prolata non fuerit.*

16 *Sententia mortuo principali, licet ad domum citato, lata non valet.*

17 *Nec refert, mortē citati sciuerit an ignorauerit iudex.*

18 *Nec pro mortuo lata valet.*

19 *In fauorem tamē libertatis, piæ caussæ, vel ecclesiæ sustinetur.*

20 *Citationis ad sentētiam omissæ defectum, nec Imperator, nec Papa supplere potest. num. 21.*

22 *Citatio etiam ad audiendum arbitratoris laudum requiritur.*

23 *Sententia præsente parte lata, in dubio præsumitur lata parte citata.*

24 *Vbi citationem non interuenisse vere constat, nec pro præsente lata valebit. Nisi stante clausula, sola facti veritate inspecta.*

25 *Etiam, quādo iudex de facto saltem se informare posset, ex defectu citationis sententia annullatur.*

26 *Principalis, si procuratorem constituerit ad sententiam, non est citandus.*

Maxime in caussa, sine figura iudicii expedienda. ad nu. 26.

27 *Verum ipse procurator citari debet.*

28 *In tantum, vt si dominus hoc casu, nō procurator, citetur, sententia nulla sit.*

29 *Sententia etiam in procuratorem constitutum, non in principalem concipienda.*

30 *Generaliter partibus ad totam caussam citatis, singulari citatione ad audiendum sententiam non est opus.*

31 *Siue interlocutoria sit, siue definitiua.*

32 *Si tamen generaliter citatus semel comparuerit, ad audiendum sentētiā, singularem citationem requirunt.*

33 *Vel si generalis citatio per edictum facta esset.*

34 *Si pars ad audiendum sententiam citanda dixerit, se nolle venire, nulla amplius citatio requiritur.*

35 *Iudex appellationis, vbi de iustitia caussæ ex actis constat, sententiam primam, non attento defectu citationis, confirmare poterit.*

36 *Sententia contra vnum lata, quando aliis non citatis noceat. remissiue.*

37 *Ad interlocutoriam audiendum, an & quando requiratur citatio partis. remissiue.*

38 *Arbiter quando ad sententiā audiendum teneatur citare partes. remissiue.*

CONCLVSIO CIX.



IVris exsistit conclusio, citationē † ad audiendum sententiam requiri, alias sententiā fore nullam. *tex. in Clem. sæpe. fin. vers. sententiam vero. de verb. sign.* vbi Pontifex Rom. constituit, sententiam diffinitiuam in caussis † summariis, seu sumarie, de plano, ac sine strepitu & figura iudicij tractandis citatis partibus proferri debere. Si in summariis citatio ad audiendū sententiam iura exigunt, fortius (*inquit gloss. ibidem, verb. ad id.*) in aliis requiritur. *Tiber. Decian. in terminis respons. 43. nu. 40.* vbi multos iuris Cæsarei textus collegit. *vol. 3. idem Decian. respon. 9. nu. 20. vol. 5. Menoch. consi. 345. nu. 13. Borgn. Canalc. Fiuizan. decis. 19. num. 8. vol. 3. Afflict. Neap. decis. 246. sub nu. 16. vers. imo lata fuit omissa citatione.* iuxta quod etiam SENTENTIATVM in eodem met consilio exstitisse subdit. *ad fin. decis. Ioan. Petr. Surd. consi. 99. nu. 27. Anton. Peregr. de iur. fisc. lib. 4. tit. 5. num. 10. Anton. Sol. in constit. antiq. Sabaud. decret. vt nihil. §. declaramus. num. 9. Nepos de Mont. Alb. in lib. fugit. tit. 12. vers. item nulla est. nisi pars contra quam Bernard. Muscatel. in Prax. Reg. Neap. part. 7. glo. sententiam. num. 3. cum aliis sexcentis.* 1 2

Ampliatur primo, vt requiratur citatio ad audiendum † sententiam specifica, sci- 3

ca, scilicet expressis verbis, tali die vt cõpareat, sententiam auditurus, nec sufficiat, si citatorium esset conceptum verbis ad audiendum voluntatem iudicis, *post gl. Bar. & alios Vant. de nullit. sent. ex defect. cita. n. 56. & nuper nuncupatim sentit etiam Bern. Muscat. in prax. Reg. Neap. par. 7. gl. sententiam. nu. 4.* atque ex Natt. in repet. Clement. sæpe de vorb. signif. refert, nec respuit Franciscus Viuius *Neap. decis. 154. sub num. 4.*

4 Ampliatur secundo, vt sentẽtia adhuc non valeret, quãuis citatio † ad audiendum sententiã facta esset, prolata tamen fuerit, antequã nuntius de citationis intimatione relationem fecisset, *Vincent. Carot. in sing. decis. c. 73. nu. 24. Iaffred. Balb. post Bart. & Innoc. decis. 489. Mynsf. obs. 78. vers. vnde etiam. cent. 1. Muscat. in prax. Reg. Neap. part. 7. glo. sententiam sub n. 9. vers. & hoc est verũ.* Accedũt multi alij auctores *supr. conclus. 54. in quinto requisito*, vbi omnino videndum, ne eadem repetere cogamur.

5 Declaratur hæc secunda ampliatio, vt quamuis de nuntii relatione nõ constaret, pars tamen † citata vere contumax esset, & de ea contumacia aliunde appareret, sententiam ex relationis defectu, non infringi, sed valere: *ita ex Bald. Socino & Castr. tradit Vincentius Carot. decis. casu. 79. numer. 22. dixi & supra Conclus. 54.*

6 Ampliatur tertio, vt sententia etiam dicatur nulla, quãuis citatio ad audiendum sententiam præcessisset, & tamen constituto † ad id die non proferetur, sed sequenti die, absque noua citatione, *Menochius de arbitr. iudic. quæstio. 53. numer. 3.* Videantur a me supra *conclus. 52.* sub Coronide relata.

7 Extenditur hæc tertia ampliatio, vt si nec in die per citationem audiendæ sententiæ præfinito, nec in die sequenti, lata sententia esset, sed postea, sententiam eiusmodi esse nullam, † quamuis citatorio essent inserta verba, *ad audiendum sententiam tali die, cum continuatione dierum & horarum.* Ita feruenti animo adseuerat, & in Rot. Romana IVDICATVM exstitisse ex Crescent. refert, nec non aliquot vicibus *in Reg. Audient. Capitinatæ Apuliæ* DECISVM fuisse, testatum facit Francis. Viu. *Neapol. decis. 154.* Ceterum de hac ampliatione, vt quæ est diffusæ explicationis, multisq; declarationibus obnoxia, videatur Menoch. *d. loc. sed vberius tractans Vincent. Carot. in singularibus decis. nuperrime editis, cas. 108. per tot.* Dicit tamẽ (vt hoc subiiciam) Mynsing. *obseru. 6. num. 12. cent. 6.* in consistoriis † Germaniæ prouincialibus consuetum esse, vt si sententia in die citationis proferri non posset, secundo vel tertio post die, citra nullitatem, dicatur. 8

9 Declaratur autẽ notabiliter ampliatio tertia, vt non obtineat, quando citata pars † in die cadentis citationis non comparuisset, & iudex exspectaret eum: eo enim casu absque noua citatione alio post tempore citra nullitatis periculum sententiam proferre posset, respondente & comprobante *in terminis Tib. Decian. resp. 18. nu. 213. vol. 1.*

Ampliatur quarto, vt citatio eiusmodi ad audiendum sentẽtiam in notoriis, etiam † requiratur. *Anton. Peregr. de iure fisc. lib. 4. tit. 5. nu. 11. Muscatell. in prax. Reg. Curiæ Neapol. part. 7. gloss. sententiam. num. 5.* Ceterum de huius ampliationis alibi latius, est quippe declarationibus obnoxia. 10

Ampliatur quintó, conclusionem procedere, stante etiam statuto, † exceptionem contra sententiam prohibente: nam adhuc omissa citatio audiendæ sententiæ processum vitiat. *post Baldum, cum citat, scripsit consulendo Tib. Decian. respons. 9. sub num. 20. & post Marsil. & Ancharanum statuit Bernard. Muscatell. d. gloss. sententiam. num. 10.* 11

Ampliatur sexto, vt adhuc citatio ad audiendum sententiam proferri requiratur, licet † partes concessissent iudici, quod ipsis inauditis & absentibus procedat. Ita voluit, & nonnullos in hanc sententiam citat *Muscatell. d. glo. sententiam. sub nu. 11. vers. imo fortius.* 12

Declaratur hæc ampliatio, vt nõ procedat † in arbitrio, quãdo nõ modo partes concessissent, vt iudex se absentib. procedere posset, quo etiã casu valeret arbi- 13

tri sententia sine citatione partium. *Menoch. de arbit. iud. quæst. 17. num. 11.* Sed etiam se incitatis. Nam hęc renũtiatio tenet sustinetque laudum absque citatione promulgatũ. Legibus & auctoritatibus comprobat Nicol. Boer. *Burdeg. decis. 283. sub num. 38. vers. quarum prima videatur. Menoch. super hac declaratione: consil. 208. per totum in resoluenda declaratione versans.*

In ordinario vero iudicio eandem renuntiationem non admittit Muscatell. *d. loc. ad finem. num. 11.* nec in pronuntiatione laudi, *Tiber. Decian. respons. 65. num. 44. vol. 5.*

Ampliatur septimo, vt citatio ad au-
14 diendum sententiam non teneat, † nisi in personam citandi facta esset. *AEmil. Verall. Roman. decis. 117. part. 1.*

Fallit vbi in persona citandus inueniri haud facile posset, vel vagabundus esset, *Veral. d. loc. Mynf. consf. 6. nu. 52. cent. 1.*

Declaratur item relata ampliatio, vt
15 si semel ad sententiam fuisset † citata pars, & comparuisset, eo tamen die sententia non esset lata, atque ita postea iterum ad audiendum sententiam veniret citandus, non requiratur in faciem citari, sed sufficiat domi citasse, quando cum difficultate in faciem citari posset. Ita IVDICAVIT Rot. Rom. *teste. Put. decis. 279. lib. 2. latius supra conclus.*

Ampliatur octauo, vt sententia non valeat, quamuis citatio ad domum prin-
16 cipalis † esset facta, iam tamen defuncti: defuncta enim parte sententia, quasi viueret, lata, non valet, sed nulla est. Comprobat *ex l. in summa. §. fin. & l. de qua re. §. fin. ff. de re iud. & l. 2. ff. quæ senten. sine opp. rescind.* nonnullorumque auctoritate, in terminis casus Ioan. Petr. Surd. *consi. 99. nu. 11. & firmiter statuit Francisc. Viu. Neapol. decis. 52. nu. 6.*

Extenditur primo proxima anteced.
17 ampliatio, siue iudex † sciuerit, siue ignorauerit mortem citati. *Ioan. Petr. Surd. d. consi. 99. num. 14.*

Extenditur ampliatio secundo etiam
18 procedere, quamuis pro mortuo † lata esset sententia. Cõprobat reiecta gloss. *in l. in summa. ff. de re iud. post alios Iaffre d. Balb. decis. 27. & concedit idemmet Surd. aliis relatis auctoritatibus. dict. consi. 99. num. 12. accedit recenter, aliis tamen fretus auctoritatibus Reusn. decis. 22. num. 18. lib. 2.*

Fallit iam proxime antecedens extensio, quando in fauorem † libertatis, 19
pietatis vel commodum ecclesię lata esset sententia: nã hæc iure subsistit, quando principalis tempore latæ sententiæ fuisset mortuus, *ex Baldo, Socino & Iacobo de S. Georg. firmat AEmill. Verall. Roman. decis. 340. alias verb. sententia. decis. 6. num. 2.* Et sic in eadem Rota IVDICATVM extitisse testatur. Fallentiam eiusmodi etiam admittit Euethard. a Middelb. *Topic. leg. loco, a libert. ad piam caus. 58.* vbi item ex Baldo inducit referendo, quod Romæ in Consistorio Papali IVDICATVM exstiterit, sententiam nõ annullari in mortuum latam, dum in fauorẽ ecclesiæ tendisset. Adde quæ dixi *infr. conclus. 111. in limit. 2.*

Ampliatur nono, in tantum sententiam ab inferiore latam ex defectu requisitæ citationis esse nullam, vt † nec 20
per Imperatoriam Maiestatem, nec per Papam, defectus hic suppleri possit, nequidẽ expressa clausula SVPPLENTES. *ita diserte post Cardinal. & Felin. Anton. de Petr. Placent. tract. de potest. Princip. cap. 6. num. 26.*

Extenditur hæc ampliatio, vt neque contra † subditum eiusmodi suppletio 21
fieri possit. *Decian. respon. 9. nu. 22. vol. 5.*

Ampliatur decimo, vt etiã † citatio 22
ad audiendum arbitratoris laudum requiratur. *Menoch. de arbit. iudic. quæst. 17. num. 11.* vbi crebrius receptum dicit. Verum de hac ampliatione, videatur idem Menoch. *consf. 208. in discursu. & dict. q. 17. num. 3. 12. Marc. Anton. de Amat. Rot. Prouinc. March. decis. 58. in discursu præcipue vero. nu. 8. 9. 10. 11.*

Ampliatur vndecimo, vt nec in dubio † præsumatur, partem ad audiẽdum 23
sententiam citatã esse, quamuis se præsente sententia prolata fuerit, dummodo contra se sententiatum esset. *Menochius 2. præsumt. 74. numer. septimo.* Plures casus, quando in dubio præsumatur, vel minus, principalem tempore prolatam

latæ sententiæ præsentem, citatum ad sententiam audiendum fuisse, protulit idem Menoch. *d. præsumt. 74.*

Dixi studiose signanterque in dubio iuxta relatam ampliationem vndecimã, præsumendum esse partem citatam exstitisse; Nam vbi vere † constaret partem
24 vllatenus citatum ad audiendum non esse, sententiam, licet in sui fauorem, seu pro se prolata esset, adhuc tamen fore nullam, *Vant. de nullit. ex defect. citat. num. 10. post alios docet, quibus accedit Francis. Viu. Neapol. decis. 459. num. 9.*

Declaratur hoc vltimũ, vt fallat, quãdo caussa commissa esset decidenda sola facti veritate inspecta, eo quippe casu, in fauorem absentis non citati, prolata sententia valide subsistit, *ex professo Asin. firmat in prax §. 3. cap. 16.*

Ampliatur duodecimo, vt etiam sen-
25 tentia † ex defectu citationis sit nulla, quando iudex de facto saltem se informare posset, *ita ex Romano in firmamentum adduxit Tib. Decian. resp. 9. nu. 23. vol. 5.*

Limitatur iam conclusio primo, vt non obtineat, quando per procurato-
26 rem † ageret, vel litem suscepisset litigans. Nam hic ad sententiam non erit citandus, vt qui pro præsente habeatur, *ad not. Alex. Raudens. resp. 21. sub num. 163. vers. & per cons. quens tenebatur. vol. 1.* quæ limitatio maxime procedit in superioribus, & supremis consistoriis. Hodie enim *(inquit Boer. Burdeg. decis. 283. sub num. 31.)* tam in Curiis secularibus, quam ecclesiasticis, maxime supremis Parlamẽtorum Regiis seruatur, quod partibus auditis, & ad ius appunctatis, nullus aliis ipsis partib. ad sententiam, vel arrestum audiẽdum dari solet terminus; cum Curiæ prædictæ habeant procuratores, & aduocatos ordinarios singulis diebus & horis expeditionum caussarum pro suis partibus comparentes. Limitationem etiam in terminis factique contingentiæ. Ita IVDICANDO recepit statuitq; Rot. Rom. coram Seraphino, vt est in variorum *decis. 447. num. 3. part. 1. in nouiss.* Maxime vero limitatio procederet in caussa sine figura iudicii agitanda de decidenda, *Marcell. Cal. tracta. de modo articulan. & proban. §. 4. glossa quarta, numero 106.*

Declaratur hæc limitatio, vt quamuis principalis post litis contestationem, & eo maxime ad sententiam audiendum, non sit citandus, quando procuratorem constituisset; procurator tamen; † vt 27
qui iam litis factus est dominus, ad audiendum proferri sententiam, citandus erit, alias sententia nullitate laborat, *ita in terminis respondit Ioann. Petr. Surd. consil. 99. numero 27. iunctis num. 30. 33. & sequentib.*

Quomodo vero sententia in procuratorem mortuo principali concipienda proferendaq; sit, attigi *seq. concl.*

Extenditur hæc relatæ limitationis primæ declaratio, procedere quod sententia adhuc nulla sit, quamuis † prin 28
cipalis esset citatus, non vero procurator à se constitutus, *pulcre comprobando adseuerat Ioan. Petr. Surd. consil. 99. numero 33. 34. 35. & sequentib.* vide & *conclusio. 111.* vbi eadem huius declarationis & extensionis materia venit repetenda.

Extenditur secundo limitationis primæ declaratio, vt quamuis procurator, quo cum ab initio lis agitata esset, ad audiendum sententiam pr[illegible]ri fuerit citatus, sententia tamen † in principa- 29
lem conciperetur, adh[illegible] nullum eiusmodi sententiam esse, *ita nuncupatim firmat Nicol. Reusn. decisio 22. num. 19. 20. lib. 2.* nec enim sola sufficit citatio ad audiendum; sed vt subsequatur citatum, non alium condemnari, de quo paulo inferius *conclusio. 111.* vbi videndum, quando in procuratorem sententia sit concipienda.

Limitatur secundo, vbi a principio facta esset generalis † citatio ad totam 30
caussam: nam singularis, seu noua non requireretur ad audiendum sententiam, *ita per l. si prætor. de iudic. l. consentaneum. C quomodo & quando iud.* auctoritateque Castrensis IVDICANDO approbauit Rot. Roman. coram Seraphino, *vt est decisio 514. numero septimo, part. 1.* a qua decisione, nec abhorret in terminis Raudens. *respons. 41. numero decimosexto.* idem Raud. respondit *consil. 21. num. 173.*

volum. 1. Mynsinger. in terminis consil. 6. numero 50. cent. 1. videatur etiam Vincen. de Franch. *Neapol. decis.* 467.

Extenditur limitatio, vt non modo
31 † in interlocutoria limitatio procedat, sed etiam in diffinitiua, quemadmodum & relati Doctores in diffinitiua versantur, *ita nominatim extendit Asin. in prax. Florent.* §. 7. *cap. 5. limitat. 71. num. 3.* quamuis autem Bald. *in l. sancimus. quæst. 10. C. de iudic.* quoad diffinitiuam dissentire videatur, indiscriminatim tamen Doctores aduersus Baldum loqui, monet Asin. citato loco.

Declarant aliqui Doctoriam limitationem eiusdemque extensionem, vt obtineat, quando hic generaliter ad to-
32 tam † caussam citatus nunquam comparuisset, secus contra: nam eo casu vbi comparuerit semel, nouam autumant ad audiendum sententiam proferri citationem, *post alios Bern. Muscat. d. gl. sententiam nu. 13.*

Declaratur item proxime præcedens limitatio, vt non obtineat, quando cita-
33 tio generalis † per edictum esset facta: hoc enim casu noua citatio ad audiendum sententiam requiritur, *Mynsinger. qui multos adducit,* & in Camera Imp. obseruari testatur, *obseru. 71. vers. si vero generalis. cent. 3.*

Nonnulla huic etiam limitationi inseruientia, circa citationem generalem notaui sup. *concl.* 51. *consid.* 3.

Limitatur tertio, quando pars alias ci-
34 tanda † ad audiendum sententiam, iam ante citatus dixisset, se nunquam venturum: nam hoc casu vlterior citatio non requireretur, *ex Bart. gloss. & Franco firmat Ant. de Amat. March. Prouinc. decis. 100. nu. 3.* vbi adseuerat ita IVDICATVM exstitisse: & conferunt ad terminos dicta Francis. Marc. *Delphin. decis. 706. nu. 2 par. 2.*

Limitatur quarto, vt quamuis pars, contra quam sententia lata est, non fuis-
35 set citata, vbi tamen † de iustitia caussæ, atque ita de bono iure appellati iudici supremo, ad quem ex actis cōstaret, quod hic possit nihilominus sentētiam primā absque citatione latam confirmare, quod scilicet superuacanee & frustratorie appellatum sit decernendo, *ex Bar. Aret. & Franco in terminis cōprobat Barnab. Cornaz. Lucens. decis. 140. nu. 3.* vbi non obscure, secundum hanc limitationem Rot. Luc. IVDICASSE liquet: & iterum *decis. 194. n. 3.* vbi itidem testatur in eadem Rot. sic IVDICATVM esse: addantur notat. *seq. consider.* Limitatioque hæc insignite firmatur ex traditis per Dominos Rotales Genuenses, *de merca. decis. 23. n. 16.* vbi in terminis firmant, superiorem iudicem, vbi de iustitia caussæ sibi constaret, posse sententiam, etiā ex defectu iurisdictionis nullā, confirmare, ita vt ad exsecutionem perducatur, perinde ac si nihil defectus habuisset. Et in iisdem terminis, defectus s. iurisdictionis inferioris iudicis, vt adhuc superior omniū sententiam confirmare valeat, de veritate meritorum vbi constiterit, nominatim etiā respondet Francis. Monal. *cons. 87. n. 3.* subditque; ita Venet. IVDICATVM fuisse. Accedunt his Put. Rom. *decis. 60.* vbi cōmunem dicit, quod vbi de iustitia caussæ iudici appellationis constet, possit, nō attenta processus nullitate, sententiam vel confirmare, vel reformare, *lib. 3. Menoch. consil. 786. num. fin. Borg. Caualcan. Fiuizan. decis. 22. num. 15. decis. 25. num. 5. part. 1. & decis. 19. num. 61. decis. 23. num. 10. & 14. part. 3.* diserte docens, superiorem ad quem, vbi de veritate meritorum caussæ constaret, nō attenta nullitate processus, vel sententiæ, posse sententiam confirmare, pronuntiando primum super nullitate, & postea super meritis, *dixi etiam sup. concl. 42.*

Sic etiam e contra sententia posset reformari, quamuis sententia ratione processus esset nulla. *ad nota. Cornaz. Luc. decis. 39. nu. fin. dixi sup. d. concl. 42.*

Limitatur insuper pluribus modis cōclusio, quorum discussio cum ad materiā citationum, a commētatorib. atque etiā a Gabr. Rom. *lib. sent. 2. tit. de cita. concl. 1.* ex professo tractatam propriissime referēda sit, & in anterioribus concl. nonnihil de his monuerimus, illo me refero. Et quā sententia contra vnum lata † noceat, 36
vel minus, aliis non citatis, discursus nōnullos facit ex recentioribus etiam Ioa. Vincent. Honded. *consult. 28. vol. 1.*

Haste-

Hactenus quæ dicta sunt, de sententia diffinitiua erunt intelligenda; quid vero
37 iuris sit in interlocutoria, † an & quando in illa citatio requiratur, non absolutæ resolutionis est, de quo fuse Ant. Gabr. Rom. *lib. sent. 2 tit. de citat. concl. 1. num. 405. & seqq.*

Arbiter qui pro suo arbitrio caussam
38 † cognoscere posset, quando ad sententiam audiendam necesse non habeat citare partes, quatuor limitationibus expedire adnisus est Menoch. *de arb. quæst. 17. num. 12. & seqq.*

ARGVMENTVM.

Senteñtia mortuo principali lata, vt teneat, quæ sint consideranda.

SVMMARIA.

1 *Sententia mortuo principali nulla est.*
2 *Nisi in procuratorem, vt dominum litis, directo concepta fuerit.*
3 *In Camera, principali caussa iam conclusa mortuo, sententia in procuratorem absq; citatione, ad reassumendum, profertur.*
4 *Practica reformandæ sententiæ ex prolatione nullæ.*
5 *Sententia in confessione principalis fundata, mortuo eo in procuratorẽ recte fertur.*
6 *Modo ex vera & solemni confessione sententia proferatur.*

CONSIDERATIO I.

1 SEntentiam in mortuum latam † nullius esse momẽti, tradit comprobatq; nouissime Nic. Reus. *decis. 22. ante nu. 18. lib. 2.* & sup. in conclus. eadem aliis relatis auctoritatibus, subnexisq; fallentiis aliquot monuimus. Ceterum, quid iuris vbi procurator litis esset factus dominus statuendum sit, nunc est consideremus.

Sciendum itaq;, quamuis procurator litis iam factus dominus, ad audiendum sententiam proferri mortuo principali
2 citatus, & se præsente sententia † lata esset, sententiã dictam adhuc nullam censeri, vbi in procuratorem, quasi is condemnaretur procuratorio nomine, sententia illamet concepta esset: sed requiritur, quod directo in procuratorem cõcepta sit. Ita non aspernandis rationib. auctoritatibusque nisus, respondit Ioan. Petr. Surd. *cons. 99. nu. 22. & seqq.* & ita vere in terminis IVDICAVIT Senat. Regius Neapol. *vt est apud Vincen. de Franch. Neapol. decis. 245.* Videnda etiam erunt notata paulo *infrà conclus.* 111. Camerale ius, q̃ attinet nuperrime Recess. Deput. Spirens. *An. 1600.* § Nach dem auch in zweiffel gezogen/ constitutum est, † vt si definitiue iam caussa conclusa principalis obierit, sententia in ipsum procuratorem vti litis dominum citra citationem ad reassumendum proferenda sit. Videantur etiam sub coronide not. 3

Considerandum vero erit, optimam esse practicam reformandæ huius sentẽtiæ † ex eiusmodi prolatione nullæ, vt eadem acta reproducantur, sicuti DECRETO exstitisse admissum per eundem Senatum, refert idem Vincent. de Franch. *eod. loco.* quemadmodum & alias, quando nullitas ex sola prolatione sentẽtiæ caussata esset, ex iisdemmet actis, de eadem cognosci debet. *ad Ant Pereg. de iure fisc. lib 7. tit. 4 num. 7.* atque adeo reformari, ceu etiam admittit Crauet. *consil. 270. post num. 7. versic. si vero nullitas non respiciat omnia acta.* Ita etiam in facti contingentia respondit Ioan. Vincent. Honded. *consult. 19. sub num. 32. ibi. quando vero (inquit) non allegatur nullitas totius processus, sed ipsius sententia tantum, (vt hic cum prætendatur vlla ex errore in sententia expressio) cessat dicta ratio, & sententia confirmari, vel reformari potest secũdum communem opinionem, de qua per Alex. in cons. 111. lib. 5. & Vant. in tit. quib. mod sent. nulla def. poss. nu. 129. & seqq. & in his terminis not. Alex. cons 79. col fi. vers. bene fateor. & vers. sed quærimus. lib. 2. vbi communem dicit.* Totidẽ verbis Hond. *vol. 1. & dixi inf. concl. 111. ad fin. & supra hac eadem conclus. ad finem notaui.* 4

Notãdum etiam, sententiã in procuratorẽ mortuo principali dictã, validam esse, quæ ex confessione † principalis rei fundata fuisset, vt quia principalis cõfessus fuerit, ratione cuius confessionis in pœnam pecuniariam condemnatio in procuratoris personam facta esset: valet enim vtiq; hæc condemnatio. *Cather. Osasc. Pedem. decis. 149. per tot.* vbi lepide cõprobat, & tandem ad finem testatum re- 5

liquit ita IVDICASSE Senatum (vide de hac materia etiam nonnihil apud Magon. Flor. *decis. 47. nu. 16. 17.*)

Declaratur hoc dictum Osasci relataque decisio Senatus, vt saltem procedat, quando ex vera † & solemni con-
6 fessione sententia die prolata facta esset: secus si ex tacita, vel lege præsumta seu ficta. Nam præsumta, vel ficta confessio nō sufficeret, procuratorē defuncti condemnari posse fisco in pœnam pecuniariā, *ita nuncupatim declarat Ant. Peregr. tract. de iure fisc. lib. 4. tit. 5. nu. 37.* Et si contra factū fuerit, heredib. defuncti appellādi competit beneficiū, *ad not. eiusdem Pereg. d. loc.*

ARGVMENTVM.

Heres defuncti an veniat ad audiendum sentētiam proferri, vel etiam ad reassumendum, citandus.

SVMMARIA.

1 *Mortuo principali, vtrum & quando citatio heredis requiratur.*

2 *Hodie heres indifferenter, nisi viuente adhuc defuncto in caussa conclusum sit, ad reassumendum citandus.*

CONSIDERATIO II.

MOrtuo principali vtrum, & quādo
1 †citatio heredis requiratur, cōstrictim & ordinate post Dn. Gail. *num. 4. & seq.* resoluit Rutg. Rulan. *tr. de commiss. lib. 2. c. 5. nu. 6.* in hunc modum. Aut ante cōclusionē caussæ principalis mortuus est, & petitur citatio contra heredes ad reassumendum caussam ex officio decerni: aut post conclusionem omnis carnis viā ingressus est, & hoc casu, aut sciuit, vt iudex, mortē oppetiisse partem: & petitur citatio ad audiendum sententiam: aut non sciuit, vt iudex, sed vt priuatus: & sententia profertur sine heredum citatione; sin vero iudex, vt iudex, prolata iā sententia mortem partis resciuerit, sentētia per interlocutoriā in heredes trāsfertur. Ita pluries in Sac. Cam. iud. PRACTICATVM fuisse testatum reliquit Dn. Mynsi. *obs. 85. cen. 1.* & idem in S. Cam. Imp. OBSERVATVM exstitisse, relatis tribus exemplis fidem facit Rulan. *d. loc.*

Hodie vero eiusmodi distinctioni a-
2 liter † nonnihil & purius decisio noua lege *in Recess. Deput. anno Redemtionis 1600.* data est §. Nachdem auch *ibi*, setzen vnd wöllen wir/da in den Sachen *definitiue* beschlossen/daß alßdann ohne Ladung *ad reassumendum, &c.* die Vrtheil *contra procuratorem, als Dominum litis* ergehen / aber in allen andern fällen Ladung *ad reassumendum* außbracht werden sollen. In omnibus igitur indifferenter casibus, excepto, vbi diffinitiue conclusum viuente principali fuisset, citatio ad reassumendum petenda.

ARGVMENTA.

Sententia inferioris per appellationis iudicem pro parte, nec confirmari, nec reformari potest, & quatenus hoc procedat.

SVMMARIA.

1 *Iudex appellationis sententiam ex parte confirmare, & ex parte reformare non potest.*

2 *In indiuiduis vtile per inutile vitiatur.*

3 *Nec sententia pro parte tantum valida, pro illa confirmari poterit.*

4 *Nisi separata capitula contineret.*

5 *Sententia, respectu rerum, tot perhibentur esse, quot separata capitula.*

6 *Iudex super separatis libelli capitulis, separatim & diuerso tempore pronuntiare potest.*

7 *Appellatio super separato sententiæ capitulo interposita, totam caussam non deuoluit.*

8 *Laudum arbitri, etiamsi separata capitula contineat, pro parte confirmari, & pro parte reformari nequit.*

9 *Iudex appellationis etiam in fauorem appellati sententiam reformare poterit.*

10 *Quod in vnico connexoque articulo, non si sententia separata capitula contineat, a quibus appellatum non esset, procedit.*

11 *Et si appellatus reformationem petierit.*

12 *Laudum arbitri iudex in fauorem non reclamantis reformare potest.*

13 *Sententia durante adhuc instantia reformari debet.*

CON-

CONCLVSIO CX.

1 SENTENTIAM inferioris iudicem appellationis † pro parte cõfirmare, & pro parte reformare haud posse, communis exsistit Doctorum conclusio, ceu est in Rot. Rom. *decis. coram Blanchetto, 205. num. 5 par 2. in nou ss.* vbi quod ita etiam Rot. IVDICAVIT: & facit, quod
2 in indiuiduis † (quorum in numero refertur sententia, *l. 1. §. hæc verba. ff ne vis fiat ei. l. in hoc iudicio ff. fam. ercis. cum simil.*) vtile per inutile vitiatur, *l. 1. §. item quæritur. & §. Trebatius. ff. de aqua quot. & æst.* auctoritates subiungit Cantucc. Rom. *decis. 33. num. 17. par. 2. in nouiss. diuersor.*

Ampliatur conclusio, vt nec senten-
3 tia † saltem pro parte nulla, & partim valida, pro illa valida parte vel reformari, vel confirmari possit, *Blanchett. Roman. decis. 205. fuit resolutum, par. 2. diuers. in nouiss.* vbi, quod sic IVDICATVM exstiterit.

Declaratur conclusio primo subiectaque ampliatio, vt vera sit, quando sententiæ prolatæ capitula essent connexa, *auctoritatibus grauissimis firmat Fulu. Pacia. tract. probat. conclus. 26. nu. 39 lib. 1.* E contra vero non procedat, quando senten-
4 tia † separata contineret capitula. Hæc enim pro parte confirmari, & pro parte reformari, vel etiam nulla dici potest, vnum scilicet capitulum confirmando; alterum reformando, vel etiam nullum declarando, *Dn. Gaill. num. 1.* Comprobat item diserte Francisc. Viu. *Neapol. decis. 53. num. 1. Blanchet. d. decis. 205. sub num. 1.* Sententia enim hæc in vno capitulo valere potest, seu sustineri, in alio non, *probat. Barnabb. Cornaz. Lucens. decis. 12. num. 3. adnotat. Boer. Burdegal. decis. 73 num 3 4.* cessat quippe hic supra adducta ratio, sententiam iudicis censeri indiuiduam, & proinde vtile vel inutile vitiari, quandoquidẽ sententia non dicatur indiuidua, quæ plura continet capitula separata, & indiuiduitas procedat saltem in vno capitulo, vel etiam in pluribus, sed connexis, nõ vero inseparatis, in quibus vtile per inutile non vitiatur. Sic nuncupatim Cantucc. *Roman. decis. 33. num. 18.* vbi auctoritatibus firmat, *part. 2 in nouiss. diuers.* Cessat item indiuiduitatis ratio, sententiæ confirmationem pro parte inhibens, quoniam, quamuis sententia super pluribus articulis & libellis vnico verborũ cõtextu eademq; charta prolata, dicatur vna, ex Alex. de Neuo *in rubr. ext. de appel.* quẽ sequendo induxit Mart. Mont. *Reg. Arrog. decis. 5. nu. 67.* respectu tamen † di- 5
uersarũ rerum, tot perhibentur esse sententię, quot separata sunt capitula, sicuti & cum Dn. Gail. *nu. 2.* in terminis ex *l. etiam § si ex caussa. ff. de minorib. & l. quid tamen, in prin. & l. Labeo. ff. de arbit.* induxit Barnab. Cornazz. *Lucens. decis. 12. nu. 2.* accedit aliis relatis auctoritatib. Borgn. Caualc. *Fiuiz. decis. 27. nu. 81.* vbi multis similib. corroborat, *vol. 2.* Hinc etiam iudex potest, plura separata † capitula li- 6
bello comprehensa diuidere, ita vt vno tempore super vno capitulo, altero post tempore super altero pronũtiare queat, *post Bart. Vant. & Boer. Philip. Caualc. inter decis. Borgnin. fratris decis. 28. nu. 47. part. 2.* Sic appellatio super vno † separato sen- 7
tentiæ capitulo interposita, totam non deuoluit caussam, videatur *Boer. Burdegal. decis. 73. cum aliis similibus.*

Subdeclaratur (vt hoc pro clariori intellectu moneamus) quod asseruimus, sententiã pro parte confirmari non posse, quando connexa seu inseparabilia contineret capitula, vt tum demum obtineat, quando cõnexa illa essent omnino inseparabilia, nõ autem si diuidi possent, *ita nuncupatim ex Alex. de Neuo firmat Fulu. Pacian. tract. probat. c. 26. nu. 40. lib. 1.*

Fallit vero declaratio in laudo † arbi- 8
tri: nam sententia arbitri, plura & separata continens capitula pro parte approbari, & pro parte improbari potest, nec iudex recursus pro parte confirmare, & pro parte reformare valet, *adnot. Vinc. de Franc. Neap. decis. 173.* vbi pluribus probat, & senatum ita IVDICASSE scriptum reliquit.

Declaratur secundo firmata conclusio, & quidem notabiliter, quod iudex appellationis † etiam possit in appellati 9
fauorem sententiã reformare. Hanc declarationem rationib. & Speculatoris, Bartoli, Brixiens. Archid. Bar. Bald. Sal.

Rot. Rom. Butrii, Imol. Abbat. Alex. &c, qui Alexandrum in terminis refert inducitq;, Crauettæ auctoritatibus constabiliuit Io. Petr. Surd. *Mant. decis. 143. per tot.* testatumq; facit ita sæpius IVDICASSE Senatum. Et ita etiam illustrissimum Elect. August. felicis recordat. *Ann. 1561.* IVDICASSE testatur *Modest. Pist. quæst. iur. lib. 1. quæst. 21.* vbi & ipse Modest. Pist. hanc firmat declarationem, eandemq; recipit Tib. Decian. *resp. 110. nu. 5 vol. 3.*

Subdeclaratur proxima declaratio, vt intelligatur, quod nimirum in appellati fauorem, seu commodum sententia re-
10 formari possit in vnico † connexoq; articulo seu capitulo, a quo scilicet appellatio interposita esset, non vero in alio sententiæ latæ capitulo, a quo appellatum non esset: hoc colligitur *ex tractatis per eũdemmet Surd. d. loc. sub nu. 4. & sub nu. 6. 7.* & nominatim expressiusq; *num. 8.* Hanc subdeclarationem admisit etiam nouissime Iacob. Schultes, *in aureis suis addit. Modest. Pist. quæst. 22. nu. 12. iunctis nu. 20. 21. 23. lib. 1.*

Subdeclarandum etiam videtur, vt
11 de reformatione necesse habeat † appellatus iudicem appellationis implorare, ad relata *ex Bal per Surd. d. decis. 143. sub nu. 4. vers. subdit tamen, quod si pars est præsens, tenetur petere, alias iudex non supplebit.* sufficeret interim tamen petitionem fieri, et postquam in caussa appellationis lis cõtestata esset: in iis enim terminis versatur decisio Mantuana, ceu est *sub nu. 1.* colligere, ibi. *præterea si lis est tantummodo contestata.*

Extenditur iam secunda declaratio, vt etiam obtineat, quando super laudo
12 † arbitri fuisset reclamatum. Nam & iudex laudum in eius, qui non reclamauit, fauorem reformare laudum potest, *ex Alex. cons. 183 vol. 3. refert Surd. d. decis. 143. n. 6.*

Declaratur prædicta in superioribus,
13 vt quidem reformari † sententia, ceteris paribus, possit, dummodo esset instantia nondũ lapsa, secus e contra: elapsa enim instantia, atque ita actis iudicii corrutis, sententiam reformari haud posse, *acriter respondendo contendit Crauet. cons. 270. post n. 7. vers. venio nunc ad tertium & vltimum.*

ARGVMENTVM.

Reformata sententia, neutrum litigantium in expensis cõdemnari, quousque verum sit.

SVMMARIA.

1 *Reformata sententia diuidua, expensa tantum quoad capitulum reformatum compensantur.*

2 *Sententia reformatoria ex nouis actis prolata, expensæ non compensantur.*

3 *Nec, interlocutoria reformata, expensa compensantur.*

CONSIDERATIO I.

REformata sententia neutram partiũ in expensis condemnari, tradit Dn. Gaill. *num. fin.*

Declaratur primo hęcce doctrina D. Gail. procedere, quantum ad ipsum reformatum capitulum; secus quoad confirmatum, vbi in eadem sententia † plura 1
fuissent decisa capitula. Pro qua declaratione ad terminos facit doctrina per Borgn. Cauasc. relata, & multis auctoritatibus corroborata, *Fiutz. decis. 11. sub nu. 19.* Dicendum est (inquit) quod attendi debent capita prolata in sententia iudicis a quo, & a quibus quis appellauit, & in quibus obtinuit in caussa appellationis. Nam si in eodem libello erunt inserta plura capitula, & vnus in vno, alter in duobus obtinuerit, tunc primus in vna parte expensarum, alter in duobus recuperabit expẽsas, seu prima illa pars compensabitur cum altera parte alterius, & tertiam partem, & sic vnam partem ex tribus restituere victori in duabus: citat Specul. Lanfr. Bal. Soarez. *par. 1. decis. addantur notata per Asin. prax. Florent. §. 32. ampliat. 6. & ampliat. 71. nu. 1.*

Declaratur secundo, vt procedat, quando ex iisdem actis † sententia refor- 2
matoria fuisset cõcepta, secus vbi ex nouis, *ex Gomezio nominatim adduxit Asin. prax. Florent. § 32 cap. 5. num. 2.* de qua declaratione etiam infra *sub tracta. expensar.*

Declaratur tertio obtinere in sentẽtiæ diffinitiuæ, reformatione, non item † inter-

3 † interlocutoriæ: interlocutoria enim sententia, quando per appellationis iudicem reformatur, expensæ inuicem nō compensantur, ceu *ex Ang. tradidit Asin. d.cap.5.sub numero secundo, versic. limitatur tamen.*

ARGVMENTVM.

Sententiam in procuratorem concipiendam proferendamque esse, quatenus de iure ciuili procedat.

SVMMARIA.

1 *Sententia de iure ciuili in procuratorem, quo cum lis ab initio cōtestatur, directo, non in principalem concipienda. num. 2. & 4.*

3 *Etiam casu, quo principalis ad id citatus, in iudicio personaliter positionibus responderit, vel sigilla recognouerit.*

5 *Nec in principalem concepta, per clausulam, omni meliori modo sustinetur.*

6 *An in procuratorem, qui lite iam cum principali contestata assumtus est, an vero in ipsum dominum sententia concipienda. num. 7.*

8 *In summariis caussis, in quibus sola facti veritate inspecta procedendum, sententia in dominum profertur. numero 10.*

9 *In summis Tribunalibus de consuetudine sententia in ipsum dominum concipitur.*

11 *In caussis piis, etiam per procuratorem tractatis, sententia in dominum concepta sustinetur.*

12 *Sex limitationes conclusionis principalis ex Socino referuntur.*

13 *In procuratorem, qui tempore ferendæ sententiæ procurator esse desiit, cōcepta sententia non valet.*

14 *Iniuriarum caussa ciuilis, ad conseruandam existimationem, per procuratorem suscipienda.*

15 *Nullitas sententiæ, ex eo quod in dominum concepta est, ex iisdem actis potest reformari.*

CONCLVSIO CXI.

SAtis perplexa ob Doctorum (vel apud solum glossematicum, *ad l.1. verb. non fuit. C de senten. & interlocut. om. iud.* apparentem) varietatem contrarietatemq; præsentis quæstionis est resolutio. Quam in studiosorum gratiam concise ac distinctim, quātum temporis indulgebat fortuna, a me contractam referre studui.

Cōclusio est sane, de iure ciuili in procuratorem, † non vero principalem, sententiam esse proferēdam, alias fore nullam, *text. l.1. vbi Impp. Seuerus & Antonin.* non videtur rationem habere sententia decessoris tui, qui cum cognouisset inter petitorem & procuratorem, non procuratorem, sed ipsam dominam litis condemnauit, cuius persona in iudicio non fuit, *C. de senten. & interlocut. omnium iudic.* 1

Intelligitur conclusio, vt procedat maxime in procuratore, quo cum ab initio † lis contestata est. Pro hac declaratione firmanda insudauit ad terminos Ioann. Petr. Surd. *consil. 99. numero 33. 34. & sequen.* citatque in comprobationem egregios auctores Lambertum de Rampen. Bart. Bald. Castrens. Salycet. Curt. iun. & multos plures etiam ex recentioribus. Et in his ipsissimis terminis, vbi nimirum, cum procuratore lis erat contestata, respondit Menoch. *consil. 415. num. 1.* vbi duplicem ex Ang. & Bald. rationem affert. 2

Ampliatur primo, quod proxime in procuratore, quo cum lis contestata est, posui, vt etiam sententia, non citato ad audiendum procuratore, sed principali, sit nulla: quamuis † lite iam contestata principalis præuia ad id citatione in iudicio præsens responderit personaliter positionibus, recognouerit sigilla, vel simul actus iussu iudicis fecerit, quū non sua sponte, sed coactus ad iussum scilicet iudicis eos actus presens fecerit, adhuc sententia in procuratorem suū concipienda erit. Ita propriis in terminis factique contingentia consuluit Menoc. *consi. 415 num. 16. 17. 18.* 3

Ampliatur secundo, vt lite cum pro-
4 curatore contestata, sententia † directo in ipsum procuratorem concipienda sit, nec vero sententia valeat his verbis concepta, quod condemnatur procuratorio nomine; quandoquidem in effectu ipse principalis ministerio procuratoris sic condemnatus videatur, *ex Bart. Bald. & Castrens. respondit Ioan. Petr. Surd. consil. 99. n. 22.* Et quamuis (*subdit idem Surd*) Alexand. dicat sustineri posse sententiam latam contra aliquem, tanquam procuratorem Titii, quia verba impropriantur, vt actus sustineatur, *iuxta notat. in l. & puto. ff. fam. ercisc.* tamen contra eum stat opinio Bart. Bald. & Castrens. & quę ibidem sequuntur, vbi *num. 24. 25. 20.* pluribus Alexandri opinionem redarguit.

Ampliatur tertio, vt & sententia in procuratorem, quo cum lis contestata est, non concepta seu pronuntiata, exi-
5 stimetur † nulla, quamuis sententia eadem esset, cum inserta clausula, *om. meliori modo*, prolata. Ita in terminis terminantibus adductis rationibus aliquot respondit nuncupatim super facti contingentia Menoch. *consil. 415. num. 20. 21. & seqq.*

Fallentiam vnam atque alteram huius conclusionis reseruaui ad finem.

Hactenus quid obseruandũ sit, quando procurator litem esset cõtestatus, vidimus. Restat vt & casum, vbi principa-
6 lis † ipse litem contestatus esset, & procurator lite iam contestata assumtus seu cõstitutus esset videamus. Et in hoc sunt variæ opiniones. Nonnulli n. arbitrãtur in ipsum procuratorem sententiã esse ferendam, non vero principalem. Sic sentire, præter alios & communem dicere opinionem Baldum, Socin. *in fallent.* Alexand. Iasonem. Bart. Boer. & Iacob. de Rauen. scribit Fernand. Vasq. *illustr. quæst. nouiss. cap. 20. num. 1.* Et de iure ciuili hanc sententiam satis probabilem esse ex multis legibus & rationibus ibidem a se ad longum recensitis non obscure liquet.

Contrarium, & quod in Dominum seu principalem sententia, nõ vero procuratorem contestata lite constitutum concipienda ferendaque sit, Panormitanum *in cap. cum te. de re iud.* adstruere & communem asserere, & pro hoc, facere text. *l. furti. §. si quis alieno. ff. de infam.* dicit idem Vasq. *num. 2.*

Alii vero, & hæc est tertia opinio, autumant vtrumque, & † in dominum, & 7
in procuratorem sententiam esse concipiendam. Sic diserte statuit glossographus *in l. 1. C. de sentent. & interlocut. om. n. iud. verb. non fuit.* secundum consuetudinem (inquit gloss.) vterque condemnatur, vt omnium seruetur opinio. Et cõmunem appellare theoricam Panormitanum *in d. cap. cum te.* monet idemmet Vasq. qui & ipse cum hac tertia opinione transit, *numero tertio*, & scribit probari, *in l. liberto. §. penult. & fin. ff. de negot. gest.*

Limitatur iam conclusio primo, quod sententia non in procuratorem, sed in dominum ferenda sit; in casibus † sum- 8
mariis, in quibus scilicet sine figura iudicii, & sola facti veritate inspecta, procedendum est, *ex Bart. nuncupatim infert Marant. in Spec. dist. 9. num. 25* In aliis vero casibus vbi summarie, non item sine figura, & strepitu iudicii, solaque facti veritate inspecta procedendaque veniret, procurator, non dominus esset condemnandus. Et ita dissentientes a Bartolo in concordiam reducit Menoch. *consil. 415. sub num. 6.* vbi etiam admonet differre inter se, procedendum esse summarie, & sine figura iudicii.

Limitatur secundo conclusio notabiliter, vt non obtineat de consuetudine in Summis Tribunalibus: in his enim, nõ in † procuratorem, quamuis cum eo 9
lis contestata esset, sed in principalem sententia concipitur. Sic in S. Cam. Imper. obseruatur, teste Dn. Gaill. *num....* sic in Gallia consist. *teste Boeria Burdeg. decis. 285. num. 3.* vbi dicit sic obseruari, tam in caussis ecclesiasticis, quam secularib. in Regia Curia Neapol. *vt est apud Marant. in Specul. dist. 9. sub nu. 25.* ex eo, quo sine figura iudicii in eademque procedatur, *in Rota Roman. referente Vant. de nullit. ex defect. num. 85.*

Huius limitationis meminit etiam Menoch.

Menoch. *consf.415. num.8.* Licet absolute in eo recuset pedem figere, *& diserte statuit eam additio post Aufrer. Capell. Tholos. decis 102.*

10 Extenditur vt maxime procedat † in caussis; in quibus simpliciter, de plano, sine strepitu & figura iudicii, sola facti veritate inspecta, procedendum erit, *ita nominatim post Guidonem Pap. induxit statuitque Cacheran. Pedemont. decis.1. num.33. & comprobauit Bapt. Asin. in prax. §.3. c.12.*

Limitatur tertio conclusio, vt non 11 obtineat † in caussis piis, & nominatim ecclesiæ: licet enim hæc per procuratorē tractentur, lisque cum eo contestata sit, adhuc nihilominus valebit sententia, præsente ipso principali in fauorem ecclesiæ, vel etiam piæ caussæ lata, *ita firmat multis Aufrer. in addit. Cap Tholos. decis. 102.* testaturque sic, præhabita diligenti discussione, fuisse IVDICATVM Tholosæ se officiali. Idem procedit, quando sententia in mortuū esset lata, *vide sup. concl. 109.*

Limitatur etiam conclusio ex collectis Socini, *in reg. 389. iuxta Colon excuss. alias 316.* sex modis. 12 † I. Quando ad vnum duntaxat actum constitutus esset procurator, tunc enim in dominum, non procuratorē, sententia ferenda est. II. In sententia interlocutoria minus præiudiciali. III. Quando ipse dominus esset præsens in iudicio: sed hæc non vera est, quando litem ipse procurator contestatus fuisset, sicuti supra euicimus. IV. Quando illustris persona veniret cōdemnanda super iniuriis. (Ratio illa est, quod illustres per procuratorem agant & conueniantur, *ad notat. Dn Gail. num.4.* Quid in humilioris cōditionis hominibus super iniuriis conuentis obseruetur, dixi *paulo inferius, & admonui pluribus. lib. 2. conclus. 102.*) V. In caussa matrimoniali. VI. In procuratore seruitutis realis, *ex l. qui aliena. § fin. ff. de neg.*

Aduertendum tamen sedulo circa omnia prædicta erit parti, quæ caussæ suæ 13 † fidens, sententiam in sui commodum proferri sperat, & hactenus per procuratorem litem agitasset; ne procurator ille-met desierit procurator esse tempore ferendæ sententiæ; nam hoc casu in sui, principalis scilicet, fauorem lata sententia non valebit, sed nulla erit, *Ptolomaeus Rot. Rom. decis 797.* vbi quod ita IVDICATVM sit, *lib. 3. part. 3. in nouiss. diuersor. testatum exstat.*

Conducit etiam (vt obiter, coronidis vice, moneam) non modo, verum etiam præsentaneū porrigit conseruādæ † existimationis remedium, per procuratorem litem iniuriarum in ciuilibus suscepisse: sententia enim cōdemnatoria iniuriarum, quamuis alias infamiam irroget, *ad l.4. §. vlt. ff. de his qui not. inf. l. iniuriarum C. eod cum concord quo de conclus. 102. lib. 2. nonnihil tractauimus.* hoc casu neutri, nec principali, nec procuratori honoris periculum creat, *l. furti. 6. ff. de his qui not. infam. §. si quis alieno nomine.* & in terminis nuncupatim consuluit Mynsf. *respons. 74. num. 12. cent. 1.* Sunt tamen, qui contendunt, adhuc dominum, seu principalem facti infamia notari: sed hæc suo veniunt reseruanda loco. 14

Declaratio circa omnia prædicta hęc erit obseruanda, quod nullitas in † prolatione sententiæ, ex eo, quod in dominum concepta esset, dum tamen in procuratorem proferenda fuisset, reformari possit ex iisdem actis, *auctoritate fretus Baldi, Alex. & Cornei concedit Crauetta, consf. 270. post num. fin. vers. si vero nullitas non respiciat, & idem supra a me notatum est concl. 190. consider. 1.* 15

ARGVMENTVM.

Sententia vtrum de iure Canonico in procuratorem, an vero principalem proferenda sit.

SVMMARIA.

1 *Sententia an in principalem, an vero procuratorem concipienda sit de iure canonico, discrepantes reperiūtur Doctorum opiniones.*

2 *Sententia lite cum procuratore contestata, in dominum præsentem, de iure Can. recte fertur.*

CONSIDERATIO I.

De iure Pōtificio vtrum in Dominū, † an vero procuratorē concipiēda 1

veniat sententia, iterum variatio est, & tres reperiuntur opiniones ad instar de iure ciuili. Prima est, quod in procuratorem solum concipiatur. Secunda, vt in dominum solum. Tertia, vt in procuratorem & dominum, atque ita vtrumque proferri debeat, *ita ex Alex. Abbat. Boerio & Romano refert Fernand. Vasq. illust. quæst. nouiss. cap. 26. num. fin. lib. 2.* Capella autem Tholosana, *vt in decis. Ioan. Corserii, 102.* IVDICAVIT, quod valida esset sententia in præsentem dominum † concepta seu lata, quamuis cum procuratore lis fuisset contestata, & ad sententiam vsq; agitata: &, quod de iure canonico sententia valeat in dominum lata, quamuis cum procuratore lis esset peracta, opinatus est Frid. Schenck. *lib. progymn. 2. tit. 14. sub num. 67.*

ARGVMENTVM.

Sententia in matrimoniali caussa lata, an, quando & quatenus in rem iudicatam transeat.

SVMMARIA.

1 *Sentētia in caussa matrimoniali nō transit in rem iudicatam.*

2 *Hinc pars victa quandocunque de errore querelare potest.*

3 *Sententia pro matrimonio lata in rem iudicatam transit.*

4 *Nisi matrimonium in gradibus prohibitis contractum esse postea appareat.*

CONCLVSIO CXII.



1 IVRIS apertissimi exsistit conclusio, sententiam † in matrimoniali caussa latam in rem iudicatam non trāsire, *cap. lator. 7. c. consanguinei. 11. de sent. & re iud. c. fraternitatis. 6. de frigid. & maleficiat.*

Declaratur conclusio, vt intelligatur, quatenus errorem sententiam caussantem continet; vt sententia non obsit, quamuis appellatum non esset, quo minus quandocunque de errore a parte victrice doceri, indeque sententia retractari queat. Hæc declaratio fundatur citatis in textibus. Et firmatur ab Hieronym. a Laurent. *Auion. decis. 70. num. 3.* vbi quod in illa met Rota IVDICATVM fuerit, sententiam super matrimonio latam non transire in rem iudicatam, respectu querelæ † vel nullitatis, & restitutionis in integrum, sed bene occasione appellationis: quandoquidem is, qui aduersus sentētiam matrimonialem venire intendit, non possit appellare post decem dies, quod ibidem plurib. prosequitur. Huic etiam declarationi conuenit intellectus in propriis terminis datus per Ioach. Beust. *tracta. de matrimon. cap. 39.* vbi in hæc verba (*quæ & traditis Dn. Gaill. num. 11. conueniunt*) *Præterea* (inquit) *ista doctrina, quod in caussis matrimonialibus sententia non transeat in rem iudicatam, ita accipienda est, vt procedat quoad hoc, vt non possit probari contrarium, quia illud quandocunque fieri potest. In caussa matrimoniali non currit præscriptio, vt dicit gloss. in d. cap. lator. in verb. permanere (adde inducta Boerii, Burdegal. decis. 264. num. 18.) Sed post latam sententiam, si ab eo debito tempore legitime non appellatur, præsumtio est pro sententia, quod rite prolata sit, & quod illud tempus deserta appellationis, dicitur in rem iudicatam transire: nisi enim ita intelligatur, sequeretur absurdum, quod videlicet sententia in caussa matrimoniali nunquam mereretur exsecutionem, & sic tale iudicium esset elusorium. contra l. cum prætor. ff. de iudic. ita singulariter consuluit Paul. de Castr. consil 354. numero 2. volum. 1. incip. videretur. Et ideo iudex eam sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, exsequi tenetur. l. a diuo Pio in princip. & ibi Dd. ff. de re iudic.* Hactenus Beust. Hunc intellectum comprobat Fichard. *consil. 36. numero 7. volum. 1. & ex Abbat. atque Castrens. nominatim in comprobationem adduxit Ioan. Petr. Surd. consil. 223. num. 31. Dn. Benderus in tract. reuis. conclus. 25. num. 65. ex Hostiens. etiam eandem admittit declarationem.*

Declaratur secundo, vt obtineat conclusio, quando contra † matrimonium sententia prolata esset. Beust. *d. cap. 39.* Quādo autem pro matrimonio sententia esset lata, conclusio cessat; nam hęc vtique in rem iudicatam, nisi appelletur, transit,

transit, *ita nominatim post alios Cas. Contar. in l. diffamari. cap. 3 num. 173. C. de ing. & manumiss.*

Subdeclaratur, quod dixi, sentētiam pro matrimonio latam in rem transire
4 iudicatam, vt fallat, quando † constaret matrimonium esse contractum in gradu prohibito. Nā retractari adhuc sententia quandocunque posset, *d. cap. lator. 7. c. consanguinei.* 11. *de sentent. & re iud. & cum Dn. Gall. num....* ita inter moderniores statuunt Beust. *dicto tract. matrim. cap. 39 versic. secundo vero casu.* vbi etiam subiungit hoc matrimonium adeo legibus esse inuisum, vt & cuiuis de populo ad illud infringendum actio detur, *ex cap. fin. qui matrim. accus. poss. cap. iurauit. de probat.* non tamen facilis (*inquit ex Gozadino Contard. d. cap. 3. sub num. 174.*) esse debet iudex in admittendo talem querelam cōtra sententiam pro matrimonio latam, *sicuti & hortatur Hieronym. a Laur. d. decis. 70. sub finem num. 3.*

ARGVMENTVM.

Sequestrandam esse puellam lite super desponsatione pendente.

SVMMARIA.

1 *Sequestratio regulariter prohibita.*
2 *Sequestratio rei, cui scandulum timetur, licita.*
3 *Puella, lite super desponsatione pendente, sequestranda.*
4 *Matrimonialis caussæ cognitio, quando ad laicum, vel ecclesiasticum spectet.*

CONSIDERATIO I.

Digressionem, forsitan nimis longe petitam, hic cogimur facere, de sequestratione puellæ, cuius de desponsatione iudicio contenditur.

Quamuis igitur regulariter seque-
1 stratio † sit prohibita, *l. vn. C. de prohib. sequest. pecun. Sichard. consil. feud. 7. numero quinquagesimooctauo,* vbi ad res immobiles extendit, & regulam statuit, *notat. Baumann. tracta. de seq. cap. 2.* pluribus infra conclusione 147. hoc libro diximus.

Fallit tamen inter ceteros casus, quando scandulum † aliquod, ni sequestratio 2
fieret, timeretur suboriri: eo quippe casu apud tertium sequestratio rei, cui scādulum timetur decernitur officio iudicis nobili, *ita Ludouic. a Peguerra. quæstio. 33. numero duodecimo.* Huic fallentiæ proxime accedit, casus sequestrandæ puellæ: pudicitiæ enim conseruandæ ergo, puella † venit monasterio, vel parocho, 3
vel honestæ matronæ, iuxta iudicis arbitrium, committenda, adeoque, donec lis finita fuerit, sequestranda. Et hanc fallentiam DECISIVIS consiliis probauere diuersa Collegia Tubingense, Lipsense, Ienense, ceu est apud Dominum Ernestum Cothmann. *consil. 1.* & luculenter etiam Dominum Nicol. Reusnerum, *decisio. 3. libro primo,* videre. Hac de quæstione Dn. Andr. Cludius, *in perspicuo de sequest. tractatu egit, cap. 8. casu septimo & octauo.* Quę quidem fallentia, cum saltem obiter hic erat attingenda, & per se satis solide à citatis Doctoribus pertractata exsistat, ad eosdem studiosum lectorem ablegatum velim. Et tractatur etiam ab vtroq; DD. Cothm. & Reusner. eodem loco grauissima illa quæstio, liberi vtrum dissentientibus parentibus matrimonium contrahere valeant, quam quidem quæst. & ego *lib. 2. attigi.* Postremam sequestrandæ puellæ fallentiam, diserte etiam statuit cum D. Gaillio, quem citat, Bauman. *de sequest. cap. 3. num. 14.*

CORONIS REMISS.

Iudex caussæ matrimonialis, an † & 4
quando, vel ecclesiasticus, vel laicus sit, examinant inter recentiores Menoch. *cons. 366. Farinac. quæst. crim 8. num. 148. & seqq. Vincent de Franch. Neap. decis. 36. Moz. de contract. tit. de matrimon. rubric. de natural. matrim. num. 18. nouiter etiam Annæus Robert. Decis. Senat. Reg. Paris. lib. 3. cap. 5. Francisc. Monald. cons. 130. per tot.* & hodie Ingolstadiensium ea de quæstione exstat dissertatio aduersus tractatum super hac quæstione, non ita pridem in Germania excusum.

ARGVMENTVM.

Citatio ad sententiæ exsecutionem, an & quando requiratur.

SVMMARIA.

1 *Exsecutio effectus & finis sententiæ, imo iudicii.*
2 *Exsecutio citata parte fieri debet.*
3 *Si exsecutio super alia re, quam super qua iudicatum esset, facienda sit.*
4 *Ad exsecutionem, & is qui lite pendente rei possessionem adeptus est, citari debet.*
5 *Ad exsecutionem sententiæ super actione personali lata, partis citatio requiritur.*
6 *Sententia in vna prouincia lata, non mittitur exsecutioni in altera, parte non citata.*
7 *Exsecutio non fit in hereditate iacente, nisi citato curatore.*
8 *Ad exsecutionem sententiæ de ponendis limitibus, citatio partis accedere debet.*
9 *Exsecutio si in re, super qua iudicatum, ab eodem iudice, inter easdem partes fieri debeat, citatione opus non est.*
10 *Nisi sententia post appellationem desertam exsequenda veniret.*
11 *Exsecutio sententiæ regulariter transit in heredem.*
12 *Heres tamen ad exsecutionem citandus est.*
13 *Etiamsi exsecutio in eadem re, super qua pronuntiatum est, fieri debeat.*

CONCLVSIO CXIII.

HActenvs de sententia. Nũc ad ipsius sententiæ effectum, exsecutionem scilicet, *cap. suscitata.* 6. ibi, *effectum sententiæ. de in integr. rest.* progrediamur. (Quid enim sententiam in sui fauorem habere prodesset, nisi eiusdem detur exsecutio? ceu ex Speculatore ad hos terminos refert Asin. *in prax. Florent.* §. 31. *cap.* 2. *num.* 1. Exsecutio (inquit Dn. Ioann. Caluin. *tract. de Imper. capitis* 8. *mem.* 2. *sub num.*
1 26.) nihil aliud est, † quam finis, scopus, & effectus iudiciorum, quem si non assequantur, nihil aliud sunt iudicia, quam inania, friuola, ludicra exercitia, & ineptæ σκιομαχίαι, ab omni iuris fundamento alienissimæ: quippe sine ea, principalia illa iuris præcepta, & firmamenta, quę sunt, honeste viuere, alterum non lædere, suum cuique tribuere, plane frigent, ac negliguntur.)

Statuenda igitur conclusio, exsecutionem † debere fieri citata parte, latissime comprobat Bapt. Asin. *in prax. Flor.* §. 31. *c.* 4. *nu.* 1. cum etiam aliis post Rebuff. respondit Alex. Raud. *cons.* 28. *n.* 44. *vol.* 1. & regulam quod in exsecutione sententiæ requiratur partis, contra quam, citatio esse de iure probatam, deducit & legib. auctoritatibusq; firmat Io. Vincent. Honded. *decis. consult.* 20. *nu.* 43. *p.* 1. atque adeo in qualibet exsecutione hoc tutius esse, ex eodem Rebuf. comprobat Mag. *Floren. decis.* 120. *nu.* 6. & conferunt notat. ex Cyno, & aliis per Schurff. *consil.* 19. *n.* 4. *cent.* 1. accedere visus est his Matth. Coler. *de process. exsecut. p.* 3. *c.* 7. *sub num.* 1. *vers. quantumuis etiam ex iudicato iuncto vers. requiritur tamen citatio partis.* 2

Infertur primo, vt citatio ad exsecutionẽ sentẽtiæ requiratur, vbi exsecutio † in alia re fieri deberet, quam super qua iudicatum esset, *Menoch. de recup. poss. rem.* 8 *sub nu.* 78. *vers. vt alia in re. Gabr. Rem. lib. sent.* 2. *tit. de cita. concl.* 1 *sub n.* 131. *ibi. sed si fiat exsecutio in alia re. Mag. Flor. decis.* 120. *nu.* 10. 3

Extẽditur hæc illatio, vt citatio in exsecutione requiratur eius, qui † lite pendente possessionem acquisiuit, quamuis in actione reali sentẽtia esset lata. Sic expresse comprobat ex Bal. Corn. Innoc. Aret. Bella. Natt. Mandos. Bott. Caualc. & Capic. Io. Vinc. Hond. *decis. consul* 20. *nu* 48. vbi extensionem ampliat ex Ang. quamuis post latam sententiam alienatio facta esset. 4

Infertur secundo, vt ẽt procedat, quãdo sentẽtia lata esset super actione † personali: nam & hoc casu citatio ad exsecutionem requiritur, *ita in ipsis terminis respondit Io. Petr. Sard. cons.* 168. *nu.* 17. 5

Infertur tertio, vt sententia vna † in prouincia lata non mittatur exsecutioni in alia prouincia, nisi cõdemnatus citetur, *Alex. Raud. respons.* 20. *nu.* 44. *vol.* 2. 6

Infertur quarto, vt contra hereditatẽ † iacentem exsecutio non teneat, non citato curatore, *videatur Ti. Dec. resp.* 108. *nu.* 11. & 90. *vol.* 2. 7

Infer-

Infertur quinto, vt etiã citatio requiratur ad exsecutionem sententię, de po-
8 nendis † seu plantãdis limitibus, seu terminis. Ita in ipsis terminis & facti cõtingentia firmat Franc. Marc. *Delp. deci. 169. per tot. par. 1.* vbi & testatũ facit, se cõmissatio sic RESOLVTVM fuisse.

Fallit iam cõclusio a sensu primæ illa-
9 tionis contrario, quãdo in eadẽ † re, super qua iudicatũ est, exsecutio per eundem iudicẽ inter easdẽ personas deberet fieri: eo. n. casu citatio nõ requiritur. *ita Gabriel. de cit. concl. 1. sub nu. 131. ex Innoc. quem ibi. cum aliis multis citat, & magis communẽ laudat. dixi notanter secutus Gabr. inter easdem personas.* nam vbi exsecutio, etiam in eadem re, super qua Iudicatum esset, contra aliũ, quam in sententia nominatũ, fieri deberet, huius citatio requirit. Ita communem esse sententiã, & in praxi obseruatã, post Bursr. Vestr. Contard. & alios respõdit Io. Vinc. Hond. *dec. consult. 20. sub n. 45. vers. Id procedit. & seq.*

Declaratur hæc fallentia, vt non procedat, quando de sententia appellatũ esset,
10 & postea appellatione deserta, sententia veniret primum exsequenda. Tũc enim citatio appellantis de exsecutione requiritur, ex Bar. Bal, Ang. Decio & Marant. in his propriis fallẽtię terminis respondet Menoch. *cons. 365. sub nu. 10.*

Hanc declarationem nonnihil infirmãt quæ a Gabr. *d. concl. 1. num. 133.* adducuntur, vbi q; sententia appellatione deserta exsequatur absq; noua cõdemnati exsecutione, modo exsecutio sit liquida & per iudicem nõ fuisset inhibitum.

Fallit secundo conclusio, vt quamuis
11 regulariter exsecutio † sententiæ in heredem trãseat, sicuti ex *l. in contract. ibid. Bar. ff. de re iud.* & auctoritate Ias. Gomezii q; *in §. fuerat. Inst. de act.* nec non Duen. *in reg. 277.* illatiue deduxit Iosep. Ludou. *concl. 16. nu. 58.* & cõsulendo firmauit Camil. Borell. *cons. 90. n. 2.* quando tamẽ ex-
12 secutio † contra victi successorẽ esset facienda, semper requiri citationẽ, ex Innoc. Ang. Bal. Alex. & Marant. docet Asin. *in prax. Flor. § 7. ca. 5. limit. 9. sub limit. 6.* & inducendo sequitur Lanceil. *de attent. par. 3. ca. 27. nu. 30.* comprobat item Gabr. Rom. *d. concl. de citat. 1. n. 134.* Vincent. de Franch. *Neap. decis. 405. n. 9.* vbi diserte ex Innoc. refert & sequitur, citationem requiri hoc casu etiam contra heredem, q; & in interdicto, *vti possidetis*, vt & hic, victo seu ad restituendũ condemnato defuncto, heres veniat ad exsecutionẽ citandus, locum habere, *admittit Vrsill. in addit. Neap. decis. 141. nu. 2. 3.*

Extenditur hæc fallentia, vt etiã ob-
tineat, quamuis in † eadẽ re petita & super qua condemnatio facta erat, exsecutio fieri deberet, *ita ex dictis Ang. in l. oratione. §. 1. ff. de sériis, nominatim porrigit Vinc. de Franch. Neap. decis. 405. sub n. 9. vers. & hæc opinio est adeo vera.* Aliter atq; ego retulit nonnullas ampliationes & limitationes Asin. *d. §. 31. cap. 4. & idem Asin. tract. §. 7. cap. 5. limit. 8. 9.* 13

ARGVMENTVM.

Exceptiones exsecutionem impedientes quæ coram mero exsecutore proponi possint.

SVMMARIA.

1 *Merus exsecutor quis.*
2 *Merus exsecutor exceptionum contra exsecutionẽ oppositarum, notionẽ nõ habet.*
3 *Neque de sententia nullitate cognoscit.*
4 *Merus exsecutor an & quatenus sentẽtiam iniustam exsequi teneatur nu. 6.*
6 *Merus exsecutor exceptiones euidenter iniustas audire potest.*

CONSIDERATIO I.

PRacticabilis totaq; die perfrequens est quęstio, an & quando merus exsecutor exceptionum exsecutionis impeditiuarum habeat notionem. Merũ exsecutorem dicunt seu nudum (vt hoc ad 1 differentiam aliorum prẹmittã) Doctores, cui negotiũ iam præsentib. & vocatis partib. plane discussum lata sententia committitur exsequendum. *ita post Bart. Imol. & alios Io. Pet. Surd. cons. 301. num. 68. & idem Surd. cons. 334. num. 4. vbi late.*

Positio sit, merum exsecutorem † ex- 2
ceptionum aduersus exceptionẽ oppositarum non habere notionẽ. *ita D. Gaill. n. 8. & nuncupatim post Bar. Alex. Ias. Bald. Zuchard. & alios firmat Menoch. de arbit. iud.*

quæ.38.n.20. Subditq; huius positionis rationem esse, quod nō hic exsecutor, sed committens seu mandans exsequatur. *Io. Caluin. de Imp. c. 8. tmem. 2. nu. 33.*

Ampliatur, vt eo minus merus exsecu-
3 tor † cognoscat de sententia nullitate. *Tiber. Decian. tract. crim. lib. 4. c. 38. nu. 3.*

Ampliatur secundo positio, vt merus exsecutor teneatur exsequi sententiam,
4 quamuis † vt priuatus sciret sententiam esse iniustā, *ita tenet nuncupatim aduersus Alciat. & huic concordantes, Tib. Decia. tract. crim. lib. 2. ca. 14. n. 26.* quæ tamen Deciani opinio satis dura & Christianæ dilectioni parum conuenit.

Limitatur positio, quando exceptio-
5 nes † aduersus exsecutionē oppositæ essent euidēter iustæ. Hoc. n. casu merum exsecutorem eas audire posse, respōdit post gl. Imo. & Crau. *cons. 556. n. 8.* & post Imol. & Fel. respōdit etiā Menoch. *cons. 790. ante nu. 10. & idem Menoch. de arbit. iud. q. 38. nu. 21.* vbi de exceptione notoria.

Plures retulit limitationes Menoch. *de arbit. iud. q. 38. n. 23. 24. 25.* quæ etiā huc facere videntur. Aliter atq; aliter, an & quando exsecutor de exceptionibus coram se oppositis cognoscat, resoluit distinguendo Mynsing. *obs. 69. cent. 3.*

Addo his ꝓ faciliori intellectu, quan-
6 do † exsecutor teneatur absq; vlteriori cognitione exsecutionem exsequi, vel minꝰ, distinctionē per Menoch. *cōs. 676.* traditā, vbi quatuor relatis casib. explicare adnititur. Primus illi casus est, quādo aliquis magistratꝰ a iudice alienæ iurisdictionis esset delegatꝰ exsecutor sententiæ in caussā criminali latæ, hoc casu communem esse opinionem, ait, ꝙ hic exsecutor, si sententiam cognouerit esse iniquā, ex qui eam nō teneaᷤ. Secundus, quādo magistratus a iudice alienæ iurisdictionis esset sentētię exsecutor datus, seu potius requisitꝰ in caussā ciuili inter subditos iurisdictioni ipsius iudicis, sed bona sint sita in territorio magistratus exsecutoris illius dati seu requisiti, & nō constaret aperte de iniquitate & iniustitia sentētiæ hoc casu notionē exsecutorem non habere, licet (ceu ex Zasio *in l. a Diuo Pio. ff. de re iud.* refert idē Menoch.) valeat recipere exceptiones sententiam non impugnantes. Tertius, quando magistratus a iudice alienę iurisdictionis esset requisitꝰ ad sententiā a se ipso iudice, in caussā ciuili inter subditos non ipsius iudicis, sed magistratus exsequutoris requisiti, latam exsequatur, & bona etiam, in quib. exsecutio fieri debet, sita essent in territorio eiusdē magistratus requisiti; & non constaret, sententiam esse iniquam & iniustam, hoc casu absq; alia cognitione debet exsequi. Quartus illi casus est, quando magistratus a iudice alienæ iurisdictionis esset requisitus exsequi sententiam, a se in caussā ciuili ꝓlatam, inter subditos nō ipsius iudicis requirētis, sed requisiti, & bona, in qua exsecutio fieri debeat, sita essent eiusdē iudicis requisiti territorio, hoc casu vbi constaret, sentētiam esse iniquā & iniustā, exsecutorē hunc requisitū non teneri exsequi. Hunc vltimum casum 6. rationib. firmat, testaturq; *ad fi. cons.* iuxta eundem senat. Reg. Mediolan. IVDICASSE.

Ordinarius loci vtrū ad mandatū delegati a principe exsequi teneaᷤ sententiam Delegati euidenter iniustā, pertractat Marant. *disput. 1. per tot.* Ecclesiastici iudicis sententiam, an & quando laicus exsequi teneatur, dixi *infr. concl. 115.*

ARGVMENTVM.

Exsecutionem an, & quando exceptio latioris indaginis impediat.

SVMMARIA.

1 *Exsecutio per exceptionē, quæ altiorem requirit indaginem non suspenditur.*

2 *Nisi exceptio facta exsecutione, non permaneret salua.*

CONSIDERATIO II.

EXsecutionē non impediri per exce- 1
ptionem † latiorē indigentē tractatum, inducit post alios D. Gaill. *n. 11.* accedit post Bart. Ias. & alios Boer. *Burdeg. decis. 79. sub nu. 6. ad fi. vers. tum quia.* & auctoritate Rip. Rimin. Iun. Cephaliq; firmat Franc. Viu. *Neap. decis. 416. num. 5.* & disertissime in his terminis docet post Alexand. Capic. & alios Ioan. Baptist. Asin. *in prax. Florent. §. 31. cap. 2. ampliat. 12.* nec non

nec non ex Cōtardo statuit Rot. Lucensi. 6.n.20. Valerio Vallaria relatore: & multorum auctoritatibus in terminis factiq; contingentia respondet, cōmunemque Doctorum opinionem ex Alex. laudat, Menoch.*cons.478.nu.54.*

2 Fallit, quãdo illamet exceptio † latioris tractatus exsecutione facta, non permaneret salua, atq; ita exsecutio illa irretractabilis esset, graue inferēs excipienti damnū: hoc. n. casu aduersus exsecutionem indistincte admitti ex Cyno, Bald. Raphael. Cuman. Castr. Alex. Ias. & Ripa statuit Ludolph. Schrad.*de feud.par.9. sect.11.n.68.*& diserte pro fallentia tradidit Menoch,*de arbit.iud.q.98.n.7. notaui, & supr.conclus.70.sub Ampliat.quinta.*

ARGVMENTVM.

Tertius an. & quando exsecutionem sententiæ impedire valeat.

SVMMARIA.

1 *Tertius exsecutionem sententiæ impedire potest.*
2 *Non modo in petitorio, sed etiam in possessorio.*
3 *Ob solam suam possessionem saltem summarie probatam. Veram tamen. n.7.*
4 *Sententia super actione personali nō mandatur exsecutioni aduersus tertium possessorē, quãuis lite pendente emisset.*
5 *Per actionem personalem res non fit litigiosa.*
6 *Si tamen in fraudem alienatio facta sit contra tertium sententia exsecutioni mandatur.*
8 *Tertius pro rata iuris sui exsecutionē sententiæ impedit, quando æque principale ius in re habet.*
9 *Aduersus defuncti, in interdicto vti possidetis victi, heredem, exsecutio ex persona heredis non datur.*
10 *Tertius exsecutionem iam antea mandatam impedire potest.*
11 *Tertius exsecutionem trium conformium sententiarum recte impedit.*
12 *Venditor, litem aduersus emtorem motā ignorans, etiam post decendium appellando exsecutionem sententiæ remoratur.*
Licet sint, qui dissentiant. eod. nu.
13 *Exsecutio aduersus consortē ob appellationem consortis ex iure indiuiduo suspenditur.*
14 *Tertius litem agitari sciens, exsecutionem non impedit.*
15 *Exsecutio aduersus tertium nō datur, nisi præuia caussa cognitione.*
16 *Tertius ad caussam, si sua interesse putauerit, citatus, exsecutionem non remoratur.*
17 *Nec quando victor de restituendo in casum succumbentiæ caueret.*
18 *Victus si post sententiam latam rem alteri vendiderit, aduersus emtorem datur exsecutio.*
19 *Contra tertium rem litigiosam ementem exsecutio datur.*
20 *Tertius sui dominii in possessionis adiudicatione recte opponit.*
21 *Tertius interueniens, cōtra quem stat præsumtio calumniæ, lata sententia nō est admittēdus.*
22 *Licet cauere velit, se interesse suū incontinenti probaturum.*

CONSIDERATIO III.

Tertius (*inquit Dn. Gaill. n. 12.*) exsecutionem sententiæ † impedire potest. 1 *ex l. sæpe. ff. de re iud. & per Canonist. in c. cum super. ext. eo. accedit his Franc. Viu. Neap. deci. 304.n.3. Matth. Wesenb. in terminis. cōs.100. n.12. & seqq. & multis pro regula firmat Nic. Boer. Burdeg. decis.79.n.1. & corroborat nuncupatim. Io. Bapt. Asin. in prax. Flor. §.31.ca.2. limit.5. ampliat.5. ampliationis iterū.5. ad 16. ampliat. Principalem. & faciunt notat. sup. conclus.70. Ampliat.5.*

Ampliatur primo, vt & tertius nō modo † in petitorio, sed etiā in possessorio 2 exsecutionem sententiæ impediat. *late Wesenb. d. cōs.100. sub n. 12. vers. tam in petitorio. & nu.14. vers. & quod in possessorio.*

Ampliatur secundo, etiam tertiū impedire exsecutionem sententiæ † ob so- 3 lam eius possessionem. *Crauet. cons.978.n. 17.* etiā summatim seu apparenter saltem a se probatam. *eo. cons. sub n.17. vers. sed nec plena. Mynsing. in c. veniens.38.nu.11. ext. de testib. videatur limit. tertia. declaraui hanc ampliationem paulo post. vers.*

Extenditur, vt ampliatio etiā pcedat, quando sentētia in actione personali esset lata: nam hoc casu exsecutio † nō fit 4 contra tertium possessorem, quãuis lite pendente emisset, sed primū reuocatoria agēdum foret. *Io. Pet. Surd. Mant. decis. 306.n.fi.* vbi multos ad hoc citat. Sed plurib. stabiliuit Borgn. Caualc. *Fiuiz. decis. 16.n.7.par.1.* subditq; *nu.9.* Rotam Florēt. ita IVDICASSE.

Hæc extensio firmatur illa theorica, qua Dd. cōtendunt, q per actionē † per- 5 sonalē res nō fiat litigiosa, atq; inde pendente hac lite alienatio citra litigiosi vitium fieri possit. *ad not. in term. Rob. Lancel. de attent. in præfa. nu.566. & 567. c.4. par.2.*

Falleret tamē primo extensio, quan-

6 do starent † coniecturæ, quod in fraudem alienatio facta esset, *Mattheus Colerus de proces. exsecut. part. 2. capit. 3. num. 421.* vti, quia victus non sit soluendo. *ad not. Borgnin. dict. decis. 16. num. nono.* Item, quando emtor sciuisset litem motam. Maxime autem falleret extensio, quando vtraque relata qualitas, nimirum victum fuisse non fuisse non soluendo, & emtorē motam fuisse litem sciuisse (quę scientia non præsumitur, dixi *conclus. 118.*) concurreret. quo casu communiter per omnes sese receptum, quod sententia in victum lata, contra tertium recta mandetur exsecutioni, ex Ripa refert & in terminis firmat Ioannes Petr. Surdus *consil. 405. sub fin. numer. 10. iuncto num. sequent.* & stantibus hisce coniecturis dissentiētium a fallētia opinio, quam opinionem & in via disputationis videri posse sustineri, dixit Colerus *dict. loco.* hoc casu, quasi cōciliationis osculo placaretur, vt, scilicet procedat, quando coniecturę concurrerent, quod alienatio in fraudem facta sit. *ad not. Surdi sub dict. consil. 405. numer. decimo, vide etiam dicta infra conclus. 118. considera. prima, hoc libro.*

Fallentiam huius extensionis secundam, vbi, scilicet actione personali pro dominio consequendo actū esset, coactus sum, *sub conclus. 118.* collocare, vbi omnino videas.

Declaratur iam ampliatio secūda, vt
7 de vera † possessione intelligatur, seu quando interueniens vere possideret, non vero quando possessionem non haberet, sed se possidere allegaret, eo enim casu exsecutionem haud impedit, adseuerat Aluarottus Valascus *rer. iudicat. Reg. Lusitan. consult. 55.* testatum sub fin. *numer. quarto,* IVDICASSE Regium Senatum. Adde his quæ sup. *concl. 70.* circa Ampliat. quintā a me ex Osasc. Rot. Rom. & Caualc. dictæ sunt. *vers. His adde tertium.*

Ampliatur tertio, vt tertius pro iu-
8 re suo † quantum suum respicit pro rata ius, exsecutionem sententiæ possit impedire, quando æque principale ius in re, super qua iudicatum esset, haberet. Quandoquidem hæc sententia tertio non præiudicet; Dominus Valent. Forster. *tracta. successio. ab intest. libro secundo, capit. 2. numer. 21.* Et ita nominatim respondit Crauet. *consil. 481. numer. 21.* & in coheredibus, legatariis, exemplificat Marc. Anton. Peregrin. *de fideicommiss. artic. 53. numer. 40.* vbi multis comprobat *idem Peregrin. consil. 24. num. 28.* Hinc IVDICAVIT Consil. Pedemont. sententiam contra vnum vasallum incitatis ceteris non obesse, quamuis litis factæ habuissent notitiam *adseuerante Osasco Pedemont. decis. 157. per tot.*

Ampliatur quarto, vt nec aduersus defuncti † in interdicto, vti possidetis, 9
victi heredem exsecutio detur ex persona heredis. Ita IVDICASSE concurrentibus omnium suffragiis Senatum Neapolitanum testatur Afflict. *decis. 145.* licet detur exsecutio, vbi actione iudicati contra heredem peteretur, ceu ibidem comprobat Afflict. de quo suo loco exactius.

Ampliatur quinto, quod adhuc nihilominus tertio competat ius impediendi exsecutionē, † quamuis iam su- 10
per exsecutione esset pronuntiatum, & mandatum, siquidem ante actualem exsecutionem quandocumque tertius admitti debeat. Ita expresse firmat, & in terminis sentire Alexandrum, Rebuffum, Zuchardum & Ancharanum Regiens. adstruit Hieronym. Magon. *Flor. decis. 104. nu. 27.*

Hæc ampliatio dubitationem videtur habere: sunt enim qui autumant tertium principaliter etiā interuenientem exsecutionem non posse impedire, nuncupatim factique contingentia Ita statuit Iosephus Ludouicus Perusin. *decis. 26. numer. 26.* vbi dicit, quod quamuis sint qui contendant, tertium principaliter pro suo iure interuenientem exsecutionem impedire posse, cōtrarium tamen esse verius, quando super re aliqua, in quam exsecutio erat facienda, lis esset ventilata. Subditque idem Ludouicus *ad finem dict. decisio.* se ita IVDICASSE.

Amplia-

11 Ampliatur sexto, vt etiã tertius † ceteris paribus exsecutionem triũ conformium sententiarum aduersus alium latarum impedire valeat, *dixi & declaraui conclus. 70. vers. subampliatur notabiliter.*

Ampliatur septimo, vt etiã venditor,
12 quamuis † post decendiũ, atq; ita postquam sententia in iudicatũ contra emtorem transiuisset, appellauerit, stante sua nesciẽtia, prolatã fuisse sententiam, exsecutionem sententiæ in emtorẽ latæ impedire valeat. Ita Cæsar Vrsill. dilucide admitit firmare *in add. Affl. Neap. decis. 15. nu. 3. 5.* adseueratque sub finem decis. ita in Magno Reg. Consi. se in caussa aduocante, IVDICATVM fuisse.

Contrarium huius ampliationis propugnare † acriter contendit Ioannes Vicen. Honded. *consil. 25. vol. 1.* de quo vide quid notarim infra *conclus. 122. hoc lib.*

Ampliatur octauo, & pro nunc vltimo, vt nec contra litis † consortem sen-
13 tentia condemnatum detur ex iure indiuiduo cõgrui exsecutio, quamuis ipse appellasset, nec tamẽ prosecutus appellationem fuisset, cum alter consortium appellauisset, appellationemque adhuc prosequeretur. Verum exsecutio etiam quo ad hunc deserentem cõsortem, donec appellationis caussa decisa erit, suspendenda sit, ita nũcupatim Æmil. Verall. *Rot. Rom. decis. 37.* vbi ad finem refert ita ibid. IVDICATVM exstitisse, *par. 1.* Videatur etiam *infr. conclus. 126. consid. 1.* vbi quando vnus ex consortibus appellatio ceteris prosit. Ampliationes plures studiosus colligere posset, ego præcipuas ex nobilioribus congessi.

Limitatur iam, vt tertius exsecutio-
14 nem impedire non valeat, † quando sciuisset litem agitari, & acquieuisset, donec sententia esset lata: nam & hoc casu contra tertium exsecutis competit, *Franciscus Marc. Delphin. decis. 538. sub numer. septimo, vers. & maxime, quando talis tertius sciuit caussam agi. part. secunda.* His accedit sequutus Franciscus *vbi supra,* nec non Bald. Iaf. & alios, Ioan. Petr. Surd. *consil. 334. num. 11. 13. & consi. 405. num. 8. 9. 10. Mynsing. in cap. veniens. 38. sub num. 9. extr. de testib. & attest. & respondit Ioan. Vincent. Honded. decis. consult. 25. nu. 20.* vbi quod tertii appellatio exsecutionẽ non impediat, litem vbi sciuisset agitari tertius, & ita IVDICAVIT Senat. Reg. Tribunal. Burdegal. teste & comprobatore Nicol. Boer. *decis. 79. nu. 3. 4.*

Limitatur secundo, & tenendum, quod aduersus tertium † non detur ex- 15
secutio, nisi præmissa primum summaria cognitione, caussamne a victo tertius habeat, an minus *auctoritate Bartol. & Menoch. induxit Matthias Coler. de process. exsecut. part. secunda, capit. tertio. sub num. 421. vers. dummodo ante omnia.* & firmamentum recipit. Limitatio etiam ex eo non minimũ, quod diximus, *infr. conclus. 118. hoc lib.* citationem tertij requiri, antequã ob vitium litigiosi res sibi ex sententia aduersus alium lata, per exsecutionem auferri valeat.

Limitatur tertio, quod dicta regula, tertium scilicet exsecutionem impedire posse, fallat, quando tertius † esset ad 16
caussam, si sua putauerit interesse, citatus, *ita ex Decio, & qui Decium refert, Crauetta, firmat Robertus Lancellot. de attent. part. secunda, capit. quarto. in præfat. numer. 535. & in ipsis terminis factique contingentia post Castrensem, Ruin. Dec. Crauett. & Cephal. quos citat, respondit Ioannes Petr. Surd. consil. 334. numer. 12. Ioannes Vincentius Honded. consult. 25. numer. 20. volum. primo,* vbi in terminis facti respondit, quando ad instantiam litigatoris tertio lis esset denuntiata, huic emanenti, sententia lata non dari exsecutionis impeditionem.

Limitatur quarto, vt tertius exsecutionem impedire non possit, quando victor † præstaret cautionẽ, de restituen- 17
do adiudicatũ tertio in casum, quo vinceret tertius, *Boer. Burdegal. decis. 79. num. secundo. Videatur Anton. Grat. in add. Vestr. prax. Roman. libro quinto, capit. vltim. num. 26. & infra ad finem huiusce considerat. data remiss.* de qua limitatione aliquando elaboratius. Hanc tamen cautionem non præstare cogitur victor, casu, quo tertius rem litigiosam emisset, & de hoc euidenter appareret. *Ita Iosephus Ludouic. Perus. decis. 26. nu. 9. vide infra conclus. 118.*

18 Limitatur quinto, quando † victus post latam sententiam rem adiudicatam vendidisset, vt aduersus emtorem exsecutio detur, quamuis longo tempore possedisset. *ita Roffredius Beneuent. docet. quæstio. sabbath. 18. per tot. incipit. Alber. quidam nobilis.*

19 Limitatur sexto, in tertio † rem litigiosam pendente lite emente, de qua limitat. dixi *infr. conclus. 118.*

Limitatur septimo, quando tertius
20 ius † dominij in possessionis adiudicatione exsecutioni opponeret. *de qua supra. conclus. 70. consider. 1.*

Limitatur octauo, & tenendum, ter-
21 tium interuenientē lata † sententia primum non esse admittendum, stante aduersus se calumniæ præsumtione, nimirum vel animo vexādi victorem, vel per calumniam alias retardandi exsecutionem, interuentionem opposuisse. *Post Guid. Pap. Felin. & Couarr. scribit Cacheranus Pedemont. decis. 18. num. 8. hanc limitationem respondendo in terminis facti firmat Menoch. consi. 478. nu. 58. & ita etiam sentire Francisc. Marc. Delph. decis. 538. n. 8. par. 1. dixi sup. conclus. 70. vers. limitanda etiam prædicta.*

Extenditur hæc limitatio, vt nec exsecutionem interuentio calumniosa re-
22 tardet, quāuis † cauere interueniēs vellet, se in continenti probationes sui interesse deducturum facturumque. Extensionem hanc in specie respondendo cōprobat Crau. *cons. 997. nu. 18.* sed in promptu necesse est probationes habeat.

Addātur his pro pleniori huius considerationis intellectu notata per Dom. Mynsing. *obs. 73. cent. 3. Francis. Milanens. Regn. Sicil. decis. 12. in discursu. lib. 2. Lancell. de attent. c. 12. ampliat. 14. part. 2. & quæ supr. conclus. 70. a me, super impedienda per tertium exsecutione, conscripta sunt.*

ARGVMENTVM.

Exsecutio vtrum, quibusque casibus, vel a iudice appellationis, vel iudice a quo facienda sit.

SVMMARIA.

1 *Ad iudicem appellationis sententia vel confirmata vel reformata spectat exsecutio, nu. 2.*
3 *Etiam casu, quo appellans, se iudicato stare velle sub certa pœna victori promisit.*
4 *De iure canonico iudex, a quo exsequitur.*
5 *Sententiæ interlocutoriæ exsecutio spectat ad iudicem a quo.*
6 *Iudex appellationis si appellationem desertam pronuntiat, exsecutio spectat ad iudicem a quo.*
7 *Exsecutio actione in factum si petatur, coram iudice a quo peti debet.*
8 *In criminalibus exsecutio fit per iudicem a quo.*
9 *Sententia a Reuisoribus confirmata vel reformata, a quo detur exsecutioni.*
10 *Iudex a quo si exsecutioni faciendæ non sufficiat, iudex appellationis exsequitur.*
11 *Sententia contra defunctum lata, contra heredem mandatur exsecutioni.*
12 *Exsecutionales, lata sententia absolutoria, non decerni.*

CONSIDERATIO. IV.

AD iudicem appellationis senten- tiam † confirmantem, ex commu- 1
ni Doctorum opinione, spectare exsecutionem sententiæ confirmatæ, tradit Dominus Gaillius, *num. 14.* & comprobat hanc opinionem Dom. Mynsing. *obseruat. 94. in prin. cent. 4.* & iterum idem Mynsinger. *obseruat. 94. cent. 5. Bart. item Blar. diserte docet in leg. diffamari. capit. 11. sub numer. 21. vers. quod verum, nisi sit appellatum. Cod. de ingen. & manumiss.* Et ita sentire Bartol. Alexan. Felin. Oct. Vestrium, Ioannem Gutter. & Apostill. ad Vestr. induxit ad terminos Vincent. de Franch. *Neapolitan. decis. 110. numer. nono,* Idemque Vincentius de Franch. dilucide in terminis factique contingentia opinionem hanc probauit & DECISIVE stabiliuit *decis. 335. per tot.* accedit Dominus Benderus *de reuis. conclus. 23. numer. 6.* vbi *num. 7.* sic expresse de iure Camerali constitutum esse, probat.

Ampliatur communis hæc firmata opinio, vt procedat, siue confirmata, si-
ue † reformata sit sententia: nam indif- 2
ferenter exsecutio appellationis iudici competit. Ita induxit, hancque ampliationem

tionem non modo communem, sed & veram esse, ex Luca Pen. Alex. Grauatio, & ad eum Vestrio, statuit Prosp. Farin. *tract. crim. qu. 34. nu. 115.*

Extenditur item Dn. Gaillij aliorumque traditio, iudicem confirmãtem posse exsequi sententiam, etiam obtinere, sicuti subiungit ex Zasio, *in l. a Diuo Pio. §. sententiam. ff. de re. iud. Mynsf. obs. 94. cent. 4.* si appellãs † pactum victori fecisset de
3 certa pecunia ad diem ei danda, & nisi det, stare se velle iudicatis: si vbi appellans non staret pacto, sed appellationem prosequatur, appellationis iudex exsecutionem prioris sententiæ confirmatæ haberet, non iudex a quo.

Declaratur primo, vt saltem relata opinio procedat de iure communi, non
4 vero † canonico. *ita per text. in c. vt debitus. vers. etsi minus. ext. de appellat. & c. cum speciali. §. porro. eod. tit. comprobat Matth. Coler. in tract. process. exsecut. p. 2. c. 1. n. 102.* vbi etiam non obscure traditionem Gaillij relatam, nec de iure ciuili satis tutam esse, annuit.

Declaratur secundo, vt traditio Gail-
5 lij, non procedat in sententiæ † interlocutoriæ exsecutione. Nam illa ad iudicẽ a quo pertinet. *ita Mynsf. obs. 94. vers. quod tamen. cent. 4.*

Declaratur tertio, vt procedat, dummodo expresse priorem sententiam cõfirmasset iudex, vt quia bene iudicatũ,
6 & male appellatum sit. Vbi enim † ob id, quod introducendæ appellationis fatalia obseruata non essent, vel alias iudex, appellationem desertam pronuntiasset, exsecutio ad priorem pertineret iudicẽ. *Francisc. Marc. Delphin. decis. 1. nu. 3. p. 1. Ioan. Wames. in c. cum sit Romana. 5. nu. 15. tract. de appellat. Barth. Blarer. in l. diffamari. ca. 11. sub nu. 21. vers. nisi appellatio sit deserta. C. de ing. & manum. firmat etiam post alios Ferra. Mõtan. de appellat. c. 10. vers. aut confirmatio illa tacite est facta. Matt. Coler. d. c. 1. n. 104. Mynsing. d. obs. 94. vers. Ceterum si deserta fuisset. cent. 4. & iterato d. obs. 94. n. 2. 3. cent. 5. & denique obs. 24. vers. Ceterum si exsecutio. cent. 6.* Idem, quod nempe iudex a quo adhuc exsequatur sentẽtiam, quamuis appellationem iudex a quo pronuntiasset esse desertam, cõmunem renuntiat ex Iasone Prosp. Farinac. *tract. crim. q. 34. nu. 119. & clare corroborat Ant. Sola in constit. antiq. Sabaud. decret. gratiam. gloss. vn. sub n. fin.*

Declaratur quarto, vt non obtineat, quando actione † in factum ex iudicato 7
ageretur: eo quippe casu exsecutionem coram iudice a quo petendam esse, nominatim probat Coler. *d. c. 2. sub nu. 104. vers. tertio declaratur.* secus *(ceu idem aduertit Colerus)* vbi officium iudicis imploratum esset.

Declaratur quinto, ꝓcedere opinionem in ciuilibus, in criminalibus † vero 8
adhuc exsecutionẽ fieri debere per iudicem a quo. *ita in terminis non obscure statuit sicque docere Ioan. And. Abbat. Barbat. & Herculan. induxit Vincent. de Franch. Neap. dec. 510. n. 13.* refertque ita in Regio cons. Neap. IVDICATVM exstitisse.

Sententia a Dominis Reuisoribus † 9
in Cam. Imp. confirmata, vel reformata, a quo detur exsecutioni, Dn. Bender. pertractat. *de reuis. conclus. 23. & 24.*

Notandum tamen interim, nonnunquam iudicem † appellationis exsequi 10
sententiam a iudice prioris instantiæ de iure exsequẽdam, ob id, quod iudex hic inferior faciendæ exsecutioni impar esset; vt quia condemnatus sit potentior & durior, quam quod exsecutionem fieri vellet inferiori concedere. *faciunt not. Blar. in repetit. d. leg. diffamari. c. 11. nu. 21.*

CORONIS MISCELLA.

Sententia contra defunctum † prola- 11
ta ceteris paribus contra heredem *(de quo Dn. Gaill. n. 17.)* exsequi posse certũ est. Et relata nominatim auctoritate Gaillij, aliorumq; multorum in terminis cõprobat Camill. Borell. *cons. 90. n. 2. 3.*

Exsecutoriales † absolutoria lata sen- 12
tentia non decerni, tradidit etiam, *(vt hoc obiter addendo moneam.)* Borgn. Caual. Borgn. in Repert. *vide Afflict. §. 31. ca. 2.*

ARGVMENTVM.

Pœnam pecuniariam contumacialem parti adiudicatam, an iudex remittere queat.

SVMMARIA.

1 *Praeceptum iudicis comminatorium pænæ parti applicandæ subsistit de iure.*
2 *Iudex pœnam parti adiudicatam remittere non potest.*
3 *Princeps pœnam vasallo debitam condonare nequit.*
4 *Restituto contumace in integrum, an pœna contumacialis parti adiudicata, simul euanescat, declaratione ornatur.*

CONCLVS. CXIV.

ON incongruum erit, cõclusionẽ firmare, (præsupposito iudicis præceptum cum comminatione pœnę
1 † parti applicandæ iuribus haud improbari, *firmante nuncupatim Rob. Maranta tract. de multipl. alienat. num. 344.*) quod
2 iudex † potestatem remittendi pœnam parti adiudicatam non habeat. concordant in hoc Dn. Gaill. (*num. 1.*) Petr. Ant. de Pet. Piacent. *tract. de potest. Princip. cap. 10. num. 18.* vbi agitur (inquit) de pœna pecuniaria, imposita per principem subdito feudatario in gratia, quam ipse ei fecit de delicto, & pœna corporali, vt sæpe fit, dum rescribunt, solutis fisco nostro tot, gratiam fecimus (talis enim pœna est ipsius Principis, *vt respondit Surd.*
3 *consil. 53.*) Non potest tamen Princeps † gratiã facere subdito feudatarij de pœna pecuniaria, quæ venit feudatario applicanda, *vt tenet Boss. tit. de remed. ex sola clement. Amad. in tract. de allodiis, quæst. 24. col. 4. lib. 10. tract. in 2. parte.* hactenus Placentinus. Si igitur Princeps pœnam vasallo debitam remittere non potest, nec iudex pœnam parti adiudicatam remittere poterit. & iterum idem Placent. eodem tract. *cap. 12. num. 6. 7. sub num. 10. & c. 28. nu. 19. ibi, princeps non potest parti remittere integram pœnam, quæ partim fisco, partim alteri applicata fuit.*

Quamuis vero Dn. Gaill. conclusionem fallere contendat, quando condemnatus in integrum restitueretur, forte tamen eiusmodi Gaillij fallentia de pœ-
4 na † contumaciali, in casum, quo citatus non comparuerit, parti applicanda, procederet (de qua pœna comminatoria Carot. *mox dicendo loco*) non vero de pœna contumaciali expensarum. Hanc enim adhuc comminatus contumax, quamuis postea comparuisset, & citari facientem temere egisse probasset, expendere tenebitur, *post Specul. & alios firmauit Vincent. Carot. decis. cas. 19. numero 60.*

ARGVMENTVM.

Iudex vtrum, & quando pœnam parti ob damnum sibi datum, condemnato remittere possit.

SVMMARIA.

1 *Iudex pœnam ob damnum illatum parti applicandam, illa inuita non potest remittere.*
2 *Cum nec princeps, nisi data recompensa, hoc possit.*
3 *Pœna statuto inter partem & fiscum diuidenda, si damnatus tantum pro dimidia soluẽdo sit, in illam fiscus, & pars pro æquo concurrunt.*
4 *Princeps, item iudex pœnam imponendã, quatenus & quando mitigare, vel remittere possint.*

CONSIDERATIO I.

VERA mihi semper visa est æquitatique proxima illa Doctorum sententia, qua contendunt, iudicem † haud 1
posse pœnam parti ob damnum sibi illatum applicandam, se inuito, remittere. Hanc ex professo constabiliuit Menoc. *de arb. q. 96. n. 1.* ex maioritate rationis, vt quia nec summus princeps hoc posset, nisi data recompensa, *sequitur item Prosp. Farinac. tract. crim. quæst. 17. nu. 71.* Et quod Princeps pœnam † parti applicatam nõ 2
possit remittere, communem dixit etiam opinionem Petr. Ant. Placent. *tractat. de potest. Princip. cap. 32. rubr. Exempla ad cognoscendum caussas vtilitatis, nume. vigesimotertio.*

Ampliatur, vt stante statuto, quod damnum † dans teneatur in centum, quo- 3
rum medietas vna fisco, altera parti applicari deberet, damnificans autem nõ existeret soluendo, nisi pro altera dimidia, vt pars pro æqua portione cum fisco concur-

concurrat. Ita IVDICAVIT Sen. Reg. Paris. *teste Ioan. Gallo quæst. 130.* prout refert, & rectiorem sibi hanc sententiam (aduersus Couarr. *lib. resolut. 1. cap. 16.*) videri scribit Ant. Peregrin. *de iure fisc. lib. 4. tit. 8. n. 12.*

Pluribus vel ampliando, vel limitando hic non insisto, siquidem huius tractatio alio referenda sit, quare remitto studiosos *ad tractat. Tiber. Decian. crimin. lib. 3. cap. 35. Damhaud. in prax. crim. 147. Clar. §. fin. quæstione 59. ibidemque in additio. Bapt. Baiard. Ant. Peregr. d. tractat. de iur. fisc. libro quarto, titul. 8. Menoch. de arbitr. quæstione 96. Prosp. Farin. tractat. crimin. quæstione sexta, Petr. de Petr. Placent. tract. de potest. Princip. capite duodecimo,* qui omnes latissime tractant materiam remittendi, vel pœnas parti applicatas, vel damna parti illata.

Quando autem Princeps, item iu-
4 dex † pœnam imponendam, vel mitigare, vel remittere possit, (quo de meminit Dn. Gaill. *sub numer. sexto,*) non infimæ notæ est quæstio, quam nec, cum ad criminalia maxima ex parte, hic prosequor. *Videatur Peregrin. d. tit. 8. Damhaud. Clar. & Baiard. citat. in loc. Decianus lib. crimin. 4. capite 19. Farinac. crimin. quæstione 6. Ant. Sola in constit. Sabaud. decret. gratiam. gloss. vn. per tot. Gomez. Leon. decis. Hispan. supremi crim. iud. Hispalensis 48.* vbi refert in eodem IVDICATVM, quod iudex pœnam criminalem (nominatim tricennium) quamuis inutilis ad remigandum sit condemnatus, alterari non possit, nisi principis, seu superioris iussu præcedente. E contra, an & quando iudex in criminalibus possit absoluere a pœna, & parti reseruare interesse, nuperrime explanare adnisus est Vincen. Carot. *in decis. casu. 54. per tot.*

ARGVMENTVM.

Ecclesiasticus iudex laici auxiliũ, an, & quando pro exsecutione implorare queat.

SVMMARIA.

1 *Exsecutio sententiæ est iurisdictionis.*
2 *Iudex vnius territorii, alterius sententiã, in subsidium iuris exsequi tenetur.*
3 *Iudex laicus sententiam ecclesiastici exsecutioni demandare tenetur.*
4 *Quinimo iudex laicus, ecclesiastico auxilium denegans, excommunicatione cõpellitur.*
5 *Debet tamen laicus de caussæ exsequendæ iustitia, ante exsecutionem aliqualiter cognoscere.*
6 *Laicus iniustam ecclesiastici sententiam exsequi non tenetur, si de iniustitia euidenter appareat. n. 7.*
8 *Licet a parte contra quã, de iniustitia non opponatur.*
9 *Laicus ecclesiastici incompetentis sententiam exsequi non tenetur.*
10 *Iudicis ecclesiastici iurisdictio suis limitibus constringitur.*
11 *Sententiam ecclesiastici appellatione suspensam laicus exsequi non tenetur.*
12 *Dummodo appellationi nihil obstet.*
13 *Brachium seculare ecclesiasticus, saltem in subsidium, implorare potest.*
14 *Ecclesiasticus e contra etiam laici sententiam in subsidium exsequi tenetur.*

CONCLVS. CXV.

SIQVIDEM exsecutio † perhibeatur esse iurisdictionis, 1
ex gloss. in l. 1. & ibidem Bald. & Alex. de iurisdict. omn. iud. Hartm. Pist. inducit lib. quæstion. 1. quæstione decimaquinta, numero tricesimoprimo. & alias etiam, ne sententia per alterius iurisdictionis iudicem iuste lata, reddatur ob iurisdictionis in exsequendo defectum elusoria, atque ita iuris exsecutio contra *l. si prætor. ff. de iudic. & cap. commissa. §. porro. de elect. in 6. frustretur.* quam rationem in his terminis cõsiderauit Barthol. Blarer. *in l. diffamari. 5. capite vndecimo, sub numero vigesimoprimo, circa med. C. de ingen. & manumiss.* vnius territorij † 2
iudex alterius sententiæ exsecutionem, ceteris paribus, rogatus seu in subsidium iuris requisitus, facere teneatur. *post Iasonem, Menoch. & alios Matth. Coler. de process. exsecut. parte secunda, capite tertio, numero decimooctauo, Hieron. Schurff. cons. 33.*

per tot.cent.1.Mynsing.respons.6.numer.3.& seqq.decad.1. & dixi supra conclusione 96. ita & hic constituenda erit conclusio, iu-
3 dicem † laicum ecclesiastici sententiam ad requisitionem teneri demandare exsecutioni. Et ne sim in recensendis textibus, quos plerosque citauit Dn. Gaill. transcriptor, neque in accumulandis auctoritatib. prolixior, adduco ex professo conclusionem firmantem Menochium (quem virum doctissimum, & suæ ætatis nulli Ictorum secundum laudat ex nostris Germanis & ipse eruditiss. Hartm. Pist. *lib. quæstio.2. parte priore. quæstione quarta, numero 81.) de arbitr. iud. cas.452. numero quarto, citans in auctoritatem Host. Cardin. Albert. Abbat. Decian. & Roland. a valle. idem Menoch. de retin. possess. remed.3. numero 359. & seq. & conclusionem eiusmodi ex professo comprobat Ioann. Bapt. Asin. in prax. Floren. §.31. capite primo, ampliat.15. Mynsing. respons.6. num. quarto, cent.1.*

Ampliatur, vt & ecclesiasticus iudex
4 possit secularem † excommunicatione ad auxilium sibi præstandum compellere. *post Alciat. in cap. perniciosam. de off. ord. & Grauat. ad Vestr. in prax. libro octauo, cap. fin. communiter receptum esse testatur Soarez. thes. lit. E. numero vigesimoprimo, accedunt notat. Marant. in disputatione prima, sub numero octauo, Mynsing. consilio 6. numero 5. cent.1.* Et quod iudex laicus brachium denegans, iudicis arbitrio puniri valeat, scribit Menoch. *de arb. cas.452. addo notat. Wesenb. cons.96. n.24.*

Declaratur primo conclusio, vt iu-
5 dex laicus, † antequam brachium ecclesiastico impertiat, de caussa primum aliqualiter debeat cognoscere, iusta ne sit an minus, quæ exequenda a se petitur. *post Alexand. Grammat. & alios Cæsar. Vrsill. in addit. Afflict. Neapolitan. decis. 24. num. 16.17. Afflict. decisione 220. numero 9.* Vbi quod ita sæpius OBSERVAVERIT Senatus.

Declaratur hinc, & secundo conclusio, non obtinere, quando de iniustitia
6 † sententiæ appareret: nam iniustam, si cognouerit laicus ecclesiastici sententiam, exsequi eam non tenetur. Accedit Dn. Gaillio. *numero quinto*, Aluar. Valasc. *Lusit. consult.48. numero decimotertio*, (vbi *numer. præced. 12.* firmabat idem in iudice ecclesiastico intelligi, vt nec hic ad sententiam laici nullā vel iniquam teneatur) *Menoch. de ret. poss. remed.3. sub numero 360. vers. debet etiam iudex laicus.*

Subdeclaratur hæc secunda declaratio, vt tunc procedat, Quando † eui- 7
denter de nullitate, vel iniquitate constaret, secus vbi in promtu de iniquitate, vel nullitate non constaret. Eo enim casu exsequutionem esse impertiendam diserte contendit auctoritate Afflict. fretus Vrsill. *in additio. Neapolit. decisione vigesimaquarta, num. decimoquarto, decimoquinto, & decisione 220. sub numero decimo.* Afflictum etiam ita. *in §. consti. Neapolitan. numero 55.* sententem induxit Ioan. Petr. Surd. *consilio 405. sub numero decimoseptimo.* vbi etiam scite firmat, quod sententiæ exsecutio per nullitatis exceptionem non impediatur, nisi nullitas esset euidens & notoria. Et *numero decimooctauo*, subdit ex Rot. Roman. & Contardo, *in l. vn. limitat.9. numero tricesimosexto C. si de momen. poss.* quod allegan-ti notoriam iniquitatem, vel iniustitiam sententiæ, incumbat probatio vtriusque, nimirum sententiam esse iniquā, & quod iniquitas sit euidens.

Extenditur iam declaratio secunda, salua præcedenti subdeclaratione, vt nimirum eo casu, quando euidenter de iniustitia sententiæ, ex actis, vel aliter constaret, iudex requisitus, non teneatur exsequi sententiam alienam, ad requisitionē, vt in tantum procedat, † vt 8
etiam, quamuis ab aduersa parte de iniustitia nihil oppositum esset, adhuc nihilominus ab exsequutione desistere debeat. *comprobat Ioann. Petr. Surd. consilio 379. numero 32.*

Declaratur tertio non procedere, quando de incompetentia † iudicis ec- 9
clesiastici appareret, vt quia super persona, vel caussa suæ iurisdictioni nō subiacente cognouisset, seu sententiam dixisset. *ex Roland. monet Menoch. d. remed. 3. sub numero 360. vers. debet autem iudex.*

Constri-

10 Constricta enim est iudicis † ecclesiastici iurisdictio suis limitibus, quemadmodum & cuiusuis alterius: siquidem si cui est iurisdictio, eidem (*vt dixit Dn. Vult. in l. 1. numero vigesimoquinto, C. de iurisd. omn. iud.*) etiam de caussa quauis, & in quamuis eam exercendi potestas non est, adeo quidem ecclesiastici iurisdictio strictis continetur finibus, vt, quamuis in casibus, quibus potestas sibi iure concessa est, laicos condemnandi, non tamen pro exsequutione possit bona auferre, vel in carcerem detrudere, quin potius brachiũ seculare circa exsequutionem implorare habeat necesse, *ex Palat. Rua. comprobat Tiber. Decian. tractat. crimin. libro quarto, capite vigesimosexto, sub numero decimoquinto, dixi pluribus sup. conclusione tricesima, considerat.* vbi etiam limitationes de ecclesiasticis ab Imperatore regalia iurisdictionis obtinentibus.

Declaratur quarto, vt conclusio non procedat, quando constaret de interpo-
11 sita † appellatione, *auctoritate Rolandin. tradit Menoch. d. remed. 3. sub numero 360. ad finem & ex Grammat. concedit Vrsill. in additio. Afflict. Neapolitan. decisione vigesimaquarta, num. 16.*

Subdeclaratur vt obtineat, dummo-
12 do † appellationi nihil obstaret. *Ita sentire Nauar. refert Menoch. dict. loco remed. 3.* quod ipse intelligerem de euidẽti obstaculo.

Declaratur quinto, vt conclusio pro-
13 cedat, seu † brachium seculare impertiatur saltem in subsidium, dum scilicet ecclesiasticus iudex fulminibus (ceu vocant) suis emissis exsequutionem apud fulminatum efficere haud potuisset. *Ita Dn. Gaill. 2. de pace public. capite 17. sub numero 34.*

Declaratur conclusio sexto, nempe ecclesiasticum iudicem in criminalibus non teneri exsequi sententiam aduersus clericum latam, quamuis tempore, quo lata fuerit sententia, adhuc laicus fuisset. *ita consuluit Aluar. Valasc. rer. iudic. Regn. Lusit. consult. 48.*

Huic conclusioni etiam ampliandæ, vel limitandæ inseruiunt dicta a me supra *conclus. 113. consid. 1.*

Quemadmodum igitur laicus in auxilium exsequendæ sententiæ imploratur, ita e contra † ex eadem iuris ratio- 14
ne inconueniens non est, vt & Ecclesiasticus suppetias ferat iudici laico, atque proinde eius sententiam exsequatur, *ita clare & nuncupatim docet Ioann. Bapt. Asin. in prax. Flor. §. 31. capite secundo, circa med. vers. Vbi idem, & e contrario.*

Sic & in Camera Imperat. per literas compassus requiri Ecclesiasticos iudices, vt bannitum ecclesiastica censura constringant, scribit Barth. Blarer. *in l. diffamari 5. capite vndecimo, sub numero vigesimoprimo, C. de ingen. & manumiss.*

ARGVMENTVM.

Commissarius ecclesiasticus, vtrum & quando brachium seculare implorare queat, & debeat.

SVMMARIA.

1 *Delegatus iudicis ecclesiastici, brachium seculare recte inuocat.*

2 *Licet sibi potestas inuocandi brachium seculare expresse non sit concessa.*

3 *Laicus tamen, vbi de incompetentia delegati, vel de iniustitia sententia constat, exsequi non tenetur. numero quarto.*

5 *Neque iis casibus, quibus ad requisitionẽ committentis non teneretur.*

6 *Quando delegatus ecclesiastici seculare brachium implorare debeat.*

CONSIDERATIO I.

DVBIVM non est, quin delegatus † 1
iudicis ecclesiastici (de quo Dn. Gaill. *numer. fin.*) brachium seculare ad exsequutionem demandati sibi negotij implorare queat. *ita post Innoc. Abb. Imol. Felin. Roland. Rebuff. & Nauarrum, tenet Menoch. de retin. possess. remed. 3. numero 360.*

Ampliatur primo, procedere etiamsi in commissione † sibi potestas inuocãdi 2

brachium seculare expresse concessa nó esset. *Menoch. d. numero 360.* de quo subdubitare aliquantulum videtur Rutger. Ruland. *tract. de commissar. lib. 6. cap. 4. sub n. 21. part. 1.*

Declaratur primo, vt fallat, quando
3 † constaret de incompetentia delegati. *Menoch. d. remed. 3. sub numer. 360. vers. debet tamen iudex.*

Declaratur secundo, non procedere,
4 quando delegati sententia † esset iniusta, quo casu exsequenda neutiquam est ad literas subsidiales, *ad notat. Ioan. Petr. Surd. consilio 405. numero 1.* licet ibi in rationibus dubitandi versetur, auctoritates nihilominus à se citatæ hanc declarationem probant. *Magon. post Mynsing. Florent. dec. 104. n. 18.*

Declaratur etiam, vt brachium scilicet seculare non impertiatur ad requisi-
5 tionem delegati † iis in casibus, in quibus ecclesiastico iudici committenti denegandum esset, *de quibus sup. sub hac conclus.*

6 Quando vero delegatus iudicis † ecclesiastici debeat brachium seculare implorare, his verbis conatur exprimere Menoch. *d. remed. 3. retinend. possess. sub numer. 360. Deinde aduertat* (inquit) *quod si contentio est de possessione laicorum, tunc per modum simplicis requisitionis debet requirere iudicem laicum, vt sententiam exsequatur: si vero est possessio rei ecclesiasticæ, tunc si per se non potest, debet prius requirere iudicem ecclesiasticum ordinarium; & si is non potest, tunc ad brachium seculare recurrere debet. Ita docuit Zabarell. in clem. 1. quæstio. 10. de offic. deleg. atque ita declarat Felin. in d. cap. significasti. eod. titul. numero secundo, & Nauarrus d. c. cum contingat, vers. non obstat secundo. de rescript. Hinc intelligimus errasse Decium, qui in dict. cap. significasti. numero quarto, absolute censuit, prius esse requirendum auxilium ecclesiastici: & Decium sequutus est Roland. consilio tricesimoseptimo, numero sexto, libro primo; verius est, vt distinguamus vt supra, vel etiam cum Frederico de San. consilio 163. volum. 2. & Nauarro vbi supra: dicere possumus esse in arbitrio delegati, prius requirere auxilium ordinarii ecclesiastici, & non requirere.* Hactenus Menoch. cuius verba formaliter adscripsi, ne per declarationes eundo videremur inexplicabiles.

ARGVMENTVM.

Cautio de non molestando in adiudicata possessione, vtrum lata sententia, primum peti decernique queat.

SVMMARIA.

1 *Cautio de non offendendo, etiam sententia iam lata recte petitur præstari.*

2 *Etiam a defuncti herede.*

CONCLVS. CXVI.

NCEPS videtur resolutio, vtrum sententia iam lata primum præstatio satisdationis de non molestando in possessione adiudicata, recte, vt proinde decerni debeat, petatur.

Ceterum instituti memores, omissis brocardicorum lubricis anfractibus decisiue conclusionem firmabimus, statuendo eiusmodi cautionem vtiliter legitimeque post latam † sententiam peti, 1
& decerni posse: vltra Dn. Gaill. *num. 4.* hanc etiam conclusionem statuisse videtur Robert. Lancellot. *tracta. de attent. part. 2. cap. 12. limitat. 15. num. 1.* vbi auctoritatibus Bart. Corset. Vital. Alex. Marant. Firman. Manfredi & aliorum docet, quod iidem actus, qui in caussa principali ante sententiam poterant fieri, etiam recte fiant sententia iam lata, adeoque pendente appellatione, subicit exemplum nominatim, quoniam cum legatarius potest ab initio petere sibi ab herede præstari cautionem, ita etiã pendente iam appellatione eandem petere citra attentati vitium possit. Eadem in præsenti nostra conclusione subest ratio, quare & eadem vtriusq; est decisio.

Etenim in Imp. Camera OBSERVARI, vt turbato vincenti cautio de nõ amplius turbãdo decernatur, adstruit Bart. Blarer. *in l. diffamari. cap. 5. nu. 59.* & in possessorio summariissimo (quod retinendæ possess. est:) cautionem eiusmodi iniungi tradit (licet tamẽ an sententia iam

lata

lata demum peti eadē cautio possit, non exprimat) Borgnin. *Fiuizan. decis. 23. n. 41. part. 2.*

Ampliatur conclusio, procedere, vt etiam victi in possessorio heres ad eius-
2 dem † cautionis de cetero amplius non turbando, petente victore, adigi possit. Ita extendit nuncupatim Barth. Blarer. *in l. diffamari. capite quinto, sub numero 59.* vbi videtur tradidisse, quod sic Camer. Imper. obseruet.

ARGVMENTVM.

Sententiæ declaratio quatenus iudici integra sit.

SVMMARIVM.

1 *Sententiam declarare iudex an possit, remissiue.*

CONSIDERATIO REMISS.

Est quidem pulcra disquisitio iudici, an & quatenus, quo etiam in tempore sententiæ suæ declaratio permissa sit, de qua Dn. Gaill. *nu. fin.* Verum quia prorsus a præsentis conclusionis materia aliena est, &, Deo dante, alibi conuenientiore loco occasionem proponendi
1 offerre poterit, collibuit † remissiones facere pro nunc occursas. *Ant. Gabr. Roman. lib. sent. 6. tit. de reg. iur. conclusione tertia, numero decimoquarto, & seqq. Ant. Thesaur. Pedemont. decisione 253. Ioan. Petr. Surd. consilio 288. Ant. de Gamm. Lusit. decisione 110. numero tricesimosexto, Tiber. Decian. responsione 37. numero decimosexto, vol. 5. Francisc. Marc. Delphin. decisione 546. & 668. parte prima, Borgnin. Caualc. Fiuizan. decisione septima, numero decimoseptimo, decimonono, parte prima, decisione 32. sub num. 53: vers. accedit interpretatio. part. 2. Menoch. de arb. iud. quæst. 67. numero 26.* (quem & cum aliis refert ac sequitur Ioan. Caluin. *in process. iud. alias de iurisdict. & imperio. cap. 14. mem. 3. numero decimoquarto,*) *Euerhard. à Middelb. Top. leg. loc. a iudiciis ad arbitraria. 40. numero decimoseptimo, hi Menoch. nimirum & Euerhard. de delegante, & ab eo delegato differunt. Alexand. Raudens. respons. 50. numer. 191. & 196. vol. 1.*

ARGVMENTVM.

Exsecutio an, quando & quatenus in ipsa bona feudalia fieri queat.

SVMMARIA.

1 *Feudalia bona, ob debita vasalli, regulariter exsecutionem non sentiunt.*
2 *Nec si pignori vel hypothecæ supposita sint.*
3 *Feudum hypothecari nequit.*
4 *Feudalia bona, quibus casibus domino irrequisito alienari possunt, exsecutionem admittunt.*
5 *Item, si dominus oppignorationi vel hypothecationi consenserit.*
6 *Adeo vt & vtile dominium creditoribus, domino consentiente, adiudicari possit in subsidium.*
7 *Etiam vasallo debitore reluctante.*
8 *Effectus tamen adiudicationis tantum ad vitam vasalli durat.*
9 *Feudum, quibus casibus debitis grauari iura permittunt, creditores, donec sibi de debito satisfactum sit, licite retinent.*
10 *Idem si agnati oppignorationi consensissent.*
11 *Creditores si in subfeudum exsecutionem petant, superioris consensum studeāt accommodari.*
12 *Feudum, stante consuetudine, vel statuto in caussam iudicati recte capitur. nume. 13. 14.*
15 *Feudum ipsum vel fructus feudi, an & quatenus in confiscationem rapiantur.*

CONCLVSIO CXVII.

FEVDVM, seu ipsa bona feudalia † regulariter exsecutionem, ob debita vasalli nō sentire, firma est conclusio, quā quidem scite multis firmauit Matt. Wesemb. *consil. 50. numero 7. & seqq.* & diserte rationibus auctoritatibusque nuncupatim stabiliuit Matth. Coler. *de process. exsecut. part. 2. cap. 3. numero 269. inde ad nume. 276.* nouissime conclusionem nominatim posuit multis insuper relatis auctoritatibus Ioan. Kopp. *quæst. 39. n. 5.* 1

Ampliatur conclusio, vt nec feudalia
2 bona vi † oppignorationis, vel etiam hypothecationis in exsecutionē rapi permittatur. Quandoquidem feudalia bona nec oppignorari, *cap. 1. de prohib. alien. per Fred.* nec hypothecari citra domini consensum possint: vtrumque Iul. Clar. qui communem dicit §. *feudum. quæst. 35.* late prosequitur Dn. Vult. *1. de feud. c. 10. num. 42.* vbi de vetita oppignoratione, & *num. 43.* vbi de hypothecatione. Ibidemque aduersus dissentiētem Baldum, Aluarot. & alios his assentientes statuit, hy-
3 pothecari † feudum non posse: quinimo feudum nec generaliter, nec specialiter, nec expresse, nec tacite obligari posse, veram & communem esse conclusionem Neguzant. tradit. *de pignor. 2. memb. p. 2. sub num. 43.* vbi Specular. Bald. & nonnullos alios in comprobationem citat. Huius item cum Neguzantio esse sententiæ Duennam & Ripam, adstruūt consentiendo ICti Saxonici consistoriales, ceu est videre *q. 2. num. 4. 6. part. 1. de contractibus.* alios plures corroborando adducit Schrad. *de feud. part. 8. cap. 1. nume. 23.* Sane si oppignorari vel hypothecari nec expresse, nec tacite possunt, vtique nec etiam his casibus in exsecutionem veniunt creditoribus adiudicanda.

Limitatur iam conclusio, vt non pro-
4 cedat † in his casibus, quibus licet vasallo feudum irrequisito, vel etiam dissentiente domino alienare. *post Bald. Salycet. Alex. Rip. & Afflictum, quos citat, conc. dit Hartm. Pist. libr. quæstio. 1. quæstione decimaquinta, numero 89.* & huc facit decisio per Vrsill. *in additio. Afflict. Neapolit decisione 26. numero 3. relata.* Vbi quod IVDICATVM in Ducatus Traiecti consilio sit, quod Dominus teneretur assensum dare alienationi rei feudalis, ob debitum ex assistentia domino per vasallum in guerra facta caussatum. Intelligo in subsidium, & vbi dominus ipse vel agnati emere nō vellent, vel non possent. Qui vero hi casus, quorum caussa feudum licite alienatur vel oppignoratur, sint, nouissime accumulauit Iacob. Schult. *in addit. Modest. Pist. quæst. 122. nume. 30. inde multis seqq.* Videatur tamen interim etiam de his casibus Schrad. *de feud. part. 8. cap. 1. per tot.* qui omnium, quos viderim, latius prosequitur. Fab. de Anna *cōsult. 4.* qui in discursu primi dubij, non absona videtur exposuisse, & de alimentis ex feudo præstandis tractat Ioan. Petr. Surd. *de aliment. titul. 4. quæstione 10. per tot.* addatur & his ex modernioribus, Ioan. Koppen. *quæstio. 39. numer. 31. & seqq.* qui etiam horum casus aliquot recenset: & peculiariter de dote ex feudo constituenda inter recētiores etiam recensuit Ant. Peregrin. *de fideicommiss. artic. 42. numer. 63.* quos casus hic recensere renuit institutum, non dicam altiorem esse horum examinationem, siquidem in iisdem decidendis nō omnibus vna est sententia, quam vt hic citra prolixitatis tædium extra metam prosequi conueniat.

Limitatur secundo, vt conclusio non procedat, quando dominus † in oppi- 5
gnorationem, hypothecationem, adeoque exsecutionem consensisset: hoc enim casu bona feudalia exsecutioni obnoxia esse, admittit post alios Hartm. Pist. *lib. 1. quæstione decimaquinta, nu. 54. & seqq. item n. 73.*

Ampliatur secunda hæc limitatio, vt nō modo ordinarius loci, vbi bona feudi in exsecutionem capienda sita sunt, adiudicari possit † cōsentiente domino 6
creditoribus vtile dominium, verum etiam dominus ipse, vbi ordinarius loci esset. *fuse in terminis probat Hartm. Pist. lib. quæst. iur. 1. quæst. 15. nu. 72. inde pluribus seqq.* licet dominus, quamuis loci ordinarius inuitus vtile dominum a vasallo abdicare, & creditori adiudicare non teneatur, *iuxta eundem Hartm. d. q. 15. n. 69. & seq.*

Extenditur ampliatio, quod & vtile dominium † creditorib. in subsidiū ad- 7
iudicari possit, etiam reluctante debitore vasallo. Ita DECISIVE ad requisitionē partis respōdit Iudicium Saxon. Curiale, *vt ex tenore sententiæ ab Hartm. ad finem d. q. 15. subiectæ cōstat. ibi.* Und köndten sich die Graffen sollichs fals.

Declaratur iam limitatio eiusdemque Ampliatio, vt duntaxat effectus adiudicationis feudi, & translationis vtilis † dominij in creditores, sub- 8
sistat

sistat sustineaturque, donec ipse vasallus creditor huius mortalis vitæ spiritū traheret: ipso enim vita functo ad agnatos feudi successores, si qui sunt, adiudicatio exspirat, & in agnatos vtile dominium eiusque commoditas transfunditur, seu potius suo iure iisdem ex feudali successione cedit. *Hartman. Pist. quæstione 15. nume. 101. & seqq. libro primo.* Quod in feudo ex pacto & prouidentia accipiendum erit, secus in hereditario.

Fallit declaratio in casibus, quibus
9 feudum † debitis grauari iura permittunt. His enim exsistentibus creditores feudalia bona dimittere non tenerentur, donec sibi de credito ita contracto satisfactum esset. *adnotat. Dn. Gaill. nu. 4. plura contulit ad terminos ex recentioribus Ioan. Kopp. q. 36. n. 30.*

10 Ceterum extra hos casus, vbi agnati † oppignorationi vel obligationi consensissent, esset quod sibi imputarent: nam exsecutio intuitu obligationis, cui consensum dedissent, facta, sustineretur, donec ab agnatis creditoribus esset satisfactum. *ad notat. Ioan. Koppen. quæst. 39. numer. 46. 47. 48.*

11 Declaratur secundo, vt caute † agant creditores exsecutionem in feuda a domino petentes, rebusque suis satagentes considerent, feudum quod sibi adiudicari petunt, an etiam subfeudum sit, vt superioris domini consensum simul etiam accommodari studeant, *ad not. Dn. Vult. 1. c. 10. nu. 69.*

12 Limitatur tertio, conclusionem † nō obtinere stante consuetudine feudum in exsecutionem iudicati ob vasalli debitum rapi permittente, *Ioann. Koppen. quæstione tricesimanona, numero 27. & duobus seqq.*

13 Extenditur, vt etiam de statutis † exsecutionem in feudalia bona concedentibus, idem sit iudicium. *Matt. Wesemb. cons. 50. sub num. 13. vers. nec hic distinguimus consuetudinem a statuto.*

Declaratur iam proxima limitatio,
14 intelligenda † de vera consuetudine, nō vero de vsurpatione aliqua facti, maxime priuatorum, vel imperitorum, quandoquidem talem vsum, vel potius abusum, non constituere ius pateat, proindeque in quæstionis decisionem adductum non obseruari, sed reprobari. Ita hisce iisdē in terminis definiuisse Molinæum, *in consuet. Paris. rub. 1. de feud. §. 35. numero octauo, refert sequiturque Vuesemb. consilio 50. sub numero 13. vers. quod accipiendum est.*

Nec interim omittendum quod scribit Ant. Fab. *de error. pragmat. decad. 24. error. 5. non procul a principio*, nimirum consuetudinem illam, qua dicitur, feuda ad instar allodialium redacta esse, ita saltem intelligendam esse, vt liberum sit vasallo de re feudali, quomodocunque voluerit, disponendi arbitrium, quamdiu feudum apud (sic enim intelligo) vasallum durat, ita vt domini consensum passim requiri non sit necesse.

Limitatur quarto, in fructibus ex feudo prouenientibus. De qua quidem limitatione vbertim seq. considerat. notaui.

Feudū ipsum vel etiam † fructus, an 15
& quatenus in confiscationem rapiantur, ex modernioribus examinatum reliquit Ant. Peregrin. *de iure fisc. libro quinto, titul. 1. numero sexto, inde ∽.* & subdit. *numero 115.* IVDICATVM exstitisse, quod fructus ad vitam vasalli, non vero vtile dominium, in confiscationem veniant.

ARGVMENTVM.

Feudalium bonorū fructus quatenus exsecutionem sentiant.

SVMMARIA.

1 *Fructus feudi cuiuscunque, etiam irrequisito domino, ob æs alienum creditoribus vasalli, adiudicari possunt. n. 3. 4.*

2 *Fructus feudi, an vasallus obligare queat.*

5 *Fructus futuri ex feudo percipiendi etiam in exsecutionem rapi possunt.*

6 *Fructus item pendentes. limitatur numero 10.*

7 *Exsecutio in fructus feudi aduersus heredem, an detur.*

8 *Fructuum feudalium adiudicatio cum vita vasalli exspirat.*

9 *Vel feudo ad dominum deuoluto.*
10 *Fructus tamen feudi saltem in subsidium veniunt in exsecutionem.*
11 *In fructus beneficii saltē in subsidium datur exsecutio.*
12 *Vasallo & clerico, creditoribus in fructus feudi, vel beneficii missis, competens vita alimentum reseruandum. numero 13.*
14 *Vasallo de fructibus adiudicatis tantum relinquendum, vt in curia domini honeste apparere, eique seruitia debita præstare possit.*

CONSIDERATIO I.

1 FRuctus feudi creditoribus † ob æs alienum a vasallo contractum in exsecutionem adiudicari licere, concludunt communiter Doctores. *nuncupatim ex recentioribus Matth. Coler. de processs. exsecut. parte secunda, capite tertio, numero 276. inde ad numer. 288.* quo in loco etiam contrariis argumētis respondere adnisus est *Ant. Sola post Bart. Bald. Alexand. Brunum & Ripam, in constit. antiq. Sabaud. titul. de feud. decret. Blanchæ. numero decimo, Ioann. Petr. Surd. tractat. de aliment. titul. 4. quæstione decima, Neguzant. post Ioan. Fabr. & Iason. de pignor. & hypoth. membr. 2. parte secunda, numero 48.* nuperrime magna Doctorum accersita caterua accessionem fecit Ioan. Koppen. *quæstione tricesimanona, numero vndecimo*, & expresse firmant consistoriales Saxon. *vt est quæstio. 2. numero 12. & seqq. ibi.* Ob woll. *part. 1. de contractib.* confert in præsentis considerationis comprobationem, quod feudi
2 † fructus a vasallo obligari possint. *Rober. Marant. tract. de multiplici alienat. numero 200. vers. & ista alienat. Schrad. de feud. parte octaua, cap. 1. sub nume. vigesimoquinto, vers. secundo, licet feudum. citans Ioan. Fabr. Iaso. & Curt. nouissime Paul. Bus. tractat. annuor. redit. libro 1. capite 6. numero nono, & seqq.* Intellige obligatione personali, secus vbi vsufructu constituto obligati fructus per vasallum essent, quod non permittitur. *ita ex Bart. &, qui reputaris notabile, Baldo in l. codicillis. de leg. 2. nuncupatim declarat Ant. Neguz. de pign. membr. 2. parte secunda, numero 49.* & concordat huic intellectui Schrad. etiam *de feud. part. 8. cap. 1. nu. 10. Borch. de feud. capite octauo, num. 36. iuncto num. seq.*

Ampliatur, vt & fruct⁹ feudi ex pacto † & prouidentia, adeoque cuiuscunque 3 feudi in exsecutionem ducantur. *ita disserte ampliat Ioan. Pet. Surd. tractat. aliment. titul. 4. quæstione decima, sub numero 32. ad fin. vers. & hac indistincte procedunt in quocunque feudo.*

Ampliatur secundo, vt irrequisito † 4 domino exsecutio fieri in feudi fructibus possit. *Vrsill. post Alexand. & Lup. in add. Affl. Neapol. decis. 26. numero 1.* siquidem & absq; consensu domini alienari fructus licitum sit. *adnotat. Ioan. Koppen. quæstio. 39. num. 12. 13.*

Ampliatur tertio, vt & fructus † feudi 5 futuri in exsecutionem adiudicari creditoribus queant. *nūcupatim post alios Kop. d. q. 39. n. 14.*

Ampliatur quarto, vt & fructus † pē- 6 dentes creditorib. quibus iam præceptis satisfactum non esset, debeantur, dummodo debitor vasallus post Calen. Martias ante Augustum mortuus esset, prout hi fructus ad heredes allodiales *c. 1. §. his consequenter. hic finitur lex. iuncto cap. 1. vers. sed in fruct. an ad agn. vel fil. pertinuissent. ita post Tiraq. Hartm. Pist. Petrum Iacobi, Ferrar. & Borch. nominatim docet Matth. Coler. de processs. exsecut. parte 2. cap. 3. nu. 288.*

Ampliatur quinto, quod & aduersus † heredem detur exsecutio in fructus 7 feudi, ob debitum vasalli, iam condēnato, defuncti. Ita IVDICATVM & votitum vnanimiter testatur Afflict. *Neapolit. decis. 26. num. 6.* quod quidem in feudo hereditario facile procederet, immo & in feudo ex pacto & prouidentia, casu, quo agnati in obligationem consensissent. *secundum ea quæ sup. in conclus. adduxi.*

Limitatur iam primo, quod firmauimus fructus feudi in exsecutionem capi, adiudicarique creditoribus posse, vt intelligatur, † adiudicationē exstingui 8 cum ipsa vasalli debitoris vita, ita vt fructus creditoribus defuncto vasallo non amplius cedant. *Robert. Marant. tractat. de multipl. alienat. sub numero 200. & conferunt notat. Alex. Raudens. de analog. capite 15. nu. 218. &*

218. & admittit Fab. de Ann. consil. 17. nume. 1. Dn. Vult. 1. de feud. ca. 10. num. 57. dum vterque contendit, obligationem fructuũ a vasallo factam, cum ipso vasallo intermori: quemadmodum & aliæ commoditates feudi a vasallo remissæ, se defuncto iterum plene accedunt, vt si vasallus onera, seruitia, pensiones feudi colonis remisisset &c. *idem Fab. de Ann. d. consil. 17. numero 11.*

Extenditur hæc limitatio, vt etiam intelligatur exsecutionem in fructus fa-
9 ctam primi, feudo † ad dominum deuoluto. *Matth. Coler. de process. exsecut. part. 2. cap. 3. numero 287. per c. 1. §. rursus, ibi. qui ab eo acceperit, nullo iure aduersus dominum se tueri poterit. vers. quib. mod. feud. amitt.*

Declaratur hæcce limitatio, vt non procedat in casibus, quibus feudum poterat irrequisito, vel etiam dissentiente domino obligari. Item, quando agnati obligationi consensissent. *iuxta notat. superius in conclus. ead.*

Limitatur secundo, quod saltem in
10 subsidium † fructus feudi in exsecutionem veniant. *Asin. in prax. Florent. §. 31. cap. 2. limitat. 49. Schrad. de feud. part. 8. cap. 1. numero 18. & auctoritate Nicol. Mozz. Rosenth. & Dn. Gaillii docuit Dn. Vult. 1. de feud. capite decimo, sub numero 57. vers. atque de fructib.* concurrit item ex recentioribus in hanc sententiam post Brun. & alios Ioann. Petr. Surd. *de aliment. titul. 4. quæstione 10. num. 28. & seq.* sic etiam in fru-
11 ctibus † beneficij, saltem in subsidiũ datur exsecutio. *Asin. in prax. Florent. §. 31. capite secundo, limitat. 39. cum concordant. aliis sexcentis.*

Limitatur tertio, vt quamuis, ceu diximus, in subsidium fructus in exsecutionem veniant, ita tamen intelligendũ sit, quod non omnib. omnino fructibus
12 destituendus † sit vasallus debitor, quin sibi tantum de iis relinquẽdum sit, quãtum necesse sit consumi in necessarium vitæ alimentum, pro conditionis statusque sui modo. Eiusmodi limitationem non modo haud inobscure, quin potius disertissime inducendo ex Bald. &, post, Frecc. comprobat Ant. Sola, *in const. antiq. Sabaud. titul. de feud. decret. Blancha, sub numero decimo, vers. & aliquo reseruato ipsi vasallo, quo viuere possit. Vrsill. item in additio. Afflict. Neapolitan. decisione vigesimaquarta, numero vigesimoprimo.* hanc limitationem non reiicit; quamuis eam præcipue ex iurib. Regni probet: quinimo in his propriis terminis luculenter respondit Matth. Vuesenb. *consil. 50. a numero 16. inde ad num. vsque 21. & iis* (inquit *sub numero 20.* quæ verba, cum falcem in ipsam messem appositissime mittant, referre duxi.) *dari hoc priuilegium, quando fit in feuda eorum, quoad fructus, exsecutio ad æs alienum dissoluendum, tenet in terminis Ias. l. commodis. num. 2. 3. 4. de re iudic. vbi arguendo de clerico ad vasallum, decidit in vtriusque beneficium fieri exsecutionem, tantum quoad fructus ad eius vitam: limitans ex Bal. d. c. cõtingit. n. 15. de dol. & contum. dũmodo reseruetur † clerico, vnde viuere possit: alias,* inquit, 13
non posset ecclesiæ deseruire. arg. c. si propter tua debita. 10. de rescrip. in 6. vbi Gem. in 1. not. (*in hoc dum obærato clerico, vt vitæ necessaria ex beneficii fructibus relinquenda refert. adde ita* IVDICASSE *Senat. Neapolita. teste Vrsill. in additio. Afflict. decisione 240. sub numero 26.*) *& cum ad idem alleget ibi Iason. gloss. & Dd. l. miles. in princ. de re iud. facile potest intelligi, etiam in militibus, ac similibus, qui idem priuilegium habent, idem velle eum obtinere. Nam Doctores intelligendi secundum ea quæ allegant.* Hactenus Vuesemb. quod iuxta conditionem status vasalli, aut delicatiorem, aut minus delicatum cibum, & reliqua vitæ necessaria ex fructibus feudi obærato vasallo relinquenda sint. Expressim sciteq; idem respondit Vuesemb. *dict. consil. numero vigesimoprimo,* extenditque ibid. vers. *Ceterum quod diximus, & numero 22.* vt etiam pro sustinendis vxore & liberis deductio de fructib. feudi fieri conueniat; intellige modo aliunde victum quæri non posset honeste & commode.

Extenditur tertia hæc limitatio, vt
etiam tantum † de fructibus in exsecu- 14
tionem dandis, seu adiudicandis vasallo reliquum esse debeat, quo in Curia domini honeste apparere, immo & seruitia domino præstare queat. *ad notata Cæs.*

Vrsill. in additio. Afflict. Neapolitan. decisione 26. Qui enim domino seruitia, ob feudum debita præstare posset, vasallus quando sumtus, impēdia, vt quia equi, currus &c. *ad guerram &c.* euocatus facere teneretur, vbi nihil reliqui haberet. Et hanc extensionem veritati theoricæ proprie conuenientem esse, monet optime Dn. Vult. *1. de feud. capite decimo, numero 58.*

ARGVMENTVM.

Exsecutio sententiæ an, & quando recta in tertium rei litigiosæ possessorē, absque nouo processu transferatur.

SVMMARIA.

1 *Exsecutio sententiæ, contra tertium, in quem res lite pendente alienata est, fieri potest.*
2 *Absque nouo processu.*
3 *Citatione tamen præuia.*
4 *Licet tertius rem litigiosam esse ignorauerit secundum quosdam.*
5 *Aliis contrarium asserentibus.*
6 *In tantum, vt exsecutionem petens, tertium sciuisse vitium litigiosi, probare teneatur.*
7 *Commissarius exsecutioni datus, contra tertium rem litigiosam acquirētem, recte exsequitur.*

CONCLVS. CXVIII.

TERTIVM regulariter exsecutionem sententiæ contra aliū latæ impedire posse, monuimus *supra conclus. 113. consider. 3.* vbi etiam limitando huius firmandæ conclusionis meminimus hic dicturi.

Statuatur igitur conclusio, exsecu-
1 tionem sententiæ † contra tertium, in quem lite pendente res litigiosa alienata est, dari. Hanc conclusionem comprobat auctoritate fretus Bart. Angel. & Alex. Francisc. Marc. *Delph. decisione 538. num. 4. vol. 2. Matth. Coler. de process. exsecut. part. 2. cap. 3. num. 423. Robert. Lancellot. de attentat. part. 2. cap. 4. in præfat. numero 531.* vbi recensitis grauissimorum ICtorum auctoritatibus subdit ex Mōhedano, Ita in Rot. Romana IVDICATVM exstitisse. Eādem in facti contingentia firmat cōclusionem Ioann. Petr. Surd. *consilio 334. num. 13.* in auctoritatem Bald. Iaso. Dec. Ruin. Marc. & Contardum citans. Et sic se passim vidisse IVDICARI in supremo Hispalēsi tribunali testatur Gomez. *Leon. decisio. Hispan. 59. numer. 6. cent. 1.* & ita sentiunt etiam alij per Ioan. Vinc. Honded. *consult. 20. n. 7.* relati, *vol. 1.*

Quamuis autem post Neuizanum, & alios tres casus, circa huius conclusionē explanationem distinguat Asin. *in praxi Florent. §. 31. cap. 2. ampliat. 24. princip.* quos quidem casus vtiles, & necessarios esse dixit Francisc. Viu. *Neapolit. decisione 385. numero quarto*, nihilominus ex sequentibus iuncta consider. absolutiorem forte intellectum assequi posse, arbitror.

Ampliatur igitur primo conclusio,
vt recta † absque nouo processu exsecu- 2
tio aduersus tertium lite pendente rem litigiosam a parte acquirentem, transferatur. *Robert. Lancellot. de attentat. parte secunda, cap. 4. in præfat. numero 532.* & hanc ampliationem Dn. Gail. *numero 2.* etiam recipit.

Declaratur ampliatio, adeoque dicta Dn. Gaillij aliorumque sibi adstipulantium doctrina, vt quamuis nouus contra
hunc tertium † non requiratur proces- 3
sus, exigi tamen, quod aduersus hūc tertium exsecutio non nisi præuia primum citatione fiat in re litigiosa. *ita nuncupatim ipsisq. in terminis post Nattam & Borgn. Caualc. declarat Robert. Lancellot. de attent. in præfat. nume. 534. cap. 4. part. 2.* Quam declarationē etiam obserues aduersus id, quod *numero 1.* ibi, *contra tertium non citatum* dixit Dn. Gaill. siquidem etiam hoc casu citatio aduersus hunc tertium desideretur. Sic & alias vbi aduersus defuncti victi, heredem exsecutio venit facienda, primum debet ad hoc citari. sicuti multis probat Asin. *in prax. Florent. §. 31. cap. 2. limitat. 9. incip. limitatur prædicta conclusio.*

Ampliatur conclusio secūdo, quam-
uis tertius † rem litigiosam lite pēdente 4
acqui-

acquirentem, ignorasset eam litigiosam fuisse. Nam adhuc exsecutio hæc aduersus eum competit, perinde ac si ignorasset. *ita ampliat Dn. Gaill. sub num. 2. vers. & quamuis.*

5 Contrarium, quod scilicet † contra ignoranter rem litigiosam acquirentem non detur hæc exsecutio, tenet Angel. *in Authen. de litig.* a Dn Gaillio pro hac contraria opinione citatus.

Extenditur hæcce contraria seu posterior opinio, in tantum procedere, vt

6 etiam † probatio incumbat exsecutionem contra hunc tertium, qui rem litigiosam acquisiuit, petenti, quod illam litigiosam fuisse, sciuerit. Post Nattam, quem citat ex *consil. 350. sub numer. 4. libro secundo*, diserte voluit Robert. Lancellot. *de attent. in præfat. sub num. 536. vers. secundo, quod ad hoc.*

Ampliatur conclusio tertio, vt etiam delegatus, quem hodie vulgo commis-

7 sarium dicimus, cui commissa † esset sententiæ exsecutio, etiã aduersus hunc tertium lite pendẽte rem litigiosam acquirentem, possit exsecutionem facere, perinde atque committens ordinarius. *Ita Franciscus Marc. Delph. decis. 538. numer. quinto, vers. nec obstat si dicatur, quod iudex delegatus.*

Ampliatur quarto iuxta Gaillium *sub num. 3.* vt etiam conclusio locum sibi vendicet, quando actione personali pro dominio rei obtinendo ageretur. Ceterum de huius ampliationis veritate seq. consid. videbimus.

ARGVMENTVM.

Exsecutio an etiam detur contra tertium, qui lite, actione personali pro vendicando rei dominio intentata, rem eiusmodi acquisiisset:

SVMMARIA.

1 *Vitium litigiosi, etiam principali, actione personali ad dominium rei restituẽdum conuen[...] contrahitu[r].*

2 *Modo directo actione reali, non personali agatur. & 3.*

4 *Res litigiosa, quando fiat vel non, remissiue.*

CONSIDERATIO I.

INtricata satis exsistit præsentis considerationis resolutio. Dixi supra *conclus. 113. consid. 3.* contra tertium non dari recta exsecutionẽ, quamuis lite pendente acquisiuisset rem a victo in actione personali, ad illius dicti declarationem huius considerationis explanatio etiam pertinet: quare & ibidem etiam prosequutus fuissem, nisi instituti cura peculiariter hic dici suasisset.

Firmabimus igitur primum Dn. Gaillij traditionem, qua (*sub num. 3. vers. prædicta quoque obtinent.*) adseuerat Couarruuiam sequutus, vitiũ litigiosi † etiam 1 contrahi, quando tertius, pendente lite, acquisiuisset a parte actione personali conuenta, & postea sententionaliter ad dominium rei (siue directum, siue vtile, *ita enim Lancellot. mox citando loco*) restituendum condemnata hanc traditionem, post dictũ Couarruuiam, nec non citatis in comprobationem Iasone, Ferret. Paseth. Fabiano de Monte, Crauett. (*qui tamen in meo Codice allegato consil. 229. non sed consil. 279. sub num. 1. (vt hoc vitium typographicum obiter restituatur*) hoc dicit) Menoch. & Afflict. admittit in terminis nominatim Robert. Lancellot. *tract. attentat. part. 2. in præfat. num. 569. cap. 4.* Et huc forsitan conferunt notata ex Bart. Butrio & aliis, per Gabriel. Roman. *libr. senten. 5. tit. de neq. vel amitt. possess. conclus. 8. num. 10. 11. & post Menoch. de adipisc. poss. remed. 5. num. 137.*

Declaratur, vt hæc Couar. Gail. aliorumq; asseueratio pcedat, quando † di- 2 recto lis mota esset pro dominio rei, ita quod res, cuius dominiũ adiudicari petitur, per litem intentatam litigiosa effecta sit, & deinde sententia lata principalis conuentus pro restituenda re condemnatus esset: non vero vbi nuda actione personali principalis, a quo tertius rem aliquam, quam postea, victo principali, in exsecutionem rapere victor adnititur, conuentus exstitisset. Ita mihi resoluere videtur, & quidẽ recte, *Matth. Coler. de processione exsecutio. part. 2. capit. tertia. a num. 425. inde.* vbi nuncupatim, Dom. Gaillium citando, declarat re-

latis ad longum rationibus se mouentibus, subditque tandem *post nu. 427*; hæc verba (quæ ipsius mentem satis dilucide aperiunt, & proinde referenda duxi.) *Et in his terminis* (inquit) *litis pendentis, ac incoatæ super processu exsecutiuo pro iure reali contra principalem, si, antequam actualiter ingrediatur, vel inducatur creditor in possessionem, rem alienari contingat, saluari forte potest communis opinio, vt eodem modo procedi valeat exsecutiue contra tertium possessorem, sicut contra eius auctorem fieri poterat. Sin autem super dominio rei nondum mota fuit lis nostro debitori, isque vendiderit rem tertio, plane indubitatum relinquitur ex præcedentibus, denegandum esse ius paratæ exsecutionis aduersus singularem successorem, cum fundus nunquam adhuc litigiosus factus fuerit. Bart. in l. creditores, &c.* Hactenus Colerus.

Quinimo declarationem hanc splendidius firmat in terminis factique contingentia Ioan. Vincent. Honded. *decis. consult. 20. sub nu. 30. & seq. volum. 1.* quando lis (inquit) pendet in actione personali, licet pro consequēda re agatur, res illa non efficitur litigiosa, nec eius impeditur alienatio. Equidem tunc res efficitur † litigiosa, eiusque alienatio impeditur, quando agitur actione reali super dominio fundi, & non aliter. *Innoc. & Ioan. Andreas in cap. cum M. Ferrariensis de constit. Cyn. Alb. Bald. & Angel. in l. 2. C. de litig. Ioan. Andr. Abb. Henric. Boich. in cap. ecclesia S. Mariæ. vt lit. pendent. Roman. consil. 270. num. 2. qui de communi testatur. Alciat. consil. 11. num. 34. libr. 1. Guid. Pap. decis. 479. Pract. Papiens. in forma libell. in actio. real. in verb. veris ac legitimis. num. 59. Nat. consi. 145. num. 16. & seq. lib. 1. Berous consi. 155. nu. 42. lib. 1. Benintend. decis. 48. nu. 8.* quæ opinio cōmuniter a Doctoribus approbatur, & attestantur Crauett. *consi. 279. nu. 1. lib. 2. Thob. Non. consi. 78. num. 3. Scarlatin. inter consil. Bero. consil. 187. num. 18. libr. 1.* Et quamuis *Felin. in d. capit. dilecti. num. 8. de except. Ripa in capit. cum M. Ferrariensis. num. 180. & sequent.* ab hac opinione dissentiant, nihilominus Felin. *num. 8.* & Rip. *num. 179.* fatentur, hanc opinionem communiter approbari, & alias multas auctoritates pro ea allegant. Vnde, quicquid dixerit Ias. *in consi. 43. col. pen. & fin. libr. 1.* ab hac opinione communiter approbata, non est in iudicando recedendū, prout respondendo Iasoni dixit Crau. *in d. cōs. 279. n. 1. in fi.* illamq; magis communē fatetur etiam Robert. Lancellot. *de attent. part. 2. c. 4. in præfat. nu. 481.* licet ipse referat declarationem, quam ponit Did. Couarruuias. Ex his (ceu opinor) satis perspicua declaratio exsistit, quam quidē declarationem ita libuit vestire, ne alicui, meum intellectum relatū a Doctorum sententiis alienum esse, scrupulus incutiatur.

CORONIS REMISS.

Quibus efficiatur † litigiosa, quibus 4 itē a vitio litigiosi defendatur, fuse pertractauit ex moderniorib. Robert. Lancell. *de attentat. in c. 4. præfat. per tot. part. 2.* illo recurrendum erit.

DE APPELLATIONIBVS, ACTORVM PRÆSENTATIONE & compulsorialibus.

ARGVMENTVM.

Appellatio in formalibus defectuosa, perinde ac friuola frustratoriaque esse, corruit.

SVMMARIA.

1 *Appellatio, quæ in formalibus defectum patitur, nulla est.*
2 *Appellationis formalia breuiter recensentur.*

CONCLVSIO CXIX.

PERMAGNI vtique refert cognoscere, qui circumspecte appellationis formalia obseruentur: perinde quippe beneficio † appellationis non 1 rite obseruantes formalium requisita nos destitui, ac si friuole & frustratorie appellauerimus, exsistit conclusio. *ad notat. Robert. Lancellot. tract. attentat. c. 12. limit. 50. per tot. in discursu. part. 2. & sequens considerat. singulatim stabiliuit.*

Quo igitur in studiosorum gratiam requisita eiusmodi paucis, quasi per indicem

dicem extremis attingendo digitis, perstringam, hoc, qui sequitur, ordine seruato.

1 *Primo*, vt † appellatio gradatim fiat: *Secundo*, expresso nomine ad quem: *Tertio*, a quo: *Quarto*, appellantis: *Quinto*, appellati: *Sexto*, vel viua voce, vel scripto: *Septimo*, vel coram iudice a quo: *Octauo*, vel honestis viris & notario: *Nono*, cum designatione caussæ propter quam: *Decimo*, vt hæc omnia intra legitima peragantur tempora, quorum expeditio licet plures considerationes iuste explere potuisset, vna tamen, ob sui cohærẽtiam ordine recensendam duxi vtilius.

ARGVMENTVM.

Appellatio ne in formalibus deficiat, quæ veniant obseruanda, decem explicatur requisitis.

SVMMARIA.

1 *Appellationes gradatim fieri debent.*
2 *Etiam in caussis feudalibus.*
3 *Appellatio, omisso medio interposita, ad superiorem proximum remittitur, & quare. num. 4.*
5 *Appellans si proximum superiorem data opera, & quod ipsum recognoscere nolit, prætergrediatur, prorsus intercidit appellatio.*
6 *Appellatio est subiectionis signum.*
7 *Appellationum cognoscendarũ iuris censetur princeps in possessione esse, quibusdam saltem ipsum appellantibus.*
8 *Appellatio continere debet nomen iudicis ad quem.*
9 *Nisi simpliciter ad iudicem competentem appellatum fuerit, isque intra decẽ dies nominatim declaretur. num. 10.*
11 *Appellans omisso medio caussam non defert.*
12 *Appellatio alternatiua iure ciuili sustinetur.*
13 *Non de iure Canonico: nisi iusta incertitudinis caussa subsit. nu. 14.*
15 *Vel appelletur a delegato Papæ.*
16 *Vel ex alternatiue nominatis, vnus tãtum esset certus index.*
17 *Appellatio generalis vel alternatiua, quando admittitur, semper intra decem dies iudex ad quem, nominatim specificandus est. nu. 18.*
19 *Nomen iudicis a quo appellationi adscribendum.*
20 *Nomina item appellantis & appellati apponenda. num. 22.*
21 *Sufficit tamen vnum ex consortibus exprimere. nu. 24.*
23 *Error in exprimendo nomine appellati, appellationem non vitiat. & nu. 29.*
25 *Appellationi quo ad omissos consortes non censetur renuntiatum, quamuis nominatim appellando non exprimerentur.*
26 *Procurator vel Syndicus appellationi renuntiando, dominis non præiudicant.*
27 *Vbi plures sunt aduersarii & diuersæ caussæ, appellans nominatim, cõtra quos appellatum velit, exprimere tenetur.*
29 *Sufficit tamen procuratoris ab aduersario constituti nomen expressisse.*
30 *A definitiua, vel interlocutoria habente vim definitiuæ, in continenti viua voce apud acta recte appellatur. numer. 37. & 38.*
31 *Declaratur etiam, vt nu. 37. 38. si ex interuallo etiã a definitiua appelletur, in scriptis fieri debet appellatio.*
32 *Secus facta, nec, si iudex appellationi deferat, sustinetur.*
33 *Appellationis scedula actualiter iis, coram quib. appellatio in scriptis interponitur, tradenda.*
34 *Non tamen requiritur vt scedula coram iudice legatur.*
35 *Nec de necessitate inserendum, appello in his scriptis.*
36 *Appellationis scedulam notarius instrumento inserere debet.*
39 *Appellatio a sententia declarata iudicis competentiæ in scriptis interponi debet.*
40 *Appellatio coram iudice a quo interponenda.*
41 *Vel, si iudicis copia non sit, coram notario & testibus.*
42 *Nec appellans iudicem extra patriam perquirere tenetur.*
43 *Nec, si coram notario & testibus appellans de absentia iudicis protestetur, redeunte intra decendium iudice, denuo appellare cogitur. num. 44.*
45 *Notarius tamen & testes appellationi de-*

ferre, vel citatorias, aut inhibitoriales literas decernere nequeunt.

46 *Licet apostolos testimoniales ad instātiam appellantis dare possint.*

47 *Appellatio coram notario & testibus, etiam casu, quo iudicis copia haberi potuit, de consuetudine Germaniæ valet.*

48 *Non tamen ligat manus iudicis a quo, nisi eidem intimata fuerit.*

49 *Ob metum probabilem appellatio, etiam præsente iudice, coram notario & testib. rite interponitur.*

50 *Nec corruit taliter interposita appellatio, metu postea intra decendium cessante.*

51 *Modo quatuor requisita interueniant.*

52 *Appellatio a definitiua vel interlocutoria habente vim definitiuæ, caussæ expressionem non requirit.*

53 *Nisi tertius pro suo interesse appellet.*

54 *Vel appellatio iure regulari & communi prohibita, ex rationabili & speciali caussa admitteretur.*

55 *In appellatione ab interlocutoria, in scriptis, & appellādum & caussa appellationis exprimenda. nu. 56.*

57 *Adeo vt etiam caussa notoria exprimi debeat.*

58 *Relatio tamen in scripto appellatorio, facta ad aliā certam scripturam, caussas continentem, appellationem sustinet.*

59 *Appellatio intra decendium, a tempore prolatæ sententiæ, de momento in momentum computandum, interponenda. & nu. 61.*

60 *Appellationem intra decendium interpositam, ab appellante probandum est. num. 65.*

62 *Fatalia de momento in momentum currere, quomodo accipiendum.*

63 *Notarius, si decimo die appellatum fuerit, horam interpositæ appellationis instrumento adscribere debet.*

64 *Tempus petendi apostolos, triginta nimirum dies, etiam a momento prolatæ sententiæ currere incipit.*

66 *Appellatio post decendium interposita, etiam parte non opponente, nulla est.*

67 *Ampliationes & limitationes dictæ regulæ, remissiue. nu. 68. 69.*

70 *Statutarij iuris formalia in vnoquoq; loco diligenter obseruanda sint.*

CONSIDERATIO. I.

GRadatim appellationem † esse faciendam ad proximum, nempe superiorem, alias nullam & euanidā esse, 1
tex. inter concordântes, est in Auth. de appella. & intra quæ tempora. & inde desumto c. anteriorum. 2. quæst. 6. ibi. ne caussa non gradatim procedere. & inter moderniores in terminis firmat, relatis etiam auctoritatibus Dn. Mynsing. (*qui obserua. 4. cent. 2.* refert ita in Cam. IVDICATVM exstitisse) & D. Gaillii, Menoch. *consi. 466. num. 32.* congestis Cæsarei & Pontificii iurium textibus concordant. comprobat Nepos de Mont. *Alb. de except. rubr. de except. contra appellat. vers. item appellatio debet fieri gradatim.* In specie facti respondit Ioan. Petr. Surd. *consi. 106. num. 9. 10. 11.* & admodum scite prosequitur Petr. Gregor. Tholos. *de appellat. lib. 4. cap. 1.* (vbi quod appellandum sit ad maiorem) & *cap. 2.* (vbi quod gradatim ad superiorem) vbi etiam seqq. capitibus aliquot, quibus omisso medio appellatio concedatur, explicat, quæ omnia hic recensere nostri non est instituti. Quo fit (ita Ioan. Wames. *in c. si duobus. 7. sub n. 1. ext. de appellat.*) vt quo ordine Magistratus quisque alius alio ex iuris præscripto superior est, & qua ratione honores & magistratus gradatim deferuntur, gradatim quoq; per subditos recognoscant iudices superiores: ideoq; nō possit ab inferiore iudice, omissis mediis ad maiorē appellari. Sic etiam gradatim † in caussis feudalib. ad proximum feudi superiorem appellandum est. *Dn. Vult. 2. de feud. cap. 3. nu. 4. cum similibus.* 2

Declaratur notabiliter, appellationē, nisi ad proximum superiorē fiat, nullam esse, hactenus obtinere, vt non plane intercidat † appellatio, sed corā illo quasi (*ceu aiunt*) per saltū appellato iudice appellationis caussa cognoscenda non sit, quin potius ad medium superiorem remittenda veniat. *ita Masuer. in prax. tit. de appellat. num. 23. & diserte etiam docet Petr. Grego. Tholos. tract. appellat. lib. 4. cap. 2. num. 8. iunctis a se traditis eodem lib. cap. 14.* Si (inquit *cap. 14.*) appellatur ad maiorē quam oporteat, valet appellatio, non quidem, 3

vt sim-

vt simpliciter dicatur valere omisso medio, sed remittitur caussa ad inferiorem gradum. *l. 1. §. si quis. & l. imperatores. 21. de appellat.* Valet ergo quod pertinet ad priuationem potestatis iudicis a quo, quia iusta appellatio est ex eius parte: sed ratione superioris non est recepta. Et si quis persequeretur appellationem coram iudice incompetēti, persecutio est nulla. Ita quod appellatio ad maiorem facta teneat, prout ad minorem reiicitur, hoc est ex potestate legis quæ statuit, non ex facto appellantis, vt ad eum, ad quē in veritate debuit appellari, deuoluatur appellatio. Et paulo post idem Tholossan. rationem huius declarationis, post communiter Dd. subiungit,
4 quod nimirum, † qui ad maiorem appellat, censeatur etiam voluisse appellare ad medium superiorem: siquidem, qui voluerit, quod est plus, intelligatur etiam voluisse, quod est minus, *ex l. cum furti. ff. de iurisdictio. omn. iudic. leg. fin. cui, ff. quemadmodum seru. amitt. sic etiam admittit Gomez. Leon. Hispan. decis. 75. cent. 1.* Vide quæ etiā subsequen. requisito dixi. *vers. extenditur præcedens.*

Subdeclarandā tamen eiusmodi declarationem esse arbitrarer, vt non pro-
5 cedat, quando appellans † intendisset proximum, seu medium superiorē prætergredi casu scilicet, quo hūc medium in appellationis iudicem recognoscere noluerit. Exemplum aliquod possem ad viuum proferre: Ceterum, siquidem exempla quandoque sint odiosa, in genere tale fingi posse, melius facturatus.

In ditione Principis alicuius, vel Comes vel Baro, nobilis, ciuitas, &c. est, qui, quæque Principem ad quid quidem recognoscit, in superiorem vero medium recognoscere respuit: cū ab his ad Cameram Imp. recta appellatur, appellationem, casu quo medius hic Princeps appellandus fuisset, prorsus intercidere nullamque esse censerem. Vt si postea interueniente Principe pronūtiaretur, ad se, non ad Cameram recta appellandum fuisse, remissio inutiliter fiat; deest enim hic ratio supra relata, quandoquidem animus ad mediū hunc Principem appellandi nō fuit appellanti, vt qui quęque perspectū sibi habeat, subditorum appellationes ad suum Principē seu Dominum esse faciendas, vt cui iurisdictio in caussis appellationum suorum subditorum competat. *ex Bald. Ioan. Andr. Innoc. Abb. Angel. Bruno. Natt. & Roland. firmat Anton. Sola in Constit. antiq. Sabaud. tit. de foro competent. decret. subditos nostros. glo. 1. num. 6.* ita vt dominus inferior seu superiorem recognoscens subditis suis appellationem, ne quidem ab interlocutoria, inhibere nō possit, quin potius ad superiorem deferatur, ex Felino nominatim adduxit Cornel. Breder. *tract. appell. part. 1. tit. 11. col. 35. verb. subditus Principi.* adeoq; appellationem † subiectionis 6
esse signum, ceu nominatim scribit post Pręposi. Frāc. Marc. *Delph. dec. 366. n. 24. part. 1.* & in terminis facti firmat, & insuper pro auctoritate Ias. *ex l. Imp. de iurisd. omn. iud.* citat Wesenb. *cons. 43. nu. 70.* Et noue etiam, ꝙ appellatio subiectionem importet, dixit ex Crauet. *cons. 209.* (qui Crauetta tamen nihil citat) *Petr. Anto. de Petr. Placent. tract. de potest. Princ. c. 6. nu. 96.* eundem Crauettā ex eodemmet loco, & Didac. in hoc citat Menoch. *respōs. 2. caussæ Finar. nu. 73.* nouissime vero Andr. Knichen *tract. de sublim. regioque territor. iur. c. 3. nu. 189.* (posset tamē appellationis caussa cognoscenda alteri committi. *leg. cum post sententiā. C. de appell. not. Surd. cons. 323. num. 23. & seq. Placent. cit. c. 6. sub nu. 96. vers. licet Princeps.* quo casu cōmittens est intuēdus: sed hæc forte extra propositū.

Quinimo, ꝙ maxime etiā renuentes Principis illius superioritatem vrget, ius cognoscendarum appellationū † acqui- 7
situm censet, quoad omnes subditorum appellationes in posterum faciendas, quamuis appellassent Principē illum saltem, aliqui ex renuentium subditis, atq; ita adepta cēsetur possessio vel quasi cognoscendi aliorum subditorū appellationes, quemadmodū in facti contingētia respondit Io. Pet. Surd. *cons. 323. n. 44. & seqq. & cons. 429. n. 44.* adseuerat se ita obtinuisse, & in Senat. Montisfer. IVDICATVM exstitisse. Plures huius requisiti restrictiones & declarationes congestæ exstāt apud Bred. *tract. appel. p. 1. t. 18. p tot.*

Secundum iam succedit requisitum

præcedenti limitaneum, vt scilicet ex-
8 primat appellatus † quem iudicem appellet. *Robert. Lancellot. de attent. part. 2. ca. 12. limitat. 50. nu. 227. faciunt notat. per Rot. Gen. de mercat. decis. 23. num. 11.* Et hoc sane requisitum non est minimum: nam appellatio ad nō suum iudicem esse nullam, constat ex nuperrime traditis Petr. Gregor. Tholos. *de appellat. libro quarto, capit. 15.*

Declaratur primo, appellationem in hoc formalium requisito non corruere,
9 vbi simpliciter † esset dictum, appello competentem iudicem. Siquidē ad superiorem proximum appellationem esse directam intelligendum sit. Hanc declarationem inter moderniores nominatim facit, & de iure tam ciuili, quā canonico procedere dixit Camill. Borell. *consult. 42. n. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.* post Marant. communiter receptum esse dogma citat Soarez. *Thess. sent. lit. A. nu. 200.*

Subdeclaratur hęc prima declaratio,
10 vt procedat, vbi † intra decem dies nominatim declarasset iudicem ad quem appellatus, secus contra. *ita diserte Robert. Lancellot. de attentat. capit. 12. limitat. 50. numer. 229.*

Extenditur præcedens prima decla-
11 ratio, vt etiam appellans † nominando maiorem (de hoc præced. requis. vbi videndum) eo, quē appellaturus erat, sed gradatim appellare debebat, vel etiam parem eo, quem appellare gradatim debebat, caussam non deferat, licet sic errauerit. Ita ex recentioribus Gomez. Leon. Hispan. *decis. 57.* vbi refert in facti contingentia in casu, quo ad parem errore appellatū erat, in Supremo Hispalensi Tribunali IVDICATVM exstitisse, quod adhuc appellatio nō censeatur deserta, sed remissio ad competentem facienda sit.

Declaratur secundo, vt nihilominus
12 tamen sustineatur appellatio, † quamuis alternatiue ad talem vel talē facta esset. *Osasc. Pedem. decis. 131. n. 8. & admittit Franc. Marc. Delphin. decis. 270. numer. 2. part. 1.* Et hanc declarationē de iure ciuili esse veram, statuit Aufr. *in additio. Capell. Tholoss. decis. 475.* de iure (inquit) ciuili cum semper iudex sit certus, alternatiua bene resoluitur in simplicem positionē, & videtur appellatum ad competentem.

Subdeclaratur, vt hoc quidem de iure ciuili procedat, † nō vtiq; canonico. Ita 13
DECISIVE exposuit Corset. *Capell. Tholos. decis. 475. per tot.*

Fallit subdeclaratio pluribus modis, Primo, quando iusta † subesset incerti- 14
tudinis caussa.

Fallit secundo, quando appellatur † a 15
Papæ delegato: tunc enim licet alternatiue appelletur, ipsa tamen alternatiua ad solum Papam directa censetur.

Fallit tertio, quando ex duobus † al- 16
ternatiue nominatis vnus tantum esset appellationis certus iudex. *post Angel. induxit Menochius. consil. 106. numer. 165. & concedit Aufrer. dict. decis. 475. vers. quarto, quando. Rot. Gen. de mercat. decis. 23. numer. 14.*

Fallit quarto, quando intra decem
dies † certificaretur specifice, ad quem 17
iudicem appellatio directa esse deberet. *Camill. Borell. in terminis respondit consil. 42. numer. 13.* Et huiusmodi certificatio sufficit, fiat siue expressim, siue tacite per actus, scilicet certificationem denotantes, ceu idem Camillus eodem loci voluit.

Subdeclarari omnes relatæ fallentiæ videntur, vt procedant, dummodo intra decem dies † nominatim iudex ad 18
quem ex his iudicibus, ad quos alternatiue appellatum esset, specificetur. *ita aperte docuit, & commune Doctorum exsistere placitum ex Prospero Paseth. renunti. Robert. Lancellot. de attent. cap. 12. limitat. 50. num. 230. in augmentata editio. part. secunda, & ex Alexandr. commune refert Soarez. recept. sentent. lit. A. num. 202.*

Tertium nunc subintrat requisitum, vt nempe appellans exprimat, a quo iudice † appellare intendat. Quamuis ve- 19
ro hoc requisitum esse non videbatur, vt tamen sciatur ordine appellatum an sit, commodissimum erit etiā iudicis a quo nomen exprimi, appellatio vbi ex interuallo fieret. *ita Ioan. Wames. in capit. oblata. 55.*

oblata.57.sub num.7.ad finem. Statim enim cum appellatio corã ipsomet iudice interponitur, vel simplex verbum, *appello*, sufficeret, *secundum ea, qua prox. praced. Reg. annotauimus.*

20 Quartum requisitum recumbit in eo, quod ipsemet † appellans sui in scriptis appellando non obliuiscatur nominis, *l. 1. §. fin. ibi vt habeant scriptum, & a quo dati sint, hoc est, qui appellet ff. de appellat.*

21 Declaratur hoc requisitum, vt sufficiat vnius † saltem ex consortibus fiat appellando, & pro extrahendis processib. supplicando fiat mentio, non vero singulorum nominum expressio requiratur, *Mynf. obser. 66. cent. 2.* vbi testatur secundum huiusmodi declarationem in Augustiss. Imp. Cam. IVDICATVM exstitisse.

22 Quintum ex ordine requisitum se offert, vt appellati † contra quem, appellando fiat nominatim mentio, *text. in l. 1. §. fin. ibi & aduersus quem. ff. de appell.*

Quamuis vero me haud fugiat requisitum hocce alienum, & *l. scio quasitum. 3. ff. de appell.* contrarium, atque ita antinomiam videri, & a plerisque resolui, vt de necessitate necesse haud sit, nomen aduersarii contra quem, exprimi, ex sequẽtibus tamen etiam nonnihil lucis affulgebit huic requisito.

Declaratur itaq; hoc requisitum, vt procedat non eo casu, quãdo vnus duntaxat esset in lite aduersarius: hoc enim casu procedit dicta *l. 3. principium. ibi. scio quasitum, si quis non addiderit in libellis, contra quem aduersarium appellet, an praescriptionis* (*glo. ibidem* EXCEPTIONI *recte exponit*) *subiiciatur: & puto* (inquit Vlpia.) *nihil oportere praescribi.* Quare etiam nec error

23 † in exprimendo appellati nomine, vt quia contra Caium appellasset, dum tamen Lep[...]us aduersarius esset, appellationem vitiat, *Robert. Lancell de atten. par. 2. c. 12. limit. 50. num. 209* vbi inducit ita in Rot. Rom. IVDICATVM exstitisse. Subdeclaratur hoc vltimum, vt mox infra ad requisiti huius finem, *vers. declaratur secundo.*

Ampliatur, vt etiam appellationi nihil obsit, quamuis plures essent eiusdem litis † consortes, in quorum fauorem sententia prolata esset, & non omnium, sed quorundam nomina libello appellatorio essent adscripta: adhuc enim appellatio ob omissionem hanc non vitiatur, quin aduersus omnes consortes appellatum sit, intelligatur. *ita differtiss. est text. in d. l. 3. vers. sed illud cecidit in quaestionem. ff. de appellat.* 24

Extenditur ampliatio haec, vt nec appellationi † renuntiatum in praeiudiciũ appellantis cẽseatur, quoad omissos hos consortes, quamuis procurator (intellige sine mandato) appellationi in fauorem omissorum expressim renuntiasset, *ad notat. AEmil. Verall. Rom. decis. 29. nu. 2.* vbi ex Alexand. & Felyno firmat, procuratorem † non posse domino praeiudicare appellationi renuntiando, subiicitq; ita IVDICASSE Rot. Et in terminis etiã, quod Syndicus in dominorum suorum praeiudicium nihil faciat appellationi, vel reductioni renuntians sine speciali mandato, respondit ex Bald. Menoch. *consi. 495. nu. 28.* tacite vero, patiendo nimirum, efflui tempus appellandi, procurator renuntiare in praeiudicium domini posset, *ex Alex. Vrsil. in addit. Affl. decis. 78. nu. 10. & monui in pluribus supra.* 25 26

Limitatio iam statuenda est, atq; proinde tenendum, vt vbi plures † essent in lite aduersarii, nec vna caussa, sed diuersae, contra quem vel quos ex aduersariis appellatum velit appellans, diserte nominatim exprimat. facit, a cõtrario sensu ducto argumento, *d. l. 3. ibi. & cum vna caussa sit.* 27

Declaratur haec limitatio primo, vt eo casu, quando nomen aduersarii contra quem, exprimendum esset, sufficiat sustinendae appellationi † procuratoris ab aduersario constituti nomen expressisse. In ipsis terminis factiq; contingentia comprobat, & ita in Rot. Rom. IVDICATVM fuisse adseuerat Verall. *decis. 30. num. 5.* 28

Declaratur secundo, qua declaratione etiam subdeclaratur declarationis principalis illatio, vt eo casu, quo appellati nomen exprimendum erit, non obsit erronea nominis expressio, dummo- 29

saltim per aliquas coniecturas qui appellatus sit, appareat. Lancello *de attent. cap. 12 ampliat. 18. ad finem.* vel etiam postea iusto tempore error corrigeretur, *iuxta ea, quæ supra citat. 2. req. monui.*

Sextum requisitum quod attinet, distinguendum erit, an in sententia iudiciali, vel extraiudiciali; & si a iudiciali, vtrum ab interlocutoria, an vero diffinitiua appelletur, & si a diffinitiua, an statim absque interstitio iamiam iudice adhuc pro Tribunali sedente, atque ita statim prolata sententia appelletur apud acta, an vero ex interuallo interponenda veniret appellatio: quæ singula, qualiter procedant, Doctores *in comment. & tractatib.* explicant quam extensissime, eo vertendum. Saltem instituti obseruando metas admonendus erat studiosus:
30 In appellatione † a diffinitiua quidem, vbi statim atque lata est sententia apud acta pronuntiantis iudicis appellatio interponeretur, sufficere, saltem viua voce fiat, *text. l. 2 ff. de appellat.*

Extenditur etiam in appellationibus a sententiis interlocutoriis vim diffinitiuarum habentibus obtinere, *dixi inf. sub huius requisiti finem.*

Post vero, seu ex interuallo, quando
31 appellandum a diffinitiua obtigerit † in scriptis debere appellari, *Mynsinger. obseruat. 15. cent. 3. Petrus Gregorius Tholosan. tracta. appellat. lib. 6. cap. 1. numero decimo. ex l. litigatoribus. 14. C. de appellatio. cum similib.*

Extenditur hoc postremum, vt nec appellatio a sententia diffinitiua, ex interuallo sine scriptis facta, sustineatur,
32 † quamuis iudex huic appellationi detulisset, *ita Achill. de Crassis Roman. decisione 228. alias §. appellatio. decis. 2.* vbi, quod ita TENTVM a Rota sit: & reperitur etiam decisio eiusdem tenoris apud Put. *decis. 107. li. 3.* vtrisque in locis admittitur. Ex dictis vero a Puteo firmatur, hanc extensionem stricte de appellationibus a diffinitiuis, non vero de interlocutoriis accipiẽdam esse, vt, quia appellatio ab interlocutoria sine scriptis facta, valeat, deuolutionem operari, vbi iudex appellationi huic detulerit.

Extenditur, quod diximus requiri in scriptis fieri appellationem, vt non sufficiat in casibus, quibus de sui necessitate scripto appellandum est, quod appellatio in scriptis redacta sit, & recitetur ad acta coram iudice a quo, vel coram honestis personis, seu etiam notario & testibus: sed quod requiratur libellum appellatorium, † seu scedulam appellatio- 33
nis exhiberi, & actualiter tradi iis, coram quibus appellatio interponitur. Ita post alios nuncupatim obseruauit Iaffr. Balb. *particul. decis. 457.* Ceterum de huiusmodi extensione grauiter discurrit Bart. Blarer. *in l. diffamari. cap. 10. sub num. 23.* Quo in loco (*inquit*) diligentissime obseruandum, appellationem huiusmodi non censeri in scriptis factam, nec in Iudicio Cam. Imp. admitti, si ex caussis oretenus appello, & notarius desuper instrumentum erigat; ex illa subtilitate, quod appellatio non dicitur fieri in scriptis, per verba, *Appello*, & tu notarie ita scribas. Necesse enim est illam in scriptis esse factam, & scedulam appellationis instrumento notarii esse insertam; & ideo non sufficit attestatio notarii in instrumento super appellatione coram eo facta sine scedula; vt in Camera sæpe OBSERVATVM. Hæc Blarerus. Quæ referre duxi, vt animaduertat studiosus, quam summe extensio nostra consideranda sit.

Declaratur iam primo, quod eo casu, quando in scriptis appellandum erit, necesse non sit, vt libellus hic † appellato- 34
rius, seu scedula appellatoria corã iudice legatur, *cap. appellatio. 9 & ibidem exornat gloss. verb. lecta de appell. in 6.*

Declaratur secundo, quod in hac scedula appellatoria de † necessitate non 35
sit inserẽdum *appello in his scriptis.* Et quia huius declarationis casus quotidie exercent nonnullos inferiorum iudiciorum caussidicos, ex eo, quod Ang. *in l. a sententia. §. si heres. ff. de appellat.* & Mynsing. etiam *obseru. 45. vers. quod procedit etiam notarius. cent. 4. Blar. l. diffamari. c. 10 sub num. 23. vers. & adeo verum est. C. de ingen. & manumiss.* pro contraria stent opinione; accuratius cõsiderãti mihi occurrebat pro hac declaratione decisio in terminis per

Can-

Cantuccium *Rot. Rom. decis. 2. num. 19. 20. part. 2. in nouiss. diuersor.* Non obstat (*inquit*) quod appellatio istorum de Letta non suffragatur, cum in ea deficiat clausula; *in his scriptis*; & appellatio in scriptis facienda non valeat, nisi in ea expresse adiiciantur hæc verba, *in his scriptis*, *Ang. in l. a sententia. § si heres. nu. 1. ff. de appellat. Specul. eod. tit. § 1. nu. 2. par. 4 Castren. in l. 2. § libelli. nu. 2. circa med. eod. tit. ff.* Quia respondetur, huiusmodi opinionem de iure non subsistere, cum *in c. 1. de appell. in 6.* nulla fiat mentio de huiusmodi clausula, sed solum ibi deponitur, appellationem ab interlocutoria in scriptis fieri debere: tūc autem appellatio in scriptis fieri dicitur, quando libellus appellationis scriptus porrigitur, *vt per Franch. in c. vt debitus. q. 3. nu. 12 de appell. late Corn. cons. 95. nu. 2. lib. 4. Maran. de ord. iud. par 6 tit. de appell. nu. 127.* Et contrarium, quod non sint necessaria illa verba, *in his scriptis*, voluit gl. *in simili, in c. fin. verb. illustrium in fi. de re iud. lib. 6. Imol. in d. l. a sententia. § fin. nu 22. vers. sed certe.* vbi pluribus rationibus reprobat opinionem Angeli, qui re vera fuit solus in hac opin. Nam Castrens. *in d. § libelli.* non dicit in libello appellatorio scripto, debere exprimi illa verba, *in his scriptis*, sed solum dicit, non esse appellationem in scriptis, si quis appellat viua voce & facit in scripturam redigi appellationem (de hoc dicto Castrensis, idem ex Franco notat Mynsi. *obs. 15 ad fin. cent. 3.* notandum dixit) nisi tamen notarius adiiceret in scriptura illa verba, *in his scriptis* appellauit. Speculator vero postea se declarat, nisi apparerent illa verba scripta, in quibus continebatur appellatio. Hactenus decis. Rom. Ex quibus satis liquido constat Rot. Romanam iuxta declarationem hanc IUDICASSE.

36 OBSERVES tamen interim, Notarium, † coram quo appellatio interponitur, teneri, ex Recess. Imper. *Anno 1594.* scedulam appellatoriam instrumento super appellationis actu a se conficiendo inserere. Sicuti etiam aduertit Dn. Denais. *synops. iur. Cameral. lit. A. rubr. appellatio coram notario num 3.*

Et hęc, quę hucusque de in scriptis facienda appellatione diximus, omnino in appellationibus interlocutoriis sibi locū vendicant: hæ enim regulariter † scripturam exigunt, *c. cordi. 1. de appellat. in 6. cum aliis per Petr. Gregor. Tholos. de appellat. lib. 6. c. 1. nu. 6. Osasc. Pedem. decis. 6.* 37

Fallit hoc vltimum in appellationib. ab interlocutoriis † vim diffinitiuarum habētibus: in his enim sufficit, quod viua voce in cōtinēti fiat; ex interuallo vero requiritur vt scripto expediatur, perinde ac appellaretur a sentētia pure diffinitiua. Hanc opinionem in vtroq; casu esse firmiorem, veriorem, & receptiorem dixit Barth. Blarer. *in l. diffamari. c. 10. sub num 23. vers. verum contra, quod eiusmodi interlocutoria. C. de ingen. & manumiss.* corroboratque hanc fallentiam de iure Ord. Cam. etiam procedere. 38

Fallit item, quando in caussa, quę sola facti veritate inspecta expedienda est, ab interlocutoria appellaretur, hoc quippe casu sine scriptis viua voce appellationem interponi sufficit, *nuncupatim ex neotericis nuperrime post alios firmauit Marcell. Cal. tract. de articu. & prob. mod. tit. sola facti verit. insp. glo. 4. n. 59.*

Fallit item de iure Camerali in appellatione a sententia † declaratæ judicis competentiæ: nam & hæc scripto interponenda est, *Recess. Imp Anno 1594.* 39

Et hæc sunt magis singularia, & frequentiora.

Hucusque dicta de appellatione in scriptis faciendæ sedulo obseruanda erunt, nisi statuto vel consuetudine requisitum hocce remissum, atque ita indifferenter viua voce appellari licitum esset, *ita nominatim Blarerus in l. diffamari. cap. 10. sub num. 23. versic. hoc quoque notandum*, & generaliter de omnibus requisitis monui ad fin.

Septimum requisitum desiderat appellationem † interponi coram iudice a quo, *c. vt debitus. de appell. c. alias. § biduum. 2. q. 6.* adeoq; vbi hoc requisitum non obseruatū fuisset, appellatio vt nulla concidit. Ita in terminis factiq; contingentia respondit auctoritate fretus Inno. Ang. Lap. Gram. & aliorum Io. Vinc. Hond. *consult. 27. num. 22. vol. 1.* & in terminis et- 40

iam respondit Menoch. *consil. 466. numero 36.*

Declaratur primo (& denotatur requisitum octauum) vt appellatio, licet nō
41 coram iudice a quo, sed honestis † viris interposita adhuc nihilominus valeat, quando copia iudicis haberi non potuisset, *sic nuncupatim declarat Rober. Lancellot. tract. atten. c. 12. lim. 1. 50. nu. 205. par. 2. Francisc. Viu. Neap. decis. 266 nu. 6.* Io. Petr. Sur. certissimam hāc esse declarationem respondit, multos in hanc citans sententiam, *cons. 228. nu. 8.*

Extenditur hæcce declaratio, etiam procedere, quando coram vno duntaxat honesto viro appellatū esset, si modo notarius & testes adhibeantur, *ita diserte ex Lapo, Grauatio, Lancell. & alijs firmat Io. Petr. Surd. consil. 228. num.* 10.

Extenditur secundo, vt appellans iu-
42 dicem a quo, extra patriam † perquirere non habeat necesse interponendæ appellationis caussa, *Io. Petr. Surd. cons. 228. ante nu. 15. Matth. Wesenb. cons. 1. sub nu. 29.* vbi voluit, quod nec in vrbe quærendus sit iudex, sed saltem iudicis copiam hoc casu haberi intelligatur, quando publice, vbi ius dicitur, compareret.

Extenditur tertio, si appellans ante-
43 quam † coram honestis viris, vel honesto viro, notario & testibus perquisiisset iudicem, & cum eius copia haberi non potuisset, de absentia protestatus sit, appellando coram iisdem, quod non teneatur iterum appellatio intra decendiū redeunte suiq; copiam faciente iudice. Ita accurato studio propalauit, & in facti contingentia auctoritate nisus Ægydii, Bell. Franch. Rot. Rom. Cassadori & Baldi, respondit Surd. *cons. 228. num. 17.* testaturq; ex Felyno iuxta hanc extensionē Rot. Rom. IVDICASSE. Quamuis vero huic extensioni aduersatetur But. Imol. Aret. & Fely. sicuti idem aduertit Surd. eandem tamen præualere, tū auctorum numero, tum pondere autumat ibidem Surd.

Subdeclaratur primo iam declaratio prima, vt quidem absente iudice a quo possit coram honestis viris appellatio interponi, modo adhibeatur coram iisdē
† protestationem appellans se copiam 44
iudicis habere haud posse. Et admittit multis pro hac opinione cōgestis auctoritatibus Surd. *cons. 228. nu. 9.* & hæc subdeclaratio inseruit etiam sequen. declarat.

Subdeclaratur secundo, & tenēdum, quod appellatio quidem coram honestis viris in absentia iudicis fieri, ceteris paribus, possit, ipsis † tamen neutiquam 45
appellationi, si, & in quantum, deferēdi, nec literas citatorias, inhibitoriales decernendi facultas sit. Ita in facti contingentia IVDICAVIT Rot. Prouin. March. *apud Marc. Anton. de Amat. decis. 100. per tot.*

Apostolos vero testimoniales † ad pe- 46
titionem appellantis dare vtiq; possent, nō tamen, de sui necessitate appellationi huic deseruiunt, *ad eundem Marc. de Amat. d. decis.* 100. *serenius vero prosequentem Surd. cons. 228. num. 19.*

Plures declarationes huius septimi requisiti proponit Lancellot. *tract. atten. c. 12. ampl. 15. vbi late per tot.*

Aduertendum tamen sedulo interim circa hoc octauum, nec non etiam præced. Septimum requisitum erit, quod huic derogatum † in Germania videa- 47
tur, contraria Imperii lege lata eademque vsu recepta, *Mynsinger. obseruat. 44. cent. 4. & ad idem exstant (vbi & Mynsing. refertur) notata in terminis a Iurisconsultis Saxon. Consult. part. 3. quæst. 5.* vbi inter cetera, his verbis decisiue consulunt; Aber dieses vngeachtet / werden die *appellationes*, welche *coram notario & testibus interponit, indistincte* angenommen / der Vrsachen / daß *iure nouissimo & Constitut. Imperatoria* dieselb nachgegeben werden / daß es in der Appellanten gefallen stehet / welcher Appellation er sich gebrauchen wölle / wie in deß Cammergerichts Ordnung *part. 2. cap. 26.* §. Item / so soll einem jeden / *&c.* Hic etiam accinit Ioan. wames. *in cap. si iustus. 73. numero 5.* Sed hac re (inquit) ex moribus & consuetudine fere ex hoc iure vbique recessum est, & receptum, vt coram quacunque, etiam publica persona interposita, appellatio sufficiat, siue aditus tutus sit ad iudicem, & illius copia,

pia, siue non. Sic etiam in ipsis terminis factique contingentia respondit Matth. wesenb. *consi. 1 sub nu. 30.*

Ordinationem relatam Imper. inferiores etiam curias sequi debere, atque proinde generale ius constituere, vt indifferenter coram notario copiā iudicis haberet, siue esset, siue nō esset, appellatio rite interponatur.

Magna sane res est sciuisse hoc, quod notauimus corā notario nimirum, perinde ac coram ipsomet iudice a quo, interpositam appellationem etiam si iudicis copia haberi potuisset, valere: ceterum nō minor est meminisse, huiusmo-
48 di coram notario † factam appellationem, saltem effectum appellationis deuolutiuum operari, non vero suspensiuum, nisi iudici a quo intimatio huiusce appellationis facta esset, ita vt prius quā intimatæ sit vitium non causset attentati, *ad notat. Lancellot. tracta. attent. cap. 12. ampliat. 15. num. 22.* vbi numeris aliquot seqq. prosequitur, *par 2.*

Declaratur secundo, & obseruandum, quod præsente iudice coram honestis viris appellatio recte interponatur, vbi
49 appellans iudicis conspectum † probabiliter reformidaret, timens de iudicis iracundia, vel sæuitia, &c. *l. 2. § qui vero vim sustinuerunt. C. de his, qui per met. iud. non appellat. c. si iustus 73. de appellat.* vbi wames. extensiue exemplificat, vt non modo procedat, quando appellans a iudice vim sustinet, vel verborum, vel carceris, vel detentionis; sed etiam in aliis caussis, ex minis, nempe, toruo vultu, aut ex iudicis antecedente consuetudine male tractandi eos, qui ab eo appellant in præsentia magistratus, etiamsi semel antea prouocanti alicui tractatio acerba facta esset, iustus ille excusans metus caussetur.

Extenditur proxime relata declaratio, vt nec ob metum probabilem corā
50 honestis viris interposita † appellatio corruat, quamuis intra decendium metus sublatus sopitusque esset, atque ita necesse haud sit iterato appellare, seu appellationem coram iudice interponere, *Bald. in l. 2. C. de his, qui per met. iud. sic sentientem retulit sequutusque est Surd. cons. 226. sub num. 17.*

Limitatur iam declaratio hæc secunda, vt non procedat nisi quatuor † coniunctim requisita interueniant, primo, 51
quod protestatio de iusto metu fiat: secundo, & quidem in præsentia bonorum virorum, vel etiam publice: tertio, intra legitimæ appellationis interponēdæ tēpora: quarto, vt caussæ quare appelletur, exprimantur, *ita wamesius in c. si iustus 73, nu. 2. & 3. ext. de appellat.*

Nonum requisitum caussam interpositæ appellationis desiderare dicitur.

Ceterum hoc requisitum distinctioni obnoxium est. In appellationib. nempe a diffinitiua caussam haud exprimi constat, ex recentioribus scribit Ioann. Bender. *de reuisionibus cap. 12 num. 1.* in hoc Legistas & canonistas conuenire.

Idem in appellatione ab interlocutoria vim diffinitiuæ habente: dixi infra. 52

Declaratur primo quod monui, caussæ expressionem in appellatione a diffinitiua, non requiri, vt fallat, quando tertius principaliter † pro suo interesse ap- 53
pellat: tunc enim caussas interesse prætensi exprimi appellando debere, tradidit Hartman. Hartm. *obseruat. 10. incip. quilibet tertius. versi. & quia in eadem caussa. & seqq.* docetq; Dn. Gaill. *obser. 122. lib. 1.*

Declaratur secundo, vt eo casu, quando appellatio alias a iure communi † es- 54
set prohibita ex aliqua tamen rationabili caussa ab eodem iure admitteretur, necesse sit, specificam fieri in appellatione expressionem caussæ illius rationabilis appellationem admittere facientis, *ita insinuatorum proprie firmat auctorit. Prosp. Farina. tract. crim. quæst 21. n. 121.* plures declarationes nō coaceruo, sed ad cōmentatores, & tract. appellat. studiosum remitto, ne prolixus nimium videar.

Ab interlocutoria vero quando appellatur, requiritur caussam simul † in 55
scriptis exprimi, *text. c. cordi. 1. ibi. caussam appellationis in scriptis assignare deproperet. de appellat. in 6.*

Ampliatur primo hoc postremum, q. caussa in appellationis scedula, qñ ab interlocutoria appellaretur, necesse sit

exprimi, adeo procedere, vt non sufficiat, quod appellans viua voce † appellationem interponat, producẽdo simul vnico actu scedulam caussas dũtaxat grauaminis continentem; sed diserte & expressim in eademmet scedula appellatio fiat, requiri, *ad not. Osasc. Pedemont. decis. 6.* vbi sub nu. fi. adseuerat, Senatum ita IVDICASSE, *ex d. c. cordi. de appell. in 6.*

Requiritur itaq; copulatiue, appellationem nimirum fieri in scriptis, & quod caussæ simul redigãtur in scriptis, *ex Maranta statuit Thessaur. Pedem. decis.* 54. vbi itidem IVDICATVM sic per Senatum exstitisse testatur, & ad finem subiicit, quod proinde cauti debeant esse aduocati in concipiendis appellatoriis scedulis, vt non loquãtur intra dentes, sed dilucide, quandoquidẽ interpretatio, nisi expressim de appellatione in scedula facta cõstaret, facienda sit, quasi in eadem appellatum nõ esset. Licet hoc vltimum apud me aliquantulum scrupuli habeat; ita vt satius existimem contrarium eius esse præsumendum, vbi de appellationis interpositione scedula licet nonnihil subobscure cantaret.

Ampliatur secũdo, in tantũ in appellatione ab interlocutoria requiri caussæ expressionem, vt etiam procedat, quamuis notoria † esset, *post Mil Rober. Lancell. tract. attent. c. 12. limit. 1. nu. 37.* vbi *seq. num.* declarat, non obtinere quando illiusmet interlocutoriæ iniquitas per iuris allegationem denegaretur, vel quia contra ipsum ius interlocutione aliquid decretum esset, seu (*vt verbis l. si expressim. 10 ff. de appellat. & relat.*) non iure prolata fuisset sententia specialiter contra leges, vel Senatusconsultum, vel constitutionem. 57

Declaratur iam primo, vt quamuis caussa in appellatorio libello nominatim & specifice exprimi debeat, *ad not. in terminis per Lancel. Rot. Rom. decis. 650. nu. 5.* vbi etiam, quod ita IVDICATVM exstiterit non obscure liquet, *par. 1. diuersor. in nouiss.* nihilominus appellationem haud corruere, vbi relatio † in scripto appellatorio fieret ad aliam certam scripturam caussas grauaminum nominatim continentem, *post Alexand. & alios Tiber. Decian. respons. 91. nu. 19. vol. 5.* modo eiusmodi scriptura actis sit inserta, *ad notat. Ant. Crauett. in add. Nest. prax. Roman. lib. 7. c. 3. sub nu. 45. vers. quod sane intelliges.* 58

Declaratur secundo, vt sufficiat caussas grauaminis comprehendi necessario ex verbis appellatoriæ scedulæ in scriptis, ita vt appellatio nõ cõcidat, quamuis grauaminis caussæ sigillatim, & in indiuiduo expressim nõ essent adscriptæ, *ex Ang firmat Fulu. Pacian. tract. probat. cap. 26 nu. 72. lib. 1.*

Declaratur tertio, vt fallat, quando caussa esset summarie sine strepitu & figura iudicii expedienda: tunc enim absque expressione caussæ appellationem recte interponi, nouiter proposuit *Marcell. Cal. tracta. de modo artic. & prob. gloss. 4. num 61.*

Et hæc etiam in præsentiarum expediendo huic requisito satis sint.

Decimum requisitum & vltimum in eo acquiescit, quod exigat, appellationẽ fuisse interpositam intra legitimã tempora appellationi faciendæ constitutæ, quæ decem † præfiniuntur diebus, *c. anteriorum. 2. quæst. 6. c. Romana. §. si vero. vbi nouiss. wamess. de appellat. & in corpore inde desumta. de appell. & intra qua temp. notant* Cæs. de Grass. Roman. *decis. 8. alias de rescriptis. 2. nu. 2. Alex. Raudens resp 23. nu. 518. vol. 1. Io. Petr. Surd. cons. 5. nu. 38. & cons. 278. nu. 10. Ioseph. Ludou. concl. 14 nu. 116. Io. Vincen. Honded. consult. 83. num. 85.* postq; alios firmat Mascar. *tract. probat. concl. 114. n. 6. 7.* qui omnes vno ore dicunt, intra decendium appellatio interponatur, requiri. Et, quod intra hoc tempus interposita sit, ab appellante † probãdum esse: quod vltimum etiam multis comprobat auctoritatibus Gabr. Roman. *lib. sent. 2. tit. de appell conclus. 5. nu. 2.* 59 60

Ampliatur primo hoc requisitum, vt interponendæ appellationis decẽdium, de momento † ad momẽtum currat, *Dn. Gail. obs. 139. nu. 5* Gaill. nominatim inter alios referendo sequitur Menoch. *2 præsumt. 95. nu. 6. glo. in c. anteriorum. verb. dierum. 2. q. 6. in terminis Hieron. a Lauren. Auinion. decis. 35.* vbi *sub nu.* 10. quod in illamet Audient. sic CONCLVSVM sit, & cõmune 61

ne Doctorum esse placitum post Alex. & Lancell. laudat Io. Vinc. Honded. *consul. 83. n 86. vol. 1.* Quare ipsamet dies, in qua sententia lata est præsente principali, alias dies notitiæ computatur accéseturque in numerum dierum illorum decē: comprobat Francisc. Viu. *Neap. decis. 266.* subditq; ita IVDICATVM fuisse in Curia Vulturini, & per viam appellationis ad Regium Consistorium Neapol. Audientiæ Apuliæ caussa deuoluta CONFIRMASSE consilium eiusdem Audientiæ, alios citat Flamin. de Rub. *consil. 23. num. 35.*

62 De momento in momentum † currere fatalia (vt hoc obiter in gratiam studiosorum praxeos interseram) quod dicitur, sic accipiendum. Hodie die Lunæ (qui est vigesimusquintus Maii *antiq. Calend. Anno Redemt. 1601.*) hora octaua matutina profertur sentētia: ab hac hora incipit primus fataliū dies. Crastino enim die hora eadem octaua elapsus est primus fatalium dies. Huic diei primo, a momento octauæ huius horæ, nouies addes 24. horas, & experieris die quarto Iunii (est dies tertius post solemne festum Pentecostes) hora octaua matutina interponendæ appellationis fatalia effluxa. Facile hic colligis eadē die post horam octauam præreptam esse appellationis interponendæ facultatem. Et hæc ita crasse ac populariter non pigebat adscribere, quandoquidem videmus sæpius in hoc maximo partium condemnatorum incommodo errari.

Sciens prudens exemplum hoc, in quo & dies Dominicus, & dies Pentecostes occurrunt proposui, vt eo studiosus simul percipiat solemnes etiam dies in honorem Dei feriatos, nihil interstitii tribuere, quin momentum momento absque vllo temporis discrimine, vel etiam festiua intercapedine adhæreat, *ad notat. in terminis Francisc. Viu. Neapolit. decis. 266. num. 2.*

Ex hac ampliatione inferunt Doctores, vt si vltimo seu decimo die appella-
63 tio interponeretur, † ipsam horam, qua interpositio fieret, instrumento appellatorio adscribi oportere. Sic respōdisse Alexand. retulit & in ipsis terminis factique contingentia consuluit Io. Vincent. Honded. *consult. 83 num. 87. volum. 1.* adeoque vt non sufficiat decimo in die appellasse, nisi simul probetur intra decem dies de momento in momentum currētes, atque ita ante elapsam horam, quo decimo ante die sententia pronuntiata erat, appellatum fuisse, *ex Raph. Aret. & Felyno statuit Barth. Bertaz. tract. clausul. instrum. claus. 1. glo 5 nu. 46.* hoc vltimo etiam comprobat Mascard. *tracta. probat. conclus. 114. nu. 14.*

Tempus petendis apostolis præscriptum, 30. nimirum dies, etiam a momē-
to † prolatæ sentētiæ incipere, & in mo- 64
mento desinere, perinde ac dies illi decem interponēdæ appellationis, firmat Francis. Viu. *Neap. decis. 266. nu. 2.* Quamuis vero sint (vt hoc obiter subiiciam) autumantes a tempore interpositæ appellationis 30. illos dies incipere, contrariū tamen atq; ita a tempore prolatæ sentētiæ currere, crebrius receptum testatur Myns. *obs. 36. cen. 4.* De iure Camerali necesse non est apostolorum petitio, *Ord. part. 2. tit. 30. §. 1. ibi.* **Soll einem jeden Appellanten.**

Ampliatur secundo decimum requisitum, vt nec præsumendum sit intra decendium appellationem interpositam
fuisse, sed ab appellante legitimo † hoc in 65
tempore, se interposuisse appellationē, probandi onus iniunctum esse. Ita nominatim ex professo ampliationem stabilientes docent Menoch. *2. præsumt. 95. Mascard. tract. probat. conclus. 114.* (vterque ampliationem fallentiis exornant, vbi videat studiosus, & obserua quæ mox infra Lancellot. monui) accedit his ampliationem in specie comprobans Ioan. Vincent. Honded. *consult. 83. num. 85. & seqq. volum. 1.*

Quamuis vero sint contrarium huius ampliationis sentientes, qui plerique a Menoch. *cit. loco.* & Lancellotto mox citato referuntur: dixit tamen Lancellott. *de attentat. capitulo duodecimo, limit. 50. numero 107. & 199.* horum sententiam esse parum tutam, de hocque subsistendum videri.

Ampliatur tertio decimum requisitum, vt adhuc appellatio nulla sit ex eo, quod intra decendium non esset appel-
66 latum, etiamsi † pars aduersa non opposuerit, *post Bald. & Castrens. Mynsing. obser. 11. ad fin. cent. 3. dixi pluribus infra conclus. 139. amplia. 2.*

67 Ampliationes alias nouendecim † cōgessit Robert. Lancellot. *tract. attent. cap. 12. limit. 50. num. 59. inde ad eum vsque* 114. quo semper studiosus recurrat. Omnia enim hic suo cum exquisito apparatu proponere, institutum nostrum non patitur.

Limitatur iam firmatum decimū requisitum, vt quamuis intra decendium appellandum de iure Cæsareo & Ponti-
68 ficio, statuto † tamen ordinari recte posse, vt etiam elapso decennio non vetatur appellationem interponi, *ita Robert. Lancell. de attent. c. 12. limit. 50. nu. 182.*

69 Limitationes alias insuper † nouem collegit Lancell. *d. limit. 50. num. 144. inde ad num. 195.* videantur item dicta a nobis parcius *inf. conclus. 139.*

Atque ita hactenus de requisitis iure communi obseruandis monuimus. Siquidem vero statutario iure nonnun-
70 quam † obseruādis formalib. modus formaq; præfinitur, eo casu erit enitēdum, ne statuti ordinatio intercideret, *ita diserte docet auctoritatibusque probat Lancell. de attent. c. 12. limit. 50. nu. 223.* & in terminis respondit Menoch. *cons. 466. num. 33.* dixi etiam sup. ad finem sexti Requisit. & vide quæ dixi *inf. conclus. 123.*

An vero hæcce interponendæ appellationis fatalia partium consensu prorogari possint, dixi *infra concl. 139.*

Hisce hactenus recensitis appellationum interponendarum requisitis circa formam, addatur vidēdus Cornel. Brederod. *trac. appell. par. 1. tit. 21. per tot.*

ARGVMENTVM.

Appellatio, an detur ad Cameram Imper. a Principe vel Comite Imperii, aliove magistratu extraiudicialiter grauante.

SVMMARIA.

1 *A principe vel alio magistratu, ad petitionem partis aduersæ, extraiudicialiter grauante, ad Cameram recte appellatur.*

2 *Etiamsi ad instantiam partis, princeps ipse, veluti pars grauamen inferat.*

3 *Quæ appellatio, etiamsi pars postea grauare desistat, contra principem grauantem nihilominus subsistit.*

4 *Appellans tamen illatum grauamen verosimiliter probare tenetur.*

5 *De principe vel magistratu Cameræ Imp. immediate subiecto, præsens conclusio intelligenda.*

CONCLVSIO CXX.



PPELLATIONEM ratione extraiudicialis † grauaminis a magistratu, tanquam iudice ad petitionem partis aduersæ facti ad Cameram Imp. ceteris paribus fieri posse, videtur hodie expedita conclusio, *ex text. Recess. Imp. Anno 1594.* 1

Ampliatur primo conclusio, vt quando magistratus ad partis instantiam † nō tantum extraiudicialiter pronuntiat, & quid fieri mandat, verum etiam ipse simul veluti pars grauat, fieriue mandat, nulliter procedendo. Hoc casu non tantum contra partem, sed etiam magistratum, tanquam grauamē inferentem appellatio concedatur, atq; proinde processus in Cam. decernatur. Ita disertissime extendit Cothm. *cons. 32. num. 24.* testaturque ex multis processibus, se id compertum habere. 2

Extendit hanc ampliationem procedere, vt quamuis pars ipsa antequam aduersus quem vna appellatum est, grauare destitisset, † antequam iudicium in Imp. Cam. accipiatur lisq; contestetur, adhuc nihilominus appellationē, quatenus magistratū illum grauantē respicit, subsistere, non vero processum impetratū corruere autumat Coth. *d. cons. 32. n. 34.* 3

Declaratur iam conclusio primo, sibi locū haud vendicare, sed appellationem denegari, nisi prius appellans † grauamē, quod sibi prætendit illatū verosimiliter ꝓbauisset: eiusmodi declarationē suggerit 4

rit Recess. Imp. Anno 1594. & ex eodem depromit Petr. Denais. *synops. Iur. Camer. lit. A. verb. Appellatio extraiudicialis.*

Declaratur secundo conclusio, vt saltem contra hos magistratus, seu iudices extraiudicialiter appelletur ad Came-
3 ram, in quos † Camera iurisdictionem habet immediatam, non vero aduersus eos, qui mediate Camerali constringuntur iurisdictione: comprobat vltra Dn. Gaillium (*num. 4.*) Dn. Mynsing. *obseru. 41. cent.* 4. testatumque facit ita in Camerali iudicio DECISVM exstitisse.

ARGVMENTVM.

Appellationem a grauamine extraiudiciali intra decedium fieri debere, quatenus verum sit.

SVMMARIA.

1 *Appellatio a grauamine extraiudiciali intra decendium interponenda.*

2 *Modo grauamen illud vim definitiuæ, vel interlocutoriæ habeat.*

CONSIDERATIO I.

1 APpellationem a grauamine † extraiudiciali perinde, ac a iudiciali intra decendium interponendam esse, scribit Dn. Gaill. *nu.* 3. & concordat Dn. Mynsing. *obseruat.* 11. *versic. & vniformiter hoc tempus. cent.* 2.

Declaratur, vt procedat, quando gra-
2 uamen illud, a quo extraiudicialiter † appellatur, haberet vim sententiæ diffinitiuæ, vel interlocutoriæ, *Robert. Lancellot. de attent. cap. 12. limit. 50. nu. 156.* vbi in exemplum citat, vt si a confirmatione electionis appellandum esset, debeat intra decendium appellari, siquidem huiusmodi confirmatio vim habeat sententię diffinitiuæ, ceu ibidem ex Specu. & Rot. Romanæ decis. probat.

Quod vero Dn. Mynsing. scribit, appellationem vniformiter, siue ab actu iudiciali, siue extraiudiciali intra decendium interponendam esse: in hoc nominatim Mynsingero contradicit Lancellot. *d. limit. 50. nu. 156. par. 2. videatur inf. concl. 139. ampliat.* 1.

Inhibitio, an in extraiudiciali appellatione (de quo Dn. Gaill. *num.* 5.) decernatur, *dixi inf. conclus. 144. hoc lib.*

ARGVMENTVM.

Appellari regulariter ad delegantem.

SVMMARIA.

1 *A delegato regulariter ad delegantem appellatur.*

2 *Hinc a commissariis, Camera ad Cameram.*

3 *Et a commissario ecclesiastico, ad delegantem laicum appellandum.*

CONCLVSIO CXXI.

A Delegato regulariter appellari † ad delegantę, non 1
alium, concludunt Doctores *ex l. 1. ff. quis, & a quo. l. præcipimus. C. de appellat. §. 1. vers. si quis contra aliquem in Auth. de santisim. episcop. cum aliis a Dn Gaill. num. 2. citatis textib. firmat, traditque nominatim Masuer. in prax. tit. de appell. num. 23. Francisc. Marc. Delphin. decis. 72. num. 2. part.* 1. vterque regulare esse testatur. Huic etiam conclusioni nominatim suffragatur Barnab. Cornaz. *Luc. Decis. 196. num. 4.* vbi dicit, de hoc non esse in aliquo dubitandum, *Tiber. Decian. respons. 3. num. 18. vol. 5.* & quod regulariter a delegato ad delegātem fieri debeat appellatio, ex modernioribus etiam statuit Petr. Gregor. Tholos. *tract. appellat. lib. 2. cap. 8. num. 9.*

Infertur ex hac conclusione primo, vt a commissariis † in S. Iudicio Came- 2
rali datis, ad Cameram appellandum sit, *videatur seq. considerat.*

Infertur secundo, vt, quamuis secularis † Princeps ecclesiasticæ personæ co- 3
gnitionem caussa commisisset, & ab eadem appellandum veniret, non ecclesiasticæ illius personæ ordinarium, sed illummet principem committētem esse appellandum, & vice versa, vbi ecclesiasticus seculari commisisset, *ad notat. Petr. Gregor. Tholos. tract. appellat lib. 4. cap. 8. sub numero decimo, versicu. si Princeps temporalis.*

Superior quis dicatur a recusante, delegato non attentata recusationis exceptione ad vlteriora procedente, admonui sup. *conclus. 33. consid. 5.*

ARGVMENTVM.

Appellationem esse faciendam a delegato Cæsarea ad ipsam Cæsar. Maiest. non vero Imp. Cameram.

SVMMARIA.

1 *A commissariis S. Cæsareæ Maiestatis, ad eandem appellatio dirigenda est.*
2 *Non ad Cameram Imp.*
3 *Nisi Camera in caussis commissis concurrentem habeat iurisdictionem.*
4 *Princeps supremus Cameræ, seu Parlamento caussam si committat, vtrum ordinariam, vel delegatam Parlamentum habeat iurisdictionem.*
5 *Appellandum an sit ad subdelegantem a sententia subdelegati, an vero ad ipsum delegatum, remissiue.*

CONSIDERATIO I.

Illatio omnium maxime ex præcedenti conclusione ducitur, vt, cum a delegato ad delegantem appellandum sit, sine hæsitatione a commissariis † ab ipsa S. Cæsarea Maiestate datis, ad eandem etiam appellationem dirigendam esse. *Rutg. Ruland. de commiss. lib. 6. cap. 13. num. 6. par. 1.*

Extenditur hæcce illatio, procedere, vt, quamuis S. Camerale Iudicium concurrentem, cum Cæsarea Maiestate habeat iurisdictionem (quemadmodum alibi notatum habemus) non tamen conueniat a Cæsareis † his immediatis (sic enim ad commissariorum in Augustiss. Camerali iudicio datorũ, qui & ipsi Cæsarei commissarii dicuntur, & ex priuilegio Austregarum ab Imperatore ordinatorum differentiam, loqui concedatur) commissariis ad Cameram appellari, sed ad suam Cæsaream Maiestatem.

Quamuis vero extensionis contrarium quodammodo sustentabile videatur, ex iis, quæ ad terminos latissime scripsit Francisc. Marc. *Delphin. decis. 419. per tot.* vbi non aspernabilib. argumentis nititur, *part. 1.* nihilominus prior sententia, seu relata extensio veriorem arbitror, quem post Dn. Gaillium etiam visus est sequi Petr. Gregor. Tholos. *tract. appellat. lib. 4. cap. 8. sub num. 11. vers. conclusum tamen.*

Declaratur aũt recepta hęc extensio, vt procedat omnino in casib. a Cæsarea Maiestat. commissis, in quibus iudicandis † Camera concurrentem non haberet iurisdictionem: in his enim cum non habeat cognitionem Cameræ, dicendum etiam erit, nec ad eandem appellationem deferri, *ad notat. Mynsing. obseruat. 43. vers. quod autem. cent. 4.* Omnium indifferenter caussarum cognitionem non habere Imp. Cameram, monuimus in Proœmio, & alibi passim, *conclus. item 1.* 3

Princeps vero delegans, quin consentire Parlamento vel Rotæ possit, vt appellatione a commissariis his immediatis non ad se, sed Rotam fiant, extra dubium est, *ad notat. in terminis Marc. Ant. de Amat. Prouinc. March. decis. 47. per tot.*

CORONIS REMISS.

Princeps supremus, vbi † Cameræ, seu Parlamento caussam aliquam committeret, an, & quando, vel delegatam, vel ordinariam hoc casu censeatur habere iurisdictionem Parlamentum in cognoscenda illa caussa, vt sciatur vtrum a sententia in hac commissæ caussæ lata, appellatio detur, vel supplicatio. Proposuit, licet indecisum reliquerit, *Francis. Marc. Delph. decis. 73. per tot. par. 1.* 4

A subdelegato, an sit appellandum ad subdelegantem, an vero ipsum delegantem, nuper And. Fachin. enodare studuit *lib. controuers. 1. cap. 78 per tot.* 5

ARGVMENTVM.

Appellationis beneficio, an & quando tertius pro suo interesse cõtra sententiam inter alios latam perfruatur.

SVMMARIA.

1 *Tertius pro suo interesse principaliter, interueniens contra sententiam inter alios latam, recte appellat.*

2 *Appellatio tertii interuenientis attentati vitium caussatur.*

3 *Tertius interueniens, ratione damni, quod ex prolata sententia in futurum probabiliter metuit, appellare potest.*

4 *Tertio interuenienti clausula, Appellatione remota, non obstat.*

5 *Nec statutum appellationem prohibens.*

6 *Nisi accessorie interueniat alteri partium adhaerendo.*

7 *Tertii principaliter interuenientis appellationem non remoratur, quod ante sententiae prolationem, litem agitari sciuerit. num. 9.*

8 *In tertio assistente contrarium obtinet.*

10 *Modo omnes caussae agitatae qualitates sciuerit.*

11 *Tertius interueniens intra decendium, a tempore, quo sententiam prolatam sciuit, computandum appellationem interponere tenetur. nu. 12.*

13 *Venditori contra sententiam in emtorem latam, quatenus appellatio concessa sit.*

CONCLVSIO CXXII.

TERTIVM pro suo iure cōclusa iam caussa non modo interuenire, verum etiam appellare posse, attigimus supra *conclus. 70.*

Ceterum, siquidem hic seriatim dicendum erit, quando tertio appellatio, vel concedatur, vel denegetur, conclu-
1 sio eiusmodi statuatur tertio, † nempe pro suo interesse principaliter interuenienti aduersus sententiam inter alios latam appellandi beneficium competere. Alio condemnato, (inquit IC. Marcer. *sub l. 4. ff. de appellat. & relat.*) is, cuius interest, appellare potest. *concordat l. a sententia. 5. l. si perlusorio iudicio. 14. in princip. ff. eodem tit. l. si parentes. 20. ibi. si appellationem non interposuistis. C. de euict. cap. super eo. 15. ibi. & tenebit eorum appellatio, si videntes iuri suo detrahi duxerint appellandum. ext. de offic. & potest. iud. deleg.* auctoritates hic non cōgero, siquidem textus sint apertissimi.

Ampliatur primo conclusio, vt tertii huius appellatio etiam † attentati causset 2
vitium, *Lancellot. tract. attentat. cap. 12. amplia. 14. num. 1. & per tot.* vbi fusissime prosequitur, ad quem studiosus cursum petat. Videantur etiam a me relata *in conclus. 72. hoc lib.* vbi quatenus iure singulari gaudent, tertius in reuocandis attentatis refertur.

Ampliatur secundo, vt non modo detur tertio pro iure suo in praesentiarum exsistenti realiter, verum etiam, quando
† probabiliter suspiciatur ex lata inter a- 3
lios sentētia, sibi in futurum aliquod damnum inferri, *ex glo. & Alba induxit Ioan. Petr. Surd. cons. 271. nu. 19.*

Ampliatur tertio, conclusionem procedere etiam eo casu, quando Princeps ex plenitudine potestatis (sub clausula s. *appellatione remota*) appellationem in aliqua caussa reiecisset: nā adhuc † nihilo- 4
minus tertius pro suo interesse appellandi auxilio fruitur, *ita ex Alex. docet Menoch. tract. poss. adipisc. remed. 4. num. 847. Dn. Gaill. obseruat. 70. num. 12. lib. 1. Mynsing. in cap. veniens. il 2. num. 5. de test. & attest. Lancellot. de attent. part. 2. cap. 12. ampl. 14. num. 8. 9.* vbi ex Couarruuio communem esse opinionem refert: & iterum idem Lancellot. pluribus additis auctoritatibus, *dicto cap. duodecimo. limitatio. 8. numero quinquagesimosecundo*, vbi, quod ita in Rot. Romana IVDICATVM sit, adseuerat.

Ampliatur quarto, vt quamuis statu-
to † appellationis interpositio esset pro- 5
hibita, adhuc tamen nō intelligatur tertio pro iure suo appellandi facultas praecepta, *Francisc. Milanens. Regn. Sicil. decis. 12. nu. 9. lib. 2.* atq; post Decium, Felyn. Hippol. Afflict. Osasc. & Caualcan. statuit Lancellot. *de attent. cap. 12. ampliat. 14. num. 4. part. 2.* & plures pro hac sententia retulit Ioannes Vincent. Honded. *consilio vigesimoquinto. numero 3. in rat. dubit. volum. 1.*

Dixi tertio pro suo iure appellandi beneficium non obstante statuto appellationem prohibente, indulgeri, ad differentiam eius tertii, qui accessorie al-
teri † partium adhaerere vellet: nam huic 6

perinde, vt ipsimet principali litiganti, appellationem a statuto denegari dicẽdum est. Quemadmodum post Brunum & Papæum tradit Lancellot. *de attent. c. 12. ampliat. 12. num. 5.* Hinc carpit Cephalum, respondentem, quod creditor possit appellare a sententia, a qua vi prohibentis statuti emtor appellare non poterat, *Ioan. Vincent. Honded. cons. 25. sub nu. 26. vol. 1.* & pro sententia Hondedei faciunt scripta per Ioseph. Ludo. *Perus. decis. 26. sub nu 25 part. 1.*

Ampliatur quinto (& quidẽ hæc ampliatio est nonnihil scrupulosa) vt huic tertio, qui pro suo interesse principaliter appellare intendit, non obsit, quin
7 appellare † valeat, quamuis scientiam agitatæ litis iampridem ante sententiæ prolationem habuisset. Ita visus est admittere Io. Vinc. Hond. *consult. 25. nu. 23. volum. 1.*

8 In tertio vero assistente, † vel defendente contrarium videtur obseruari, vt si hic sciuisset litem ventilari, & siluisset, donec sententia prolata esset, non detur appellatio, *facit l. si parentes. 20. ibi. nec vobis negotium, vt defendatis, denuntiatum probetur. C. de euictionib. cum similib.* Iodoc. Damhaud. *prax. ciuil. c. 98. incip. de sese adiungendo, vers. si autem is tandem venerit, sese adiuncturus post sententiam latam, quæ trãsiuit in rem iudicatam, is sero venerit, dum prius de eo processu intentato conscius fuerit.* Et ita diserte in facti contingentia respondit multorum fretus auctoritate Ioan. Vincen. Honded. *consult. 25. nu. 19. vol. 1.* sic etiam quod tertius assistens, vel defendens alterum ex litigantibus, vbi sciuisset litem agitatam esse, non possit appellare a sententia in eadem caussa lata, post Bart. & infinitos alios adstruit in terminis Borgnin. Caualcan. *Fiuizanens. decis. 10. num. 26. part. 1. accedit his Rober. Lancell. tract. attent. c. 12. amplia. 14. n. 15.* Qui quamuis videatur in tertio pro suo interesse proprio appellante (versatur autem Lãcell. in terminis, per tertium pro suo interesse impediendæ exsecutionis) loqui, vt etiam huic scientiæ agitatæ litis appellationem præcidat, non tamen a relata distinctione arbitrarer discedendũ: alias inextricabiles accersere videremur labyrinthos, licet melius rectius sentiẽtium opinioni, quam libentissime accederem. Hoc tamen interim audeo affirmare, nonnullos a Lancelloto citatos diserte versari in terminis tertii assistentis, seu alterũ defendentis, ex quorum præcipue numero & Caualcanus est.

Non tamen dissimulandum Menoc. etiam videri voluisse, quod tertius principalis † oppositor, vbi litem sciuisset a- 9
gitatam, appellationis auxilio non fruatur, *cons. 79. nu. 23.*

Nec hic omittendum, Lancellotum declarare traditionem suam, de non admittendo tertio pro suo interesse appellare volente, eo quod scientiam litis habuisset, vt scilicet tunc demum non admittatur tertius ad appellandum, quando † omnes sententiæ & caussæ princi- 10
palis qualitates sciuisset. Refert in hoc Caualcanum, & ante hunc de ea verba facientem Rotam Perus. *decis. 26.* Ceterum collector decisionum Rot. Perus. Ioseph. Lud. *d. decis. 26. nu. 18. 19.* disertissime se restringit ad casum, quando ex qualitate negotii sententia lata contra vnum ex litigatoribus noceret tertio: quę quidem Perus. decisio videnda erit.

Ampliatur sexto, & pro nunc vltimo, conclusio aliis modis per Lancell. *tract. attent. c. 12. ampliat. 1. in discursu.*

Limitatur conclusio, vt quidem tertius pro suo interesse principaliter appellare queat, dummodo intra decendium † appellationem interposuerit. Ex 11
Zuchardo nominatim firmat Ioseph. Mascard. *tract. probat. concl. 114. sub nu. 15. vers. sexto amplia.*

Extẽditur hæc limitatio, vt etiam hic tertius pro suo interesse principaliter appellare possit elapsus post sententiæ prolationem decem diebus, si modo intra decendium a tempore † sciẽtiæ pro- 12
latam fuisse sentẽtiam interposuerit appellationem, *ita Lancell. post Alex. & Couar. tract. attent. c. 12. limitat. 50. nu 185. part. 2. & faciunt quæ scribit Vrsil. in addit. Afflict. Neapolit. decis. 15. num. 3. 5.* vbi quod venditor, qui postquam sententia contra emtorem victum in iudicatum transierat,

primum

primum fuisse latam resciverat, possit appellare: & executionem illiusmet sententiæ impedire, & dixi sup. *conclus. 113. consid 3. ampl 7.* Vrsilli sententiæ Cephal. *cons. 106. li. 1.* accedit, quemadmodum etiam refertur a Lancellot. *tract. attent. cap. 12. limitat. 50. num. 186.* vbi extendit ex eodem Cephalo, hunc venditorem posse appellare, quamuis sciuisset litem agitari.

Declaratur hoc postremum ex Vrsillo, Cephalo & Lancellotto relatũ, quod
14 nimirum venditor † sententię, licet contra emtorem in iudicatum transiuisset, ipseque venditor litem agitatam fuisse, sciuisset, adhuc intra decendium scientiæ prolatæ sententiæ appellare possit, vt procedat saltem eo casu, quãdo ipsemet victus emtor de eadem caussa, si voluisset, appellandi ius haberet, secus vbi non haberet, vt si statuto appellatio esset interdicta, *ita nũcupatim declarat Vrsillum & Cephalum Ioan. Vincent. Honded. consult. 25. nu. 25. 26. 27. 28. vol. 1.*

ARGVMENTVM.

Victoria tertii pro suo interesse appellantis, an priore sententia victo etiam prosit.

SVMMARIA.

1 *Tertii appellantis victoria, quando prosit victo. nu. 3.*
2 *Fideiussoris iudicio sisti victoria prodest principali victo.*
4 *Appellatio vnius ex consortibus, quando ceteris prosit.*

CONSIDERATIO I.

1 VIctoriam appellantis pro suo interesse, tertii etiam commodo † cedere priore sententia victi, est regulare, scribit Dn. Gail. *nu. 7.*

2 Hinc fideiussoris † iudicio sisti (vt qui potest a lata contra principalem sententia appellare pro suo, imminẽtis sibi damni, interesse: sicuti ex Anch. Regiens. Syluano, Burs. & Roarezo refert Borgn. Caualcan. *Fiuizan. decis. 10. sub num. 6. par. 1.*) victoria prodest principali victo. *idem Caualc. d. loc. nu. 7 post Ruin. & alios.*

Declaratur notabiliter dictum regulare Dn. Gaillii, vt tunc demum victoria tertii huius principaliter appellantis iuuet victum, † quãdo appellatio victi nomine etiam esset interposita, intraque 3
decendium ad appellandum constitutum, *ita dilucide auctoritate Castrens. & Anguissol. prodidit Robert. Lancellott. tracta. attentat. capit. 12. ampliatio. 14. numero 29. part. 2.*

Huic declarationi finitimum est illud Doctorum dogma, quo contendũt, alteri ex victis consortibus non prodesse † appellationem a consorte factam, vbi 4
non sciuisset appellationem fuisse interpositam, & decendium tacite elabi siuisset, *ad notat. Hartm. Pist lib. quæst. 1. quæstio. 47. nu. 23.* vbi magis receptum dicit. Ceterum de hoc *infra conclus. 26. consid. 1. hoc lib.*

ARGVMENTVM.

Tertius adhærens, an vt sibi prosit appellantis victoria, intra decendium appellationem necesse habeat ratificare.

SVMMARIA.

1 *Tertius adhærens appellationi, an intra decendium eandem ratificare teneatur. nu. 3. & 4.*
2 *Tertius adhærens ratificationem suam intra decendium iudici intimare debet.*
5 *In tertium appellationi adhærentem non concipitur sententia.*

CONSIDERATIO II.

TErtium adhærentem seu assistentem teneri ratificatam † habuisse intra decendium appellationem ab altero 1
litigantium interpositam, vt sibi prosit appellantis victoria, docet post alios Dn. Gaill. *num. 5.*

Extenditur hæc doctrina Gaillii, vt non modo requiratur ratificatio, verum etiam, quod ante illudmet decendii curriculum ratificasse † appellationem, iudici a quo intimatum sit, *ita tradidit Robert. Lancell. tract. attentat. cap. 12. ampliat. 12. num. 7. 8. part. 2.* 2

Contrarium Dn. Gailli traditioni, ita
3 quod ratificatio † intra decendium necesse non sit, aperte contendit Hartm. Hartman. *obseruat.10.incip.quilibet tertius.* vbi in hæc verba. An aliquis possit adhærere appellationi alterius pro suo interesse, licet non appellauerit infra decem dies? Et respondit Bald. (*in Auth. hodie. C. de appellat.*) quod sic: sed addit, quod hoc debeat ratificare infra tempus datum ad appellandum, & allegat notata *in cap. vt circa. de elect. in 6. vbi est gloss. in verb. adhærentes. & Specul. in titu. de appellat. §.1. versic. porro.* quod dictum Baldi habes etiam *in addit. ad Bart. in d. l. si perlusorio. §.1.* Ego puto (*sic pergit Hartman.*) illud verum, quando quis alieno nomine appellauit, quia tunc necesse est, vt is, cuius nomine est appellatum, mox infra decem dies appellationem ratificet, *vt habet Specul in loco præalleg. & Alexand consi. 101. volum. 1. in 1. part.* Secus autem, quando victus principalis suo nomine appelluit, quam appellationem tertius pro suo interesse prosequi velit: & potest etiamsi infra decem dies non ratificauerit appellationem, quia idem Bal. *vbi sup.* quærit, cur quis possit adhærere, licet appellationem suam non interposuerit? respondet, quia appellatio ipsius principalis iam resoluit sententiam, & omnibus viam generalem aperuit, quibus sententia grauamẽ infert. Nec mihi videtur obstare gloss. *in d. c. vt circa. verb. adhærentes.* quia qui adhæret alteri, vnus est cum eo, *vt notat ibi Anchar.* Hactenus Hartm.

At ego (mei quæ est ingenioli tenuitas) vix ac ne vix quidem mihi persuadere pro nunc valeo, relatam Hartmanni opinionem contrariam sustineri posse, nisi velimus eandem recipere de tertio,
4 qui non iam primum in secunda † instãtia adhærere vellet, sed ante latam in prima instantia, seu priore iudicio sententiam, adhæsisset, & interpositæ appellationi per actus aliquos ratificationem factæ appellationis inducentes, se ratificasse, significauisset. Nam & ratificationem non modo expresse, verbis scilicet expressis, & tacite ex temporis, nimirum diuturnitate, verum etiam actu seu facto induci palam est: sic docente Menoch. *de recuper poss. remed. 15. num 111. & seqq. & conferunt notat. eiusd. Menoch. 2. præsumt. 39. Mascardi etiam tract. probat. conclus. 1255.* Quemadmodum igitur recepta est cum Gaillio faciens opinio, ita & mihi tutior videtur.

CORONIS.

Sententiam in ipsosmet litigantes, non vero tertium † accessorie interue- 5
nientem esse concipiendam (de quo D. Gaill. *num* 8.) ex Natt. & Imol. dixit Io. Vincent. Honded. *consult. 25. num. 9. volum. 1.* sed enucleate docet Iodoc. Damhaud. *in prax. ciuil. cap. 98. incip. de sese adiungendo & immiscendo processui.* ibi. *sed quamuis* (inquit) *adiunctus ita tunc processum producit & peragit, in nullis tamen locis & actibus de eo adiuncto mentionem facturus erit, sed ne in principali quidem sententia, quia hic principalis non est; deinde ipsa sentẽtia debet esse conformis libello, & cum nominib. partiũ, in principio processus præmissarũ.* Et paulo post. *Nihilominus quamuis ipsius adhærentis nomen in sententia nõ exprimatur, eadem tamen sententia per consequentiam, ipsi adhærenti, aut profuerit; aut ipsi præiudicio vel damno erit.*

ARGVMENTVM.

Appellatio deficiente summa appellabili, non deuoluit caussam.

SVMMARIA.

1 *Appellabilis summa quare requiratur.*
2 *Appellabili summa deficiente, appellatio caussam non deuoluit.*
3 *Appellabilis summa hodie est trecentorum florenorum.*
4 *Plures summa, in quibus diuersis sententiis quis condemnatus est, cumulationem ad effectum deuolutiuum non admittunt.*
5 *Secus est, si quis eadem sententia in separatas summas condemnatus sit.*
6 *Ad summam appellabilem conficiendam, etiam sorti census accumulari possunt.*

7 Ob

7 *Ob summa appellabilis defectum modicum nunquid appellatio reiicienda sit.*
8 *Ob summa appellabilis defectum remota appellatione, an supplicatio admittatur. num.9.10.*
11 *Exceptio inappellabilis summa etiam post litem contestatam admittitur.*
12 *Declarationes conclusionis huius dantur, remissiue.*

CONCLVSIO CXXIII.

1 MAXIMI iudices ne, ceu antiquitus, etiam hodie, minimis † caussis (*vt loquar verbis D. Imper. Iustiniani in Auth. de appella. & intra qua tempora §. illud etiam, tertio capitulo.* quæ quidem Auth. exstat verbotenus transscripta *in c. anteriorum. 2. q. 6.*) inquietentur, & homines propter minimas caussas magis fatigentur dispẽdiis, vt forsan totius litis æstimatio ad sumtus iudiciales non sufficeret, ideo optime sancitum, vt non indifferenter omnes caussæ per viam appellationis in summum illud augustissimumq; Imper. Consistorium inferantur.

Conclusionem igitur statuamus per se satis solidam, appellationem summa
2 † appellabili deficiente non deuoluere caussam, seu non esse recipiendam. Hæc conclusio clarissime firmamentum inconcussum, adeoque adamantinum iactum habet, ex *d. Auth. de appell. & intra qua tempora, d §. illud etiam.* ibi. *idcoque sancimus, si quando ex AEgyptiaco tractu prouocatio speratur, vsque ad decem librarum auri quantitatem, non in hanc regiam vrbem eam venire ad præfectum augustalem*, & quæ ibidem iterum atq; iterum sequuntur: confert *l. in offerendis 3. C. de appellat. & rel.* Conclusionem inter plures alios nominatim stabiliuit Ferrar. Mont. *de appellat. cap. 8 lib. 2. conuenit item Brederod. tract. appellat. part. 1. titu. 19. versic. in summis quibusdam. colum. 276.*

Quamuis vero quantitas appellabilis fundandæ Cameralis iurisdictionis hactenus ex Recess. Imper. *Anno 1570.* florenis Rhenensibus 150. constiterit, admonente etiam Dn. Gaill. hodie tamen
3 trecentorum † florenorum summa, atque ita duplicato 150. floreni deuoluendæ appellationi præscripta est, Imperii nouella lege nuper in Deputat. Recess. Spirens. Anno salutiferi partus virginei 1600. Quæ quidem duplio, vt studiosis innotescat, ipsius legis verba (quorum etiam in sequentibus ingens nobis in dirimendis nonnullis controuersis quæstionibus vsus est) adscribenda duxi: & sunt eiusmodi. §. Wiewol nun auch. *ibi.* setzen vnd ordnen wir/daß berührte Summa der hundert fünfftzig Gülden / auff noch ein hundert fünfftzig Gülden / so in Summa dreyhundert Reichßgülden seyn sollen/ zuerhöhen vnd zusetzen sey/ wie wir auch dieselbe erhöhen vnd setzen / Also vnd der Gestalt / daß hinfüro kein Appellationsach / da die Klag vnder dreyhundert Reichßgülden Hauptgeldts were/ an diesem vnserm Keyserlichen Cammergericht angenommen werden solle.

Ampliatur iam primo conclusio de iure communi (quid vero Camerali iudicio in hoc proprium sit, speciatim, euitandæ confusionis ergo, subiiciam) vt nec plures † summæ possint cumulari, vt 4
deuolutionem caussent, si in separatis sententiis in illas condemnatio facta fuisset, *ita Rot. Lucens. 67. per tot. Valerio Vallaria relatore.* vbi, quod ita IVDICATVM in eadem sit.

E contra vero, vbi quis in vno eodemque processu, † & sententia in separatas 5
fuisset condemnatus summas, cumulatio summarum conceditur, atque proinde deuoluitur per appellationẽ caussę, quasi limitatæ summæ conformis, *Ferrar. Montan. de appellat. cap. 8. vers. in qua parte etiam illud. lib. 2. Rot. Luçana decis. 5. Valerio Vallar. relatore.* vbi, quod ita IVDICARIT Rot. Luc. traditur. Et huic posteriori decisioni accedit decis. Cameralis iudicii per Mynsinger. *obseruat. 83. numero 4. cent. 5. relata.* quo loci testatum facit Mynsinger. in Camera DECISVM fuisse, quod diuersæ summæ coniungendæ veniant, quando a pluribus creditoribus plures summę peterentur, quarum singula summam Ordinationis Imper. non exæquaret.

Ampliatur secundo, vt etiam sorti

6 †accumulari possit census seu sortis pensio, ad conficiendam summam appellabilem, quemadmodum docet Mynsinger. *obseruatione 83. numero 5. centur. 5.* & conuenit Dominus Gaill. *sub numero tertio. concurrit item Cornel. Brederod. tract. appell. part. 1. titu. 19. colum. (mihi) 245. versic. possunt autem.*

Huic ampliationi videtur nonnihil detractum, *d. nouella lege. ibi.* Da die Klag vnder dreyhundert Reichsgülden Hauptgelts were/ ex quibus verbis colligi videtur, non census seu pensiones sorti esse adnumerandas, sed sortem duntaxat ipsam in considerationem congruentis, seu appellabilis summæ duci.

Occurrebat hic annotandum, quod scribit Ioannes Fridericus Husan. *tract. de seruis & hominib. propriis. quæstio. 4. princip. part. 2. circa medium. (codex enim meus destituitur numeris insertus prax. ciuil. Gothofred. lib. 1. titu. 6) versic. & caussa quæ quingentos aureos non excedit*, vbi opinatur,
7 ob modicum summæ † appellabilis defectum, non reiici appellationem alias ad Cameram deuolubilem.

Ampliatur conclusio tertio, vt eo casu, quando ob defectum appellabilis summæ in Imp. Camera appellatio non
8 venit recipienda, nec † supplicationis quidem auxilium superesse videatur: quemadmodum Dn. Benderus *tracta. Reuis. conclusio. 27. per tot.* adserere enititur.

9 Contrarium ante in his † ipsissimis terminis terminantibus cōtendit Mynsing. *obser. 16. cent. 6.* multo vero luculentius Ludolph. Schrad. *tract. feud. part. 10. sect. 4. num. 149. & sub num. 152.* auctoritatibus recensitis adseuerare contendit, quod remota appellatione, supplicatio remota non sit. Ceterum quia huius explicatio præsentem conclusionem proprie non concernit, saltem indicasse sufficiat, quatenus illa controuersia ex iure communi esset dirimenda.

De iure vero Camerali dicta contrarietas hodie Imperii lege, quam saluberrima sublata est, in nouissimo Recess. Deput. *Anno 1600.* Spiræ Nemetum celebrato, verba constitut. istius adscribenda erant, & sunt eiusmodi. Es soll aber den Vnderthanen vnbenommen seyn/ sondern frey stehen/ da sie vnder benandter Summa der dreyhundert Reichsgülden/ darvon nicht appelliert werden mag/ sich beschwert zu seyn befinden/ solche jhre Beschwerde vnd *grauamina, per viam † supplicationis* an jhre ordenliche Obrigkeiten 10
vnnd Herrschafften in gebürender Zeit/ Rechtens anzubringen/ welche auch schuldig seyn sollen dieselbe anzunemmen/ vnd *per modum reuisionis ex eisdem actis* (es hetten dann die Partheyen etwas newes fürzubringen/ darvber sie gehört werden müsten/ in dem jhnen noch zween Sctz/ oder zwo Schrifften weiter zu gestatten weren) endtlich zuentscheiden/ oder aber nach Gelegenheit einer jeden Sachen/ vnnd da es von einer oder der andern Parthey begert wirdt/ vnd erhebliche Vrsachen vorhanden weren/ auff einer Vniuersität/ oder aber zweyen oder dreyen Rechtsgelährten/ *ad reuidendum* zuvberschicken.

Ampliatur quarto, vt exceptio insufficientis deuolubilis summæ in puncto deuolutionis omissa, adhuc, etiam post litem † contestatam, opponi recte efficaciterque possit, *ita diserte Cornel. Brederod. tract. appellat. part. 1. titu. 19. colum. 245. versic. quid autem appellans.* vbi subdit se meminisse ita in Camera Imp. Iudicatum esse. 11

Fallit conclusio in caussis iniuriarum, & aliis nonnullis, de quibus post Dn. Gaill. *numero 5. & sequentib. Breder. tract. appellat. d. loc.* qui integra Gaillii verba, fideliter tamen auctorem nominando, transscripsit.

De remota appellatione, an & quando supplicationis supersit beneficium, *infra conclus. 139. ad considerat. finem* remissiones dedi.

ARGVMENTVM.

Summa appellabilis vtrum sit nec nec, an petitionis in priore iudicio factæ quantitas, an vero ad iudicata per sententiam consideranda sit.

SVMMA-

SVMMARIA.

1 *Appellabilis necne sit summa, ex sententia prioris instantiæ erit æstimanda de iure communi.*

2 *At in Camera primordialis libelli petitio attenditur.*

3 *Appellatione, ob summam appellabilis defectum, reiecta, in expensis appellans condemnandus venit.*

CONSIDERATIO I.

QVamuis Dn. Gaill. *sub num. 1.* & Dn. Mynsing. *obs. 83. num. 3. cent. 5.* ex iure communi. *ff. l. cum quadam puella, 19. ad finem. ibi. quoties de quantitate ad iurisdictionem pertinente quæritur, semper quantum petatur, quærendum est, non quantum debeatur. de iurisd. om. iud.* docere velle videantur, tam in deuoluẽda appellatione, seu fundanda iurisdictione iudicis ad quem, an sufficiens seu appellabilis summę sit, primordialem conuentionem, seu petitionem esse respiciẽdam, perinde ac in prima instantia petitionis huius quantitas
1 attendenda est: in hoc tamen † contrarium docet text. apertissimus, *l. in offerendis 23. C. de appellat. & relat.* vbi, quod ad fundandam iurisdictionem iudicis ad quem, seu cognoscẽdum an summa appellabilis, nec ne sit, sententia prioris instantiæ, atq; ita quantum iudicatum, nõ vero quantum petitum fuisset, considerandum esse, constituitur. Textus verba sunt hæc, *in offerendis pronocationibus, ex quibus consultationum more negotium in sacrum nostrum palatium introduci solebat, hoc addendum esse censemus; vt si quidem non excedat litis æstimatio decem librarum auri quãtitatem, ex ipsa scilicet sententia iudicis decernendam: non duobus (sicut ante) magnificis iudicibus, sed vni tantummodo disceptio negotii deputetur.* Hactenus text. & ita nõ modo text. ibidem glo. *in verb. decernendam* intellexit. *verum etiam post Bart. & Castrens. ad d. l. firmat Marc. Ant. de Amat. Rot. Prouin. March. decis. 5.* vbi adseuerat ita etiam in eademmet Rota IVDICATVM exstitisse.

Facile igitur studiosus animaduertit, neq; D. Gaillii, neq; D. Mynsingeri traditionem a se allegata, *l. 19. ff. de iurisd. om. iud.* probari, sed de iure cõmuni Romanorũ, sufficientia deuolutioni an sit summa, quantum per iudicem a quo iudicatũ, non vero quantum a parte victrici in litis exordio petitũ sit, cõsiderandũ esse.

Interim tamen nec hoc silentio inuoluendum erit, in sacrum † Imperiale iudicium Spir. (*d. §* Wiewol nun auch *ibi* daß nun hinfüro kein Appellation/da (*aduertatur*) die Klag vnder dreyhundert Reichßgülden Hauptgelt were/an diesem vnserm Keyserlichen Cammergericht angenommen werden soll) appellationes quantitatum, haud introduci, seu eo deuolui, nisi petitio primordialis, seu conuentionalis summam 300. florenorum Rhenẽsium exæquaret: atq; ita in hoc nouella Imperii constitutio iuri Codicis derogat, quo ad deuoluendas ad Imperiale consistorium appellationes. 2

Pro coronide notãdum, quod vbi interposita appellatio ob defectũ † appellabilis summæ reiicitur, appellantem vna in expensis condemnari per iudicem ad quem, firmat Rot. Luc. *decis. 67.* & ita IVDICASSE eãdemmet Rotam ibidem sub finem adseueratur. 3

ARGVMENTVM.

Statuto non posse appellationem interdici, ne quidẽ certis formis appellãdi facultatem constringi, quin in Cam. Imp. recipiatur appellatio, alias deuolubilis.

SVMMARIA.

1 *Appellatio subiectionis symbolum.*

2 *Appellatio statuto tolli, vel constringi nequit.*

3 *Nisi statutum a superiore confirmetur.*

4 *Statutum, appellationem ad certam pecuniæ summam soluẽdam, arctans, in paupere non obtinet.*

CONCLVSIO CXXIV.



QVANDOQVIDEM appellatio † superioritatis, respectu Domini, & subiectionis, intuitu inferiorum seu subditorum, exsistat symbolum, signumq; præbeat. *ad not. sup. concl. 119. circa primi requisiti finem,* & subditi, quod sui 1

superioris iurisdictioni præiudicare possint, impares existimentur, *ad d. sup. conclus.* 40 non alienum erit, firmam iuris dicere conclusionem esse, quod inferio-
2 res suis statutis † appellationes, quo minus in superioris consistorium introducantur, prohibere, vel etiam certis præscriptis formis (vtrobiq; enim eadem viget ratio atq; difficultas) appellationis auxilium tollere haud valeant. Conclusio hæcce in eo, quod appellatio prohiberi nequeat statuto, quin in Camera Imperiali recipiatur, nominatim asseritur per Mynsing. *obs. 14. cent. 1.* vbi hanc opinionem non modo communiorem esse, verum etiam in S. Cam. iudicio ita IVDICATVM exstitisse testatum reliquit: nuper etiam splendidius exposuit eandem firmando *Ioan. Bend. tract. reuisio. conclus.* 30. *per tot. præcipue vero num. 10. & seq.*, & quod appellationem ad superiorem inferior prohibere non possit: post Natt. Boss. & Surd. nominatim stabiliuit Pet. Ant. de Petr. *tract. de princip. potest. c. 11. num. 13.* adde quæ sup. *conclus. 119.* monuimus: & quę recensuit Brederod. *trac. appell. part. 1. tit. 11. colum. 32. verb. inferioris. & seqq.*

Intellige super his saltem casibus confirmationem operari, in quibus ipse superior prohibere appellationem potest: de quo Breder. *tr. appell. p. 2. col. 22. & seqq.*

Oblique certis, nempe, per statutum præscriptis formis, appellationem tolli non posse, *Dn. Gaill. nu.* · *prodidit.*

Fallit conclusio, quando eiusmodi
3 † statutum a superiore confirmatũ esset, *Borgn. Caualc. Finiz. decis.* 10 *sub nu. 27 p. 1.*

Declaratur fallentia, vt quidem ex cõfirmatione superioris appellatio prohiberi cõstringique possit, ita vt nisi certa aliqua gabella seu pecunię summa detur, appellatio nõ teneat, in appellantib. diuitibus, seu qui soluẽdę illi gabellę im-
4 pares nõ sunt secus vero in † paupere appellãte obtinere: huius n. appellatio nõ obstante confirmato statuto, adhuc ceteris paribus, recipienda erit. Ita deciderũt Cuneus, Bal. Matth. & alii ab asseuerante Lancel. *r atten p. 2. c. 12. ampl. 1 n. 57. & seq. relati.* vide, si libet, *inf. cõcl. 142. notat.*

ARGVMENTVM.

Statuto vbi cauetur, quod appellationi non sit deferendum, nisi appellans certã aliquam pecuniæ summam exponeret solueretque, nec non cautionem de refundendis in casum succumbentiæ expensis præstaret, vtrum & quando appellatio interposita subsistat, quamuis appellatus hæcce fieri non requisiuisset.

SVMMARIA.

1 *Appellans statuti solemnibus satisfacere tenetur.*

2 *Statuti solemnia vbi exacta non fuerunt, desertionem appellationis non caussantur.*

3 *Nisi statutum actum quendam præcise pro forma, vel verbis geminatis requirat. num. 6.*

4 *Actum cui explicando certum tempus adiicitur, pro forma requiri. numero 5.*

CONSIDERATIO I.

QVamuis appellationem haud esse recipiendam, quãdo statuto † (præ- 1
suppposito interim statuentes tanta pollere eminentia, vt eiusmodi statuendi sibi potestas sit, vel alias a superiore hoc ex confirmatione iuris statutũ haberi) certæ solemnitates, ad hoc, vt appellationi deferatur, requiruntur, Doctores admittant, communiter tamẽ in hoc itum est, vt arbitrentur, statutum illudmet appellationem ob omissam pecuniæ expositionem seu solutionem, vel etiam cautionis præstationem, non infirmare, atq; ita desertionem non caussare, † quã- 2
do non petita, seu requisita fuisset pecuniæ expositio, aut solutio, vel cautionis præstatio. Ex Iasone hanc declarationem, seu fallentiam concedit Dn. Gaill. *num fin* & concordat nominatim Mynsinger. *obseruat. 6. cent. 1* vbi, quod secundum hanc declarationem in S. Camerali iudicio IVDICATVM sit, adstruxit. Pro hacque declaratione sunt text. *l. si*

quis filium. §. stipulatio. ibi. cum interpellatus. ff. de collat. bon. l. 2. §. quod ait prætor. ibi. non ergo debet offerre satisdationem, sed petenti moram non facere. ff. quorum leg. l. 1. §. non exigit. ibi. quare non fuit, qui interpellet. ff. vt legat. nom. cau. l. peto. § fratre. ibi. quod si cautio non fuit desiderata. ff. de legat. 2. quos noue retulit Ioan. Petr. Surd. consil. 124. numero primo. declarationem etiam corroborat auctoritate Iasonis, Ioan. de Amic. Aretin. Castrens. Arnold. & Nattæ, Borgnin. Caualcan. *Fiuiz. decisio. 11. num. 61. part. 1.* & Caualcanum sequitur in confirmationem inducendo Robert. Lancellott. *tracta. attent. cap. 18. numero* 80. vbi nuncupatim de omissa & non petita cautione, & *num* 81 de omissa & non petita summæ solutione, *part. 2.* & plurima fallentiam stabilientia congessit Ioan. Petr. Surd. *Mant decis. 57. numero 1. 2. 3. 4. & consil. 124. numero 1. & 2.* vbi grauissimos auctores adduxit, & iterum idem Surd. *consil. 360. numero 34. 35. 36. 37. volum. 3.*

Subdeclaratur iam primo relata Dn. Gaillii aliorumque doctrina, vt non procedat, quando ipsum statutum pro for-
3 ma † præcise requireret ad appellationem, quod pecunia primum deponi seu solui, cautioque præstari deberet, hoc quippe casu petitio non erit necessaria. Hanc declarationem grauiter in terminis factique contingentia respondendo propugnare aduisus est Ioan. Petr. Surd. *consil. 124. per tot.* & ita IVDICATVM fuisse per Reg. Senat. Mantuanum, adseuerat, & in discursu firmat idem Surdus *Mant. decis. 57. ante num 5. versi. magis tamen placuit Senatui contraria opinio. & num. 5. 6. 7. vnde ad finem.*

Infertur primo ex hac prima subdeclaratione, quod cum forma censeatur
4 inducta, quando in actu explicando † têpus adiicitur, *Francisc. Viu. Neapolit. decis. 335. sub num. 6. versic. inductaque etiam videtur*, vt etiam hoc casu, quando statutum depositionem pecuniæ, vel præstationem cautionis in ipso appellationis actu interuenire constituisset, appellatio non valeat, nisi pecunia deposita seu soluta, & fideiussione præstita, quamuis petitio non intercesserit. Ita in his ipsis terminis nostris docet Ioan. Petr. Surd. *Mant. decis. 57. num. 7. idem Surd. consi 124. numero 4.* & huc etiam faciunt notata Alexand. Raudens. *tracta. analog. cap. 33. num. 205.*

Infertur secundo, siquidem forma censeatur præscripta ex eo, quod aliquid † intra certum tempus fieri debeat: ex Iasone docet Francisc. Viu. *Neapol. decis. 331. ad finem*, nec petitionem necessariam esse hoc casu, quando certum tempus faciendæ depositioni seu solutioni pecuniæ, vel etiam præstandæ cautioni statuto determinatum esset: vt quia a statuto præfinitum esset, quod intra tres, quatuor, quinque, &c. dies, fieri effectuariq; statuti requisita debeant. Sic in terminis respondit Surdus *d. consil. 124. num. 4. 5. 6. 7.* (& ita se OBTINVISSE refert ad finem mox citandæ decis. testaturq; sic multoties in Senatu Montisferrati IVDICATVM fuisse) idem Surd. *decis. 57. num. 8. & nu 9.* recipit doctrinam Iasonis *in cons. 191. vol. 2* respondêtis, quod si petitio fiat, non requiri statutum vbi visum fuisset verbo *statim*. Quamuis *ad finem d. consil. 124.* in ratione super d. verbo *statim*, non requiescebat. 5

Subdeclaratur secundo Dn. Gaillii, & adstipulantium supra dicta doctrina de petitione facienda, vt non obtineat, quando statutum † enixe disponeret, & 6
quidem geminatis verbis requireret fieri pecuniæ illius solutionem, vel cautionem. Eiusmodi subdeclarationem statuit Surd. *d. decis. 57. num. 11.*

ARGVMENTVM.

Dominum pro suo interesse contra molestantem subditum suum, hominemque proprium, agere recte posse.

SVMMARIA.

1 *Dominus, cuius principaliter interest pro subditis vel propriis hominibus agere, & appellare potest. nu. 4.*

2 *Dominus etiam iniuriarum subdito, vel proprio homini illatarum nomine, agere potest.*

3 *Dominus feudi pro iniuria vasallo illata recte agit.*
4 *Nisi iniuria solius vasalli personam respiciat.*
5 *Ex dominis pluribus is subditi nomine agit, quem illata iniuria concernit.*
7 *Dominus subditorum nomine agens in suum proprium interesse, & commodum principaliter concludere debet. numero 8.*

CONCLVSIO CXXV.

1 QVID singularitatis dominus in eo, † quod pro suo interesse agere appellareque possit, quando subditus suus vel homo proprius molestaretur in rebus ad se dominum pertinentibus, habeat præ alio tertio principaliter pro suo interesse interueniente, vel appellante, sane perexiguum videbatur. Ceterum, siquidem particulariter tractata magis intellectum facilitate donent, statuamus conclusionem, Domino facultatem esse agendi pro interesse suo aduersus molestantem subditum, vel etiam hominẽ proprium, quos vulgo Leibeygene Leuth/ & alio nomine Eygenbehörige/ dicunt. Hanc cõclusionem in specie post Iacobin. de Royd. corroborat ex modernioribus Ioan. Frid. Husan. *tract. de seruis & hominib. prop. quæst. 4. princip. post medium. vers. quinto, si molestetur & inquietetur colonus. part. 2. & admittit Guido Pap. Delph. decis. 203. vers. item dicerem in domino. Robert. Lancellot. tract. attent. cap. 12 limitat. 50. nu. 42.* vbi Dn. Gaillium in hoc refert, & cõferunt notat. per Menoch. *tract. retinend. possess. remed. 3. num. 116. & seqq* vbi, quod domino interdictũ, vti possidetis, quando serui ipsius glebæ adscripti, vel etiam non adscripti turbarentur, competat, deducit: addatur videndus Breder. *tract. appell. part. 1. tit. 13.*

Ampliatur primo, vt non modo dominus subditum, hominemque proprium in rebus molestatum in iudicio defendere, vel etiam pro molestatione amouenda agere possit, verum vt etiam
2 † iniuriarum subdito vel homini proprio illatarum nomine agere valeat, *Dn. Gaill. num. 6. accinit Husan. d. tract. de hominib. propr quæst. 4. princip. vers. septimo si iniuria colono facta sit. vbi & Gaillium inter alios citat. par. 2.*

Sic etiam dominus † feudi pro iniu- 3
ria vasallo illata agendi ius habet, *D. Gail. nu. 6 Declarationem non subieci.*

Declaratur iam primo conclusio, vt non obtineat, quando domino interesset † mediate, & minus principaliter sub- 4
ditos hominesq; proprios non molestari, sed requiri ad hoc, vt actio domino competat, quod interesse immediate & principaliter dominum attingat cõcernatque. Ita ipsissimis in terminis factiq; contingentia pulcerrime respondit Io. Sichard. *consil. feud. 9. num. 57. & seqq.* subditq; *num. 58.* ita in Rot. Romana IVDICATVM, seu determinatum exstitisse. Ita etiã docet Ioannes Cœlner de Vanckell, quondam in vniuersitate Coloniensi Iuris Pontificii Ordinarius, *in suis conclu. super sext. tit. de priuileg. cap. auctoritate. conclus. vlt. ibi. vel si in iniuriam superioris id factum esset.*

Declaratur in hunc modum relata Dn. Gaillii doctrina etiam, quod scilicet dominus feudi pro iniuria vasallo illata agere queat, vt verum non sit, quando iniuria illamet † solius vasalli iniuriam 5
respiceret, non vero domini, quod in feudo ius habet; eo enim casu domino non licebit iudicio pro vindicanda illa iniuria contendere. Ita nominatim declarat Ludolph. Schrad. *tract. feud. part. 6. cap. 7. num. fin. argum gloss. fin. cap. auctoritatem. de priuileg. lib. 6. & post Abbat. & Felyn. ibidem.*

Extenditur principalis atque simul etiam eidem postposita declaratio, in tantum procedere, vt, eo casu, quando subditus † plures haberet cognosceretq; 6
dominos, quorum vnum iniuria illa subdito facta duntaxat concerneret, quod hic saltem experiundi in iudicio, ratione illiusmet iniuriæ seu damni (iniuriam in præsenti tractatione enim dicimus et iam quotiescunq; grauatur subditus. Io. Cœlner *in c. auctoritate ad fin.*) facultatem habeat. ad not. Io. Fab. *in §. seruus autem. Instit. de iniur.* cuius verba refert Sichard.

d cons.

d. consil. 9. num. 82. & sunt eiusmodi. *Si duo, aut plures idem Castrum habeant, & seruiens communibus dominis offendatur, quod tamen in vnius tantum contumeliam fiat, in soli, tanquam offensi, applicabitur emenda.*

Declaratur secundo conclusio, (quæ quidem declaratio etiam extensionis vices ad præcedentem declarationem sustinere videtur) vt tunc demum libellus, quo contra molestantem subditum, hominem proprium, agere dominus, sine mandato procuratorio intendit, procedat, quando
7 † pro suo proprio immediatoq; interesse, & commodo concluderet, non vero in subditorum commodũ, seu pro iure subditorum. Ita in ipsa facti specie respondit Ioan. Sichar. *consil. feud. 9. num. 78. & seq. & num. 94.* & quod dominus sine mandato pro subdito in caussa restituendi spolii ad commodum subditi minus recte agere intendisset, DECISUM esse in S. Cam. Imp. testatum fecit Thilm. de Benign. *obs. Cam. pract. obs. 13.*

Subdeclaratur tamẽ interim hæc proxime præcedens declaratio, vt quamuis
8 pro suo principali † & immediato interesse, & simul in fauorem seu commodũ suorum subditorum, quod quidem cõmodum principaliter subditos, & saltem mediate dominum concerneret, dominus ageret (quæ vtique cumulatio iuribus non reputatur dissona, *ad not. Sichar. d. cons. nu. 94.*) non tamen mandatus seu constitutus a subditis, libellum integrũ non annullari, seu lacerari, sed in quantum domini immediatum interesse cõcerneret sustineri. Eiusmodi subdeclarationem aperte in terminis his statuit idem Sichard. *d. cons. feud. 9. nu. 95. inde ad consilii finem vsque.*

ARGVMENTVM.

Appellare, an & quando dominus pro subditis suis possit.

SVMMARIA.

1 *Appellare pro aliis qui possint, remissiue.*

2 *Dominus etiam pro subdito Iudæo appellare poterit.*

CONSIDERATIO I.

Appellare dominum pro suo interesse a sententia aduersus subditum lata posse, docet Dn. Gaill. *nu. 7.* cui nominatim, Gaillium citando, subscripsit Rober. Lancell. *tract. attent. c. 12. limit. 50. nu. 42.* quemadmodũ & alias pater, † mater pro filio, & vicissim pro patre filius, 1
dominus pro seruo, tutor pro pupillo, curator pro adulto, feudi dominus pro vasallo, & alius pro suo subdito appellat, sicuti noue scripsit, & sigillatim textibus iuris stabiliuit Ioan. Wames. *tract. appell. seu in repet cap consuluit 29. num. 3. ext. de appell. & docuit Ferrar. Mont. de appellat. cap. 1. sub §. idem facere poterit. lib. 2.*

Ampliatur notabiliter, quod monui, dominũ pro suo interesse aduersus sentẽtiam in subditum latam appellare posse, vt, etiam eo casu † quando Iudæus, sub 2
protectione illiusmet domini degens, cõdemnatus esset, procedat, dominum nempe, pro Iudæo appellandi ius habere. Sic dilucide extendit wames. *d. c. consuluit. 29. n 4. ibi. Cum igitur* (inquit) *& Iudæi inter subditos sint, pro eis, si grauantur, Regi appellare permittendum est; & quidem plerumque magis ob id, quod vltra communem, quam Principes suis subditis debent defensionem, Iudæi in speciali plerumque sint protectione, seu (vt aiunt) saluaguardia, ob tributum, quod ab eis passim accipiunt.*

Hanc ampliationem restringi oportere, secundum ea, quæ in conclusione dixi, arbitrarer.

ARGVMENTVM.

Domini appellationem subditis quandoque prodesse.

SVMMARIA.

1 *Appellatione Domini subditi subleuantur.*

2 *Inhibitio subditis prodest, a Domino obtenta.*

CONCLVSIO CXXVI.

SVBDITI ob priuilegium domino cõcessum ab inferiore iurisdictione aliena, quã domini exemti, quando eo

citarentur, nec tamen comparerent, & ob non comparitionem vti contumaces
1 condemnarentur, subleuantur † domini appellatione pro suo iure seu tuitione priuilegiatæ iurisdictionis facta, ita vt aduersus subditos habitus processus subsequutaq; exsecutio vitio attentatorum laboret, proindeq; reuocetur. Eiusmodi conclusionem Rober. Lancell. *admittit tract. attent. c. 12 limit. 50. num 43.* vbi nititur Dn. Gaillii (ex huius conclusionis serie) notatis: & idemmet Lancellot. *eod. tract. c 20. num. fin.* auctoritate nisus Dn.
2 Gaillii docet, quod inhibitio † a Domino obtenta etiam subditis prosit, etiamsi ipsi non appellassent; ita vt processus aduersus subditos habitus, quasi attentatus sit reuocandus.

ARGVMENTVM.

Appellatio ab vno ex litis consortibus facta, vtrum & quando ceteris non appellantibus commodo, vel incommodo cedat.

SVMMARIA.

1 *Appellatio vnius ex consortibus, ceteris prodest.*

2 *Aduersus vnum ex consortibus, etiam appellationem non prosequentem, non datur exsecutio, nisi caussa decisa.*

CONSIDERATIO I.

FAmigerata & in praxi tota die frequentata exsistit illius quæstionis (de qua Dn. Gaill. *nu. 5.*) disquisitio, vno con-
1 sortium † condemnatorum appellante, an omnibus aliis, quasi & ipsimet appellassent, appellatio prosit?

Statuamus itaque affirmatiuam positionem, appellationem nimirum vnius ex cōsortibus, reliquis etiam proficuam esse, ac si etiam ipsi appellauissent. *l. 1 si vnus ex plurib. app. l. si quis separatim. §. fin ff. de appellat. c. vna sententia, penult. de appella. c. ei, qui appellat. vers. si autem vnus tantum appellauit, eiusque appellatio iusta pronuntiata est, ei quoque prodest, qui non appellauit. 2. quæst. 6. cum concord. & ex nostris, post gloss. scribit Borgn. Caualc. Fruzan. decis. 30. n. 115. par. 2. & post Lanfran. voluit Valent. Franch. tract. fideiuss. c. 3. nu. 138. Rot. Rom. decis. 779. incip. contra sententiam Cantoru. num. 3.* vbi, quod ita TENTVM sit, *par. 1. diuersor. Mynsing. in terminis respondit cons. 8 nu. 11. cent. 1.* & esse regulare, statuit nūcupatim Hartman. Pistoris *lib quæst. 1. quæst. 47. nu. 1.* qui huius quæstionis dilucidationē ex professo reassumsit, & egregie proposuit: quo studiosus cursum petere posset, cui addantur Wames. *in nouiss. edit. appellat. comment. in d. c. vna sententia. 72. de appellat. Mynsing. d. cons. 8. nu. 12 & seq. cent. 1. A Emil. Veral. Roman. decis. 37. par. 1.* qui refert IVDICATVM, quod quamuis litis consors appellasset, & postea † appellationem nō 2
prosequutus fuisset, adhuc tamē aduersus eum in iure congrui non detur exsecutio, donec cum altero cōsortium, qui & ipse appellauerat, & appellationē prosequebatur, appellationis caussa decisa sit, *dixi sup. conclus. 113. consid. 3. ampl. 8. Hieronym. a Laurent. Auinionens. decis. 60 per totum.*

ARGVMENTVM.

Nullitatis caussa, vtrum, & quando effectum deuolutorium negotii principalis inducat.

SVMMARIA.

1 *Nullitas caussam principalem deuoluit, & quare. nu. 2.*

3 *Nullitate caussam deuoluente, etiam non deducta deduci, & non probata, probari possunt.*

4 *Nullitatem prætendens, ad obtinendum deuolutionis effectum, super caussa principali superiorem requirere debet.*

5 *Nullitas inepti libelli non deuoluit caussam principalem.*

6 *Ratio & quatenus sententia nulla confirmari posit.*

7 *Appellatio a definitiua, nullitatis quoq; caussam deuoluit. nu. 9.*

8 *Sententia, quæ expressum errorem continet, confirmari nequit.*

10 *Appellatio a definitiua caussam principalem, non solummodo articulum appellationis, deuoluit.*

CON-

CONCLVSIO CXXVII.

NVLLITATEM, seu nullitatis caussam principaliter corã iudice ad quem institutam, deuoluere † ipsum contro-
1 uersum negotium, ita vt iudex appellationis super caussæ meritis cognoscere, adeoque sententiam vel confirmando, vel reformando pronuntiare possit, concors Pragmaticorum exsistit conclusio, *Rot.Gen.de mercat.decis.23.num.* 7. Secundo (inquit) quia præsupposita etiam nullitate dictæ sententiæ nihil prohibet cognosci, propterea per iudicem appellationis de meritis caussæ principalis, etiã quod sola nullitas in casu nostro fuisset
2 proposita; quia caussa † nullitatis est contigua caussæ appellationis, & ex se ipsa operatur effectum deuolutorium negotii principalis, sicut ipsa appellatio, (appellationis articulus, quaten⁹ caussam principalem deuoluat, notaui mox inf. ad finem) secundum Innocent. *in c. cum contingat. de offic.deleg.Bart.in l.si, vt proponis. il 1.C.quomodo, & quando iudex. & in l.si expressim.num.15 ff. de appellat. ad not. in l. absentem.C.de accusat. Abbat.consil.55.col. 2. vol. 2. Alex.consil 79.volum.2.& in l.iudex.postquam.col.penult.ff.de re iud.* Totidem verbis Rot. conclusionem item Mynſ.consulendo probauit *respons.6.num fin & respons.8. num.fin.* atque iterum *respons.* 47. *num* 24. *cent.*1. Barth.Blarer.etiam diserte nostram conclusionem auctoritate, Bart. Innocen. Anchar. Ferrarienſ. & Imolæ fretus muniuit: communeq; DD. placitum laudat, *in repetit.l.diffamari.5 C. de ingen.& manumiss.cap.10 num.29.* & post Bart. atque Alexan. in terminis respondit Ioan. Vincent. Honded. *consult.* 19. *num.3.volum.1.* & iterum *consult.95.num. 28.vol.2.* retulit. Quemadmodum etiam ex Innocent. & Bart. referendo (licet in dubitandi rationibus) induxit Crauett. *consil.270 sub num.7* Lancellot. etiam induxit *tract.attent.par.2.cap.17.num.11* vbi refert, Ferretum se OBTINVISSE, dicentem. Hinc absonum haud existimatur, quod intuitu principalis negotii possint
3 deduci † non deducta, & probari nõ probata, quamuis nullitas tantum proposita coram appellationis iudice sit, *post Bald. & qui Bald sequuti sint Felyn.& Rebuff nuncupatim docuit Mascar.tr.prob.co... l 118.n.15.*

Quamuis vero a conclusione recedat Ang. eandem tamen, vt quæ magis veritati æquitatique sit consona, vti qua circuitus euitentur, tenendam, reiecta dissentientis Angeli opinione, *post Imol.nominatim dixit Barth.Blarer. d.c.10.sub num. 29.* & licet in contrarium.

Declaratur conclusio primo, vt procedat intelligaturque vera, dummodo nullitatem prætendens seu ponens, apud iudicem † appellationis instaret, vt simul 4
super negotio principali, seu caussæ meritis pronuntiare velit, *ita ex Imol.& Bal. declarat Barth.Blarer.rep.l.d.diffamari.c.*10.*n.* 30.*C.de ingen.& manumiss.*

Declaratur conclusio secundo, vt nullitas inepti † libelli, non deuoluat meri- 5
torum cognitionem, quin potius super nullitate libelli pronuntiandum sit, *Dn.Gaill.obser.66.nu.2.& obs.* (ex serie huius conclus.) *127.sub nu.* 3. quando enim sententia † nulla est ex caussa, quæ totum processum reddit nullum, tunc non potest iudex illam confirmare, ea ratione (*inquit Io.Vincen.Honded.consult.19.num.32. vol.1.*) ne nullitas, quæ in prima aderat sententia influat in secundã: citat in hoc Lapum, Alex. Dec. & Vant. Honde. hoc idem luculenter deduxit Borg. Caualc. *Fiuiz.decis.25.n.9.p.1* quando nullitas (inquit) quæ reperitur in prima sententia, remanet in secunda, & defectus est insanabilis, tunc iudex appellationis nõ potest cõfirmare primam sententiam, quia in secunda idem error, eadem nullitas, vitium & mancamentum adhuc reperiretur. Et si sentiaret confirmãdo primã, vtraq; sentẽtia erit nulla; & si appelletur, retractari debuerint, quia cœci duo non possunt ducere vidẽtem; & ideo necesse est, vt ambo in foueam cadant: allegat in hoc Alex. Crau. Gab. Rol. Mynſ. & alios, subditq; ita Rot. Florentin. IVDICASSE.

Sic e conuerso caussam † appellatio- 6
nis nullitatem quoque deuoluere, vltra Dn.Gaill.*num.2.* firmant Mynſ.*obser.91. num 7.cent.5.*

Declaratur hoc vltimũ, seu casus con-

uersus, primo, non procedere, quando
8 in sententia † error esset a iudice primo expressus: eo quippe casu, siquidem ipsamet sententia nulla exsistat, confirmatio sententiæ fieri non potest, *Dn. Gaill. num. 3.* Et eadem huc spectat, facitque ratio, quam ante ex Honded. & Caualcano retulimus.

Declaratur ēt hoc vltimum secūdo, vt quidē ceteris parib. procedat in appel-
9 latione † a diffinitiua, vt hæc nimirum nullitatem ēt censeatur deuoluisse, non vero in appellatione ab interlocutoria, *Dn. Gaill. num. 4.* Et in terminis declarationem hanc corroborat Francisc. Marc. *Delph. decis. 260. num. 1. 2* subditque iuxta eādem IVDICATVM in eademmet Parlamenta Curia exstitisse.

Dum supra in principio ex Rot. Gen. retuli, appellationem deuoluere negotii principalis cognitionē ad iudicem prouocatum, notandum erit obiter, quod quidem appellatio a diffinitiua effectum habeat deuolutorium, non modo arti-
10 culi † appellationis, verum etiam ipsius negotii principalis, *Sebast. Vant. tit. ex defect. iurisd. ordin. num. 97.* vbi etiam subdit, in dubio pronuntiandum fore appellationem deuoluisse principalē caussam, *ex Specul. & aliis) & plures congessit Menoch. consil. millesimo. num. 103.*

Fallit tamen, quando per appellatum negaretur prouocati iudicis iurisdictio. Ita in propriis terminis factique contingentia, ex Imola & Franco limitat, fallentiamque statuit Menoch. *d. cons. millesimo. nu. 104. vide etiam concl. 131. hoc lib.*

ARGVMENTVM.

Nullitatis in iudicio commissæ iudex, quis de iure communi reputetur.

SVMMARIA.

1 *Nullitatis iudicialis iudex quis sit, remissiue.*

2 *Nullitatis exceptio, an & quando aduersus exsecutionem reuocandam vtiliter opponatur. remissiue.*

CONSIDERATIO I.

NVllitatis in iudicio commissæ iudex quis sit (de quo Dn. Gaill. *num. 5.*) ex professo † reassumsit pertractare Myn- 1
sing. *obseru. 92. cent. 5.* Addatur videndus Matth. Coler. *de process. exsecut. part. 4. cap. 3.* vbi etiam Dn. Gaillii scripta applicat.

Grauissima iuris est quæstio, an & quando exceptio nullitatis (qua de Dn. Gaill. *num. 10.* disserit) aduersus exsecutionem † recte obiiciatur. Ne igitur stu- 2
diosus impingat consulere habet ex recentioribus latissime eam explanantes, Ioseph. Mascard. *tract. probat. conclus. 686. Robert. Lancellot. tracta. attentat. cap. 17. part. 2.*

ARGVMENTVM.

Grauamina appellationis a diffinitiua, quæ qualiaque admittenda.

SVMMARIA.

1 *Appellatio nouis assertionibus, & caussis iustificari potest, & quando hoc procedat. num. 3. & 4.*

2 *Dummodo a deductis in priori instantia dependeant.*

5 *Grauamina appellationis eadem cum articulis prioris instantiæ, ad vlteriorem probationem recte admittuntur.*

6 *Grauaminum libellus articulos prioris instantiæ confuse sparsimq; traditos continere potest.*

7 *Appellatio ab interlocutoria ex nouis adsertionibus iustificari nequit.*

CONCLVSIO CXXVIII.

RAVAMINA appellationum ex nouis † assertioni- 1
bus, seu capitulis in priori instantia non deductis cōsistere posse, textus est express. *in l. per hanc 4. ibi. nouis etiam adsertionibus vtendi. C. de temp. & reparationis appel. l. scio quæsitū 3. ad fi. ibi. esse ei facultatem in agēdo etiam aliam caussam prouocationis reddere. ff. de app. & rela. tex. item. c. fraternitatis. 17. ibi.*

17. *ibi. si noua contigerit emergere capitula, & paulo post. ibi. super nouis duntaxat capitulis. de testib. & attest.*

Ampliatur multis modis, ceu est apud Mascard. *tract. probat. conclus. 118. nu. 5. inde ad nu. 30. videre.*

Limitatur conclusio, vt procedat dũ
2 modo illæ nouæ assertiones, seu noua † capitula, a veteribus seu in priore instãtia iam adductis dependeant, non vero vbi ab illis alienæ alienaue essent. *ita text. rotundus in d. l. per hanc. 4. C. de tempo. & repet. app. ib. quæ non ad nouũ capitulũ pertinẽt, sed ex illis oriuntur & illis coniuncta sunt, quæ apud anteriorem iudicem noscũtur proposita.*

Sublimitatur, quod noua capitula quidem, dummodo a veteribus depẽdent,
3 possint admitti, non obtinere, quando † coram anteriore iudice eadẽ potuissent allegari probarique, text. *l. per hanc 4. ibi. probationes tamen illo quidem defuerint tempore. C. de temp. & reparat. app. tex. in c. fraternitatis. 17. ibid. si noua contigerit emergere capitula. de test. & attest. & t. auctoritates inter moderniores congessit Mascard. tract. probat. conclus. 118. nu. 44. & 55. 56.*

Probari, verbum, notanter addidi. Nam quãuis alias priora capitula in grauaminum libello posita, non sint ad probandum admittenda, *sicuti Dn. Gail. nu. 5. tradidit.* hoc tamen fallit, quando ap-
4 pellans † probationes illorum capitulorum antiquorum coram anteriore iudice facere nõ potuisset. *d. l. per hanc 4. ibi. sed & si qua dicta quidem allegatio monstrabitur, vel instrumẽtum aliquod probatũ probationes tamen illo quidem defuerint tempore, verum apud sacros cognitores sine procrastinatione probari poterunt. C. de temp. & reparat. app.* Vel etiam in priore instantia, factam probationem adhuc magis liquidiusq; verificare vellet appellans, quod ei vtique propositis iisdemmet articulis liceret. text. *in d. l. 4. ibi.* id quoq; non admittere, quo exercitatis iã negotiis pleniore subueniatur veritatis lumine, cui textui syncere conuenit Ordinat. Cam. *part. 3. tit. 33.* §. im fall. *ibi.* **Oder das jenig/ so in voriger Instantz fürbracht/ noch weiter darthun oder beweisen/** quod & in terminis factique contingentia notauit Mynsinger. *respons. 85. numero decimo. cent. 1.*

Ex quo vltimo, grauamina, licet cum prioribus articulis eadem sint, videmus, & quidem rectissime, quando appellans
† se ad vlteriorem probationem admit- 5
ti petit, ad plenius probãdum recipi debere. Et hinc etiam posset dari cautela appellandi eadem capitula, quæ in priori instantia deduxisset, in libello grauaminum iterum ponenti, vt studiose apud appellationis iudicem grauamina exhibendo petat, se ad pleniorem probationem, vt quam facere intendat, admitti. Quo casu in dubio grauamina eiusmodi cum prioribus articulis eadem ad probandum admittenda erunt, iuxta *d. l. 4. relata finalia verba.* quod notet studiosus. Videatur Nouel. Constit. Recess. deput. *Anno 1600.* **Es seyen in den** *grauaminibus appellationum.*

Sic etiam eadem Dn. Gailli traditio secundo falleret, quando in priore in-
stantia articuli, seu capitula † sparsim, 6
confuseq; proposita fuissent, vt quia additionales, superadditionales, suprasuperadditionales, declaratoriales &c. exhibiti essẽt, hoc casu eiusmodi diffusam sparsamque multitudinem contrahere, clariusq; in libello grauaminum deducere licebit, quemadmodum in ipsissimis terminis respondit Mynsin. *cons. 85. nu. 4. 5. cent. 1.*

Limitatur secundo conclusio, vt lo-
cum sibi non vẽdicet in appellatione † 7
ab interlocutoria. *Socin. nominatim limitationem hanc induxit reg. 396. vers. tertio fallit iuxta colon. excuss.*

Ceterum quid in concipiendis grauaminibus ad iustificandam appellationem ab interlocutoria simplici, vel etiam vim diffinitiuæ habẽte sit iuris, item quid in Camera Imper. circa repetitionem actorum loco libelli obseruetur, in considerat. seq. coniiciendum erat, eo me refero.

Nec pluribus hic insisto, verum studiosos ad Cõmentatores tractatusque de appellat. Conscriptos ablegandos esse duxi: omnia enim circa probationem in appellatione admissibilem, exquisi-

tum in præsentiatum referre, instituti esset remouere metas, *adeantur Mascard. d. loc. & Marant. in Spec. ti. de appellat.* qui ampliationibus limitationibusque congerendis grauiter insudarunt.

ARGVMENTA.

I Grauamina appellationis ab interlocutoria simplici an & quando ex anterioribus capitulis actisq; sint formanda iustificandaque.

II Libelli appellationis seu grauaminum loco vtrum acta prioris instantię repeti possint in S. Cam. Iudicio.

SVMMARIA.

1 *Appellatio ab interlocutoria simplici ex prioribus actis iustificanda.*

2 *Adeo vt ne quidem super articulis prioribus nouæ recipiantur probationes.*

3 *Nisi probandi facultas appellanti prærepta esset.*

4 *Grauamen interlocutoriæ, in appellatione a definitiua, etiam ex nouis caussis deduci potest.*

5 *Interlocutoria cōtra absentem lata, quando ex nouis caussis iustificari possit.*

6 *In grauaminibus interlocutoriæ noua capitula, post eam latam emergentia deduci possunt.*

7 *Interlocutoria vim definitiuæ habens ex nouis capitulis iustificari potest.*

8 *In appellatione a definitiua, Acta prioris instantiæ, loco libelli repeti possunt.*

9 *Quomodo a simplici interlocutoria appellandum.*

10 *Appellatus non tenetur grauaminibus respondere in prima instantia iam deductis, declaratur ibidem.*

CONSIDERATIO I.

LOCVS hic postulare videbatur, vt etiam seorsim de grauaminibus appellationis ab interlocutoria interpositæ diceremus, quorum mentionem fecit Dn. Gaill. *obseru. 130. lib. 1.*

Appellatio ab interlocutoria simplici non ex nouis assertionibus, sed ex † actis prioribus iustificanda est. *Clement appellanti. de appellat. Dn. Gaill. obseruat. 130. numer. 3. Fernand. Vasq. nouiss. quæst. lib. 2. cap. 40. sub num. 5. Cravet. consil. 181. sub num. 4. & ex recentioribus insignite firmat Mascard. tracta. probat. conclus. 118. num. 30. 31. & seqq. & facit nouell. constit. Imp. Recess. Deput. Anno 1600. §.* nach demmahl / *ibi. ex actis prioribus* justificirt werden muß. 1

Extenditur vt ne quidem † nouę probationes super antiquis, seu coram anteriore iudice productis articulis in appellatione ab interlocutoria deduci fierique possint. Ita disertis verbis aduersus Marantam *de appellat. nume. 164.* contendit Dn. Ioann. Benderus *tract. reuis. conclus. 16. numer. 17. 18.* (licet secus esset in appellatione a diffinitiua, quęadmodum sup. *in conclus.* dixi:) & huic Benderi sententiæ conuenit Ord. Nouell. *in Recess. Deput. Anno 1600. §.* nach demmahl / *ibid. ex actis prioribus* justificirt werden muß / cuius etiam paulo ante feci mentionem. 2

Extensio tamen hæc nonnunquam falleret, & præcipue vbi appellanti ad interlocutoria, facultas antea probandi † sibi minus legitime prærepta esset, vel alias citra suam culpam habita non fuisset. *ad notat. eiusdem Benderi, & quæ infra Declarat. 2. admonui. & ante nominatim Marant. in Specul. titul. de appellat. numer. 166.* 3

Declaratur iam primo, appellationē ex antiquis mox nouis capitulis iustificandam, vt non procedat, quando grauamen illud interlocutoriæ discuteretur cum appellatione † a diffinitiua; quādoquidem eo casu interlocutoria grauamen ex actis etiam nouis, perinde vt grauamen diffinitiuæ appellationis, iustificari possit, *ita adducente post Bal. & Felin. Mascard. tract. probat. conclus. 118. num. 4.* quod iidem subdeclarant, vt saltē in Imperii, nō item Ecclesiæ terris obtineat:) Ceterum hęc declaratio intelligitur dūmodo non directo appellatum esset ab interlocutoria, sed a diffinitiua appellatum fuisset, *Marant. de appellat. numero 167.* 4

Declaratur secūdo, nō pcedere, quādo con-

5 do contra absentem †interlocutoria esset lata, ita vt culpa appellanti non possit imputari, quare in priori iudicio nouũ hoc allegarit, probareq; intenderit. *post Bartol. & Rebuff. Mascard. tract. probat. conclusio. 118. num. 41.* Quando vero vel contra absentem, vel præsentem, vel etiam ob contumaciam sententia præsumatur lata, docet Menoch. *2. præsumt. 69. 70. per tot.*

Ex eiusdem declarationis ratione etiam promanat, quod noua capitula in grauaminibus appellationis ab interlo-
6 cutoria deduci † possint, casu quo primum sententia dicta illamet emergeret. *Marant. in Specul. tit. de appell. num. 165. & post Cyn. Bald. & Roman. prodidit. Mascard. d. conclus. 118. numer. 43. præter Mascard. & Marantam.* Alias admisus est construere declarationes Francisc. Viu. *Neapol. decis. 332. per tot.*

7 Ab interlocutoria vim diffinitiuæ † habẽte vbi appellatur, perinde vt in appellatione a mera diffinitiua datur facultas deducendorum nouorum capitulorum, nominatim stabiliuit Mascar. *conclus. 118. nu. 42. Francisc. Marc. Delph. dec. 314. sub nu. 3. vers. & isto casu, quando interlocutoria. vol. 2.*

8 Acta prioris instantiæ loco libelli † in appellatione a diffinitiua, vel vim diffinitiuæ habente interlocutoria, repeti posse, in tantum, vt quamuis terminum libellandi petiisset procurator in Camera Imper. adhuc sibi libellare, an repetere acta velit, eligere integrum sit. exstat nuper Ordinatum Recess. Deput. *Anno 1600.* §. So sol auch vermöge.

9 Quid in simplici interlocutoria † obseruandum sit, statuitur *in ead. nouel. Ord.* §. Nach demmahl / *ibi.* das in Sachen da a simplici interlocutoria appellirt / anders nicht / als per repetitionem instrumenti oder scedulę appellationis libellirt werden soll.

CORONIS.

In confirmationem cautelæ ab appellato obseruandæ (de qua Dn. Gaill. *numer. 5.*) addantur notata in terminis Ioann. Wamess. *in capit. per tuas. 58. nume. 11. de appellationibus: plerique* (inquit) *ad euidentiorem caussæ illustrationem omnia in libello prima instantia proposita, in iustificatorio appellationis, non caussæ, libello repetunt, ad illa † aduersarius nec respondere, nec iterum super eo litem contestari debet, ne actum agatur.* Hæc Wammess. 10

Ipse iudicis relinquerem potius arbitrio adiudicare, grauamina illa iam ante in prima instantia deducta ad respondendum admittenda sint: nec ne: possent enim casus obuenire, vbi appellanti non queat imputari, quare antea non satis probationibus fulciisset iam in seruanda instantia per modum grauaminum exhibitos articulos, quo conducũt notata *superiora num. 3.* & sic video etiam in nonnullis maioribus bene constitutis iudiciis obseruari.

ARGVMENTVM.

Appellatio a mera interlocutoria de iure ciuili non admittitur.

SVMMARIA.

1 *Interlocutoria mera non admittit appellationem de iure ciuili. nu. 8.*
2 *Interlocutoria mera quæ dicatur & vnde dignoscatur. nu. 3.*
4 *Interlocutoria quæ grauamen, vel prorsus non, vel cum magna difficultate reparabile, cõtinet, appellationem admittit, & nu. 5. 6.*
7 *Idem si vim diffinitiua habeat.*
8 *De iure ciuili & canonico licet in hoc conuenientia non sit, remissiue.*

CONCLVSIO CXXIX.

AB interlocutoria de iure ciuili regulariter † non appel- 1
lari certa est (*inquit Menoch. de arbitr. iud. cas. 490. nume. 1.*) iuris constitutio. *l. 1. ff. de appellat. l. ante sententiam tempus. 7. C. quor. appellat. non recip. l. eod. 6. §. super his vero. versic: nisi audita omni caussa atque discussa post sententiam dictam appellare conueniet. C. de appel-*

lat. l. apertissimi. 14. ibi. cum post litem contestatam neque appellari posse ante diffinitiuam sententiam iam statuerimus. C. de iudiciis. l. cum solitum. 15. seu fin. ibid. cum solitum est in sententiis iudicum sic interlocutionem proferri, vt non liceat partibus ante definitiuam sententiam ad appellationis venire auxilium. C. de senten. & interlocu. omn. iud. c. vt debitus. 59. § 1. ibi. statuimus vt si quis coram idoneo iudice conuenerit aduersarium: ille ante sententiam ad superiorem iudicem, absque rationabili caussa, non prouocet, de appellat. Et hanc etiam iuris constitutionem in Cam. Imper. obseruari Mynsin. consulendo notat *respon. 4. num. 11. decad. 13.* & nominatim etiam Barth. Blarer. *l. diffamari. capit. 10. num. 23. C. de ing. & manumiss.*

Declaratur conclusio, vt intelligatur de mera interlocutoria principale negotium non concernente, sed incidentia. *ad l. 2. ibi. ante sententiam appellari potest, si quæstionem in ciuili negotio habendam iudex interlocutus sit, vel in criminali, si contra leges hoc faciat. ff. de appellat. recipiend. vel non. ex Contard. in l. 1. C. de moment. poss. induxit Farinac. quæstio. crim. 38. numer. 19. & faciunt limitatio. sequentes.* Et dicitur Pragmaticis mera interlocutoria † quæ pro-
2 fertur intra principium & finem caussæ, non super principali negotio, verum super incidentibus quæstionibus, vt puta super libello offerendo, corrigendo, super dilatione danda, denegãda, assignatione termini; & quã quidem interlocutoria nullo modo diffinitur principale negotium directo vel per indirectum, nec illi met negotio præiudicat. *ita post gloss. Speculat. Aret. Cephal. Nattã. & Alexand. nominatim scripsit Ioan. Vincent. Honded. consult. 27. numer. 15. & numer. 36. versicul. sed quando nec directe, nec per indirectum. volum. 1. Crauet. consil. 181. numero 1.* Et quod hęc descriptio de mera interlocutoria intelligatur, respondit Tib. Decian. *respon. 62. num. 2. iuncto num. 25. vol. 5. videatur ad idem Ioan. Petr. Surd. consil. 288. num. 22.*

Ex effectibus igitur interlocutoria †
3 mera sit, nec ne, cognosci conuenit: quandoquidem etiam nec alias iudicis in proloquenda verba naturam sententiæ immutant, vt vel interlocutoria vel diffinitiua sit, ceu DECISIVE tenuit auctoritate Felini Rot. Lucens. *76. nume. 7.* Vallaria relatore (eadem decis. tribuitur etiam Barnab. Cornazz. *ceu est in eius decis. Lucan. 29.*) quamuis expresse dixisset iudex, per hãc nostram diffinitiuam sententiam, dum tamen interlocutoria esset. *Robert. Lancellot. tracta. attent. capit. 12. limit. 1. sub numer. 6. versic. quod procedit. & num. 7.*

Limitatur igitur primo iam cõclusio, seu potius, iuris illa constitutio, qua sancitur, appellationem ab interlocutoria non dari, vt non obtineat in interlocutoria, cuius grauamẽ per appellationem a diffinitiua † irreparabile esset. *ita nomi- 4 natim post Bartol. Barbat. Ruin. & Ferrarium Montan. prodidit Menoch. de arbit. iud. cas. 490. num. 3. Tiber. Decian. respons. 62. num. 21. volum. 5.* multis variisque extensionibus vel potius exemplis exornat Petr. Greg. Tholos. *tract. appella. c. 4. lib. 2.*

Extenditur hæcce limitatio etiam, vt adhuc appellatio ab interlocutoria detur, quamuis in diffinitiua grauamen illud per interlocutoriam illatum reparari quidem posset: periculum † tamẽ sub- 5 esse potest, ne deperiret materia (*vt ita loquar*) reparandi: vt quia pronuntiatum fuisset, quod testes in possessorio iudicio recipi non deberent, ad petitoriũ reseruando: ab hac enim pronuntia appellari vtique permittitur. Hanc extensionem inter recentiores post Olasc. & Menoc. in facti contingentia firmauit & IVDICATVM exstitisse retulit Ioseph. Ludo. *Perus. dec. 38. per tot. præcipue vero nu. 5. 6. 7.*

Extenditur secundo, vt etiam procedat, quando grauamen quidem esset reparabile, sed † magna cum difficultate, 6 *faciunt notata Lancellot. de attentat. cap. 12. limit. 1. num. 104.*

Limitatur secundo in sententia † in- 7 terlocutoria vim diffinitiuę habente: dicam sequenti, conclus.

Limitatur tertio, vt de iure ciuili, non vero Canonico, vt quo iure ab omni grauamine † regulariter appelletur, proce- 8 dat. *Dn. Gaill. sub nu. 1. sed de hoc in consider.*

AR.

ARGVMENTVM.

Appellatio vtrum de iure Canonico ab interlocutoria competat.

SVMMARIA.

1. *Appellare licebat de iure Canonum veteri ab omni interlocutoria & grauamine.*
2. *In appellatione ab interlocutoria ius Canonicum nouissimum cum iure ciuili congruit.*
3. *Hinc nec clericus ante definitiuam appellare regulariter potest.*

CONSIDERATIO I.

AD finem conclusionis subiici limitationem per Dn. Gaillium ex iure Canonico desumtam, nimirum de iure Pontificio ab interlocutoria, imò
1 omni † grauamine appellari posse; & hanc limitationem sine dubio esse dixit Prosper Farin. *tract. crim. quæst. 38. nume. 16.* plures ad ostentationem non refero.

Ceterum haecce Dn. Gaillii assertio
2 hodie nouissimo iure † haud obtineret. Quandoquidem nō modo iam pridem Synodo Basiliensi ad ius commune accessionem fecerit ius Pontificium (*ceu ex nostris diserte induxit Petr. Grego. Tholos. tract. appellat. capit. 3. lib. 2. numer. 7. ibid. statuit tamen* (ita Tholos.) *Synodus Basiliensis. §. statuit de caussis in pragmatic. sanct. idipsum quod ius ciuile, ne a grauamine in quacumque instantia ante diffinitiuam sentētiam quomodolibet appelletur: nisi forsan tale grauamen exstiterit, quod in diffinitiua reparari nequeat. Sic etiam statutum in §. 1. de friuolis appellat. in concord. Gallican. Constiterit regula Cancellariæ Apostolicæ. 35. Vnde iure quodam nouo videtur probatum ius ciuile, ne admittatur appellatio ante diffinitiuam, nisi ab interlocutoria, quæ vim habet diffinitiuæ, vel a grauamine minime concernente negotium principale, quod non posset per appellationem a diffinitiua reparari.* Hactenus Grego. Tholos.) Verum etiam ex Synodo Tridentina *sess. 24. cap. 20. de reformat.* (quemadmodum ex Iurisconsultis modernis Ioann. wammes. induxit *in c. super eo. 12. num. 3. de appellat.* vbi in hæc verba. *Porro quæ olim obtinuit hæc inter ius Ciuile & Canonicum differentia quoad potestatem appellationis, nouissimo Decreto Concilii Tridentini sublata videtur, vt nunc perinde hoc iure regulariter, sicuti iure Ciuili, ante sententiam prohibita censeatur appellatio: & quibus casibus olim iure Ciuili permissa fuit, iisdem quoque nunc in foro Ecclesiastico permissa censeri debeat.* totidem verbis wammesius. idem etiam ex Concil. Trident. Aluar. Valasc. Hispan. *rer. iudicat. consult. 51. sub nu. 50.*

Ex his perspicuum est, euanidam exsistere theoricam illam, qua adseuerat Fernand. Vasq. *lib. quæst. 1. cap. 5, numer. 20. & 21.* quod clericus coram iudice laico victus † non possit appellare; vt quia le- 3
gibus ciuilibus coram seculari iudice litigans hoc casu vti debeat; quandoquidem hodie & clericis ex nouo Canonū iure, perinde vt laicis ex iure ciuili, facultas ab interlocutoria appellandi præcisa sit & concessa.

ARGVMENTVM.

Appellatio datur ab interlocutoria vim diffinitiuæ habente, tam de iure Canonico, quam Ciuili.

SVMMARIA.

1. *Appellatio datur ab interlocutoria vim diffinitiuæ habente.*
2. *Et quidem, tam de iure Canonico, quam ciuili.*
3. *Appellationi ab interlocutoria vtrum regulariter iudex deferre debeat.*

CONCLVSIO CXXX.

ONCLVSIO per se satis exsistit solida, appellationem de iure Cæsareo admitti † ab 1
interlocutoria vim diffinitiuæ habente, *vltra Dn. Gaill. sub numero 5. quem referendo sequitur Ioann. Bender. tract. reuis. capit. 10. numer. 11. Tiber. Decian. respons. 62. sub numer. 24. volum. 5. Francisc. Marcus Delph. decis. 314. numer. 1. volum. 2. & faciunt notat. Fulu. Paciani tracta. probat. capit. 58. numer. 24. & seqq. lib. 1. cum aliis sexcentis.*

Extenditur conclusio vt non modo
2 de iure ciuili, sed † etiam de iure Canonum vera sit. *ad not. wammes. in c. super eod. 12. num. 6.* vbi, quod licet ex Synodo Tridentina appellationes ab interlocutoria interdicantur, illam prohibitionem tamen de appellationibus ab interlocutoriis vim diffinitiuæ habẽtibus non intelligi, expresse sic cõstituente Synodo, disertis prodidit asseueranter verbis, & idem wammes. *in c. vt debitus. 59. ad finem. de appellat.* plura rei firmæ non iaceo fundamenta.

Vtrum vero iudex teneatur appellationi ab interlocutoria regulariter † de-
3 ferre, examinauit nuper Andr. Fachin. *controuers. lib. 1, c. 80.*

ARGVMENTVM.

Sententiarum interlocutoriarum vim diffinitiuæ habentium species nonnullæ referuntur.

SVMMARIA.

1 *Sententia ab impositione perpetui silentii interlocutoria censetur vim diffinitiua habens.*

2 *Licet sint qui dissentiant: dissensione nihilominus conciliatione sopita, remissiue.*

3 *Sententia examinis in perpetuam rei memoriam promissiua, vim diffinitiua habet.*

4 *Interlocutoriæ sententiæ vim diffinitiua habentes, quæ sint, remissiue*

CONSIDERATIO I.

SIQVIDEM ex ipsa rei natura & (*vt cum wammesio in ca. super eo. 12. ad finem de appell loquar:*) conditione, quæ sententię vim diffinitiuæ habeant, facilius intellectu sit recensendo species, earum vnam atque alteram recensebimus, de pluribus ceteris remissionem breuitatis ergo statuentes.

Sententia ab impositione perpetui silentii in iudicio *l. diffamari.* perhibetur
1 etiam interlocutoria † vim diffinitiuæ habens. *Blar. in l. diffamari. cap. 10. sub nume. 11. vers. sed hac interlocutoria. Cagnol. ibidem. sub num. 22. vers. habetque prædicta interlocutoria. Bend. tract. reuis. conclus. 32. numer. 7.* huic quum sint qui reluctentur, distinctionem † admouit Contard. *c. 5. nu. 141. & seq. C. de ing. & manumiss.* 2

Sententia qua decernitur commissio ad perpetuam rei memoriam † in Imp. 3
Camer. diffinitiuæ vim an habeat, proponit Rutg. Ruland. *de commissar. lib. 2. capit. 20. numer. 6. & sequen.* vbi quod sic, vel saltem interlocutoria irreparabilis grauaminis.

Plures sententiarum vim diffinitiuæ habentium † species adduxit Capell. 4
Tholos. *decis. 48. 129. num. 2. 364. numer. 3. Ant. Grauat. ad prax. Roman. Vest. lib. 7. capit. 3. numer. 46. Tiber. Decian. respons. 62. per tot. volum. 5. Valasc. consult. 47. Viu. Neapolit. decis. 302.*

Latissime vero species infinitas accumulauit Cornel. Brederod. *tract. appella. part. 1. tit. 20. col. 433. inde multis seqq. ad col. vsque 450.*

ARGVMENTVM.

Iudex appellationis vbi non reformat sententiam, sed simpliciter nullam pronuntiat, iudex primę instantię iterum iudicat.

SVMMARIA.

1 *Appellationis causa, iudice appellationis simpliciter sententiam annullante, ad iudicem a quo reuertitur.*

2 *Appellato tamen non contradicente, iudex ad quem recte cognoscit.*

3 *Maxime si iudex a quo appellationi detulerit.*

CONCLVSIO CXXXI.

CAVSSAM ad ipsum iudicẽ a quo, appellationis iudice simpliciter † annullãte, non vero reformã- 1
te sententiam reuertere, ita vt eiusmodi annullatione nihil aliud appellanti sit quæsitum, quam quod caussa in eum, in quo ante prolationem sentẽtiæ erat, reducat statum, atque proinde partes iterum coram eodem primo iudice merito tractari debeat, cõprobat multis grauissimis auctoritatib. Tib. Dec. *resp. 17. n. 53. vol. 2. & respons. 110. nu. 4. vol. 3.*

Quam-

Quamuis alioquin, vbi sententia de iure vti friuola, vel alio respectu de iure improbata, non esset admittēda, adhuc
2 nihilominus, non cōtradicente † appellato, iudex, ad quem super appellationē & de iustitia sentētiæ recte cognosceret. Ita auctoritate Innocent. & qui eum sequuntur Burr. & Imol. item Panormit. Bald. Roman. & Felin. statuit Lanfranc. Balb. *decis. 244.* nominatim sequitur Robert. Lancellot. *tract. atten. cap. 12. limitat. 16. num. 34. 35.* Quod ipsum etiam maxi-
3 me obtineret, quando iudex † a quo appellationi detulisset. *Mynsing. obseruat. 4.* vbi multoties in S. Camerali Iud. OBSERVATVM extitisse, quod deferente iudice appellationi friuola in Camera caussa principalis retēta sit, testatum reliquit *cent. 2.* quamuis vero Mynsing. nihil allegct, est tamen in hoc text. expressus *c. cum appellationibus. §. ibi. si vero iudex admittat eandem, licet tam appellatio quam ipsius iudicis delatio, a superiore valeant refutari: quoniam tamen iudex ipse, quantum in se fuit, a se iurisdictionem abdicauit, appellationi deferens minus iuste, totius caussæ decisio in superioris est potestatē transfusa, nec est illi caussa de necessitate vlterius remittenda. de appellat. in 6.* Fallit hæc Mynsing. traditio, quando prouocatus iudex esset incompetens. Vide conclus. *127. ad finem.*

Ceterum vbi confirmaret vel reformaret sententiam, diuersum quid videtur dicendum, cuius explicationem cōsideratio seq. sustinet.

ARGVMENTVM.

Caussa principalis vtrum ad priorem iudicem remittenda sit, interlocutoria sententia vbi vel cōfirmatur, vel reformatur.

SVMMARIA.

1 *Interlocutoria vel in totum, vel pro parte reformata, remitti caussa nō dēt, & n. 2.*
3 *Ne a delegato quidem.*
4 *Maxime si iudex a quo appellationi detulerit.*
5 *Appellationi friuolæ si iudex a quo detulerit, caussa ad ipsum non reuertitur, nisi per expressam superioris remissionem.*

CONSIDERATIO I.

AB interlocutoria vbi appellatum, & sententia reformata fuisset, remissioni caussæ † non esse locum, sed iudi- 1
cem prouocatū teneri de negotio principali cognoscere, firmat conclusiue in propriis terminis Hieronym. Magon. *Florent. d. c. 63. per tot.* vbi quod ita eadem Rota sic IVDICARIT, adseuerat *Ioann. Wammes. in c. vt debitus. 59. numer. 15. de appellat.*

Extēditur primo, vt adhuc procedat, quamuis in † parte saltem (vbi s. plura contineret sententia, de qua appellatum, capitula) reformaret sententiam. *Mynsing. obseruat. 46. versic. idem si saltem. cent. 4.*

Extenditur secundo, vt non modo ordinarius, verum etiam ad appellationem † delegatus, nisi ex commissione 3
sibi principalis negotii cognitionem nō esse mandatam, appareret, caussam non remittat, quin potius retineat. Hanc extensionem frequētius comprobari scripsit Ioan. Wammes. *in c. vt debitus. 59. sub nu. 16. de appellat.*

Extenditur tertio, vt eo minus principalem caussam remittere teneatur iudex prouocatus, quando iudex a quo † 4
appellationi detulisset. *text. cap. cum appellationibus friuolis. §. ad finem. ibi. nec est in caussa de necessitate vlterius remittenda de appellat. in 6. & notat. Mynsing. obseruat. 46. versicul. alter. cent. 4. Blarerus in l. diffamari. capitul. 10. numero 27. de ingen. & manumiss.*

Subextenditur proxima extensio, vt, eo casu, quando iudex a quo appellationi minus legitimæ detulisset, & iudex ad quem vellet remittere caussam (ceu potest, minus legitima appellatio si esset. *d. c. cum appellationibus. ibi. licet tam appellatio, quam delatio a superiore valeant refutari. de appellat in 6.*) † teneatur expressim remis- 5
sionem facere, ac quasi demandare in caussa vt deferens iudex procedat. *Dn. Gaill. num. 6.*

ARGVMENTVM.

Appellatio an & quando detur a

sententia impositionis perpetui silentii in iudicio L. diffamari dicta.

SVMMARIA.

1 *A sententia impositionis perpetui silentii recte appellatur.*

2 *Nisi diffamator sit verus contumax.*

3 *Vel quia etiam respondisset citatus, ius suum quod iactasset, remittere perpetuoq; se velle mulctare silentio.*

CONCLVSIO CXXXII.

SENTENTIA impositionis perpetui silentii cum sit interlocutoria vim diffinitiuæ habens, & ab id genus sententiis detur appellatio, *iuxta notat. præced. conclus. subiunctaque consider.* facilius erat, conclusionem statuere appellationem a sententia iniunctionis † perpetui silentii competere. Hanc conclusionem nominatim post Bald. & alios admittit Boer. Burdegal. *decis. 236. sub num. 12. vers. ab ista sententia poterit appellari. Hieronym. Cagnol. in l. diffamari. 5. num. 22. Cas. Contard. capit. 5. numer. 147.* nec non eandem veriorem, constantiorem ac receptiorem dixit Barth. Blar. *in d. l. diffamari. cap. 10. num. 7.* quinimo nuper firmamentum eidem etiam iecit Ioan. Bend. *tract. reuis. conclus. 32. nu. 13.* vbi commune Doctorum dogma laudat.

Declaratur conclusio, vt procedat, quando diffamator ad citationem in iudicio comparuisset, licet postea in agendo contumax exstitisset: huic enim appellatio ab impositione silentii adhuc integra esset, secus vero quando † & in agendo & simul in ius ad emanatam citationem veniendo prorsus contumax esset. *ita Blarer. d. l. diffamari. c. 10. sub nu. 2. vers. id siquidem in eo qui legitime citatus in termino omnino non comparuit, recte ac simpliciter procedit: & hoc casu constat diffamantem vtpote verum contumacem apparenter & exsistenter.* & quę ibidem pluribus subnectit: & hãc etiam declarationem post Dn. Gaillium *(sub n. 7.)* recepit Dn. Bẽd. *tract. reuis. concl. 32. nu. 14. 15.*

Subdeclaratur hæcce declaratio, atq; tenendum, quod diffamator, licet semel cõparuisset, postea vero, se amplius nec in iudicium venire, nec quicquam ratione iactati iuris † agere velle, expressim respondisset; atq; proinde vere de ipsius contumacia etiam in agendo constaret, appellationis auxilio perfrui non debeat, post Dn. Gaill. *(sub num. 7. vers. nisi esset manifestus:)* nũcupatim corroberat Dn. Bend. *d. concl. 32. nu. 17.* 3

ARGVMENTVM.

Reuisio vtrumne detur a sententia impositi perpetui silentii.

SVMMARIA.

1 *Reuisio a sententia perpetui silentii conceditur.*

2 *Reuisio appellatione per statutum remota, locum non habebit.*

CONSIDERATIO I.

REVISIONIS remedium eo casu, quo appellatio ab impositione † silentii datur, etiam concedi scribit Dn. Gaill. *num. 9.* Gaill. nominatim sequitur, & ex 1 professo confirmat Bend. *tract. reuis. cõclus. 32. per tot.*

Vbi vero ab interlocutoria vim diffinitiuæ habente appellatio esset interdicta a statuto, † nec reuisionis remedium indulgendum erit, quemadmodum diserte proponit Aluar. Valasc. *Hisp. rer. iud. consult. 51. nume. 51.* sed de his infra *conclus. 135.* vti conuenientiori loco dicetur exuberantius. 2

ARGVMENTVM.

Maritus absque mandato an, & quando in iudicio rei vxoriæ nomine agere & appellare possit.

SVMMARIA.

1 *Vxor habet triplicia bona, & quæ illa, numer. 2. 3. 4.*

5 *Maritus pro vxore in bonis dotalibus, & paraphernalibus absque mandato recte agit, & nu. 7.*

6 *Etiam in casibus qui speciale mandatum exigunt.*

8 *Modo de rato caueat.*

9 *Maritus in bonis receptitiis absque mandato non admittitur.*

10 *Maritus*

10 Maritus ex instrumentis sibi ab uxore traditis mandatum habere præsumitur.
11 Maritus procuratorio nomine agens mandatum proferre, vel de rato cauere tenetur. num. 12.
13 Sponsus nomine sponsæ absque mandato non agit.

CONCLVSIO CXXXIII.

1 SOLIDIORIS cognitionis ergo præmittẽdum erit, vxorem triplicis † generis bona cõstãte matrimonio habere posse; dotalia nimirum, paraphernalia & tertiæ speciei bona, quæ scilicet nec dotalia, nec paraphernalia sint, vltra Dn. Gaill. *num. 5.* Tiber. Decian. *respons. 84. num. 45. vol. 4. Menoch. post Bald. Alexand. Socin. sen. Ruin. Iaso. Socin. iun. & Crauet. consi. 56. num. 2. idem lib. 3. præsumt. 8. numer. 1. Mynsing. §. iidem rescripserunt. numer. 2. 3. 4. Instit. de excusat. tut. cum aliis pluribus.*

2 Dotalia sunt, † quæ nomine & caussa dotis dicta sunt viro, quorum admistrationem & dominium vir constante matrimonio habet. *l. doce ancillam. 9. C. de rei vendicat.*

3 Paraphernalia sunt, quæ vxor † pręter dotem ducit secum ad maritum. *ex l. si ergo. 9. §. dotis autem caussa. ff. de iur. dot. l. fin. de donat. ante nupt. l. hac lege. 8. ibid. in his rebus, quas extra dotem mulier habet, quas Græci παράφερνα dicunt. C. de pact. conuent. tam sup. do.* Et nominatim de bonis paraphernis, ita sentit Schurff. *consil. 17. numer. 3. cent. 2. wesemb. cons. 63. num. 3. & in Parat. ff. de iur. dot. num. 11.* Parapherna *(inquit)* sunt bona mulieris extra caussam dotis constituta, quæ propriũ sunt mulieris peculium, tunc ipsi relinqui solitum, cum maritus tenuior est, quam vt pro omnibus mulieris bonis dotalitium ei cõstituere possit, vel etiam velit. Ea bona quũ marito traduntur vtenda fruenda, dici solent parapherna: cum ab ipsa vxore possidentur, & omnino seruantur, proprium ipsius peculium. Tertiæ ergo speciei
4 bona † sunt (quæ bona extra dotem a Menoch. *d. cons. 56.*) nonnullis vero receptitia, eo quod *recipere* inter alios significatus Iuriscõsultis & antiquis Romanis scriptoribus significet in tradendo, vendendo, promittendo aliquid exceptum facere sibiq; reseruare. *l. proprium. 5. ibi. respõdi seruitutem recipere, nisi sibi nemo potest,* & iterum paulo post, *ita, vt tota seruitus ad eum qui recepit, pertineat. ff. comm. prædior. l. qui quatuor. 30. §. si fundum. ibi. si fundum mihi vendere certo pretio damnatus es, nullũ fructum eius rei ea vẽditione excipere tibi liberũ erit, quia id pretiũ ad totã caussam fundi pertinet. ff. de leg. 3.* Significationẽ hanc multis grauiter tutatur aduersus Verriũ Flaccum, Aul. Gell. *Noct. lib. 16. c. 6.* Ceterum de hoc in præsentiarum forte satis summo digito admonuisse studiosum sufficerit;) appellantur:) quorũ vsum & fruitionem vxor marito neutiquam cõmittit, sed sibi ipsi vtenda fruẽda reseruauit, atq; proinde nec dominium nec possessionem marito concessit. *Menoch. & wesemb. d. loc.* Iam dilucidioris explicationis conclusio, ni fallor, apparebit. Sit igitur cõclusio, prout sane est solida, maritum † absq; mandato ratione bonorum vxoris esse legitimum in iure actorem. *tex. apertiss. l. maritus. 21. ibi. maritus citra mandatum in rebus vxoris intercedendi liberam habeat facultatem. C. de procurat.* 5

Extenditur cõclusio primo, vt etiam iis casib. † in iudicio exercendis speciale 6
alioquin requirentib. mandatum, maritus citra mãdatũ ꝑ vxore ratione rerum dotaliũ intercedere possit. *post Ias. & Rol. docet Franc. Viu. Neap. decis. 518. nu. 16.*

Declaratur conclusio, vt saltem procedat in bonis dotalib. † & parapherna- 7
lib. nõ vero in tertię speciei bonis: in his n. mandatũ requiritur. *Tib. Dec. resp. 79. nu. 4. & iterum resp. 84. sub n. 45. vers. in quib. nõ dicitur maritus habere tacitũ mandatũ. vol. 4 & ex Alex. firmat Io. Vinc. Honde. dec. consult. 66. sub n. 87. vers. tum etiam, quia. alios refert etiam Io. Petr. Surd. cons. 290. nu. 6. in rationibus dubit. Mynsing. obseruat. 53. vers. in receptitiis vero bonis. cent. 3.* vbi subdit, iuxta hanc distinctionem, in S. Camerali Iudicio IVDICATVM exstitisse, & huic declarationi consensisse etiam Dn. Gaillium *ante num. 5.* constat.

Declaratur conclusio secundo, vt

quamuis citra mandatum pro rebus vxoriis in iudicio intercedere maritus
8 possit, teneatur † tamen de rato cauere. *ita nominatim declarat Ioseph. Ludouic. conclusio. 32. numero secund. wesembec. in parat. ff. de procurat. sub numer. 4. versic. nam etsi legitimus sit rerum vxoriarum administrator, tamen quia rem vxoris inuita minuere nequit, idcirco non est satis consultum aduersæ parti, nisi eiusmodi de rato cautionem præstet.* Et pro hac declaratione stat tex. *d. l. maritus. 21.* cum solemni satisdatione, exponit ibi *gl. 1. de rato.*

Subdeclaratur præced. declaratio, vt intelligatur quidem in bonis vxoriis tertiæ speciei: in his enim de rato cautio interueniat requiritur, non vtiq; quando pro bonis dotalibus & paraphernalibus maritus agit vel intercedit *text. l. si mulier, fin. ibid. licentiam marito dari easdem actiones mouere apud competentes iudices, nulla ratihabitione ab eo exigenda. C. de pactis conuent. tam sup. dot. diserte Dn. Gaill. numero 7.* & ita resoluit gloss. *in l. maritus. 21. verb. obseruatione ibi. in paraphernalibus & dotalibus, hic in aliis rebus mulieris. C. de procurat.*

Sed quicquid dicat gloss. hæcce subdeclaratio, quod cum pace dictum sit, mihi non videtur probari: Considera enim verba mentemque *d. l. maritus. 21.* quam de bonis tertiæ speciei, non vero de dotalibus & paraphernalibus intelligi glossa dicit, & animaduertes hunc intellectum non esse verum, stante veritate primæ declarationis, nimirum pro
9 rebus tertiæ speciei † maritum citra mādatum in iudicio contendere haud posse: siquidem ipsamet *l. maritus.* expressis verbis remittat necessitatem marito exhibendi mandatum. Quare mihi magis arridet opinio asserentium de rato etiam esse cauendum, vti pro rebus paraphernalibus agitur, modo maritus a muliere non accepisset, & in iudicio ex-
10 hiberet instrumenta † ab vxore sibi, loco paraphernorum tradita: hoc enim posteriore casu cautio necessaria haud esset, sic constituente *d. l. fin. ibi. vt loco paraphernorum apud maritum moneant. C. de pact. conuent. tam sup. quam dot. ad notat Alciat. tract. præsumt. reg. 1. præ. 33. & post Menoch. præsumt. 34. nu. 1.*

Declaratur conclusio tertio, cum maritus tacitum habeat a lege mandatum circa bona dotalia & paapherna alia in iudicio ad *d. l. maritus.* vt hactenus quidē vti administrator legitimus in iudicio pro rebus dotalibus & paraphernalibus absque vxoris mandato contendere intendereq; possit, donec mandatum ab vxore acceperit, atque ita procuratorio nomine agere cœperit; nam vbi semel vti procurator † in iudicio pro his 11 rebus comparuit, nihil deinde citra vel præter mandatum facere posset. *d. l. 1. maritus. 21. versic. sin autem mandatum susceperit, licet maritus sit, id solum exsequi debet, quod procurator emissa præscripserit. C. de procurat.* ex Iasone cōmunem dixit Soarez *thes. li. M. numer. 66. & post Mozz. titul. de mandato. rubr. de diuisione mandati. numer. 64. post Iasonem item Mynsing. obseruat. 53. versic. si tamen mandatum recipiat. centur. 3.* Declarationem hanc stabiliunt asseuerantes nominatim iudicium reddi nullum, quando maritus semel vti vxoris procurator seu exhibito mandato comparuisset, & postea tanquam legitimus administrator litem peregisset. *ex Romano Marant. in prax. part. 4. distinct. 16. numer. 29. Ioann. Vincent. Honded. consult. 55. numer. 81.* vbi Roman. & qui Romanum sequitur Iasonem in auctoritatem adduxit *volum. 1.* Romanum item collaudat in hoc Mynsing. *obseruat. 53. versicul. illud quoque, cent. 3.* Freder. Schenck. *in progymn. lib. 1. titul. 16. numer. 13.* Ioseph. Ludouic. *conclus. 32. numer. 6.* nouè Borgn. Caualcan. Fiuiz. *decisio. 24. numer. 1. 3.* vbi decis. finem dilucide testatur ita IVDICATVM Fiuizani per appellationum iudices exstitisse. *parte 1.*

Extenditur tertia declaratio; vt eo casu, quando non vt maritus & administrator legitimus, sed procuratorio † seu 12 nomine vxoris ageret, etiam teneatur de rato cauere. *ex Socin: iun. prodidit Ioseph. Ludouic. conclusio trigesima secunda, numer. 7.*

Declaratur conclusio quarto, vt in marito

marito constante matrimonio, scilicet agente & intercedente, non vero sponso † procedat. *post Socin. declarat. Ludou. d. conclus. 32. num. 9.* maritus quoniam dici non potest extra consummatum matrimonium, *sicuti multis comprobat Crau. cons. 611. num. 5.*

ARGVMENTVM.

Maritus vtrum vxori possit esse curator.

SVMMARIA.

1 *Maritus vxori curator generalis dari non potest.*
2 *Maritus ad singularem actum etiam extraiudicialem, vxoris curator recte constituitur.*
3 *Vxor mariti prodigi curatrix esse nequit.*
4 *Maritus vxori ad litem curator recte datur.*
5 *Coniunctus pro coniuncto quando absque mandato admittatur.*
6 *Procurator instrumenta ad caussam spectantia producens, an praesumatur habere mandatum.*

CONSIDERATIO I.

1 CVratorem generalem, & quidē extraiudicialem vxori † haud dari, vel etiam maritum esse posse, in bonis receptitiis tertiae speciei, clare docet Mynsi. §. *penult. num. 5. Inst. de excusat. tut.* nec alienus videtur idem Mynsing. *respons. 96. sub numer. 14. cent. 1.* & in hanc sententiam multos citat Schrad. *de feud. part. 10. sect. 19. sub nu. 156.*

2 Generalem signanter dixi curatorem dari, nec esse maritum posse, quādoquidem sint, qui existiment † ad vtrum singularem actum extraiudicialem decerni curatorem posse vxori, *ita nominatim Barthol. Bertazzol. tract. clausul. instrument. clausul. 8. gloss. 4. sub numer. 4. & 5.* vbi adnititur firmare, subdit tamen ad glossae finem, se censere vtile fore a datione curatoris mariti vxori, ad omnem difficultatem euitandam, abstinere.

3 Extenditur doctrina Mynsing. sibique absonantium nec vxor † mariti prodigi possit dari esseque curatrix. *nuncupatim corroborat Vincent. de Franch. Neapolit. decis. 348. per tot.* testaturque ita Senat. IVDICASSE.

Ad litem aliquam specialem, quin † maritus vxori facilius detur curator magis dicendum erit, quemadmodum ex Specul. Bartol. Bald. & Castren. admittit Bertaz. *d. clausf. 8. gloss. 4. sub numer. 4.* sed ad vnam litem, & aliis insuper relatis auctoritatibus huic opinioni accedere visus est Ludouic. Schrad. *de feud. part. 10. sect. 19. sub num. 157.* licet nonnulli dissentiant, ceu vterque, & Bertaz. & Schrad. aduerterunt. 4

CORONIS.

Coniunctus pro coniuncto (*de quo Dn. Gaill. numer. 2.*) vtrum † & quando absque mandato & cautione de rato veniat in iudicio admittendus, inter alios ex recentioribus Ioan. Petr. Surd. *tracta. aliment. tit. 3. quaest. 8. nume. 10. & seqq.* noue adduxit. 5

Procurator vero instrumenta crediti in iudicio producens, quando † mandatum praesumatur habere, vel non, insignite ex moderniorib. absoluit Menoc. *2. praesumt. 34. per tot.* 6

ARGVMENTVM.

Acta prioris instantiae tenetur iudex a quo edere.

1 *Acta regulariter, mutata vel peremta instantia, ad probationem reproducenda.*
2 *Iudex a quo acta omnia integre edere tenetur, nu. 3.*
4 *Actorum appellatione sententia tam interlocutoria, quam definitiua cōtinetur, num. 5.*
6 *Acta manca edens iudex parti ad interesse tenetur.*
7 *Nisi citra iudicis culpā deperdita fuerint.*
8 *Acta si manca sint de nouo agendum.*
9 *Actorū defectu postea reperto, ex antiquis, non ex nouis actis iudicandum.*
10 *Acta cum loco, die & consule edenda.*

11 *Acta pauperi gratis edenda.*
12 *Et in dubio aduersus notarium seu actuarium stabit iudex.*
13 *Actorũ exemplar, non originale edere tenetur iudex a quo.*
14 *Nec ad expressum iudicis appellationis mandatum.*
15 *Editionis iniungendæ & compulsorialium decernendarum singularia in S. Cam. Iud. quæ obseruentur, remissiue.*

CONCLVSIO CXXXIV.

1 QVANDOQVIDEM & alias acta † regulariter, vbi iudiciũ vel mutaretur, vel instantia, vt inter easdem partes probent, in alio iudicio reproduci iura exigãt, firmat Seraphin. *Rot. Rom. decis. 445. nu. 2. part. 1. & post Bart. Ias. Rip. & multosque alios Lud. Schrad. de feu. part. 10. sect. 3. num. 162.* hic maxime, vbi reformatio sententiæ petitur, priora acta reproducere conuenit.

2 Iudicem igitur a quo ad editionem † actorum coram se conscriptorum teneri, apertissima iuris est conclusio. *text. l. eos. 6. §. super his vero. ibi. opiniones (gloss. ibidem exponit sententias:) suas iudices & exempla ab appellatoribus edita, ac refutatorias eorum ad scrinia, quorum interest, transmittant. tex. l. ne caussas. 15. l. a proconsulibus. 19. ibi. ita vt appellati iudex præbeat opinionis exemplum, & acta, cum refutatoriis partium suisque literis ad nos dirigat. C. de appellat. & relat. l. 2. ibi. is apud quem res agitur, acta publica tam ciuilia, quam criminalia exhiberi inspicienda, ad inuestigandam veritatis fidem iubebit. C. de edend. text.* item iuris Canonici. *in c. quoniam contra. 11. ibi. & omnia sic cõscripta partibus tribuantur. de probat.* auctores hanc conclusionem stabilientes citat consentiens Fulu. Pacian. *tract. probat. ca. 97. li. 1.* vbi quod iudex appellationis possit primo iudici, vel etiam notario, vel parti acta caussę penes se habenti mandare vt eorum copiam sibi edat.

Ampliatur conclusio primo, vt hoc nomine actorum edendorum omnia a-
3 cta comprehendantur, † quæ in iudicio facta erunt, siue in forma quid iudicii, siue non factum fuisset. *post Alex. Purp. & alios Asyn. in prax. Floren. §. 14. cap. 3. num. 11. Mynsi. in c. quoniam contra 11. nu. 34. & 41. de probat.*

Ampliatur secundo vt etiam sententia † prioris iudicis actorum edendorum 4
nomine cõtineatur. *l. eos. 6. §. super his vero. ibi. opiniones. l. a proconsulibus. 19. ibi. opinionis exemplum. C. de appellat.* & hanc ampliationem aduersus nonnullos dissentientes veriorem esse dixit Asyn. *in prax. Florent. §. 14. cap. 4. num. 1.* vbi multos in auctoritatem citat *Mynsing. in c. quoniam cõtra 11. nu. 113. 14. de probat.*

Extenditur ampliatio hæc secunda, vt non modo sententia † interlocutoria 5
debeat inseri, sed etiam diffinitiua: nominatim inter moderniores Mynsing. *in c. quoniam contra. 11. num. 113. & seqq. de probat.*

Ampliatur tertio, vt integre omnia in iudicio a litigatoribus inducta edi debeant, *c. quoniam contra. 11. ibi.* fideliter vniuersi iudicii acta conscribant, videlicet, citationes, dilationes, recusationes, exceptiones, petitiones, responsiones, interrogationes, confessiones, testium depositiones, instrumentorum productiones, interlocutiones, appellationes, renuntiationes, cõclusiones, & cetera, quę occurrerint competenti ordine cõscribenda, loca designando, tempora & personas. Et omnia sic conscripta partibus tribuantur, de probat. *nouissime aliis comprobans. Fulu. Pacian. tract. probat. ca. 66. nu. 42. li. 1.* in tantum, si quid iudex † eorum, 6
quæ a partibus instructionis & probationis caussa inducta esset omiserit, nõ modo parti ad interesse; comprobat Mynsing. *obserua. 11. cent. 1.* vbi subdit, ita etiam in Cam. IVDICATVM exstitisse, & iterum *obs. 16. cent. 2.* suisque propriis sumtibus supplere teneatur, *Ord. Cam. Imper. part. 3. tit. 31.* Verum etiam infamia notetur. *text. l. ne caussas 15. ibi. perennibus inuratur iudex notis, si cũcta, quæ litigatores instructionis probationisque caussa recitauerint, indita actis vel subiecta non potuerint inueniri. C. de appellat. & relat.* & aduertit etiam inter moderniores Marq. Freh. *tract. existimat. lib. 3. c. 14. nu. 6.*

Falleret hæcce ampliatio, vbi acta es-
sent

7 sent citra iudicis † culpam discerpta, deperdita vel alias manca: quo casu tamen iudicis vel notarij super actorum defectu vel amissione non crederetur iuramento, nisi & aliquæ adhuc concurrerent coniecturæ. *ad notat. late Mascard. tract. probat. conclus. 88. num. 7. & seqq. scite etiam Ioan. Vincent. Honded. consult. 19. per tot. vol. 1.*

Manca vero & inepta vbi prioris instantiæ acta ederentur a iudice, iudex
8 appellationis † totum priorem processum cassat, reseruando partibus licentiam, de integro corã se caussa incipiatur & procedatur, ita tamen vt acta probatoria, si quę adsunt, intacta subsistant. *ita Mynsi. obs. 11. cent. 1. obs. 16. cent. 2.* vtrobiq;, sic ita S. Cam. Iudicio IVDICATVM esse testatũ faciens: & conuenit D. Gail. *n. 21.*

Declaratur tamẽ hoc vltimũ ex Mynsi. & Gaillio relatum, vt eo casu, quando acta sic minus integre, sed mãca ederen-
9 tur, & postea † defectus reperiretur, sententia ex illis repertis actis concipienda, nõ vero noue factis actis ferẽda sit. *Bapt. Baiard. in add. clar. §. fi. qu. 49. nu. 16.*

10 Ampliatur quarto, vt acta † cũ loco, die & consule edenda sint. *tex. c. quoniam contra. 11. ibi. loca designãdo tempora. de prob. Marant. in Spec. tit. de act. edi. nu. 65.* Et quidem de iure camerali requirit dies currentis tempore actus mẽsis asscribatur, nec sufficit dies oblique per festorũ aut dierum Dominicalium designationem exprimatur. *part. Ord. 3. tit. 31.* vbi etiam quod cum insertis procuratoriis mãdatis editio facienda sit.

Ampliatur quinto, vt quamuis alioquin sumtibus petentis editionem acta dari conueniat. *Marant. in Spec. de act. edi.*
11 *nu. 62.* pauperi tamen † gratis edenda erunt. *ex Afflict. & Natta docet Anton. Sol. in constitut. antiq. Sabaud. decret. iuxta constitutiones. gloss. 4. num. 6. Fulu. Pacian. tract. probat. cap. 54. num. 62. lib. 1.* Et qui-
12 dem † in dubio aduersus notarios, hoc casu vt gratis edant, iudex inclinabit. *ex Ripa notat Francisc. Cal. in add. Pacian. lit. K.* Persoluet tamen hic pauper ad meliorem perueniens fortunam; de quo pluribus dixi supra *sub tractatu de aduocat. & procuratoribus conclus. 43.* quibus addatur magis terminos nostrę declarationis appropinquans Nouella Imp. Cõstitutio, Anni 1600. Spiræ *Recess. deputat.* §. **So viel aber der Armen.**

Limitatur iam conclusio, vt intelligenda, non quidem de ipsis † actorum 13
originalibus, sed saltẽ de eorum exemplis seu copiis edendis. Originalia enim apud primũ iudicem remanere debent, clarus exstat text. *in c. quoniã contra. 11. ibi ita quod originalia penes scriptores remaneãt. de probat.* Ex Carauita dixit Borgn. Caualcan. *Fiuiz. decis. 11. sub num. 13. part. 1. & aliis tradidit Francisc. Marc. Delph. decis. 267. num. 1. part. 2. Afflin. prax. Florent. §. 14. cap. 11. & cap. 24. & notat etiam Dominus Gaillius num. 22.*

Extẽditur limitatio, vt † nec ad præ- 14
ceptum expressum iudicis ad quem, teneatur iudex a quo ipsa actorum originalia edere transmittenda. *ita diserte firmat Ant. Grauat. in addit. Vest. lib. prax. Roma. 7. cap. 1. nu. 23.*

Plura de actorũ editione desideranti obuiũ se præbet Fulu. Pacian. *tract. probat. cap. 65. lib. 1.*

Quæ in S. Camerali iudicio circa actorum editionem & † compulsoriales 15
sint singularia, nostri nõ est instituti explicatim hic reassumere: videatur Ord. *part. 3. tit. 31.* & quæ nuper congessit Dn. Denais. *in Synops. iur. Camer. lit. A. §. Actorum editio: item nouissime in Recess. deput. Anni 1600.* §. **Wann die Instrumenta.** *& aliquot seqq.*

ARGVMENTVM.

Actorum copiã, quando vel appellans vel appellatus, vel vterq; coram iudice prouocato exhibeat: & simul cuius sumtibus acta redimenda sint.

SVMMARIA.

1 *Sententia sine actus prioris instantia lata, est ipso iure nulla.*
2 *Acta nisi intra statutum tempus iudici ad quẽ edãtur, appellatio habetur p deserta.*
3 *Nisi per iudicem steterit.*
4 *Adeo vt nec mora purgatio admittatur.*

5 *Acta prioris instantiæ prorsus nulla an proferri debeant.*
6 *Acta cuius sumtibus edenda.*
7 *Acta quatenus notorium faciant inter partes. num. 8.*

CONSIDERATIO I.

Appellanti esse acta edēda scripsit D. Gaill. *nu. 1.* Nam hic acta prioris instantiæ corā iudice prouocato exhibere
1 tenetur: alias sententia † lata sine illis actis tam ad instantiam appellātis, quam appellati factis erit ipso iure nulla. *sic nominatim post Vant. Rebuff. & alios comprobat Borgn. Caualc. Finiz. decis. 11. nu. 13. & faciunt etiam præced. nu. 12. a se scripta part. 1. & post Bald. Marian. iun. & Purpurat. scripsit Gabr. Rom. lib. sent. 2. tit. de appell. concl. 5. nu. fin.*

Ampliatur, vt etiam nisi in eadē acta
2 ordinato seu constituto tēpore † coram iudice ad quem exhiberentur, appellatio deserta existimetur: quēadmodum in Principū Dicasteriis plerumq; ordinatum videmus, vt intra certū a tempore latæ sententiæ tempus acta exhibeantur. *ad not. in terminis Anto. de Gamm. Lusit. decis. 68. Io. Pet. Surd. cons. 97. in prin. ampliationem nominatim statuit* Mascard. *tracta. probat. conclus. 117. nu. 15.*

Declaratur hæc ampliatio, vt proce-
3 dat, vbi per appellantem † stetisset, quo minus præscripto tempore exhibuerit, secus vbi per iudicem a quo, vel caussæ Notariū. Ita Afflict. probat, & IVDICATVM *in Reg. consi. Neap.* adseuerat. *decis. 79.*

Extenditur ampliatio, & simul subdeclaratur præcedens declaratio, vt in ꝓ-
4 ducendis † his actis cōmissæ moræ purgatio regulariter non admittatur. grauiter adnititur firmans Ioan. Petr. Surd. *consi. 97. per tot.* vbi tamen num. fin. purgationem eiusmodi in cōtinenti si fiat, admittit.

Declaratur principale dictum, quod scilicet appellās teneatur prioris instantiæ acta coram appellationis iudice exhibere, vt in his actis obtineat, quæ nulla
5 non essent: nulla enim † vbi essent, ita vt in secunda instantia fidē non facerēt, illorum exhibitionem non requiri, autumat Borg. Caualc. *Finiz. decis. 13. sub n. 42. vers. ex quibus limitatur illa regula. part. 1.* Ceterum hæc declaratio aliquāto periculosa est, quando vllatenus ex priorib. actis iuuari cōtenderet appellās, vel alioquin appellatio ex prioribus actis etiam vel infirmari vel cōfirmari, vel reformari deberet.

Declaratur principale dictū secundo, vt eo casu, quādo vterq; litigantiū a sententia plura cōtinentes capitula appellasset, vterq; etiā † pro dimidia in rede- 6
mtionē actorum teneatur. *ad not. Mynsi. obs. 21. cent. 1.* vbi quod ita in Camer. iud. DECISVM sit.

Et hæc in pręsentiarū dicta sufficiant. Sane admodū varie multumq; intricate & contrarie Doctores resoluere videntur præsentis cōsiderationis materiam, *Sicuti apud Gabr. Rom. lib. sent. 2. tit. de appel. conclus. 5. per tot. Cacheran. Pedemont. decis. 13. per integr. Rot. Lucens. 73. per tot. Camillo Lepid. relatore. Aufr. in add. cap. Tholos. quæ. 342. num. 4.* qui videndi erūnt.

CORONIS.

Acta regulariter inter easdem partes inducere notorium † non est quod du- 7
bitemus, *ad not. Dn. Gaill. nu. 16.* ita vt super actis se fundans non præsumatur calumniari. *ex Oldrad. & Myl. induxit Ioan. Petr. Surd. consi. 61. nu. 25. cum aliis sexcentis huc facientibus.*

Fallit regula, quando altera partium vel saltem † colorate impugnaret acta, 8
hoc quippe casu notorietas in dubietatem resolueretur, post multos, quos citat, ita nominatim fallentiā statuit Prosper Farinac. *tract. crim. quæst. 21. num. 16.* vbi ex professo reassumsit tractationem notorij ex actis resultantis, quo loci videri posset.

ARGVMENTVM.

Appellatione remota, omissa vel deserta, an, & quando de nullitate adhuc agi queat.

SVMMARIA.

1 *Appellatione remota, deserta vel statuto interdicta, nihilominus de nullitate agere licet. nu. 2. 3. 4.*
5 *Idem est si pactum de non appellando intercesserit.*

6 *Modo nullitas principaliter proponatur.*
7 *Nullitas incidens appellatione deserta corruit.*

CONCLVSIO CXXXV.

APpellationis auxiliũ vbi implorari nõ posset, adhuc nihilominus de nullitate † coram appellationis iudice dici agiq; licere, concludũt Doctores. *Put. ex Cast. Rom. decis. 172. in decis. epit. lib. 2. Crauetta idem lepide testib. & auctoritatibus stabiliuit cons. 657. n. 54. Menoch. etiam ex Bart. Zabarell. Alex. & Soc. iun. in comprobationem induxit. cons. 495. nu. 21. nec reclamauit Achil. de Graff. Rom. decis. 31. alias 15.* Quinimo & iure conclusionẽ hanc probari, & in S. Cam. Imp. vsu receptam esse (*sicuti & D. Gaill. sub num. 3.*) dixit Bart. Blar. *in l. diffamari. 5. cap. 10. nu. 31. Francisc. Monald. consi. 132. nu. 3.* 1

Ampliatur primo, vt quãuis Princeps sub clausula, remota appellatione, caussam expediri † cõmisisset, adhuc de nullitate dici integrum condemnato sit. *vltra Dn. Gaill. nu. 6. Tib. Decian. respons. 9. nu. 16. vol. 5.* Hæc ampliatio insigniter ex eo etiam firmamentum recipit, quod, ista clausula, appellatione remota, præcisa quidem sit materia & forma appellationis, non vero effectus præcisus, quin ad finem subleuandi grauatum ab iniustitia ei per iudicem facta superiore illemet adiri possit. *sicuti ex Abb. & Felino firmauit nominatim Petr. Anton. de Petr. Placent. tract. de potestat. Princip. cap. 28. sub. numer. 33. vers. istud tamen.* qui Placentinus etiam explicare adnititur quæst. illam; an & quatenus princeps appellationis beneficium adimere possit. *c. 6. special. 80. & iterum d. c. 28. nu. 31. & seqq.* Quid vero hæc clausula operetur, enucleat ex modernioribus Wames. *in c. pastoral. de appell.* splendidius vero Robert. Lancell. *tract. attent. c. 12. limit. 8. per tot. Petr. Greg. Tholoss. tract. appell. lib. 2. cap. 20. per tot.* 2

Ampliatur cõclusio secũdo, vt quamuis appellatio esset deserta, † nullitas tamen prosequi possit. Dom. Gaill. *num. 6.* intelligitur iuxta mox subiunctam limitationem. 3

Ampliatur cõclusio tertio, vt quamuis statuto † appellatio esset interdicta, adhuc nihilominus de nullitate agi permittitur. *ex Angel. induxit Menochius de adipisc. possess. rem. 4. sub numer. 880. vers. hinc respondit.* 4

Ampliatur quarto, vt pactum de non appellando † haud obstet, quin adhuc nullitas proponi licitũ sit. *vltra Dn. Gaill. num. 11.* 5

Plures quilibet studiosus sibi posset colligere ampliationes, hæ pro nũc sufficiant: scio autem passim exstare exempla, quibus licet appellatio nõ detur, de nullitate tamen adhuc dici queat, sed eiusmodi nostram conclusionẽ proprie non attingunt, siquidem hæc de nullitate corã appellationis iudice prosequente intelligenda, illa vero passim obuia exempla, de nullitate coram eodem iudice qui iudicarit, excipiendo plerunque vel etiam proponendo tractent.

Limitatur iam conclusio, vt intelligatur saltẽ, eo casu, quando nullitas † principaliter proponeretur, vel proposita esset coram appellationis, seu superiore iudice, cuius scilicet alias appellationis esset cognitio: secus vero, vbi appellatio esset principaliter interposita & introducta, nullitas vero accessorie: nam hoc vltimo casu, quando nimirum minus principaliter seu accessorie nullitas proponeretur, proposita esset eadẽ etiam remota vel deserta appellatione, remota & sublata censenda erit. Ita nuncupatim in terminis factique contingentia conclusionem limitant, auctoritate nixus Anchar. Bart. & Vantij Ioan. Vincent. Honded. *decis. consult. 27. nu. 43. par. 1.* eandem limitationẽ statuit etiam grauiter Mynsing. *obseruat. 77. per tot. cent. 1.* quo & idẽ se remittit. *cons. 68. nu. 15. cent. 1.* & nuper amplexus est Ioan. Bend. *tract. reuis. conclus. 36. nu. 26.* grauiter ex moderniorib. eiusmodi limitationẽ comprobauit Robert. Lancell. *tract. attent. cap. 17. sub nu. 72. & seqq. num.* vbi plura PRÆIVDICIA refert *par. 2. Cornel. Brederod. tract. appellat. par. 2. tit. 9. in princ.* 6

Extenditur hæcce limitatio, vt eo casu, quando deserta esset appellatio, ob id

quod statuto ordinationib. tempore acta coram iudice ad quem nō essent ex-
7 hibitæ, etiam nullitas † incideret seu accessorie cum appellatione inducta corruat coram appellationis iudice. Sic IVDICAVIT Reg. Consil. Lusitan. adseuerante Antonio de Gam. *Lusit. decis. 68.*

ARGVMENTVM.

Appellatione remota, vtrumne reuisionis auxiliū ex iustitia, seu iure communi, sublatum sit.

SVMMARIA.

1 *Reuisio quandoque recursus appellatur.*
2 *Reuisio quare introducta.*
3 *Reuisionis beneficium etiā remota appellatione conceditur. nu. 4.*
4 *Supplicatio an remota appellatione locū habeat, remissiue.*

CONSIDERATIO. I.

1 PRæmitto, recursum † instructiore apud pragmaticos significatu sumi ꝑ reuisione. *ad not. Robert. Lancellot. tract. attent. cap. 19. nu. 1. 6. 7. 8. & seqq.* In hac igitur significatione sequentes Doctores intelligendi sunt, quorum nōnulli termino recursus vsi sunt.

2 Ne prorsus omnis per sentētiam † in supremis Tribunalib. læsis præcidatur, Reuisionis comparatum est remedium, & quidem extremū, *Aluar. Valasc. rer. iud. Lusit. consult. 51. nu. 3.* reuisione enim sublata, prorsus omne aduersus sententiam denegatum est auxilium. *Io. Vincent. Honded. consult. 27. nu. 27.* vbi multos citat.

3 Appellatio vbi nō concederetur † adhuc (ceteris paribus) reuisionis indulgeri beneficium Doctores tradunt. Cum Dn. Gaill. *13. Grāmat. Neapol. decis. 35. nu. 4.* vbi Baldum Roman. aliosque citat *Menoch. de arbit. iud. quæst. 70. num. 12. & seqq. nuper ex moderniorib. post Menoch. Contard. Lancell. & plures alios Prosp. Farinac. firmat tit. de delictis pœnis. quæst. 17. num. 32. 33. Ludolph. Schrad. tract. feud. par. 10. sect. 4. num. 151.* Dilucidius vero Menoch. *consil. 406. n. 25.* sic etenim (in ipsissimis nostris terminis inquit) iure sancitum est, quod etsi a sententia Præfecti Prætorio concessa non est appellatio, nihilominus non impeditur ad Principem recursus. *l. si aduersus. & auth. quæ supplicatio. C. de precibus.* vbi admittitur recursus ad principē aduersus sententiam Præfecti Prætorio, etsi ab ea appellare permissum non est. Et illis in locis copiose declarat Ias. & respōdit Ruin. *in cōs. 157. n. 16. lib. 5.* Ita & aliis in casibus, in quib. reiicitur appellatio non tamen censetur reiectus recursus ad Principem, sicuti in specie Ias. *in cons. 16. in fin. lib. 1.* respōdit de recursu aduersus senat* sententiā, a qua appellare non licet. Et idem respondit Nat. *in cons. 614. n. 3.* sic & Decius *cons. 532. n. 2.* cum dixit, communem esse sententiam, ꝙ etsi statutū non admittit appellationē, non tamē censetur excludere recursum ad Principem, sicq; reuisionem. Et idem responderunt Ruin. *in cons. 157. n. 6. lib. 5. Paris. cons. 118. col. 1. lib. 1.* & Rol. *in cons. 94. n. 3. lib. 1.* & manifeste, ꝙ remota appellatione nō censeat remota reuisio ex recursu, scribit doctiss. Gaill. *lib. 1. pract. obs. cap. 135. in fi.* totidem verb. Menoch. qui plurib. hoc prosequitur confirmando. *nu. 29. 30.* Reuisio sentētiæ in iudicio summariissimi possessorii late an detur *dixi supra conclus. 7. consider. 2. num. 13. 14.* Et hucusq; dicta procedunt de reuisione ex iustitia seu iure communi.

Ampliantur prædicta, vt eo maxime reuisio ex gratia Principis locū obtinere valeat, † ex gratioso scilicet & speciali Principis rescripto, licet appellationis auxilium esset ademtum. *ita nuncupatim Aluar. Valasc. rer. iud. consult. 15. num. 41.* 4

Supplicationi an adhuc locus sit † appellatione remota, late pertractat Ioan. Petr. Surd. *consil. 277. per tot. Tiber. Decian. respons. 47. vol. 1. Menoch. de adipisc. possess. remed. 4. n. 895. & seqq. Mynsing. obs. 68. cent. 4. & obseru. 15. cent. 6. Io. Bend. tract. reuis. conclus. 27. & nonnihil sup. conclus. 123. adduxi.* 5

ARGVMENTVM.

Appellationis iudex super caussæ meritis omisso appellationis articulo cognoscere an possit.

SVMMARIA.

1 *Appellationis iudex non potest prætermisso appel.*

so appellationis articulo super principali negotio cognoscere.

2 *Neque delegatus, appellationis negotium cui commissum erat, hoc poterit.*

3 *Declaratur multis modis, remissiue.*

4 *Fallit, vt in conclus. seq. 135.*

CONCLVSIO. CXXXVI.

1 APpellationis † caussa omissa, seu (forte conuenientius) prætermissa, iudex ad quem non potest super negotio principali cognoscere. *ita firmat Hier. Schurff. consi. 60. in resolutione tertii dubij, ante numer. 16. & seqq. cent. 1. & admittit Hier. a Laurent. Auin. decis. 102. sub num. 1.*

Ampliatur vt eo minus † delegatus, cui appellationis negotium cõmissum esset, omisso puncto appellationis super caussæ meritis procedere queat. *ad not. Menoch. consil. 785. num. 1.* extense in terminis Hieron. a Laurent. *Rot. Auinion. decis. 202. per tot.*

Declaratur primo hæcce † ampliatio aliquibus casibus per Menoch. *dict. cons. 785. per tot.* explicatis, quę omnes hic referre ab instituto remotũ est, prætterquam quod prolixiores sint.

Fallit conclusio, vt in seq. Considera-
2 tione † prosequuti sumus, hic subiunxissemus, nisi cogeremur ordinem interruptum in figendis considerationibus obseruare, quod alias fieri haud posset ex materiæ connexitate.

ARGVMENTVM.

Appellationis iudicem posse omisso appellationis puncto, super caussa principali, petente, vel etiam consentiente appellato cognoscere, quatenus verum sit.

SVMMARIA.

1 *Appellatus si puncto appellationis renunciat, appellationis iudex super principali cognoscere potest.*

2 *Etiamsi sit appellatio extraiudicialis.*

3 *In quo iudice & quando hæc procedant.*

CONSIDERATIO. I.

COnclusio nostra limitatur principaliter, vt non obtineat, quãdo appellatus vel peteret, vel consentiret, quod
appellationis † puncto prætermisso, super negotio ipso principali iudex prouocat⁹ seu appellationis cognoscat. *text. apertus in c. cordi. 1. §. post hoc. ibi. vt (si nobis visum fuerit expedire)* finito appellationis articulo, vel de partium voluntate omissa, procedatur in negotio principali. *de appell. t. in 6. & vltra Dn. Gaill. (num. 1.)* Limitationem eiusmodi nominatim statuunt Maluer. *in prax. tit. de appellat. num. 36. Barth. Blarer. in l. diffamari. 5. cap. 10. numer. 32.* iuxtaq; eandem etiam in S. Cam. iudicio IVDICATVM exstitisse prodidit nuper Tilm. de Benign. *Decis. Camer. Sintagm. 1. decad. 4. vot. 1. sub num. 5.* plura hic non confero allegata textu stante adeo claro. 1

Extendi videtur limitatio, etiam obtinere in appellationibus † extra iudicialibus, vt in illis appellato consentiente iudex ad quem super principali caussa cognoscendi facultatẽ habeat. *ad not. Put. Rom. decis. 517. in decis. discursu*, quæ sic suadere nonnihil videntur, quamuis decisiue in hoc resolutio concordantibus auditoribus facta haud sit. *lib. 2.* 2

Limitatur iam conclusio procedere, vt ab eo saltem appellationis iudice, qui alioquin † etiam per querelã adiri posset, non vero quolibet alio negotium principale articulo appellationis prætermisso, etiam consentiente appellato, cognosci possit. Ita docere videtur gloss. *in d. cap. cordi. verb. omisso. de appellat. in 6. ex cap. Roman. 1.* vbi textus verba sunt, nec appellationis articulo prætermisso (licet eidem clerici de facto consentiant) absque diacesanorum suorũ voluntate cognoscant. *de foro compet. in 6.* nominatim vero limitationem hanc proposuit Petr. Gregor. Tholos. *tract. appellat. lib. 2. ca. 14. nu. 19. ibi. quod tamen intelligendum in Papa & alio iudice, qui posset per querelam adiri, qui non tenetur remittere partibus consentientibus, quod ipse principali cognoscat. d. ca. cordi.* In aliis autem iudicibus secus. Proinde non possent subditi Episcopi consentire, q. Metropolitanus, ad quem fuisset appellatũ cognosceret de negotio principali omisso appellationis articulo. 3

Sublimitatur hoc vltimũ, nisi & ipse
4 Metropolitanus a quo † consentiret, q; super negotio principali prouocatus iudex omisso appellationis pũcto cognosceret. *ex eodem cap. Roman. incitatis§. verb. nominatim. Greg. Tholos. d. c. 24. ad nu. 19. fin.*

ARGVMENTVM.

Iudex prouocatus vtrũ appellatione deserta, super principali negotio iudicare possit.

SVMMARIA.

1 *Deserta appellatione prouocatus iudex super negotio principali cognoscere nequit.*
2 *Appellationis iudex vbi super deserta appellatione nõ pronuntiasset, iudex a quo citata parte incidẽter super desertione cognoscere posset, licet non teneatur.*
3 *Deserta appellatione an & quando exsecutio fiat absque deserentis citatione.*

CONCLVSIO CXXXVII.

APPELLATIONE deserta prouocatum iudicem super negotio principali cognoscendi † facultatem non habere, concludunt in hoc D. Gaill. *nu. 1.* 1
consentiẽtes) Io. Pet. Surd. *conf. 139. n. 13.* vbi in terminis firmat, q; iudex ad quem appellatione deserta, desinat esse iudex, in tantũ, vt si adhuc iudicaret, sententia illius ipso iure nulla sit. Adducens in cõprobationem Rot. Rom. *gloss. Bart Iason. Io. de Amic. Beroum, Marant. & Vant.* & nuncupatim conclusionẽ, vt tam de iure canonico, quam ciuili procedat, admittit ex moderníoribus Io. Wames. *in ca. cum sit Roma. 5. sub nu. 16. de appellat.*

Quando vero super desertione iudex prouocatus non pronuntiasset, iudex a
2 quo † incidenter super eadem, citata tamen in id parte, pronuntiare valet. *Late firmat in specie facti Ioan. Petr. Surd. d. consil. 139. num. 14. & seqq.* Videatur Borg. Caualc. Fiuizan. *decis. 6. nu. 21. 22. 23. part. 1.* non tamen teneretur super desertione pronuntiare. *ad notat. Surd. dict. loc.* Deserta vero appellatione, an & quando absque deserentis citatione ad exsecu-
3 tionem † procedatur, ex moderníoribus proposuit Robert. Lancello. *tracta. attentat. cap. 12. ampliat. 1. num. 39. & seqq. Marant. parce consi. 61. nu. fi.*

ARGVMENTVM.

Appellatione deserta, an & quãdo iudex appellationis super expensis litis pronuntiationem habeat.

SVMMARIA.

1 *Appellans deserta appellatione in expensas condemnandus.*
2 *Deserta appellatione iudex ad quem etiam ex interuallo, in expensas appellantem condemnare potest. nu. 4.*
3 *Modo appellatio coram eo introducta sit.*
5 *Iudex vitij attentatorum etiam post sententiam reuocationis, attentantem in expensas recte condemnat.*
6 *De expensis, quæ iure actionis veniunt intelligenda regula modo dicta.*

CONSIDERATIO I.

APpellantem deserentem a se interpositam appellationem in expensis, † etiam post appellationis interposi- 1
tionem factis appellato condemnãdum esse, ex moderníoribus multis inductis auctoritatibus adduxit Borgn. Caualc. *Fiuiz. decis. 14. nu. 8. innẽte num. 43. par. 1.* de quo alibi extense. Ceterum vter iudex condẽnandi ius in expensis habeat, non indifferentis est explicationis, de qua q. igitur concise nonnihil videbimus.

Prouocatum iudicem super litiũ expensis adhuc appellatione cognoscere,
& † quantumuis deserta, in iisdem dese- 2
rentem appellationẽ condemnare posse, scribit D. Gaill. *sub nu. 3.* accedit Ioan. Wames. *in c. reprehensibilis. 26. sub n. 8. vers. & quamuis deserta appellatione is desinat esse iudex.* vbi etiam ad alios casus extendit. *de appellat.* Declarationi etiam nõ omnino remotissimum est, quod prouocatus iudex, frustratorie appellatum exstitisse pronuntians, adhuc in expensis appellantem declarare possit: quẽadmodum ex Imol. & aliis statuit Afin. *prax. Floren. §. 32. c. 2. ampliat. 35.*

Subdeclaratur, vt tum demum verum sit, quod

sit, quod super expēsis appellatione deserta prouocatus iudex pronūtiare pos-
3 sit, quando † appellatio coram se fuisset introducta, non item vero, vbi nunquā introducta fuisset. Eiusmodi subdeclarationem nouissime ex recentioribus commendauit Ioan. Wames. *in d.c. reprehensibilis. 26. n. 8. ibi faciet sane illam (expensarum condemnationem) is a quo prouocatum est, si coram prouocato caussa introducta nō est, nec in illius manibus commissa desertio. Neq; enim nuda appellatio eum iudicem facit, si non sequatur illius aditio: sane si semel aditus sit, dubium non est, quin is quoque condemnare possit in expensas desertorem.* Totidem verbis Vuames.

Extenduntur iam hactenus dicta adeo procedere, vt non modo iudice prouocato integrum sit vna sentētia appellationem pronuntiare desertam, & in expensis appellantem condemnare, ve-
4 rum etiam † sibi liceat postea ex interuallo super expensis pronuntiare. *adnotat. Dn. Gaill. n. 6. Asin. in prax. §. 32. c. 2. ampl. 17. n. 3. Cornel. Brederod. tract. appellat. part. 2. tit. 9. col. 247. vers. sed quaeritur primo.*

Corroboratur etiam extensio alia nō prorsus aliena Dd. theorica, qua docēt, iudicem vitij attentatorum, quamuis in sententia reuocationis attentati
5 condemnationem † expensarum omiserit, adhuc tamen postea ex interuallo super iis pronuntiare posse. *ita post Manfred. & alios statuit Asin. prax. Florent. §. 32. capite secundo, ampliat. 63. numero secundo.* Et cōcedere visus est, aliis licet fretus auctoritatibus Robert. Lancellot. *tractat. attentat. capite 28. num. 25. parte 3.*

Ceterum haecce extensio ad ipsissimos a Dn. Gaillio positos terminos re-
6 stringenda est, & proinde fallit † in expensis, quae ex iudicis officio debentur.

ARGVMENTVM.

Sententia desertae appellationis interlocutoriane an diffinitiua sit.

SVMMARIA.

1 *Desertae appellationis sententia interlocutoria est.*

2 *Desertae appellationis sententia mera est interlocutoria, si a mere interlocutoria appellatum sit.*

3 *Alias censetur interlocutoria habēs vim definitiuae. & n. 4. 5.*

6 *Desertae appellationis sententia est prima confirmatoria.*

CONCLVS. CXXXVIII.

SCRVPVLOSA videtur nonnihil resolutio quaestionis, sententia desertionis qualis nam sit existimanda. Quae in studiosorum gratiam vt explicatius appareat, hactenus a nobis vtcumque limitationum declarationumq; firmandarum modo, rudiore penicilli ductu, proponere eandem studuimus. Sit itaq; cōclusio, sententiam desertae appellationis † interlocutoriam esse, ita visus est volu- 1
isse Hieronym. a Laurent. *Auinion. dec. 3. nu. 2. & ex Franco in c. ex tenore. de appellat. sunt notata Brederod. tract. appellat. par. 2. tit. 41. col. 683. ibi. quia sententia super desertione.*

Declaratur conclusio primo, vt intelligatur interlocutoria, quando sententia iudicis a quo fuisset interlocutoria. Eo enim casu super desertione sententia aeque interlocutoria cēsenda erit. Ita videntur mihi cōmuniter Doctores sentire: in specie vero tenet ex Guid. Papeo Francisc. Marc. *Delphin. dec. 461. n. 3. vers. quod quando appellatur ab interlocutoria. p. 2.* diserte etiam declarationem stabiliuit Aufrer. *addit. Capell. Tholos. dec. 364. sub n. 1. vers. & tunc si prima sententia sit † mere in- 2
terlocutoria, sentētia super desertione erit mere interlocutoria. Seraphin. item Rot. Roman. dec. 300. nu. 7. vers. tamen id procedit in nouiss. diuersor. p. 2. Mynsi. obs. 36. vers. hoc tamen ita intelligitur verum. cent. 3.*

Declaratur secundo conclusio, vt interlocutoria vim † diffinitiuae habēs, cē- 3
senda sit sententia super desertione lata: Ita nominatim in auctoritatē adducens Bald. Lanfr. Rot. Rom. & Corneum tradidit Francisc. Viu. *Neap. dec. 302. nu. 4.* & ex Bald. Aret. aliisq; induxit Menoch. *de arb. ind. q. 67. n. 5. Crauett. cons. 181. n. 2. Capella Tholos. dec. 364. numer. 3. vers. veruntamen quamuis sit interlocutoria.*

Subdeclaratur proxima declaratio, vt

desertionis scilicet sententia existimanda sit interlocutoria vim † diffinitiuę habens, quando appellatum a priore iudice esset ab interlocutoria vim diffinitiuarum habente. *Aufrer. addit. cap. Tholos. d. dec. 364. vers. aut appellatio pendebat. Francisc. Marc. d. dec. 461. sub n. 3. p. 2.*
4

Diffinitiua vero an sit eiusmodi desertæ appellationis sententia, animaduerto Doctores attententius considerâre, quandoquidē aliud diuersumq; censeatur, sententiam esse per se diffinitiuam, & aliud sententiam cōsiderari circa (ceteris parib.) appellationis a decreto desertionis admissionem, vel etiam formalium obseruationem, vt diffinitiuā. Per se esse absolute diffinitiuam, ex professo negat nominatim Vincen. Caro. *in nouis suis dec. particul. cas. 83. per tot.* vbi prodidit, sententiam desertionis diffinitiuam per se non esse, vt numerum faciat, in dinumerandis sententiis conformibus. Alias
5 autem vt diffinitiuam, esse † considerandam hanc desertæ appellationis sententiam, quando a diffinitiua sententia appellatio illamet fuisset instituta, admittunt Doctores declarationis & subdeclarationis comprobationē relati, maxime vero Myns. *d. obs. 36. vers. secus est, si pronuntiatur super desertione appellationis interposita a sententia diffinitiua. cent. 3. Seraphin. etiam d. Rot. Rom. decis. 300. sub n. 7. ibi. secus, si pronuntiatur deserta appellatio a diffinitiua. part. 2. diuersor. in nouissim.*

Quamuis longe rectius dixerimus cū Dn. Gaillio *num. 2.* & aliis, esse sententi-
6 am † primæ confirmatoriam, improprie tamen, & tacita quadam consequētia, ceu auctoritate Cornei dixit Vincent. Carot. *dict. cas. 83. sub numer. fin. vers. & licet.*

ARGVMENTVM.

A sententia desertionis, per iudicem prouocatum prolata, an detur appellatio.

SVMMARIA.

1 *A desertionis sententia datur appellatio.*
2 *Attentata post appellationem a sententia desertionis reuocantur.*

CONSIDERATIO I.

Appellationem dari a sententia † de- 1
sertionis tradit Dn. Gail. *n. 4. Myns. obs. 36. cent. 3.*

Ampliatur, vt & attentata, pendente
† eiusmodi a sententia desertionis ap- 2
pellatione, veniant reuocanda. Rot. Roman. ita IVDICANTE coram Seraphino, ceu est in terminis *decis. 300. part. 2. in nouissim. diuers.* quam ampliationē ex professo reassumpsit explicare Lancel. *tract. attent. c. 12. ampliat. 1. per tot.*

ARGVMENTVM.

Fatalia interponēdæ appellationis quomodo considerentur.

SVMMARIA.

1 *Appellatio etiam in extraiudicialib. intra decendium interponi debet. n. 2.*
3 *Quando hoc procedat.*
4 *Fatalia interponenda appellationis partium consensu prorogari non possunt.*
5 *A grauamine caussam successiuam, & continuam habente etiam post decendiū appellatur.*
6 *Nisi a præterito grauamine appelletur.*
7 *Item a grauamine habente caussam continuam, sententia iudicis illato, intra decendium appellandum erit. n. 8.*

CONCLVS. CXXXIX.



INTRA decendium a tempore prolatæ † sententiæ 1
appellationem regulariter esse interponendā, admonui pluribus supra *conclus. 119.* circa decimum Requisitum, quo me refero, ne idem repetere cogar. Saltem ne ordinis seriem disruptam reliquisse videar, statuenda & hic cōclusio; quod intra decendium a momento temporis, quo sententia prolata est, appellatio interponi debeat, Dn. Gaill. *numer. 2.* textus auctoritatesque confertim in comprobationem 10. requisiti *d. conclus. 119.* adscripsi; hancque conclusionem, vtroque iure & ciuili, nimirum, & canonico procedere, nuper retulit Ioan. Wames. *in c. cum sit Romana. 5. sub numero primo, de appellatio.*

Amplia-

Ampliatur conclusio primo, vt etiam
2 in extraiudicialib. †appellatio intra decendium, perinde ac iudicialibus interponi debeat. Dn. Gaill. *numero 2.* expressim etiam Mynsing. ita ampliat, *obseruatione vndecima, centur. 3.* vbi scribit, quod vniformiter hoc tempus decendii locum habeat in omni appellatione, siue ab actu iudiciali, siue extraiudiciali interponenda.

Declaratur hæcce ampliatio, vt pro-
3 cedat, quando grauamen † illud actus extraiudicialis haberet vim sententiæ diffinitiuæ, vel interlocutoriæ: hoc enim casu appellandum esset intra decēdium. Ita nominatim (Mynsingerum) declarat Robert. Lancellot. *tractat. attentat. capite duodecimo, limitatio. 50. numero 156.* exemplum subdit, vt si a confirmatione electionis appellare quis velit, siquidem eiusmodi confirmatio diffinitiuæ vim obtineat, appellationem intra decem dies a confirmatione computandos interponēdam esse; citat in hoc Speculat. In aliis vero extraiudicialibus appellationibus, electionibus scilicet, postulationibus, prouisionibus & similibus, etiam decendio a tempore illati grauaminis elapso, (dummodo intra decennium a tempore scientiæ fiat) appellare posse, firmat idem Lancellot. *dict. limitatio. 50. numero 153.* Notandum & mihi erat *sup. conclusione 120. sub considerat.*

Ampliatur conclusio secundo, vt nec
4 partium † consensu vel expresso, vel tacito fatalis huius interponendæ appellationis tempus prorogari queat. Ant. de Gamm. *Lusitan. decisione 389.* firmat, ibique, quod Regium consistoria ita TENVERIT, non obscure testatur. *Lancellot. etiam post Osasc. Mynsing. & alios corroborat extensiue tractat. attentat. capite duodecimo, limitatio. 50. numero 85. 86. 87. 88. & Guid. Pap. adduxit Brederod. tractat. appellat. parte secunda, titul. 9. column. 212. vers. appellatio est deserta, dixi etiam sup. conclus. 119. ad decimum Requisit.*

Ampliationum plurium locos dedi *sup. concl. 119. Requisit. vlt.*

5 Fallit iam conclusio in grauamine † caussam successiuam continuamq; habente, vt puta carceratione, loci minus tuti assignatione, & similium. *Dn. Gaill. num. 13.*

Declaratur eiusmodi fallentia non obtinere, primo, quando quis appellare vellet a grauamine, sibi iam † per men- 6
sem, annum &c. illato: quum enim tempus grauaminis elapsum seu præteritum sit, atque ita grauamen amplius non subsistat, appellatio nec intra decem dies, postquam grauamen iam sublatum sit, datur. *Lancellot. mox citando loco.*

Declaratur, vt fallentia sileat secundo, quando iudex, qui locum minus tutum antea assignarat, vel carceri mancipatarat, pronuntiaret † etiam locum esse 7
tutum, carcerationem iustam esse: iis enim casibus intra decendium a tempore illiusmet pronuntiationis appellandū erit. *Dn. Gaill. n. 14.*

Declaratur tertio, vt fallentia sibi locum haud vindicet, quando condemnatus fecisset † antea actum, qui denotaret, 8
quod sententia grauamen successiuum inferēs iusta videatur, quo casu eiusmodi sententia se grauatum existimans intra decendium appellabit. Hasce tres declarationes subiunxit Lancell. *tracta. attentat. capite duodecimo, limitat. 50. numer. 149. & seqq.* vbi insuper quartam refert, quæ proprie huc non spectabat.

ARGVMENTVM.

Supplicatio intra quod tempus, a die illati grauaminis facienda.

SVMMARIA.

1 *Supplicatio intra decendium a momento illati grauaminis fieri debet.*
2 *Alias admittitur quidem, verum exsecutionem non suspendit.*
3 *De extraiudiciali grauamine etiā post decendium supplicare licet.*
4 *Contra statutum in particulare alicuius odium, seu incommodum factum, infra annum supplicare licet.*
5 *Supplicatio in dubio recipienda.*
6 *Procurator an interpositam appellationē prosequi teneatur.*

CONSIDERATIO I.

1 SVpplicationem intra decendium a momento illati, † seu decreti grauaminis æque, vt appellationem esse faciendam, docet Dn. Gaill. *nume.4. Mynsing. obseruat.15. numero 2. cent.6.* ac ita aduersus rem iudicatam non datur supplicatio. Ex Iaf. firmat Menoch. *de adipisc. possess. remed.4.n.905.*

Declaratur primo, vt intelligatur hęc doctrina vera, quoad effectum conse-
2 quendi beneficium † præstandæ eo casu fideiussionis remorandæque exsecutionis. Ita ex Iasone nominatim declarat, atque ex Abbat. & aliis communiter receptum dicit Robert. Lancellot. *tract. attentat. capite 12. limitat.50.num.73.* quando vero non intenditur per supplicationem suspendi exsecutionem, tunc etiam post decendium supplicatio recte effertur, Tiber. Decian. in specie declarat *resp.47.n.30.vol.1.*

Declaratur secundo, non obtinere,
3 quando illatum grauamen † extraiudicialiter illatum esset: de eo enim etiam post decendium appellatio conceditur, *ex Franc. Lancellot. d. loc. n.74.*

Declaratur tertio, vt adhuc post decendium possit a statuto, quod in parti-
4 culare † incommodum, seu odium factum esset, supplicari pro retractatione eiusdem, saltem infra annum supplicatio fiat, *ex Decio Lancellot. d. limit.50. numer. 75.76.*

5 Dubium vbi esset, supplicatio † admittendane sit, recipienda erit, Tiber. Decianus nuncupatim consuluit, *resp.47.n. 31.vol.1.*

Procurator in primæuo iudicio constitutus (*quo de Dn. Gaill. num. vndecimo,*)
6 appellationis † caussam prosequi, an teneatur inter moderniores reassumendo explicare tentauit Fernand. Vasq. *in nouissim. illust. quæstio. capite decimonono, per totum.*

ARGVMENTVM.

Fatalia introducendę appellationis quomodo considerentur, ne appellatio desertione intercidat.

SVMMARIA.

1. *Fatalia appellationis introducendæ non rite obseruata, desertionem caussantur.*
2. *Fatale introducendæ a tempore interpositæ appellationis currit.*
3. *Infra fatale introducendæ appellationis, quæ peragi debeant. n.4.*
5. *Quæ tamen, si per appellantē non stet, quominus legitime peracta sint, appellationem non faciunt desertam.*
6. *Mora, legali termino effluxo, an purgari possit.*

CONCLVS. CXL.

INTRODVCENDÆ appellationis fatale, perinde strictim ac interponendæ † ni- 1
si obseruetur, desertionem caussare, satis perspicua iuris exsistit conclusio, *per not. Dn. Gaill. numero 1. accedit Dn. Mynsing. obseru.54. cent. 3. Francisc. Marc. Delphin. 420. part. 1. Petr. Greg. Tholos. tract. appell. lib.8. cap.2. num.12. Mascard. tract. probat. concl.117. n.14.* qui omnes de fatali introducendæ appellationis, & tempore coram prouocato iudice sistendi differunt, nominatim conclusionem recipientes.

Intelligitur autem fatale hoc incipere a tempore appellationis † interposi- 2
tæ, appellatio siue fuerit iudicialis, siue extraiudicialis. *Mynf. firmat d. obs.54.*

Ampliatur conclusio, vt de iure Camerali haud sufficiat appellationis interpositionem esse factam appellato, intra tempus † illud fatale (semestre scilicet, 3
nisi iudex a quo breuius præfiniuisset tempus, *Ord. p.2. tit.30.*) insinuati, quin etiam requiratur, quod in camerali iudicio introducatur. *Mynf. d. obs.54.* Vbi, sic IVDICATVM exstitisse, testatum facit idem Mynf. *obs.57. cent.5.* sed & text. in hoc est Ordinat. *p.2. tit.30. ibi.* **Dem Cammergericht seyn appellation anzubringen.**

Subampliatur, vt etiam intra illud fatale tempus necesse sit de iure camerali reproduci † emanatam aduersus appel- 4
latum citationem & terminū, in quo appellatus compareat, præfigi. Ita in S. camer. iud. IVDICATVM exstitisse refert. *Comment. recenter per Magenh. public. part. Ord. 2.*

Ord. 2. tit. 30. super verb. Vonzeit an der Interponirten appellation. *& iisdem prope verbis. Thilema. & Benign. obs. pract. 83.*

Ceterum singula ordinationis requisita hic percensere, nostri nō est instituti. Quare studiosus ipsam Ord. & quæ eā subinde sequutæ sunt Nouellas cōstitutiones, nominatim vero Synopsin iuris Camer. nuper accurato studio per Dn. Denaisium collectam videat. Exstāt etiam hodie Commentarij in Ordi. cam. quorū nōnulli licet recentes sint editione, in multis tn̄ hac tempestate, alia vel diuersa lege lata, vel declaratione adhibita &c. lectu obseruatuq; minus in singulis tuti.

Limitatur iam conclusio procedere,
5 quando per appellantem stat, †quo minus omnia requisita intra illud fatale tēpus peragantur, secus vbi per eum non staret. *Camill. Borell. cons. 42. n. 16. solemnius vero Ant. Thessaur. Ped. dec. 10. per tot.* vbi excusationis caussas aliquot ꝓponit. Nec minus apparenter Mascard. *tract. probat. conclus. 17.*

Quid vero hoc casu aut in prorogando fatali, aut restituendo ex Ord. Camerali iuris sit, ad datas paulo ante remissiones me refero.

Fatale prosequendę appellationis, etiam statutariū vbi elapsum esset, an adhuc secundum indulgeri queat, *notaui seq. concl. in consid. 1.*

COROLLARIVM.

6 Mora vtrum possit legali termino † effluxo purgari (*de quo Dn. Gaill. sub nu. 4.*) inter moderniores Ioan. Petr. Surd. *cons. 97. per tot.* vbi latissime, proque negatiua concludit. *adde videndū Thess. Ped. decis. 77.*

ARGVMENTA.

I Prorogari vtrumne possit introducendæ appellationis fatale.

II Compromissum, an & quando cursum sistat fatalium.

SVMMARIA.

1 *Introducendæ appellationis fatalia expresso ipsarum partium consensu prorogari possunt. n. 3.*

2 *Non a procuratoribus, nisi in id speciale habeant mandatum.*

4 *Prorogatio illa in scriptis, vel verbotenus ad protocollum fieri debet.*

5 *Compromissum quatenus cursum fatalium introducēdæ appellationis sistat. numero 6.*

CONSIDERATIO I.

INtroducendę appellationis fatale appellato consentiente † prorogari posse, docet Dn. Gaill. *numero 8.* Et nominatim, quando appellationis instantia, seu fatalia a statuto taxata essent, per partes eadem prorogari posse, ex Bald. prodidit Socin. *reg. 226. secundum Colon. impress. ad finem.* 1

Declaratur a Gaillio relata doctrina primo, vt quidem per ipsas partes † principales prorogari possit, non autem per procuratores. *nominatim declarationē statuit Ant. Thessaur. Pedemont. decis. 244. numero 7.* 2

Falleret tamen haud dubie eiusmodi declaratio, vbi procurator speciale in hoc haberet mandatum.

Declaratur secundo procedere; modo expresse prorogatio fiat: tacitus † enim in hoc consensus non sufficit. *Cacher. Pedem. dec. 28. n. 16.* 3

Extenditur hæc declaratio, vt verbis saltem prorogatio fieri non possit, sed in scriptis † facienda sit. *ex l. fin. §. fin. ibi. scriptura interueniente. asseuerat Thessaur. d. decisione 244. sub numer. fin.* subditque ita sæpius Senat. Pedem. IVDICASSE. 4

Sufficere tamen, si iudicialiter verbotenus ad protocollum fieret in prorogationem consensus, arbitrarer.

Compromisso fieri fatalis † huius prorogationem Dn. Gaill. *numer. 8.* dixit. accedit textib. auctoritatibusq; Thessaur. *d. decis. 244. num. 6.* & pluribus Gabr. mox citando loco. 5

Declaratur hocce dictum Gaillij obtinere, quando caussa ex compromisso iam agi † cœpta esset coram arbitro. Ita veriorem communioremque opinionē laudat Gabr. Rom. *lib. senten. 2. tit. de arbitris. conclus. 4. num. 2.* qui per tot. conclus. an fatalia stante compromisso currant 6

ex professo tractat, quò studiosum ablegare debui, ne acta videamur egisse.

ARGVMENTVM.

Fatalia prosequendæ appellationi præscripta nisi obseruētur, desertionem caussari.

SVMMARIA.

1 *Fatalia prosequendæ appellationis annus de iure communi.*

2 *De statutario iure nonnunquam tempus recisius.*

3 *Adeò vt licet partes post annum caussam prosequantur, appellatio nihilominus deserta censeatur. n. 4.*

5 *Fatale prosequendæ impedito non currit.*

6 *Etiamsi sit fatale statutarium.*

7 *Fatale secundum ex iusta caussa appellanti conceditur.*

8 *Fatale prosequendæ in supremis curiis non attenditur.*

9 *Nisi in iisdem contrarium constitutum reperiatur.*

10 *Vel appellans desidia primum fatale labi sinat.*

11 *Appellatio in dubio non præsumitur deserta.*

CONCLVS. CXLI.

DILVCIDA iuris exsistit conclusio, appellationem vbi
1 intra annum prosequuta † expeditaque non sit, desertionem sentire, *text. c. cum sit Romana. 5. ibi. huiusmodi appellationibus annus indulgetur.* & paulo post ibi. *infra quod tempus, si is, qui appellauerit caussam appellationis non fuerit prosequutus, tenebit sententia, si post sententiam appellauerit; & a caussa sua cecidisse videtur; nec amplius super eodem negotio audietur appellans. de appellatio. text. cap. oblatæ. 57. ibi. appellanti legitime a sententia indulgeatur annus a lege. eodem titulo. text. in can. in qui. ibi. ei qui appellat impartitur annus, intra quem litem exsequatur; quo transacto, lite non completa maneat sententia rata. 2. quæst. 6.* qui textus canonizatus est ex Auth. *de his qui ingrediuntur ad appellationem. in princip. vers. hæc nos dudum. Auth. ei qui. & l. fin. § . illud etiam. ibi. & annale tempus præterierit, iunctis his quæ mox subsequũtur. ibi. iubemus eundem appellatorem, nisi obseruauerit iudicium, & caussam vsque ad finẽ peregerit, sed & si per eum steterit, quominus omnia litis certamina impleantur appellatione defraudari, & sententiam contra eum latam in suo robore durare, & ad effectum perduci, tãquam si ab initio minime fuerit prouocatum. C. de temporib. & reparationib. appellat.* Videatur confirmans Fachineus *lib. controuers. 1. c. 79.*

Ampliatur conclusio, vt & si tempus statutum sit † recisius anno hoc legali, 2
appellatio æque concidat statutario nõ obseruato fatali. *text. in d. cum sit Romana 5. vbi recenter* Wames. *de appellat. diserte etiam Mynsing. obseruatio. 15. vers. dixi, vel a iudice cen. 3.* Potest enim statuto primum anni fatale breuius constitui, sicuti in superiorib. monuimus, *& accedit Mascard. tract. prob. concl. 117. n. 21.*

Ampliatur conclusio notabiliter secundo procedere, quamuis appellans & appellatus † caussam, coram appellatio- 3
nis iudice elapso primo hoc fatali prosequuti essent, iudexque ille met intra secundum annum sententiam protulisset: nam adhuc appellatio perhibetur deserta, vbi secundum fatale expresse nõ esset a iudice indultum seu concessum. Ampliationem eiusmodi nominatim ex professo multis ex iure communi auctoritatibusque adductis firmat Cacheran. *Pedemontan. decisione vigesimaoctaua, per tot.* subditq; ad finem iuxta eandem Senatum IVDICASSE, & in Camer. Imper. IVDICATVM exstitisse Mynsing. *adducit obs. 59. cent. 2.*

Declarari contendit Mynsing. *d. obs. 59. vers. prædicta tamen doctrina.* vt ampliatio hæc secunda non procedat, quando appellatus iam per appellãtem † appel- 4
latione deserta, in sui fauorem processisset solus. Ceterum huic declarationi expressim contradicit Cach. *d. decis. 28. ante num. 16. ibi. aut solus appellatus processerit in meritis post lapsum fatalium, & sub numer. 16.*

Limitatur conclusio primo, vt locum sibi haud vendicet, quando per appellãtem † non steterit, quominus intra an- 5
num illum legalem appellatio ad finem per-

peracta sit, eo quippe casu secundus annus seu alterum fatale indulgetur petẽti ex iusta caussa impedito. text. sent. apertissimi sup. in conclusionis cõfirmationem citati.

Extenditur hæcce limitatio etiã procedere in fatali prosequẽdi appellatio-
6 nis † statutario, vt quia duo mẽses ad appellationis prosequutionem præfiniti essent. Nam adhuc secundum ex iusta caussa dandum esse fatale, licet statutum de secundo ex caussa indulgendo fatali nihil ordinaret, accurato prosequutus tutatusque est studio Io. Vincent. Honded. *consult. 24. per tot. & ad finem*, ita duabus vicibus IVDICATVM Perusiæ exstitisse, testatum facit *vol. 1.* atque nouissime in eandem cursu iuit sententiam Ioan. Wames. *in c. cum sit Romana. 5. sub finem nu. 5.* cuius hæc sunt verba, *quod constituitur* (inquit) *in termino iuris, idem quoque obseruabitur in eo tempore, quod a iudice recisius præscriptum est pro primo fatali*, hoc est: *quod propter impedimentum in hoc breuiore tempore occurrens siue ex facto iudicis prouocati, siue ex alia caussa, superaddatur secundum fatale. Cum enim breuior a iudice statutus terminus cedat in vicem termini iuris; vt in illo, ita quoque in hoc locus esse debet secundo fatali ex natura & potestate surrogationis.* Hucusque Wames.

Declaratur præmissa limitatio eidemque subnexa extensio, vt quidem secun-
7 dum fatale ex iusta caussa † petenti appellanti indulgẽdum sit, dummodo negligens non fuisset in faciendis sępius de sua diligentia protestationibus. *ad notata Vrsill. in addit. Affl. Neapolit. decis. 78. num. 3. Randens. respon. 23. num. 543. volum. 1. Cacheran. Pedemont. decis. 12. nu. 7. Thessaur. decis. 10. num. 14.*

Limitatur conclusio secundo, vt non intelligatur de appellationibus in Su-
8 premis † seu Parlamentis Curiis prosequendis: in his enim fatalia prosequendæ appellationis nõ obseruari cum Dn. Gaillio *numer. 7.* nominatim concurrit Ant. Thessaur. *Pedemon. decis. 10. nu. 16.* vbi firmat pluribus.

Declaratur limitatio primo, vt procedat nisi & in iisdem Supremis Tribunalibus aliud ordinatum † esset, vt quod 9
certum prosequendę appellationis fatale præscriptum fuerit, quemadmodum in Regio Consil. Neapol. hodie constitutum exstare Vrsil. in terminis monet; *in addit. Afflict. decis. 78. & nuperrime in nouis addit. ad eandem decis. Ioan. Ang. Pisanus.* eo enim stante nulli, quin appellatio fatali hoc ad amussim non obseruato, deserta sit, dubium erit.

Declaratur proxime pręcedens limitatio secũdo, vt obtineat quando appel-
lans † non desidia (quo verbo vtitur *l. fi. §. illud. de tempore. & reparat. appellat.*) labi 10
fineret primum prosequendæ appellationis fatale. Hãc declarationem ex aliis recenset Thessaur. Pedemont. *decis. 10. sub finem.* quę quidem declaratio legibus simul & canonibus non videtur absona, vbi rationem, quare in his Summis Cõsistoriis fatalia ꝓseq. appellationis non currant, pensitauerimus. *Ioann. wames. in c. cum sit Romana. c. num. 11. de appellat.* vbi respectu negligentiæ appellantis etiam in Consistorio principis fatalia proseq. appellationis considerari, dilucide admittit.

In dubio contra desertionem † præ- 11
sumendum iudicandumque esse, finalis sit declaratio, quam post multos a se citatos ex professo inter moderniores ꝓposuit Menoc. *2. præsumt. fi. & nominatim in specie facti respondit post Dec. Castr. Roland. Ias. & alios Flamin. de Rub. consil. 23. numero 36.*

ARGVMENTVM.

Instantia prioris iudicii, item & appellationis ex consensu partium an contrahi seu breuior statui, & e conuerso prorogari queat.

SVMMARIA.

1 *Instantiarum tempus statuto vel rescripto coarctari potest.*
2 *Idem in fatalibus prosequendæ appellationis.*
3 *Instantia prorogari per partes nequit.*
4 *Fatalia prosequenda an possint per partes prorogari.*

CONSIDERATIO I.

1 STATVTO item & rescripto recisius † instantiarum primi seu principalis iudicii tempus (de quo Dn.Gaill.*nume.5.*) præfiniri posse, Mynsing. docet *obseruat. 46.cent.3.* & nominatim etiam concedit Asin.*in prax.Flor.§.2.c.10.nu. 2. & partium cõsensu idem Asin.& Mynsʃ.obser.47.d.cen.3.*

2 Idem & in obseruandis fatalibus † prosequendæ appellationis sup. hac eadem Conclus.admonuimus. *accedit illis Mynsʃ. obseru.49.cent.3.*

Ceterum prioris iudii instantia pro-
3 rogari † per partes no posse, Asin. pertractat.§.*2.c.8.Fichard.consʃ.140. num.12.13. vol.2.Mynsʃ.obseru.48.cent.3.*

Quid vero iuris sit in prorogandis fa-
4 talibus † appellationum, præcedenti Cõclus. sub Cõsider. cursim admonuimus, & quæ ibidem dicta sunt, hic etiam obtinent.*addatur Soc.reg.226.iuxta recent. edit. Asin.§.2.c.9.wamesʃ.in c.cum sit Roman.5.nu. 13.de appellat.*

ARGVMENTVM.

Paupertas victi fataliumne remoretur lapsum.

SVMMARIA.

1 *Paupertatis caussa limitatur ius cõmune.*
2 *Paupertas excusat a contumacia.*
3 *Paupertas cursum fatalium sistit.*
4 *Quamuis propria culpa adscita.*
5 *Licet in hoc alii dissentiant.*
6 *Tam in criminalib.quã ciuilib. paupertas remedio est sustinendorum fatalium.*
7 *Pauperi nec interponendæ appellationis fatalia currunt.*
8 *Modo sumtus in appellationem faciendi sint.& nu.9.*
10 *Pauper ad sistendum cursum fatalium de paupertate protestari debet.*
11 *Nisi paupertas ipsius esset notoria.*
12 *Fatali secũdi anni pauperi labitur quidem, verum datur ei restitutio.*
13 *Paupertatem allegans probare tenetur.*

CONCLVSIO CXLII.

1 SIQVIDEM paupertatis caussa limitetur ius † commune ex gloss.*Sebast.Medic. Soci.& Romano,docuit Alex. Raudensʃ. tract.analogor.ca.22.sub nu.183.*etiam quoad iudicialis processus obseruationem, vt quia vocatus ad iudicium non venerit paupertatis duro telo deterritus, contu-
maciç † pœnis exemtus sit.*post Bald.Alex. & Bennicasʃ.tradidit Ioan.Petr.Surd.de alim. titu.1.quæst.48.nu.36.cum aliis consimilibus.* 2
illi vtrum etiam insistẽdo fatalium cursu deferendũ sit, nunc ex ordine disquirendi postulabat ratio. Et ne in recitando prologo tenaciores videamur, conclusioni firmandæ celeres dabimus occursus.

Paupertatem victi labendis fatalibus † cursum sistere, seu a desertione excu- 3
sare, omnium concordi assensu stabilita exsistit conclusio, *Boer.Burdegal.deci. 247. sub nu.14. versʃ. & etiam videtur idem si fuerit impeditus.* vbi infinitos propemodum congessit *Fulu.Pacian.tract.probat.cap.54. num.64.* vbi & Dn.Gaillium in comprobationem adducit *lib.1.* nominatim vero ex neotericis huic firmandæ grauiter operam nauat auctoritate nitẽs Baldi, glos. Innocentii, multorumque aliorum, Francisc. Viu. *Neapol.decisʃ.268.nu.5. Ant.Thessaur.* (qui inter alios nũcupatim Dn.Gaillium in hoc citat) *Pedemont. dec. 10.num.5.Mynsʃ.obseruat.97.centur.4. Ioann. wamesʃ.in c.ex ratione.8.num.2.de appell. Alexand.Raud.de analog.cap.22.num.185. Robert.Lancel.tract.attentat.part.2.cap.12.ampliat.1.nu.56.qui alios citat.*

Ampliatur conclusio primo, etiã obtinere, quamuis paupertas culpa appellantis † caussata esset, *nominatim firmat ex Io.Andr.Imol.& Fel.Franc.Viu.Neapol.decisʃ. 268.nu.8.* testaturq; iuxta eandem in Cõsilio Neapolitano, in Regia Camerç Sũmariæ, in Magna itẽ Curia Vicariæ, nec non & in Regia Audientia Apuliæ IVDICATVM exstitisse. 4

Contrarium ampliationis Tib. Dec. videtur † asserere *responsʃ.121.num.20. vol. 3.* & huc omnes auctoritates spectant, quib. docetur, paupertatẽ culpa caussatam, atque ita vltro adscitam, excusationem non mereri, quinimo nominatim post Contardum Lancellotus recipisse visus est *tracta.attent.part.2.capit.12.numero 60.* 5

Priorem

Priorem tamen de æquitate esse sustentabilem, idem Viuius cit. loco dixit.

Ampliatur secundo vt conclusio pro-
6 cedat, nedum in ciuilibus, † verû etiam in criminalibus. *Franc. Viu. Neapol. dec. 268. sub num. 5. expressim etiam ex Boer. Lancellot. tract. attentat. part. 2. capit. 12. ampliat. 1. numer. 59.*

Ampliatur tertio, vt etiam paupertas
7 excusationem præbeat † appellationis prætermissæ seu non interpositæ. *ad l. si procurat. 8. §. si ignorantes. ff. mandati. Ioann. wamme. in c. ex ratione. 8. nu. 3. de appel. Corn. Brederod. tract. appell. part. 2. tit. 9. col. 212. ad finem. vers. ita etiam.*

Declaratur ampliatio hæc tertia, eo
8 casu procedere, quãdo in scriptis † esset appellandum, non æque quãdo viue voce appellari rite posset. *Mynsing. obseru. 97. vers. quod tamen ad appellationem in scriptis restringendum. cent. 4. Petr. Gregor. Tholos. tract. appellat. lib. 8. cap. 2. num. 15. Lancell. tract. attentator. cap. 12. ampliat. 1. numer. 62. part. 2.*

Subdeclaratur relata declaratio vera
9 vt sit, quando sumtus † ad appellationis actum scripto expediendum essent impendendi, secus vero vbi citra sumtus, atq; ita gratis appellationis interponendæ solemnia perfici possent: vt quia e publico sumtus in hoc pauperibus erogarentur, vel alias scripturæ omnes, vi ordinationis seu statuti gratis pauperib. concederentur elargirenturque, ita accurate sublimitationem eiusmodi *adduxit Ant. Thessaur. Pedemont. deci. 10. sub nu. 5. vers. fallit tamẽ si statutum. modo pauper probabilem habuisset scientiam se gratis appellationem in scriptis perficere potuisse.*

Ampliatur conclusio quarto, adhuc vires exerere; etiamsi paupertatem fatalium cursui prætexens, de impossibilitate vel interponendæ vel prosequendæ
10 appellationis † protestatus haud fuisset. Variis Rotæ Rom. decisionibus producit firmando Lancellot. *tract. attentat. ca. 12. ampliat. 1. numer. 65.* subdens hanc opinionem esse æquiorem, licet communis stet in contrarium.

Declaratur tamen communis illa cõtraria opinio (si tenenda esset) non obtinere, quando pauper inopia laboraret † 11
notoria, eo quippe casu protestatio omissa pauperi nocumento, quin adhuc appellatio inopiæ beneficio, desertione maior sit. *ex Benincas. clare sic statuit Anto. Thessaur. Pedemont. deci. 10. sub num. 5. versic. quam intelligo procedere.*

Limitatur iam conclusio vt, quod diximus paupertate sisti cursum fatalium, non procedat in secundi anni fatali, & tertii; fatali enim hæc currunt seu effluunt † licet restitutio elapsorum pauper- 12
tati indulgeatur. *ita expedite ex Parisio Lãcellot. docet. tractat. attentat. cap. 12. ampliat. 1. num. 63.* vbi eiusmodi limitationem ob vitium attẽtatorũ euitandum maximæ considerationis esse admonuit studiosius, quandoquidẽ attentata deserta iam appellatione non reuocentur. *Francisc. Marc. Delphin. decis. 283. nu. 2. part. 1.* & alibi extensius idem Lancellot.

Limitatur conclusio secundo, vt procedat, dummodo intuitu paupertatis fatalium cursum sisti allegans, † paupertatem 13
edocuerit, *ad not. Menoch. consil. 321. nu. 22. 23.* & admonui et mox in Cõsiderat.

ARGVMENTA.

I Processus in Camera vt paupertatis intuitu decernantur, quid cõsiderandum nouella lege.

II Paupertatis probandæ miscella.

SVMMARIA.

1 *Pauperum appellationes quando recipiãtur in Camera.*

2 *Paupertas varie consideratur.*

3 *Pauper quis sit, arbitrio iudicis relinquẽdũ.*

4 *Pauperem eum esse qui quinquaginta aureos in bonis non habet, quatenus verum sit.*

CONSIDERATIO I.

IN S. Camerali iudicio appellationes pauperum non recipi, nisi prius † de 1
iusta litigandi caussa deque paupertate constet, monuit Dn. Gaill. *num. 7.* Ceterum quid circa hoc hodie obseruãdum sit, Nouella Imper. lege Anno 1600. *Recess. Deput.* constitutum est. §. Dann ob wol.

Paupertas quam varie consideretur circa diuersas casuum circumstãtias, an item præsumenda, qualiterque probanda sit, scitu pernecessaria est tractatio; quam si hoc loci plane reassumerem, esset scopũ diuellere, sin vero frustulatim quid illorum ad notata Dn. Gail. in considerationem raperem, forsitan videret ordinatam coherentiam disturbasse.

2 Paupertas quam varie † consideretur examinat Menoch. *de arbitr. iud. casu 65. Tib. Decian. tract. crim. lib. 3. cap. 22. Mynsing. obseruat. 97. cent. 4. Mascar. tract. probat. conclus. 1154. Menoch. 6. præsumt. 25.* In hoc deprehendi omnes, quotquot videre contigit, & memoriæ tenuerim, cõuenire, ꝙ discretione iudicis † cõmissum exi-
3 stat, diiudicare ex personarum circumstantiarum qualitate quis pauper cẽsendus sit, queadmodum Menoc. & Mynsing. citat. loc. *nuperrime etiam post multos alios statuit Ioan. Petr. Surd. tract. aliment. tit. 7. quæst. 9. num. 10.* & esse veram approbatamque opinionem grauissimis recensitis auctoribus luculẽter prodidit Prosp. Farinac. *de testib. quæst. 57. nu. 93. & seq.*

Pauperem ex communi Doctorum
4 placito dici, qui in bonis † quinquaginta non haberet aureos, scribit Dn. Gaill. *num. 8.*

Declaratur hocce dictum Gaillii, vt in criminalibus quidem dicatur pauper 50. aureos in bonis non habens, secus in ciuilibus: in his enim sufficerit licet minus 50. aureis haberet, vbi caussa cõtrouersa minoris esset æstimationis seu valoris. *ita nominatim declarat Prosp. Farinac. de testib. quæst. 57. nu. 92.*

ARGVMENTVM.

Restitutio in integrum aduersus lapsum fatalium quando competat.

SVMMARIA.

1 *Restitutio aduersus lapsum fatalium interponendæ, introducendæ & prosequendæ appellationis conceditur.*
2 *Etiam maioribus.*
3 *Minori aduersus lapsum fatalium tutoris caussatum negligentia, quatenus detur restitutio.*
4 *Minor qui maiori non restituendo successit, non restituitur.*
5 *Minori litis consorti, ob negligentiam cõsortis restitutio non denegatur.*
6 *Minori aduersus procuratoris negligentiam in non appellando non succurritur restitutione, dum procuratorem cum iuramento & efficacibus renuntiationum clausulis constituisset.*
7 *Restitutionem petens, læsum se probabit.*
8 *Minor quatenus in hac restitutione læsionem teneatur probare, & nu. 9. 10. 11.*
12 *Minor quando læsionem probare non tenetur, appellatus contrariũ probare potest.*
13 *Restitutionem petens de impedimento probare tenetur.*
14 *Restitutio hac quo tempore peti debeat.*
15 *Restitutio non petenti non datur.* (*cessat.*
16 *Appellatione remota vel sublata, restitutio*

CONCLVSIO CXLIII.

RESTITVTIONEM elapsorum fatalium ob impedimentum concedi, expedita iuris est conclusio. *Francisc. Marc. Delphin. decis. 383. sub numer. 3. versic. & isto casu quando apparet de impedimento.* vbi, quod IVDICATVM exstiterit. *par. 1. Borgnin. Caualcan. Finiza. dec. 17. sub n. 21. part. 1 cum aliis concordantib.*

Ampliatur cõclusio primo, vt nõ modo, ceteris paribus, detur restitutio fatalis † interponendæ appellationis, verum 1
etiam introducendæ, nec non etiã prosequendę: & in hac Doctores, quod meminerim, non dissentiunt, & sunt in terminis allegata apud Fulu. Pac. *tract. prob. cap. 47. num. 12. 13. 14. lib. 2.*

Et in terminis, vbi ob infirmitatẽ suã principalis non potuit trãsmittere procuratori suo acta prioris iudicii, & procurator ob eã caussam siuisset fatalia pbationis faciendæ elabi, vt detur restitutio, deducit Benint. *Bonon. dec. 26. per tot.*

Ampliatur secundo, vt non modo ecclesiæ minorib. aliisq; priuilegiatis personis hocce beneficiũ restitutionis dandæ aduersus fatalium decursum, indulgeatur, † sed etiam maiorib. ex generali 2
claus. Si qua mihi iusta caus. videb. *ita nũcupat. amp. Lãcel. tract. attẽ. c. 32. n. 14. 15. p. 2.*

Amplia-

Ampliatur tertio, vt etiam minori detur restitutio aduersus lapsum fatalium
3 prosequedæ appellationis † ob negligētiam tutoris caussatū, quamuis tutor soluēdo exsisteret. Ita nominatim statuit, & IVDICAVVM testatus est Vincent. de Franch. *Neap. deci. 473. nu. 3.* cum declaratione tamen mox infra sublimitationis primæ extensione adducta.

Declaratur primo ampliatio, & obseruandum, quod minori non detur re-
4 stitutio aduersus lapsum fatalium, vbi † successerit in lite maioribus, qui fatalia negligenter elabi siuissent. *Marc. Anto. de Amat. Rot. Prouinc. decis. 97.*

Subdeclaratur hæc declaratio, vt hactenus procedat, quatenus minor litis non fuisset consors: ad hoc enim, quan-
5 tum † minorem respiceret, restitutio indulgebitur.

Declaratur secundo ampliatio, vt fal-
6 lat in minore, procuratorem in caussa † cum iuramento renuntiationibus clausulisque in id vrgentibus constituente. Hic n. aduersus procuratoris negligētiā in non appellando restitutionis beneficio ex capite minorēnitatis destituitur. In his terminis terminantibus super facti contingentia respondit Ludou. Mohrt. *consf. 70. nu. 2.* dixi etiam supra *concl. 45.* vbi de restitutione minoris aduersus negligentiam procuratoris.

Limitatur iam conclusio, vt non pro-
7 cedat, nisi restitutionem petēs † probabauerit se læsum. *ad notat. Sup. concl. 45. nu. 10. & quæ mox in extensione sequuntur.*

Extenditur limitatio vt etiam minor restitutionem fatalium petens necesse
8 habeat † de læsione probare, se nimirum bonū ius in meritis fouere. In terminis huius casus late comprobare contrariisque respondere admisus est Cacheran. *Pedemont. decis. 158. per tot.* subditque ad finem, ita Senatum Pedem. IVDICASSE. Hanc item extensionem admisit nominatim Mynsing. *obseruat. 17. versic. sed Castrensis. iuncto vers. ex prædictis ergo omnibus concludendum est, læsionem esse a minore probandam, cent. 4.* Hanc item extensionem aperte comprobauit præter multos insuper alios, quos citat, Io. Vinc. Hondei *consf. 28. num. 24. vol. 1.* Firmatur etiam extensio ex traditis Vincent. de Franchis *Neapolitana decis. 473. n. 4.* vbi refert CONCLVSVM restitutionem minori aduersus lapsum fatalium prosequendæ appellationis, vbi tutor appellationē prosequutus non fuisset, haud dari, nisi de læsione reuera probauerit. Et nuper eādem recepisse visus est Marcellus Cala. *tract. de mod. art. & proband. gl. n. §. 2. sub n. 136. vers. sed imo quod non dicatur læsus.* vbi ex neotericis Roland. a V. & Alciat. allega. ipsis in terminis facti extensionē diserte constabiliuit *Alex. Randen. respons. 23. num. 572. 573. 574. lib. 1.*

Contrarium autem quamuis nonnul-
li † teneant, sicuti & *d. concl. 45. nu. 11.* admonui, & alios retulit Cacher. *d. deci. Gabriel. Roman. lib. sentent. 2. ti. de minorib. conclus. 2. num. 2.* (videatur & Hartm Pist. *lib. 1. quæst. 12.*) quibus post Signorolū, quem citat, accedit Mascard. *tract. probat. concl. 1273. sub nu. 47. versi. interdum constat, quod lapsus temporis lædat minorem, vt cum, lapso tempore appellationis, perit beneficium restitutionis ad appellandū aduersus sententiam contra se latam, a qua ipse minor non appellauit, tunc quia ipsi iudici cōstat, quod tempus ipsum læsit, debet ipsum restituere absque alia probatione: si enim non esset lapsum tempus, posset de iure communi appellare, & in caussa appellationis forte sententiam prosequ potuisset obtinere.* Extensionem tamen veriorem & receptiorem laudat idem Cacheran. *nu. 9.* 9

Conciliationem dissidētium harum opinionū, afferunt relati per Ant. Gabr. Roman. *lib. sentent. 2. tit. de minorib. conclu. 2. num. 3.* aut minor est reus, † & tunc non 10
appellando dicatur læsus, vt eo ipso decernatur restitutio: aut actor est, & tunc non appellando non dicatur lęsus, absque alia probatione. Hanc conciliationem recepisse visus est idem Gabr. & diserte admisit Cacheran. *d. decis. 158. nu. fi.*

Ceterum hanc cōciliationem reprobat Crotus Sfortiaque Oddo, & post hos Menoch. *3. præsumt. 82. sub num. 9.* vbi etiam & hanc quidem (seu scribit) probabiliorem subiungit ex eodem Oddo conciliationem. *Aut (inquit) loquimur de aliqua probatione † saltem summaria, ad do-* 11

cendum qualiter de bono iure petentis restitutionem in integrum. Et hoc casu vera est communis sententia, quod scilicet necessaria sit probatio iustæ caussæ, aut loquimur de probatione plena facienda super bono iure minoris in caussa principali: & hoc casu probatio non est necessaria, ita procedit opinio aduersus communem. Hactenus ex Odd. Menochius. A conciliatione etiam priore dissentit Mynsing. *d. obs. 17. cent. 4.*

Declaratur primo relatæ extensio, vt in casu quo ipse minor necesse non haberet probare læsionem, appellato ta-
12 men † integrum sit, probare minorem non esse læsum, seu ius non fouere. *Odd. tract. restit. in integ. quæst. 36. art. 4. sub n. 36. part. 1. quem etiam refert ac sequitur. Mascar. tract. probat. conclu. 1273. nu. 46.*

Limitatur secundo principaliter cōclusio, vt intelligatur restitutionem dari, dummodo, ceteris paribus, de impe-
13 dimento † probauerit appellans seu pro restitutione instans, *Dn. Gaill. nu. 2. plurib. confirmat Ioseph. Mascard. tract. probat. conclus. 116. n. 1.* Quid vero circa probationē impedimenti obseruandum sit, seq. Cōsideratione monuimus.

Extēditur hæc limitatio, vt haud sufficiat indulgēdę petitæ restitutioni probare simpliciter impedimentum, quin etiam requiratur, quod impedimētum tanto tempore durauisset, vt si litem appellationis fuisset prosequutus, nō vero vbi minori tempore esset impeditus, *ita Fuluius Pacian. tract. probat. c. 47. sub nu. 12. vers. attamen non sufficit.*

Limitatur tertio, vt conclusio de iure Camerali non admittatur, nisi intra tan-
14 tum † temporis spatium post effluxa fatalia, quantum re adhuc integra habuerit, restitutio elapsorum fataliū petatur. *Constit. Imp. Recess. Deput. Anno 1600. §.* als auch die *restitutiones contra lapsum fatalium ibid.* das keinem mehr zeit *ad petitionem* als er zuuor / *re adhuc integra,* gehabt/ dißfalls nachgegeben vnd zugelassen sein soll.

Limitatur quarto, vt quidem restitutio fatalium (ceteris paribus) indulgeatur, non tamen nisi pro eadem facienda
15 † appellans institisset. *l. 2. §. quid si ita contigerit. ibi. a nostro numine reparationem peti præcipimus. de temporib. appellat.* & *sunt plura notat. in terminis Nicol. Boer. Burdegal. dec. 247. sub nu. 13.*

Limitatur quinto &, pro nūc, vltimo, vt fallat cōclusio, quando appellatio per
† rescriptum, vel statutum, pactum aliūue iuribus cōuenientem modum remota sublataq; esset. *ex Lapo induxit recepitque Robert. Lancellot. tract. attentat. cap. 14. num. 35. part. 2.* 16

Plura desiderantib. obuii sunt Doctores relatis in locis & Corn. Breder. *tract. appellat. part. 2. tit. 8. vbi latissime.*

ARGVMENTA.

I Impedimentum non interpositæ, vel nō prosequutæ appellationis in finem consequendæ fataliū restitutionis, qualiter probandum sit.

II Coram quo iudice restitutio eiusmodi petatur.

III Procurator vt restitutionē petere possit, quæ in considerationem sint ducenda.

SVMMARIA.

1 *Impedimentum ad obtinendam restitutionem fatalium qualiter probetur, & an iuramento. ibi. & nu. alsq. seq.*
2 *Appellans quamuis de impedimēto proprio iureiurādo probationem induxisset, adhuc tamen appellato integrum erit contrarium probare.*
3 *Appellans impedimentum in primo anno cōtingens iuramēto probare non potest, ad hoc vt secundū annum consequatur.*
4 *Quamuis semiplenū vnius testis dicto fecisset de impedimento probationē, dissentientibus interim aliis. Cuius declaratio ibidem remissiue adducitur.*
5 *Super impedimento elapsum fatalium non statur assertioni iudicis.*
6 *Fataliū restitutio coram quo iudice petatur.*
7 *Procurator, qui dolose vel negligēter fatalia labi siuit, restitutionē petere non potest.*
8 *Procurator fatalium restitutionem absque speciali mandato non recte petit.*
9 *Nisi incidenter petat.*

CONSIDERATIO I.

RESTITVTIONIS beneficium vt impertiatur

pertiatur, requiri vt de impedimento, quo minus appellatio vel interposita, vel prosequuta sit, appellans probationem faciat, monuimus *supra in concl. limitat. 2.* Qui vero sufficiens in id probatio inducatur, pulcra est disquisitio, nec vsquaque apud omnes vnanimiter expedita, post omnes autē, qui memoriam meam iam subeunt, accurate eandem disquisitionem resoluere ex professo reassumsit Mascard *tract. probat. conclus. 116. per tot. Fulu. Pacian. tract. probat. c. 47. lib. 2.* vbi studiosus videre habebit necesse; & etiam in locis vbi infra.

1 Non modo testibus, † verum ēt appellantis iuramento (de cuius dicti veritate apud Masc. *iam citato, & mox citando loco. Fulu. Pacian. d. c. 47. nu. 52. 53. 54. & seq.*) impedimētum probari posse, in caussis tamen parui præiudicii scribit Dn. Gaill. *sub nu. 4.* Accedit q̃ de restrictione parui præiudicii dixit Gaill. Masc. *tract. proba. concl. 884. n. 7.* vbi cōmunē laudat, & multos, inter quos nominatim Gaill. refert. *Fulu. Pacian. tract. prob. c. 47. nu. 52. lib. 2.*

Declaratur Dn. Gaillii seu relata traditio primo, vt quamuis iuramento impedimētum probasset appellans, adhuc

2 † tamen appellatus contrarium probari possit. *Mascard. d. conclus. 884. nu. 11.*

Declaratur traditio Dn. Gaillii secundo notabiliter, vt procedat quidē quoad probationem impedimenti interponēdæ appellationis: ad hoc sufficere iuratā appellantis probationē censuit Francisc. *Marc. Delphi. deci. 283. nu. 3. tom. 1.* non vero

3 quando de primi fatalis † anni impedimento probando ageretur, & peteretur secūdum anni fatale ad prosecutionem appellationis, quandoquidem euidentissima huius impedimenti probatio requiratur. *l. fi. §. illud etiam. ibi. nisi ipse appellator euidentissimis probationibus possit ostendere, se quidem summa ope nixū voluisse litem exercere, per iudicem autem stetisse, vel aliam inexorabilē caussam subsequutā, propter quā hoc facere minime valuit. Tunc enim aliud ei annale tempus indulgemus. C. de temporib. & reparationib. appel. diserte Io. wames. in c. cum sit Rom. 5. sub n. 7. vers. sed quo modo de appell.* declarationem item hanc nominatim, post Iasonem & alios a se citatos, admittit Mascard. *d. conclus. 884. nu. 16.*

Extēditur declaratio primo, vt ne quidē semiplenæ † impedimēti probationi 4 iuramētum hoc casu accedere possit in supplementū. *Ita Io. wam. d. c. cum sit Rom. 5. sub nu. 7. vers. & cū euidentissimā probat. de appell. firm. ēt post alios Masc. d. cōcl. 884. n. 16.*

Ceterum siquidem, qui huic extēsioni cōtradicant, non desint, videatur declaratio vel potius conciliatio apud Paciā. *tract. prob. c. 47. sub nu. 53. vers. contrarium, vt scilicet li. 2.* Nec sane iudicis ipsius super impedimēto cognoscētis assertio † probandi impedimenti hoc nostro 5 in casu suffectura esset. *clare sic docuit Ioan. wam. in d. c. 5. sub n. 7. vers. requiruntur itaq.*

Iudex a quo q̃ restituat fatalia † interponēdæ appellationis: prosequendæ vero iudex ad quem prouocatus; *post alios prodidit Dn. Gaill. nu. 1. conuenit Franc. Marc. Delphi. deci. 56. part. 2.* vbi tamen subdit ex Bar. & Castren. q̃ ēt iudex ad quem prouocatus posset restituere tēpus ad appellādum. Quod procederet facilius in Supremo iudice. 6

Restitutionem esse petendam ad hoc, vt appellato indulgeatur, non vero vltro a iudice deferendam, scripsimus sub cōclus. *limitatione quinta.*

In iudicio autem quum vel per nosmetipsos, vel per procuratores compareamus, etiam restitutionem aut ipsi petimus, aut procuratores. Procuratores, vbi ipsimet negligenter † vel dolose fatalia elabi siuissent, restitutionem nomine Principaliū petere non possunt. *nuncupatim in terminis Marc. Ant. de Amat. Rot. Prouinc. Marc. decis. 97. nu. 7.* 7

Procuratorio autem nomine vbi instatur pro restitutione, necesse est speciale in hoc † exhibeatur mandatum ex *Mynsi. Storst. Oddo, aliisq; nominatim Marc. Ant. de Amat. Rot. Prouinc. dec. 97. n. 6. Peregr. Iannin. de citat. real. lib. 3. c. 21. nu. 159.* 8

Declaratur hoc vltimum, vt procedat quando restitutio principaliter peteretur, secus vbi incidenter: † tunc enim speciale mandatum nō requiri, ipsemet Mynsing. docet, *obseru. 26. vers. verū prædictum dogma, cent. 2.* & in hanc concurrit sententiam Hieron. Magon. *Flor. dec. 71.* 9

num.fin.vbi plures in comprobationem congessit. *Ioseph.Ludou.conclus.30.num.10.* qui omnino videndus: tredecim enim retulit ampliationes huc pertinentes.

DE INHIBITIONIBVS, ATTENTATIS ET SEQVESTRATIONIBVS.

ARGVMENTVM.

Inhibitio vigore appellationis quibus casibus decernatur.

SVMMARIA.

1 *Inhibitio quid & a quo cui inhibeatur.*
2 *Inhibitio etiam iudici appellatione remota dato, fieri potest.*
3 *Itē post tres conformes sententias, & quatenus hoc procedat. nu.4.*
5 *Inhibitio tertium non constringit.*
6 *Inhibitio in extraiudiciali appellatione an & quando locum habeat. & numero 7.8.9.*
10 *Inhibitio quando in appellatione ab interlocutoria decernatur, & nu.11.12.13.*

CONCLVSIO CXLIV.

1 INHIBITIONEM (quæ dicitur prouisio † præseruatiua iurisdictionis inhibentis, ac iuriū partis, inducens nullitatem actus contra facti, & pœnarum comminatarum incursum. *ex Mandos. & post Lancellott. Magon. Flor. decis.127.num.1.*) a iudice appellationis iudici a quo fieri posse, apertissimi iuris exstat conclusio. *ad not. Dn. Gaillii in princ. Mynſ. obseru.87.cent.3.*

Ampliatur primo, vt etiam inhibitio
2 fieri possit per iudicem appellationis † iudici a quo cum clausula appellatione remota dato, *Mynsing. obseruat.3. in princi. ibi. nisi sit inhibitum. cent.1. post vero magis apposite Lancellott. tract. attent. part.2. ca.12. limit.8. num.11.*

Ampliatur secundo, vt hæcce inhibitio, etiam attentata † causset, licet sit fa-
3 cta post tres conformes sententias. *Lancellot. de attentat. cap.20. Ampliat.21.* qui eodem capite plures alias huc respicientes ampliationes ex professo cōgessit & suo cum apparatu exposuit, videndus, quas omnes hic prosequi frustraneum fuerit, & ab incepto nostro alienum, siquidem apud eundem facili studio inueniri possint.

Intelligenda tamen (*vt hoc obiter moneam:* erit appellatio, dummodo citatio inhibitionē † præcessisset. Existimatur 4
enim inhibitio ad impediēdum exsecutionem trium conformium nulla, citatio partis vbi præmissa non fuisset, *nominatim ita in facti contingentiâ respondente Menoch. conſ.892. nu.11.*

Limitatur autem conclusio primo, vt eiusmodi inhibitio tertium † non cō- 5
stringat *Dn. Gaill. num.9.* Quæ limitatio, quando procedat dixi per ampliationes & limitationes *Sup. conclu.27. considerat.1.* quo loci a me scripta hic sedem magis propriam habuissent, & collocata fuissent, nisi vacuus plane contra institutum illemet locus relictus exstitisset: sed & Dn. Gaill. *ibidem* expressim hanc limitationem proposuit, quare incepto studentes illic ponendum erat.

Limitatur secundo, conclusionem non procedere, quando extraiudicialiter, † appellatum esset. *Dn. Gaill. nume-* 6
ro 8.

Extenditur hæcce limitatio, vt nec iudex ad quem, quamuis de veritate † 7
caussæ incepisset cognoscere, iudici a quo inhibere queat, vel etiam appellato *ita ex Compestellano adduxit Lancellot de attentat. c.20. in præfat. nu.152.*

Declaratur autem primo limitatio vt fallat, quando appellans coram exsecutore, a quo extraiudicialiter appellasset, se † in continenti caussam seu iustiti- 8
am appellationis probaturum obtulerit, & non fuisset admissus, quia tunc inhibitio decernenda erit. Vide & sequentis limitat. declarationem primam. *Lancellottus ex Vital. tract. clausu. docet d. præfat. nu. 153.*

Declaratur fallere secundo, in appellatione extraiudiciali super † electionib. 9
Cathedralium, vel Regularium Ecclesiarum. *idem Lancellot. d. capit. 20. in præfat. num.154.*

Limitatur conclusio tertio, vt non procedat

10 procedat, quando ab interlocutoria † simplici, quantumuis appellabili prouocatum esset. *adnot. Dn. Gail. nu. 4.*

Declaratur limitatio primo claudica-
11 re, quando appellans obtulisset se † in continenti appellationis iustitiam probaturum, & admissus non fuisset: tunc enim inhibitionem posse decerni nūcupatim adduxit Lancellot. *de attentat. cap. 20. in praef. nu. 144. part. 2.*

Declaratur secundo vt fallat limitatio, quando iudex prouocatus cognitio-
12 nem † adhibuisset, qua constaret de veritate caussae in appellatione expressae, caussamque ad se deuolutam esse, *ad notat. Dn. Mynsing. obserua. ⁊. per tot. cent. 3.* & Dn. Gaillii *nu. 4. vtrumque sequitur Bende. tract. reuis. conclu. 13. nu. 8.* Disertissime autem hanc limitationem statuit Robert. Lancellot. *tract. attentat. c. 20. in praefat. nu. 137. & seqq. nu. comprobat.*

Subdeclaranda videtur haecce declaratio, vt quidem in S. Camera. Imp. necesse non sit antequam decernatur inhibitio, appellatione ab interlocutoria in-
13 troducta, quod de veritate † caussae appellationis primum cognoscatur, sed quod sufficiat ex narratis constare appellabilē esse caussam & ad Cameram deuolubilem, notat Mynsin. *obser. 87. ibi. verum in Camera* (inquit) *quoties de iurisdictione saltem ex narratione appellantis constat, inhiberi solet, siue a definitiua, siue ab interlocutoria (modo appellabili) prouocatum sit.* totidem verbis Mynsi. *cent. 3.* cuius item Lancello. meminit *d. praefat. nu. 145.*

Et huic subdeclarationi proxime accedit, quod etiam ex cōsuetudine citra caussae appellationis cognitionem praehabitam inhibitio hoc casu decerni iure possit, quemadmodū in specie cōtendit lateq; deducit Lance. *d. praef. n. 147. & seq.*

Limitatur conclusio quarto, vt non obtineat, quando ex interdicto retinendae possessionis disceptatum iuducatumque esset. *de qua limitat. sequen. conclus.*

ARGVMENTVM.

Inhibitio vtrumne in caussa interpositae nullitatis decernatur.

SVMMARIA.

1 *Inhibitio an & quando in caussa nullitatis decernatur.*

2 *Nullitas an exsecutionem suspendat, remissiue.*

CONSIDERATIO I.

IN caussa nullitatis principaliter propositae inhibitionem non decerni docet Dn. Gaili *num. 6.*

Ceterum aduersus hanc Gaillii sibiq; adstipulantium doctrinam nominatim stat Robert. Lancellot. *tract. attent. par. 2. c. 17. sub nu. 66. 67. 68.* vbi multis ex professo firmare adnititur.

Conciliationis foedere diffidentes istiusmodi opiniones componi posse arbitratur, vt prior, quando latiorem † tra- 1
ctatum seu discussionem nullitatis probatio requireret: posterior vero vbi in cōtinenti ex actis nullitatis probatio coram superiore fieret, ita Myns. *obseru. 64.* subdens hanc cōciliationem in S. Cam. Imp. receptam iuxta eademq; IVDICATVM exstitisse *ibidem cent. 4.*

Exsecutio an remoretur proposita † 2
nullitate (de quo Dn Gaill. *sub nu. 6.*) supra in materia exsecutionum dedi remissiones.

ARGVMENTVM.

Inhibitione in denegari appellatione pendente aduersus appellantē circa caussam seu rem cōtrouersam.

SVMMARIA.

1 *Appellatione pendente possessio neque dari, neque adimi debet.*

2 *Appellatus inhibendo non debet possessione sua priuari.*

CONCLVSIO CXLV.

APPELLATIONE introducta, sicuti possessio rei, qua de litigatur, appellatio non dari, † ita nec adimi potest. *adnot.* 1
Achill. de Grass. decis. 244. alias, de appellat. 18. vbi quod sic IVDICATVM in Rota exstiterit, quod ipsum indistincte tam de extraiudiciali, quam iudiciali appellationis pendentia intelligit Robert Lancel. *de attent. c. 12. limitat. 16. nu. 8.*

Quo spectat & iuris conclusio, quod appellatione pendête appellatus per iudicem prouocatum † sua possessione inhibêdo priuari haud debeat, quam quidem conclusionem vltra Dn. Gaill. corroborauit Lancel. *tract. atten. par. 2. c. 12. limitat. 26. nu. 2. 3.* vbi multos citat, & ita a se IVDICATVM exstitisse adducit Borgn. Caual. *Finiz. decis. 3. ad finem par. 1.* seq. côsiderat. Videatur limitatio.

ARGVMENTVM.

Decisionem controuersæ rei appellatione pendente recte adimi ob deuastationem.

SVMMARIA.

1 *Possessio ob probabilem deuastationis metum appellatione pendente sequestrari potest, & num. 3.*
2 *Etiamsi possessor soluendo exsistat.*

CONSIDERATIO I.

1 OB deuastationem rei in iudiciû deductæ quin possessio adimi † etiam appellatione pendente queat, concors exsistit Doctorum traditio. *de quo Dn. Gaill. num. fin.*

Ampliatur Dn. Gaillii adeoq; cômunis traditio primo, etiam in possessore †
2 soluendo exsistente, vt nimirum huic êt ratione deuastationis possessio pendête appellatione adimi & sequestrari queat: nominatim in sequestratione fructuum *Lancell. tract. attent. cap. 12. limitat. 12. nu. 14.* eo amplius procedat in ipsius litigiosæ rei, deuastatione, quæ nisi auferretur iudicium redderetur elusorium, quo casu etiam pêdente lite possessio auferri potest, *quemadmodum ex Ripa clare docet Ant. Gabriel. lib. sent. 5. tit. de acq. vel amitt. possess. conclus. 6. nu. fin.*

Ampliatur secundo obtinere quâuis
3 saltem probabilis † timor deuastationis rei controuersæ subesset. *ad eundem Lancell. d. limit. 12. nu. 15.* quo tamen casu potius inhibitio esset facienda seu mandatû de non deuastando, nisi iam iam deuastatio subsequutura foret. *ad notata Veralli Rom. decis. 158. alias de sequestris. 9. part. 3.* vbi ex Iasone firmat refertq; IVDICATVM, q; res immobilis litigiosa ob timorem dilapidationis nô sit auferenda pendente lite, sed inhibitorium mandatum loco sequestri faciendum. Iasonis etiam meminit in hoc Colerus *tract. poss. exsecu. part. 1. c. 2. nu. 67.* dixi item *infra conclu. 147. ampliat. 1.* Vide etiam inf. *conclu. 148.*

ARGVMENTA.

I Processus qui in caussa attentatorum obseruetur.

II Attentatorû iudicium an suspêdat caussæ principalis negotium.

SVMMARIA.

1 *Attentatorum caussa ordinarium processum non requirit.*
2 *Hinc nec libellum. nu. 3.*
4 *Nec litis contestationem.*
5 *Licet de stylo Cameræ contrarium obtineat.*
6 *Attentatorum iudicium ordinarium non est, licet quis iurasset se ordinem iudiciarium in caussis seruaturum.*
7 *Citationem tamen & caussæ cognitionem requirit.*
8 *Attentatorum iudiciû non suspendit caussam principalem.*
9 *Attentatorum tamen caussa ante principalem decidi debet.*
10 *Si ordo sit seruatus non fuerit, quid iuris.*

CONCLVSIO CXLVI.

ORDINARIVM processum non requiri in iudicio † attentatorum côclusio est recepta de iure cômuni. Conclusionem nominatim post Rotæ Romanæ plures decisiones, Mil. Fran. Vât. Menoch. Mandos. Mynsing. & Magonium, firmat Rob. Lancel *tract. attêt. par. 3. c. 25. n. 7. Pet. Greg. Thol. tract. appel. li. 7. c. 4. n. 23. Io. ammne. in c. bona memoria. 51. n. 6. de appel.* & idem Lancell. *d. l. n. 27.* clarissime multorû nisus auctor. statuit, in caussa attentatorû summarie & de plano pcedi. 1

Infertur primo, vt libellus non requiratur † in caussa attentatorum sed qualis qualis petitio sufficiat *Lancell. post gl. Frâc. Alex. Vestr. Baptist Asin. & multos alios. d. cap. 25. nu. 16. & seqq.* Vbi videndus. 2

Extendit

Extendit enim eiusmodi illationem
3 dupliciter, vt etiam tacita petitio † sufficiat, vt quia restitutio fructuum a tẽpore attentati commissi peterentur, secundo etiamsi ista petitio esset incerta.

De stylo autem Cam. Imp. solere libellari scribit Mynſ. *obſ. 26. cent. 1.*

Infertur secundo, vt nec litis contesta-
4 tio † requiratur. *Lancellot. d. capit. 25. nu. 20. & ſeqq.* vbi late comprobat. Vbi tamen litem contestatæ essent partes in caussa attẽtatorum, naturæ reuocandorum attentatorum nihil detractum censetur, quin potius ex attentatorum priuilegio ante omnia attentata sint reuocanda. *Lancell. part. 3. c. 28. nu. 38.*

Fallit illatio, vt non obseruatus in S.
5 Cam. Imp. in ea enim ex † stylo requiri litis cõtestationem in caussa attentatorum, adseuerat Mynſ. *obſeru. 26. cent. 1.*

Extenditur conclusio, subiectæq; illationes vt adhuc procedant, quamuis pro reuocatione attentatorum agẽs iu-
6 rasset se seruaturum † ordinem iudiciarium in caussis: nõ enim existimatur iuramentum porrigi ad caussam attentatorum. *ex Franco adduxit Lancell. d. c. 25. nu. 8. 9.* & conferunt a nobis supra circa tractatum libellorum notata.

Declaratur conclusio primo, vt nihilominus tamen citatio partis aduersę,
7 † caussæque cognitio in hoc iudicio attẽtatorum interuenire debeat, vbertim firmat Lancell. *d. c. 25. nu. 33. & ſeqq.*

Limitatur hęcce declaratio trib. modis, vt per eundem Lancellot. *num. 43. & ſubſeqq.*

Attentatorum iudicium non suspen-
8 dere caussæ principalis † determinationem, sed iunctim tractandum esse, consentit Dn. Gaillio per omnia Pet. Greg. Tholoſ. *tract. appellat. lib. 7. c. 4.* & in hanc etiam concurrit sententiam Mynsing. *obſeru. 33. cent. 3.* contra dissentientem Aretin. & Iasonem.

Sic nec caussa attentatorum remoueri posset, & super principali cognosci. *Rot. Rom. dec. 48. incip. eadem die. nu. 1. par. 3. lib. 3. in nouiſſ. diuerſ.* vbi quod sic a Rot. TENTVM sit, refertur.

In caussa vero principali vbi maturius esset conclusum, attentatorum autem nondum, sententia super principali negotio non erit proferenda, † sed sisten- 9
dum, donec etiam attentatorum caussa discussa esset. *ita nuncupatim ex Ioan. Andr. Salic. & Papæo ſcribit Petr. Greg. Tholoſ. tract. appellat. lib. 7. cap. 4. ſub num. 22. verſ. verum tamen. & Mynſ. obſeru. 33. cent. 3.* vbi subdit per Dominos Camerales crebrius in hanc sententiam itum fuisse. *ſequitur etiam Lancell. tract. attent. par. 3. c. 30. nu. 146.*

Declarãtur prædicta, vt quãuis super attentatis iunctim sit procedendum, & ante quã super principali negotio, sententia proferenda, vbi tamen omisisset hunc ordinem iudex, sententia super † 10
Principali negotio non esset nulla, sed subsisteret, nisi de pœrso ordine appellatum esset. *Verall. Rom. Deciſ. 60.* vbi quod IVDICATVM exstiterit. *part. 1.*

Notandum tamẽ interim, vt eo casu, quando pars reuocationẽ attentatorum petẽs, posset esse ꝗ procederetur in prima & secũda instantia iunctim super attentatis & caussa principali, in tertia demum instantia priuilegium attẽtatorũ, vt ante omnia super attẽtatis iudicetur, allegari non possit. *ad notata Lancellot. d. c. 30. num. 59.*

ARGVMENTVM.

Attentans victus in iudicio attẽtatorum, condemnatur in fructum attentatæ possessionis & expensarum litis restitutionem, vbi etiam aliæ pœnæ attentantis referuntur.

SVMMARIA.

1 *Attentans in fructus & expenſas condemnandus.*
2 *Ampliationes huius regulæ, remiſſiue.*
3 *Attentatorum ſententia quomodo concipienda.*
4 *Attentatorum proceſſus an, & quando ſiſtat curſum fatalium. nu. 5. 6. 7.*

CONSIDERATIO I.

ATTENTANTEM in iudicio attentatorum victum, venire in fructus attentatæ † possessionis & litis expẽsas cõ- 1

demnandum, vltra Dn. Gaill. *nu.11.* scripsit Borgn. Caualc. *Fiuiz. deci.11 num.63. part.1.* & scitissime firmat Robert. Lancell. *tract. attent. part.3. c.3. num. 25. & seqq.* vbi de fructib. *& numer.106. & seqq.* vbi de litis expensis. Plures quidem vtriusque
2 sunt egregiæ ampliationes, quas † quum Lancell. *d. loc.* perpolite congesserit, nobis erat illo danda remissio, adde eundem Lancellot. *præced. ca.30. num. 150. 154. 157.* Qui idem Lancellot. *d. cap.31. per tot.* omnes attentantis pœnas ex ordine accurato studio prosequitur.

Sententia reuocandorum attentato-
3 rum quomodo concipienda † formandaque sit. *Lancell. latissime proponit d. part. 3. cap.27.*

ARGVMENTVM.

Fatalium cursus an sistatur iudicio attentatorum.

CORONIS.

Fatalium lapsus an remoretur attentatorum processu, remissiue admonuit Dn. Gaill. *ad finem*, de quo studiosus sic habeat.

Regula est receptissima, processum
4 seu iudicium attentatorum † fatali caussæ principalis cursum sistere. *Tholom. Rot. Rom. decis.857. incip. Vincent. beneficii. nume. 3. lib.3. parte.3. in nouissim.* infinitisque prope firmat auctoritat. Lancellot. *tract. attentat. part.3. cap.30. sub num.93. vers. regula.* vbi *num.100.* ampliationem huiusmet induxit.

Limitatur regula vt fallat primo, quā-
5 do succubuisset hic, qui † fatalia non esse ob attentatorum processum lapsa pro se allegaret, probat inter recentiores Petr. Greg. Tholos. *tract. appellat. lib.7. c.4. num. 24.* vbi refert Rotam Rom. sic IVDICASSE.

Sublimitatur vt non procedat, quando datus esset libellus seu petitio super
6 vno ex pluribus attentatis, & in illo † articulo succubuisset: eo enim casu ratione aliorum attentatorum posse adhuc instare, quod sibi non cōcurrerint fatalia, arbitratur Lancellot. *tract. attent. par. 3. c.30. num.105.*

Sublimitatur secundo, vt fallat limitatio quando succumbens probabilem
† habuisset institutæ reuocandorum at- 7
tentatorū petitionis caussam. *idem Lācel. nu.106.* vbi enim calūniose reuocatio petita esset, fatalia lapsu esse, dicendum est. *Vant. de nullit. tit. quoties & intra quot tempor. num.14.*

Limitationes alias quatuor recensuit exornandæ Lancell. *num.108. & seqq.*

Parcius quod in huius & præcedentis Conclusionis explanatione egerim, studiosum boni consulturum mihi persuadeo, siquidem Robert. Lancell. ex professo integram attentatorum materiam aureo suo tractatu luculenter atque solide explicauerit, ne & mihi aliorum industrie nouatam operam vendicasse videar frustulatim pluribus referendo.

DE SEQVESTRATIONE.

ARGVMENTVM.

Sequestrationem iudicialem lite pendente non fieri.

SVMMARIA.

1 *Sequestratio iudicialis regulariter prohibita.*
2 *Possessio rei immobilis ob dilapidationis metum lite pendente sequestrari nō potest.*
3 *Nisi res immobilis instāti pro sequestratione specialiter sit hypothecata.*
4 *Fructus ob dilapidationis metū sequestrari possunt.*
5 *Possessio rei immobilis ob deuastationis metum lite pendente sequestro supponitur.*

CONCLVSIO CXLVII.

SEquestrationem iudicialem constat regulariter † esse prohibitam. 1 *ad notata Ioann. Ferrar. de iudic. præxerc. lib.3. cap.8. §. altera est sequestratio. Lancell. tract. atten. par.12. n.27.* & quidē tā de iure ciuili, quam canonico. *tex. adduxit nominatimq́ firmauit Myn. resp. 82. n.3.* imo ēt tā ex Constitut. Imp. Ann. 1570. §. wañ auch die Arresta in recht verbotten / q̄ Saxonico Landrecht *art.17. li.2.* queadmodū Matth. Col. *in process. ex secu. par.1. c.2. n. 81. 82.* notauit cū aliis sexcētis. & minus

minus lite iam pendente sequestrationem possessionis concedi, communis est conclusio. *nominatim Anton. Gabr. lib. sentent. 5. tit. de acq. vel amitt. possess. concl. 6. num. 1. & 2. & post Afflict. Alexan. & Paris. consuluit Tib. Decian. resp. 37. num. 45. vol. 3.* conclusionem etiam nuncupatim corroborauit Lancell. *tract. attent. part. 2. c. 4. ampliat. 2. per tot. & eod. cap. 4. declarat. 4. sub nume. 2. vers. regula, quod lite pendente, & num. seq.*

Ampliatur primo, vt nec lite pendē-
2 te possessio rei immobilis adimi † sequestrarique possit ob dilapidationis timorem. *ex Ias. Verall. Rom. decis. 158. alias de sequestris. 9. part. 3.* vbi, quod ita Rota TENVERIT, scriptum reliquit. vel quod possessor non sit soluendo. *ex Anchar. moderno & Abbate adduxit Borgn. Caualc. Fiuiz. decis. 23. num. 33. monui etiam sup. conclus. 145. sub considerat. 1.*

Limitatur ampliatio istiusmodi, vt fallat quando res hæc immobilis esset agē-
3 ti, † & pro sequestratione instanti specialiter hypothecata. *nuncupatim ita limitat Borgn. Caualc. Fiuiz. decis. 3. nu. 14.*

Ampliatur secundo, vt nec fructus lite primæ instantiæ pendente sequestrari ob dilapidationis timorem queant, quamuis possessor soluendo non esset. *Ferrar. Montan. de iud. præexerit. lib. 3. cap. 8. §. secundo est locus. Ioan. Corser. Capell. Tolos. decis. 478.* vbi subdit ita ibidem IVDICATVM extitisse. huius item videtur sententiæ esse Lancellot. *tract. attent. cap. 12. limit. 12. nu. 14. part. 2.* quæ tamen ampliatio nonnihil videtur habere scru-
4 puli, & contrarium † eius videtur verius. *ex Aufrer. in addit. d. decis. in princip. ibi. aut reus est soluendo, ita quod poterit soluere æstimationem in casum perditionis, & tunc non fit sequestrum in caussa principali: aut non est soluendo, & sic fiet sequestrum. sed in caussa appellationis, siue sit soluendo, siue non, ex quo dissipantur fructus, debet fieri sequestratio.* totidem verbis Aufr.

Ampliationes alias quinque congessit Gabriel. *d. conclus. 6.* quarum nullam refero.

Limitatur iam principaliter conclu-
5 sio, vt fallat quando deuastaret † rem litigiosam reus, ita vt iudicium & sententia ob deuastationem futura esset clusoria. *Gabr. Romi. lib. sentent. 5. tit. de acq. vel amitt. possess. conclus. 5. num. fin. & dixi supr. conclus. 145. in consid. ampl. 1.* concurrit Dn. Gaill. *num. 3.* quam limitationem intelligo, vbi præcepto deuastationis inhibitorio non paruisset inhibitus, *ad notat. in conclus. 145. sub consid.* Iudex enim, quādo vastare contempto inhibitionis præcepto pergeret reus, quin possessionem ipsius controuersę rei ad se ex officio, vel etiam ad instantiam alterius partis, auocare vel sequestrare possit, non dubitarem. *ad notat. Lancellot. tract. attent. cap. 12. limitat. 12. nu. 22. part. 2.* quinimo idem Lancellot. *cap. 4. declarat. 4. num. 45.* textibus & auctoritatibus Doctorum insignium grauiter statuit, quod Iudex etiam pendente lite armorum tollendique scandali caussa ad se possessionem controuersæ rei auocare possit. *dixi sup. conclus. 5.*

Limitationes plures adduxit Gabriel dicto loco, sed multo plures tersioresq; protulit Rob. Lancellot. *tract. attent. par. 2. cap. 4. declarat. 4. per tot.* quo studiosus cursum petat.

ARGVMENTA.

I. Deuastatio dissipatioq; non præsumitur, nec à sola eius allegatione sequestrationis decernitur.

II. Sequestrationem vtrumne etiam Iudex à quo faciat.

III. Sequestratio rei mobilis aduersus victum, ab excessu executionis appellantum, decernitur.

SVMMARIA.

1 *Deuastatio non præsumitur, sed probari debet.*

2 *Deuastatio & dilapidatio quomodo probentur.*

3 *Sequestrationem, quibus casibus Iudex à quo recte faciat, num. 4.*

Mm

5 *Sequestratio rei mobilis aduersus victũ ab executione, vel eius excessu appellantem decernitur. n. 6.*
7 *Licet soluendo sit.*
8 *Nisi sufficienter caueat.*

CONSIDERAT. MISCELL.

DEuastationem dissipationemque in reo non præsumi, sed ab allegante
1 † seu arrestum petente, antequam sequestratio decernatur probari oportere, cum Dn. Gaill. (*num. 5.*) nuncupatim conuenit. *Mynsing. respons. 82. num. 4. cent. 1.* & ex Rebuffo prodidit Borgnin. Caualcan. *Fiuiz. decis. 3. num. 34. part. 1.* quod sic IVDICATVM sit. *idemmet Caualc. decis. 23. num. 20. ead. part. 1.* Concurrit etiam in hanc sententiam Mascard. *tract. probat. conclus. 1298. num. 4.*
2 Dilapidatio vero quib. probetur † quibusq; deuastatio, certa regula dari haud posset. quoad deuastationis probandæ modum oculari inspectatione nullus esset euidentior, nullus certior.

Iudex à quo (circa not. Dn. Gaill. *nu. 7.*) appellatione interposita seque-
3 strationem † facere potest, antequam appellatio introducta receptaque sit. *Robert. Lancellot. tract. attent. part. 2. cap. 12. limit. 12. nu. 18.* vbi multos citat & communem dicit. *& idem Lancell. num. 25.*

Extenditur hoc postremum, vt etiã Iudex à quo rei mobilis sequestrationẽ,
4 stante statuto, quod † instrumenta publica sint executioni mandanda, & prolata sententia instrumentum debere exequi, à qua pronũcia reus appellasset, faciat, *post Bald. Lancell. d. cap. 12. limitat. 12. num. 30.*

Sequestratio etiam, (*de quo Dn. Gaill. num. 8.*) rei mobilis aduersus victum de-
5 cernitur, quando ab executione † appellasset. *post Cardin. & Natt. Lancell. d. limitat. 12. num. 20.*

Ampliatur primo etiã obtinere quãuis
6 saltem ab excessu † in exequendo appallaretur, auctoritate fretus Boroi docuit Lancell. *d. cap. 11. limit. 53. num. 35. & concordat Dn. Gaill. num. 8.*

Ampliatur secundo, etiamsi de dila-
7 pidatione † victus hic appellans suspectus non esset. *ita loquitur Lancell. d. limitat. 12. num. 21.*

Posset tamen eiusmodi sequestrationi idonea satisdatione † præueniri, vt 8
idem Lancellot. post Imol. & Æmilianum adduxit & *monui etiam de hoc nonnihil mox seq. conclus. sub Consid.*

ARGVMENTVM.

Res tẽpore peritura pendente lite vendi, pretiumque eius deponi penes sequestrum potest.

SVMMARIA.

1 *Res tempore peritura, distrahi lite pendente, pretiumque sequestrari potest.*
2 *Sequestratæ rei dominus an, & quando de ipsa alendus sit.*
3 *Et quando litis sumptus ex bonis sequestratis suppeditandi sint.*

CONCLVSIO CXLVIII.



SÆPIVS supra diuersis in locis *Conclus. 145. & 147. &c.* monuimus, sequestrationẽ rei litigiosæ, vbi periculum subesset, ne processu iam finito, Iudicium, eo, quod eiusdem, qua de controuertitur, rei deuastatio interitusque timeatur, reddatur elusorium, atque proinde sententiæ proferendæ effectus, qui (*ceu alibi superius notauimus*) in executione consistit, frustrari posset, iure fieri posse tam lite quam appellatione pendente, eadem ratione & alia conficitur conclusio, vt nimirum rei controuersæ, tempore † litis peragẽdæ 1
venditio inuito possessori conuẽto, Iudice auctore fieri queat, immo instante actore debeat. Atque si adhuc sequestrata non fuisset illamet res, & periculo dilapidationis pro Carot. actor, deponi precium debet, sicuti etiam si iam sub sequestro data esset res peritura. *ad text. l. Diuus. 5. ibi. res tẽpore perituras permittere debet prætor distrahere. ff. de petit. heredit. cum aliis concordantib. per Dn. Gaill. num. 3. & glos. in c. cum vos. 4. verb. futuris personis. de offic. iud. ordin. collectis.* Conclusioni etiam firmandæ suffragia tulit Socin. *regul. 423. fallent. 1. in recent. impress. Co-*

press. Colon. quinimo conclusionem ex Bart. Innoc. Aretin. Ferrarienf. Salicet. & Curtio nominatim inter moderniores statuit Ioan. Petr. Surd. *tract. aliment. tit. 8. priuil. 80. num. 2. diserte etiam Borgn. Caualc. Fiuizan. decis. 3. num. 40.*

Declarantur prædicta, vt quādo (miseriam sic liceat paupertatis solamine subleuemns interim) reus nihil præter
2 rem perituram † haberet quo vitam sustentare posset, necessaria victus sibi veniunt ex pretio venditæ rei suppeditanda, ne ob famē reus moriatur. *Borgnin. Caualc. Fiuiz. decis. 3. num. 41. & decis. 23. num. 25. part. 1. Surd. d. priuileg. 80. num. 4.* vbi plerosque antiquos & modernos citat, rationemque subiungit. videatur in hoc idem Surd. *tit. 1. quæst. 123. per tot.* vbi examinat an & quando dominus rei sequestratæ veniat de ipsa re alendus.

Extenditur declaratio, vt & litis sū-
3 ptus hoc casu quando aliunde † non haberet ex re sequestrata, sibi concedenda sint per Iudicem taxāda. nominatim Cantucc. deduxit *Rot. Rom. decis. 79. part. 2. in nouissim.* testatum facinus sic etiam Rotam IVDICASSE eadem in caussa. Conuenientiori loco dicā de subministrandis expensis, Deo suggerēte, pluribus, monui etiam *supra concl. 17. consid. 3.*

ARGVMENTVM.

Sequestratio decreta cautione dissoluitur.

SVMMARIA.

1 *Sequestratio idonea cautione tollitur.*
2 *Etiam iuratoria in subsidium.*
3 *Modo iurans sit honesta minimeque suspecta persona.*
4 *Fallit regula prædicta, si res sequestrata sit instanti pro sequestro specialiter hypothecata.*
5 *Nec sequestrum satisdatione relaxatur in puncto executionis.*
6 *Nec si dilapidatio per vnum testem & iuramentum probata esset.*

CONSIDERATIO I.

VNanimiter, quos viderim Doctores, & memoria tenuerim, conue-
1 niunt idonea † cautione (cæteris paribus) sequestrationem tolli. *Camill. Borell. consult. 8. n. 54. Mynf. obs. 35. nu. 7. cent. 5. Fichard. cons. 81. n. 7. vol. 2. Wesemb. cons. 7. nu. 8.* vbi in hanc sententiam multos citat. & concordat Dn. Gaill. *num. 6. nouiter post hac conscripta visus And. Clud. tract. sequestrat. cap. 10. nu. 1.* vbi plures insuper alios citat.

Ampliatur vt etiam iuratoria in † i- 2
doneæ cautionis, pignoribus vel fideiussoribus præstandæ defectū relaxandi sequestri sufficiat. *Mynsing. obs. 11. cent. 2. Fichard. sequitur consil. 7. num. 5. vol. 1.*

Et quamuis dissentientes nō desint, eandem tamen ampliationem esse verā, & magis receptam vsuq; frequentatā adseuerantem comprobando statuit Clud. *d. tract. sequest. c. 10. sub nu. 8. & seqq.* Mynsingum item refert collaudatq; Alexand. Raudens. *consil. 61. sub nu. 36. lib. 1.*

Declaratur hæcce ampliatio obtine-
re in persona † honestæ integræq; vitæ, 3
minus suspecta. ita Ampliss. Dominos Camerales CENSVISSE adseuerantet proposuit Mynsing. *d. obseru. 11. cent. 2. accedit pluribus instructus Clud. d. cap. 10. num. 21. 22.*

Limitatur iā primo relata Dn. Gaillii. aliorumque in principio relatorum opinio de vi satisdationis, vt procedat, quando res, quæ sequestrata est, agenti
† hypothecata esset; eo enim casu satis- 4
datione sequestratio non relaxatur. *ita Borgn. Caualc. Fiuiz. decis. 3. num. 14. vers. & talis sequestratio part. 1.* videantur dicta superius *praced. Conclus.* in limitatione primæ Ampliat.

Limitatur secūdo, vt satisdatione se-
questrum non relaxetur † in executio- 5
ne. *Caualc. decis. 23. num. 19. part. 1.*

Limitari videtur tertio, quando præhabita caussæ cognitione de dilapida-
tione saltem † per vnum testem & iura- 6
mento probatum esset, vt tunc sequestrationi nō medeatur satisdatione, appellatione iam pendente. *ita expressis verbis scribit Lancellott. tract. attent. part. 2. cap. 12. limit. 12. num. 32.*

Sequestratione an amittatur possessio (*de quo Dn. Gaill nu. 9.*) disserui *supra conclus. 5. in considerat.*

Et tantum pro nunc de sequestratio-

ne, extant quippe recentiorum hac de materia insignes commentationes atq; tractatus. Francisci Curtii Pap. 81. numeris dispartitus. Vincent. Carot. Ioã. Gooedd. And. Cludii, Ioan. Baumanni. Ferrar. Montan *de Iud. praexerc. lib. 3. c. 8. per tot.* addatur his Borgn. Caualc. *F. u. decis. 3. & 23. per tot. part. 1.*

DE REDVCTIONIBVS.

ARGVMENTVM.

Reductio ad arbitrium boni viri coram quo Iudice petatur.

SVMMARIA.

1 *Reductio laudi coram Iudice caussæ ordinario peti debet.*

2 *Etiamsi laudum ex statuto paratam mereatur executionem.*

3 *A laudo cum appellatur, ad superiorem arbitri recurrendum.*

4 *Idem obtinet si ex necessitate statuti compromittatur.*

5 *Vel si in virum illustrem & excelsum cõpromissum fuerit.*

CONCLVSIO CXLIX.

VENTORVM fere scrupulosior videbatur obseruatio resolutionis huiusce, coram quo Iudice ad arbitriũ boni viri reductio petẽda sit: variæ enim & cõtrariæ existunt opiniones, ceu, ex modernis, apud Ant. Tessaur. Pedem. *dec. 14.* videre est, qui quinq; opiniones ordine recẽset. *Franciss. Viu. Neapolitan. decis. 380. nume. 2. 3. 4. 5. 6. Andr. Fachin. lib. controuers. iur. 8. cap. 94. per integ.*

Conclusio tamen & verior & receptior est, reductionẽ hanc à laudo † coram Iudice ordinario, qui omisso seu nõ facto compromisso, Iudex caussæ fuisset, petendam esse Hanc conclusionem firmat post Castrens. & alios, Euerh. à Middelb. *Topic. Leg. loc. à contractu ad distractum. 41. num. 12. & post Salicet. Barth. Blar. in l. diffamari. cap. 4. ante num. 12. vers. ex quo & notandum, recurri ad Iudicem partium, non ad superiorem arbitratoris. Iacob. Butrigar. tract. renunciationum.* §. *consueuerit etiam quandoque renuntiari recursui seu appellationi ad arbit. boni viri. ibi. recursus habetur ad arbitrium boni viri. iunctis paulo infra citatis verbis. ibi. & est bonus vir Iudex ordinarius sub quo sunt partes contrahentes, vt ff. de verb. oblig. l. continuus.* §. *cum ita.* Conclusioni item respondendo adsistit. Fichard. *consil. 146. num. 62. vol. 2.* COMMVNIOREM esse pro hac conclusione sententiam Mynsing. scribit. *obseru. 61. cent. 2. vbi multos citat.* subditq; in S. Cam. Imp. iuxta eandem IVDICATVM extitisse. VERIOREM dixit Tessaur. Pedemont. *decis. 14. sub num. 5. &* refert ex Molinæo & Rebuffo *sub num. 8.* ita in Gallia OBSERVARI (lege tamen in id lata regia. cuius item legis meminit Petr Greg. *Tolos. tract. appellat. lib. 4. c. 10. num. 4.*) nec non & receptiorem idẽ Tessaur. eod. loci. citat, inter alios ad comprobationem etiam Dn. Gaillium. nec non idem Tess. testatum facit, duabus vicibus ita DECIDISSE Senat. Pedemont. ab eiusmodi item conclusione stat post Lanfr. Robert. Lancellot. *tract. attent. part. 2. cap. 16. num. 29. nouissime Hieronym. de Martino in addit. Afflict. Neapolit. decis. 51.* vbi etiam communẽ laudat: & huius sententiæ assertores grauissimos citat Ioan. Petr. *Surd. consil. 106. num. 1. Francisc. Viu. Neapolit. decis. 380. num. 2. & seqq.* huic conclusioni nominatim subscripsit etiam And. Fachin. *lib. controu. iur. 8. cap. 94. vers. tertia est sententiam. inde ad capitis finem.*

Ampliatur conclusio, vt quamuis ex forma statuti lauda † paratam mererẽtur executionem, adhuc nihilominus coram ordinario partium reductio petenda sit. ampliationẽ hanc nuncupatim citando Paulum Cast. Blanc. Feder. de Sen. Calcan. Grat. & Couarruuiam, stabiliuit And. Tessaur. *Pedemont. decis. 14. sub num. 9.*

Contrarium huius ampliationis admittit Mynsing. *obseruat. 61. ad finem cen. 2.* & multos plures citat Tessaur. *d. decis. 14. num. 9.*

Declara-

Declaratur conclusio, vt procedat, quando reductio peteretur per modum querelæ, (quæ quidem libello supplici proponi poterit. *Menoch. post Blanc. & alios, consil. 406. num. 37.*) secus vbi per
3 viam appellationis † reformatio peteretur. A laudo enim (*ita respondit his verbis super facti contingentia Ioan. Petr. Surd. consil. 106. num. 27.*) quando appellatur, tunc non ordinarius Iudex partium, sed superior arbitri, qui iudicauit, est adeũdus, *iuxta l. præcipimus. C. de appellat. l. anteriorum. 2. q. 6. c. Romana. §. debet. de appellat. in 6.* Et hæc est differentia inter appellationem & querelam: quia quando appellatur à laudo, ad superiorem arbitri recurritur. vbi vero querela intentatur, ea proponitur coram Iudice partium. Et hoc sentit Angel. *in consil. 200. in ciuitate Lucana. nu. 2.* dicens, quod vbi à sententia appellatur, procedendum est gradatim per modum superioritatis. ita in specie distinguit Imol. *in c. Quinta vallis. ad finem. Franc. d. rubr. de appellat. colum. 12. & colum. fin. vbi Præposit. nu. 64. in princip.* allegans sic tenuisse Bart. Bald. Freder. Sen. & Abbat. Cagnol. *in l. 2. num. 280. circa finem. C. de pact. inter empt. & vendit.* vbi hoc modo conciliat contrarias Doctorum sententias, vt, scilicet, quando laudum habet executionem paratam ex statuto, tunc recurratur ad superiorẽ arbitri (de cuius dicti veritate ipse mox in limitat. dixi) si tamen procederet per viam appellationis: si vero proponitur reductio, agitatur caussa coram superiore ordinario partium. Et Franc. *in loco præd. allegat. text. in c. venerabilem. §. 1. de sentent. excommunicat. in 6.* Eandem concordantiam probauit Blanc. *de compromiss. quæst. 10. num. 13. 14. Didac. lib. 2. cap. 12. colum. 4. versic. quoties vero.* vbi dicit, hoc esse communiter receptum. Hactenus Surdus.

Limitatur iam Conclusio primo vt fallat, quando partes voluntarie compromisissent, secus vbi necessario. vt quia statuto quod in casu, super quo laudum prolatum esset, compromissũ fieri, præscriptum ordinatumque fuerit: compromissum enim vbi ex necessitate † sta- 4
tuti procedit coram arbitrantis Iudice, vbi vero ex mera voluntate partium fieret, coram Iudice ordinario partium reductio petenda erit. *ita expressim adduxit Cæs. Vrsil. in addit. Afflict. Neapolit. decis. 51. num. 3. & huic limitationi accedere Bart. Bald. Ang. Salicet. Castrens. Præposit. & post hos Blancum, scripsit Ioan. Petr. Surd. consil. 106. num. 21.*

Limitatur secundo, vt procedat conclusio, quando in virum illustrem † aut 5
excelsum compromissum esset factum: eo enim casu non inferior Iudex ordinarius partium, sed superior arbitrantis adeundus pro reductione est. *Tessaur. Pedemont. decis. 14. num. fin.* vbi refert ita à Senatu OBSERVATVM extitisse. Quæ limitatio intelligenda est, dũ partes, & Iudex illarum ordinarius, subiecti inferioresq; essent arbitrantis Superiori. Limitationes adhuc alias quinque adduxit Tessaur. *dict. decisione 14.* quas non refero, sed eo studiosus se referre posset.

ARGVMENTVM.

Appellatio à Iudice reductionis confirmante vel reformante laudum, fieri potest.

SVMMARIA.

1 *Appellare à Iudice reductionis laudi licet.*

2 *Quæ tamen appellatio nõ remoratur executionem.*

CONSIDERATIO I.

A Iudice reductionis laudum vel cõfirmante, vel reformante, an detur † appellatio, licet contraria existat Doctorum resolutio (*ad not. Dn. Gaillii. num. 4.*) *Benintend. Bononiens. decis. 15. per. tot. Andr. Fachin. controuers. iur. lib. 8. cap. 96.* magis tamen receptam opinionem affirmantiũ, *ex Molin. Did. Villalob. Mausser. & Canullo Borello, adseuerat Menoch. consil. 406. num. 30.* & iuribus conuenientiorem nuncupatim demonstra-

re operam insumpsit And. Fachin. *lib. controuers. 8. cap. 96. vers. mihi sententia Baldi.* & partem hanc affirmatiuam cõprobauit etiam Benintend. *Bonon. decis. 15.* subdens iuxta eandem in eadem Rota CONCLVSVM extitisse. *Lancell. tract. attent. part. 2. cap. 16. nume. 36. 37. Petr. Gregor. de appellat. lib. 2. cap. 12. nume. 21. Mynsing. obseruat. 68. cent. 4. Blarer. in l. diffamari. cap. 4. sub nume. 12. Cod. de ing. & manumiss.* vterque in Camerali Iudicio hanc sententiam OBSERVARI testatur.

Declaratur affirmatiua opinio, vt procedat, quoad effectum deuolutiuum,
2 non † item executionis suspensiuum, quamuis satisdatio de restituendo in casum succũbentiæ oblata esset. *ex Cepoll. & Rot. Bonon. induxit Borgnin. Caualc. decis. 10. sub num. 8. part. 1.*

Quæ vero appellanti huic sint in exprimenda qualitate & quantitate læsionis, &c, obseruanda, ad hoc vt appellatio teneat, alia est disquisitio: de qua remissiones contulit Benintend. *d. loc. sub finem.*

ARGVMENTVM.

Reductionem ad arbitrium boni viri vsque ad triginta annos recte peti.

SVMMARIA.

1 *Arbitrorum distinctio recensetur.*

2 *Arbitramentum decem dierum lapsu non censeri emologatum, iuxta Fachin.*

3 *Contrarium receptius alij.*

4 *Reductio ad arbitrium boni viri vsq; ad triginta annos peti potest.*

5 *Quamuis partes de non petendo reductionem antea conuenissent.*

6 *Declaratio huius refertur.*

7 *Reductioni ad arbitrium boni viri non datur locus vbi pars conquerens læsanõ esset.*

8 *Et læsionem primo probasset.*

CONCLVSIO CL.

RETENTA in discursu practico pragmaticorum distinctione arbitrorum; † vt 1
sint vel arbitri iuris, qui eligũtur ex necessitate præscriptoque iuris, etiam statutarii, vel arbiter voluntarius, de partium quidem consensu loco Iudicis electus, ita tamen vt tamquam ordinarius obseruato iuris ordine procedat; vel arbitrator, qui citra Iudicii figuram ex æquo & bona voluntate partium controuersiam cõponat. de quo inter plures ex modernioribus. *Marant. in Spec. part. 4. dist. 14. Schneid. §. omnium Instit. de act. Borel. de compromiss.* (quamuis Ioan *Coras. lib. miscell. 4. cap. 18.* distinctionem eiusmodi offuscare intendat) succedit nunc ad præcedentem Conclusionem perfrequens disquisitio, quantum scilicet temporis indulgeatur proponendæ petitioni pro reformando arbitratoris laudo.

Et quamuis in hoc dissentire existimẽtur † nonnulli (*ad not. Dn. Gaill. nu. 1.*) & 2
repressim And. Fachin. *li. cont. iur. 8. c. 95.*) recepta tamen existit Doctorum conclusio, laudum seu arbitramentum decem dierum † lapsu non censeri emo- 3
logatum, seu (*vt latine loquar, siquidem emologare* verbum, nec Latinitatẽ, nec Græcismum agnoscat. *Lexic. Pratei. lit. E.*) approbatũ. Lucidissimam iuris esse conclusionẽ nuncupatim dixit firmatque ex modern Francisc. Viu. *Neapol. decis. 276. nu. 1. 4. & decis. 444. num. 8.* & omnes mox in comprobationem Ampliationis congesti Doctores conclusioni assonant.

Ampliatur conclusio primo, vt nequidem post decem dies reductio ad arbitrium boni viri deneganda sit, quin potius † ad triginta vsque annos institui 4
petique queat. *Mynsing. cons. 55. num. 31. cent. 1.* & ex Blanco Menoch. respondit *consi. 495. num. 22. & nu. 45. Tiber Decian. respons. 65. num. 51. vol. 5. Robert. Lancellot. tract. attent. cap. 12. limitat. 50. num. 183. 184. & cap. 16. sub nu. 25.* vbi communem esse comprobat. *part. 2. communem item adstruit*

adstruit Wesemb. in parat. ff. de recept. arbit. sub nu. 8. quemadmodum & ex Decio & Ripa, Soarez. thes. sent. lit. A. num. 254. nec non communem, post Francisc. de Alberg. Alexand. Dec. & Lanf. de Orian. adseuerauit Mascard. dixit tract. probat. concl. 966. nu. 1. Quinimo hāc conclusionem verissimā esse, concedit Francisc. Viu. *Neapolit. decis. 276. nu. 5. & iterum decis. 444. nu. 11.*

Ampliatur secundo conclusio, extenditurque item eadem præcedens ampliatio, vt adhuc post decem dies, vsque ad triginta annos reductio laudi ad arbitrium boni viri peti queat, quamuis
5 † partes ante prolationem laudi promisissent inuicem se nō reclamaturos. Mascar. clare istiusmodi ampliationem statuit *conclus. 966. nu. 2 vbi multos citat*, communemque asserit. Tiber. Decian. *respons 65. nu. 42. volum. 5. & auctoritate Angeli Lancell. admittit. tractat. attent. part. 2. cap. 16. num. 51. Francisc. Viu. Neapolit. decis. 276. num. 6. 7. 8.* vbi acriter huic ampliationi adstruendæ insistit, subditque ad finem, iuxta eandem in Regia Aud. Apuliæ IVDICATVM extitisse.

6 Declaratur ampliatio, vt apud † Gab. Rom. *lib. sent. 2. tit. de arbitris, cum l. 3. nu. 25. & seqq.*

Limitatur iam conclusio, & subiunctæ simul ampliationes, vt procedant,
7 quando laudum iniquum † seu pars, reductionem petens, læsa esset, alias non. *Francisc. Viu. Neapolit. decis. 271. nume. 2.* eandem limitationē corroborauit Mascard. *tractat. probat. conclus. 1259. nume. 1.* vbi, quod reductionem petens debeat
8 † probare laudum esse iniquum, quemadmodum etiam hoc post alios firmat Menoch. *2. præsumpt. 76. num. 23.* videatur *subseq. consid. nu. 3.*

Plures hic & conclusionis ampliationes & restrictiones facili negotio possent adscribi; quia vero relati Doctores ex professo citatis in locis cōclusionem exornarunt ampliando & limitando, eo studiosus ablegandus erat, alias huius cōclusionis extensiua declaratio operosum prolixumque tractatum protudere posset, à quo præsens institutum dissidet.

ARGVMENTVM.

Appellationem regulariter ab arbitramento non admitti.

SVMMARIA.

1 *Appellatio regulariter ab arbitramentali sententia non conceditur.*
2 *Neque de iure ciuili, neque canonico.*
3 *Nisi arbitramentalis sententia læsionem enormissimam, vel euidentem in se iniquitatem contineret.*
4 *Læsio enormissima vnde probetur dignoscaturque, remissiue.*
5 *Appellatio quibus casibus nominatim ab arbitramento denegetur, remissiue.*
6 *Appellatio à sententia arbitri loco iudicis ordinarie procedentis, quando detur, remissiue.*
7 *Laudum ab arbitratore, an vero arbitro ordinarie procedente, latum sit vnde diiudicetur, remissiue.*
8 *Reductio ad arbitrium boni viri, vel appellatio à sententia reductionis, quando executionem arbitramenti suspendat, remissiue.*

CONSIDERATIO I.

AB arbitramento nō conceditur regulariter † appellatio, *ad not. text. l. 1. C. de recept. arbit. & l. non distinguendus. 32. §. cum quidam arbiter. ff. eod. per Dn. Gaill. num. 8.* 1

Ampliatur, vt non modo de iure ciuili appellatio ab arbitramento nō concedatur, verùm etiam de iure † Pontificio denegetur. *tex. in can. à iudicibus. ibi. à iudicibus, quos communis consensus elegerit, non liceat prouocari.* Quod de arbitris intelligendum est. & paulo post. ibi. *arbitrarij sunt, qui nullam potestatem habentes, cum consensu litigantium in iudices eligūtur, in quos compromittitur, vt eorum sententia stetur. 2. quæst. 6. Petr. Greg. Tolos. tract. appellat. lib. 2. cap. 12. num. 1.* vbi pluribus firmat. 2

Fallit quando arbitramentum enormissimam contineret † læsionem, vel manifestam seu euidentē iniquitatē *Dn. Gaill. nu. 9. quē refert sequiturq. Menoch. con-* 3

sil.406.num.32. Petr.Greg.Tolos.tract.appel. lib.2.c.12.num.19.

4 Læsio enormissima vnde † constet, Menoch. prodidit, *de arbitr.iud.cas.77.& nu.5.* multis in id relatis auctoribus, scripsit, veriorem esse sententiam, quod in nostro hoc casu circa læsionis æstimationem Iudicis versetur arbitrium.

Ampliationes varias earundemque
5 declarationes † ex professo cōgessit Gabri.Roman.*lib.sent.2.tit.de arbitris.concl. 3.per tot.* addantur Doctores sup.in conclusionis firmamentum adducti. & Menoch.*consl.406.per discursum.*

6 Appellatio à sententia arbitri, † qui loco Iudicis ordinarie tamen, licet consentientibus ad id partibus, vel ex iure statutario, inuitis etiam partibus, de cōpmisso cognouit, an detur (circa quod nostra consideratio occupata non est) examinat inter alios Mynsing. *obseru. 68. cent.4. haud indocte de eodem Greg. Tolos. d. c.12.num. 12.13.14.15.& seq. de appellat. discurrit.*

CORONIS REMISSORIA.

7 Laudum an ab arbitratore, † an vero arbitro, qui iuris ordine obseruato procedere necesse habet, prolatum sit, (*quo de Dn. Gaillio, num.* 5.) vnde dignoscatur diiudiceturque, grauis est apud Practicos explicationis, quam accurato studio prosequuntur ex neothericis Mascard. *tract.probat.conclus.125. per tot. Menoch. 2. præsumpt.77.per tot.& lib.6.præsumpt.5.numero 2.*

Executionem an & quando suspen-
8 dat reductio ad † arbitrium boni viri, vel etiam appellatio à sententia reductionis, eleganter propalauit Robert. Lancellot.*tract.attent.cap.16.per tot.part.2.*

DE EXPENSIS LITIVM.

ARGVMENTA.

I. Expensæ litis saltem necessariæ victori adiudicandæ, restituendæque sunt.

II. Taxatio expensarum rite vt fiat, quę requirantur.

SVMMARIA.

1 *Victus in expensis saltem necessario expositis vel exponendis tenetur, non excessiuis quamuis iam expositis. nu.5.*

2 *Expēsa necessaria seu moderata quæ sint, Iudicis arbitrio relinquitur.*

3 *Expensarum taxatio tribus accersitis requisitis expenditur.*

4 *Expensarum iuramento afferendarū taxatio non requiritur in statuto taxatis.*

6 *Taxandis modicis expensis iuramentum non adhibetur, & quid hoc casu obseruandum sit.*

7 *Expensarum præteritarum taxatio iuramento firmatur, non vero futurarum.*

8 *Taxatio expensarum qualiter in processu executiue fiat, remissiue.*

CONCLSVIO CLI.



VRIBVS satis cōgrua existit conclusio, victum † in 1 expensis litis, seu (*vt Imperator Iustin. §. sit tibi. Authent. de mandat. princip. loquitur*) caussalibus, ad necessariarum saltem, non vero immoderatarum expensarum restitutionem teneri. Conclusionē istiusmodi nūcupatim statuit Borgn. Caualcan.*Fiuizan. decis.15. nu. 22. part. 1. Asin.in prax.Florent.32.c.3.nu.6.*

Quæ vero moderatæ existimētur expensæ, quum certa regula dari non possit, Iudicis † religioni relinquitur examinandum. 2 *text. in Nouell. de iudicib. cap. 10. alias. §. oportet.ibi.cum quantitate, quæ visa erit ei recte se habere. & hoc etiam Menoch. (licet aliis fretus iuribus) tradit de arbit.iud. cas.154. nu. 2. cui accedit Tessaur. Pedemont. decis.67.num.6.*

Ero autem hic minime prolixior, siquidem in dicasteriis aliisq; maioribus iudiciis, Ordinationib. vt plurimū taxa expensarū præfinita sit; Casus nonnullos pro instituti ratione proposuimus in sequentibus.

Taxatio autem expensarum legitime tribus iunctim ordine † obseruatis expe- 3 ditur. *Primo*, vt per partē victricem specificatas expensas taxet Iudex, reducendo nimirum ad summam moderatā; *Secundo*, super taxatis expēsis iuret eadem pars

pars victrix: *Tertio*, vt demũ condemnatio sic taxatarum & iuramento verificaturum expensarum condemnatio subsequatur ad *d.* §. *oportet. & auth. post iusiurandum. C. de iud. diserte Borgnin. Caualc. Fintz. decis. 15. nu. 26. vbi multos in hoc citat. Cæsar. Vrsill. in addit. Afflict. decis. 70. n. 4. Asin. accurate firmat Prax. Florent.* §. *32. c. 6. n. 1. & sub nu. 2. vers. verum ad rem nostram. item sub nu. seqq. 3. & 4. Mascard. tract. probat. concl. 717. nu. 4. Mynsi. in* §. *hæc autem omnia. nu. 8. Instit. de pœna temere litigant.*

Declaratur, quod postremo adduxi de trib. requisitis circa taxationem expensarum legitime faciendã obseruandis, vt non requiratur iuramentum partis,
4 quãdo saltem † specificatio contineret ordinatione vel statuto taxatas expensas, quippe quæ iam ex Iudicis præscripto moderatę sunt: quare si qua pars munificentia sua taxam hãc statutariam excesserit, spe recuperandi excessiuum
5 seipsum frustrasse † sentiet. *ad notat. Caualc. d. decis. 15. n. 27. & firmatur concl. præce.*

Declaratur secundo, vt iuramentum super expensis, statuto nõ taxatis, quum
6 modicæ † sunt haud erigatur, *Ioseph. Mascard. tract. probat. conclus. 717. nu. 6.* In Camer. Imp. modicitas non excedit 20. aureos *Mynsi. in* §. *hæc autem omnia. sub num. 8. Inst. de pœn. tem. litig. teste.* Sed eo casu Iudex vel parti, vt sub honoris fideiq; iactura, **bey Ehren vnd Glauben** / moderatam expensarum summam se expendisse, vel adhuc necessario expensurum (de præteritis nondum solutis intellige,
7 non de futuris † *ad tradita Asin. Prax. Flor.* §. *32. c. 11.*) adseueret, iniungat; vel si minimæ sunt & probabiles, ex arbitrio solum æstimet. Et sic (vt sæpius animaduerti) solet obseruari, & quidem bene. Extant etiam huic declarationi consonantes nonnullorum Principum Germaniæ Ordinationes, quas vocant, Processuum. Illustrissimi Princip. Iulianensis Ordinatio Comitatui Rauenspurgẽsi præfinita *tit.* **Von Gerichts Kosten** / vbi expressim, quod iuramentum expensarum per æquipollens, **bey Ehren vnnd Trewen / in eines leiblichen Eydts statt** / præstari valeat, constitutum est.

Si quis autem conaretur ex eodẽ Rauensp. ordinationis titulo & citatis verbis, generalem vniuersalemque expensarum probandarum modum per æquipollẽtia illa verba induci; vereor ne fallat fallaturque, si pensitemus verba *tit.* **Von Eröffnung der Vrtheil.** *ibi.* **bey jrem geschwornen leiblichen Eydt erwehret.** quæ quidem verba ipse de magnis expensis, & superiora de modicis, vt ita contrarietas vitetur, quin potius iuris dispositioni Cameræq; stylo relato adaptetur, intelligerem.

In processu vero executiuo qualiter taxatio expensarum fiat, ex modernis † adduxit Matth. Coler. *tract. process. execut. part. 3. cap. 9. num. 151. & seqq.* 8

Cætera taxationem expensarũ concernentia Bapt. Asin. *Praxi Flor.* §. *32. c. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. & aliquot seqq.* explicat.

ARGVMENTA.

I. Condẽnatione in expẽsis, an ẽt lucrũ artificii cessans veniat.
II. Aduocato victori vtrumne honorariũ pstitæ aduocationis in propria cã, à victo, ad instar expensarum litis, soluẽdum sit.

SVMMARIA.

1 *Expensarum condemnatio includit lucrum, victori ex artificio suo cessatum.*
2 *Siue ob contumaciam, siue ob iniustam litigandi caussam condemnatio in expensis facta esset.*
3 *Contrariũ & quod victoria caussa condemnatione expensarum facta, nõ veniat lucrũ ex artificio cessans autumant alij.*
4 *Aduocato parti victrici non debetur sub condemnatione expensarum honorarium proprij patrocinij.*
5 *Dissentit Valasc.*
6 *Valasco refragatur nominatim Mont.*
7 *Licet Valasci opinio videatur immota.*
8 *Saltem intuitu eius honorarij, quo caruit aduocatus dum clientũ caussas deserere coactus sit, ob propriæ caussæ patrociniũ.*
9 *Quamuis vero Bald. nec in hoc velit admittere omisso in aliis desertis caussis honorario restitutionem.*
10 *Communiter tamen reprobatur.*
11 *Declaratio interim & nu. 12. 13. 18.*

14 *Aduocati apud Lusitanos propriis non patrocinantur caussis.*
15 *Aduocati clientum caussas modestia, neutiquam vero verbis procacib. proponere peragereq. debent:*
16 *Atq. proinde à canina facundia prorsus cohibere:*
17 *Sub existimationis iactura.*
18 *Aduocatus vbi honorarium ratione propria caussæ defensæ sub expensis repetere non potest, repetit tamen pro rata consortis sui collitigatoris.*
19 *Quamuis & hoc dubietatem disputando admittat.*
20 *Procuratori iudiciali, ratione præstitæ procurationis in propria vel communi caussa salarium perinde ac aduocato honorarium sub adiudicatis expensis debetur.*

CONSIDERATIO I.

MVltum fui perplexitate intricatā præsentis considerationis resolutionem, quæ alias apud nonnullos facilimæ expeditionis videbatur, hic in studiosorum bene volentium gratiam reassumere non grauabor.

Statuamus igitur positionem, expēsarum n. condemnationem includere
1 lucrū, quod victor † ex artificio suo, dum ab artificii exercitio impeditus, litem prosequeretur, consequi non potuisset. *ita nominatim post gloss. Bart. Castr. Alexan. But. Specul. & Io. And. stabiliuit Io. Pet. Surd. tract. aliment. tit. 9. q. 30. & conuenit disertissime Dn. Gail. nu. 18. sequitur, aliis additis auctoritatib. Mart. Mont. Regn. Arag. decis. 14. nu. 35. Surd. etiam admisisse visus est Mant. decis. 261. num. 2.*

Ampliatur, vt indifferenter tam eo casu, quando ratione cōtumaciæ in ex-
2 pensis condemnatio facta esset, † quam, quum ob iniustam litigandi caussam expensarū restitutio decreta existeret, lucrum hoc artificii cessans restituēdum sit. expedite eiusmodi ampliationē nuper cōprobauit Mart. Mont. *Regn. Arag. decis. 14. n. 38. & seq. & ante etiam disertissime post alios eandem statuit Bapt. Asin. Prax. Flor. §. 32. c. 3. nu. 13.* Et ideo (inquit) *si artifex diu litigare coactus sit, & ob id suo artificio vacare non potuerit: plane in condemnatione expensarum, victoriæ caussa factarum, talium damnorum ratio habenda erit. vt voluit Specul. &c.* quæ ibidem in comprobationem subdit Asin.

Declaratur hæcce ampliatio, prout paulo inferius. *vers. limitatur iam primo declaratio.* notauimus; hic enim super lucro artificii eadem, quæ in salario aduocati omisso viget ratio. & facit Tessaur. *Pedem. decis. 67. sub nu. 4. vers. in qua re cautus esse debet litigans, seu eius procurator.*

Contrarium ampliationis, & quod lucrum artificii † cessans nō veniat cum 3
expensis litis restituendum, quando victoriæ intuitu, seu, quod idem est, ob iniustam litigandi caussam, condemnatio expensarū facta esset, velle Alex. & nonnullos alios scribit Tessaur. *d. decis. 67. sub nu. 5. vers. contrarium,* (vbi tamen non sit contumacia) videtur. & commeminit etiam dissentiens Mont. *d. loc.*

Declarationē specialem ampliationis inducere adnituntur plurimi in aduocato † victore, vt cui non debeat ad- 4
iudicari honorarium aduocaturæ à se in propria caussa præstitæ. *Dn. Gaill. n. 17. & ex Bart. induxit Tib. Decian. resp. 9. n. 32. volum. & multos, in hoc consentiens, citat Lud. Schrad. de feud. part. 9. sect. 2. n. 36. Mynsi. obs. 2. in princ. cent. 1. cōmune placitum ex Boerio refert Soarez. thes. lit. A. nu. 103. firmat Asin. Prax. Florent. §. 32. c. 2. limit. 19. n. 1.* cū aliis huius fallentiæ assertatoribus plurimis, quos ex industria, ne in recēsendis autorib. curiosior videar, referre supersedeo.

Contrarium huius declarationis expressim † adstruit Aluar. Valasc. *consult.* 5
rer. iud. Regn. Lusit. 25. sub n. 21. ibi. Arbitror verius esse, quod aduocatus victor iure petat salarium aduocationis in lite propria, tāquam expensas litis: cur enim melioris conditionis erit victus in caussa, qua agitabatur cum homine aduocato, tanquam cum aliena persona? & cur aduocatus sui laboris præmium non feret? & erit deterioris conditionis aduocando in caussa propria, quam in aliena, vt frustretur labore suo. item si condemnatio expensarum fit propter cōtumaciam male litigantis. *vt in l. proponendum. §. sin autem alterutro. Cod. de iud.* non debet ei in hac

in hac parte indulgeri, propterea, quod cum aduocato litigauit. Nec obstat textus, qui citatur à Bartolo & aliis *in l. fin. C. de fruct. & lit. expensis.* iuxta secundam lecturam, quia loquitur de expensis litis remissis per priuilegium legis, vel principis; non vero de expensis, quas non fecit victor litigans, eo quod ipse per se laborauit; vt aduocatus in caussa propria, qui fecit id quod alius aduocatus facturus erat, vnde non est eadem ratio remissionis expensarum litis per priuilegium, & non expendendi cum alio aduocato, quia ipse per me laboraui, & litem agitaui, vbi, si non posui expensas, posui tamen laborem & spiritus fatigationem.

At econtra, declarationem relatam
6 aduersus Valascum defensitare † adnisus est Martin. Mont. *Regn. Arag. decis. 14. sub num. 3.* hac vna ratione, quod cum aduocatus munus duntaxat personale absque erogatione sui patrimonii gerat, consentaneum sit, vt patrocinium illud tanquã personale quid in collationem expensarum non veniat. *referens se ad notata Vincent. de Franch. Neapolit. decis. 122. nu. 2. & qui Vincent. de Franch. citat, Francisc. Viu. decis. 40. sub num. 4.*

Cæterum, mei ingenioli imbecillitas quod suadet, non video, quomodo
7 hac † ratione allata, vel argumentis Valasci satisfaciat Monterus, vel aduersantem opinionẽ illam et firmet. Tantum abest, quod Vincent. de Franch. pro Monteri allata opinione faciat, vt eandem potius improbet. In hæc enim scribit Vincent. (*d. decisio. 122. nume. 4.*) verba: *Licet reperiatur in sententia* (de sententia in Regio Consilio prolata agit) *aliquid datum vni ex tutoribus, cui salarium ex principio non erat taxatum, & fuit, ex quo durante tempore tutelæ patrocinatus fuit in caussis pupilli, nec reperiebatur in rationibus suis aliquid expensium in patrocinium aduocatorum, nec in salarium procuratoris.* hactenus Vincent. Quis hic non animaduertit, tutori ratione præstiti personalis muneris (aduocationis nominatim) honorarium à Senatu Regio adiudicatum fuisse, licet ab initio per Iudicem constitutum non esset. Sic etiam Viuius *citata decis. 40. nume. 5.* dictum *sub num. 4.* declarat, diserte statuens adhuc ex iusta caussa, ob præstitum munus personale, salarium, etiam tutori, constitui posse, clareque subdit ita in Regia Audient. Barensi, in variis diuersisque caussis IVDICATVM extitisse, quibus addatur Menoch. *consi. 228. nu. 20. 21. & seqq.*

Non dicam longe aliam diuersamq; esse considerationem tutoris, syndici procuratoris, pro alio seu in fauorem alii, tutelam, defensionem, procurationem suscipientis, quam aduocati partis litigantis, patrocinium contra aduersarium suum in propria caussa sustinentis. Sed de hoc alibi plurib. ne terminos instituti amouisse me incusari iure possim.

Limitatur iam primo declaratio illa met specialis (si retinenda aduersus Valascum esset) qua asseritur, aduocatum propria in caussa præstiti patrocinii salariũ nomine expensarum litis nõ consequi, vt fallat, quando patrocinii huius in propria caussa præstiti insumptus labor impedimento † fuisset, quo mi- 8
nus clientum caussis aduocando præesse potuerit, vnde sibi aduocationis honorarium decedat: hoc quippe casu cõmunibus suffragiis receptum est, cessans eiusmodi aduocationis honorariũ aduocato victori ad instar cæterarũ litium expensarum restituendum, seu exsoluendum esse. *ita post alios Marsil. tract. fideiuss. nume. 313. & ex Abb. Sapia, Ias. Mynsing. & Asin. admittit. Ioan. Petr. Surd. tractat. aliment. tit. 9. quæst. 39. nu. 11.* quorum opinioni & assentitur Dn. Gaill *num. 17. 18. Robert. Lancellot. tract. attent. part. 3. c. 31. nu. 164. & seq.*

Licet vero Bald. *in l. fin. C. de fruct. & lit. expens.* ab his † discessionem faciat, eo- 9
rundem tamen opinionem † esse verio- 10
rem dixit, & bene *Ludolph. Schrad. tract. feud. part. 9. sect. 2. sub num. 36. vers. quamuis in hoc vltimo,* vbi & alios in confirmationem citat.

Declaratur hæcce limitatio ex mente Mart. Mont. Regn. Arag. *decis. 14. n. 50. & seqq.* distinct. † eiusmodi: *Aut expressim* 11

(non enim admittit in hoc clausulas libelli salutares fore suffecturas. *ibi. nume. 53. quicquid* (inquit) *circa expensas velint And. Gaill. obseruat. 151. num. 21. & Mynsin. cent. 2. obseruat. 22. num. 3.* scribentes, eas ex clausulis salutaribus, *peto mihi ius & iustitiam ministrari*, & similibus, satis petitas censeri) protestatus fuit lite pendente aduocatus hic, de cessante ex aduocatione sibi alias à clientibus obuenturo honorario eo, quod propria in caussa patrocinans, ab aliorum patrocinio impediatur: & hoc casu limitationem procedere autumat, dummodo tamen disertis verbis protestatio facta esset; nec enim in hoc clausulas libelli salutares fore suffecturas arbitratur. quicquid (inquit) *num. 52.* circa expensas velint And. Gaill. *obseruat. 151. nu. 21. Mynsing. obseruat. 22. cent. 2.* scribentes expensas ex clausulis salutaribus: *Peto mihi ius & iustitiam ministrari*, & similibus, satis petitas censeri, quamuis hoc vltimum maioris sit dubii, ob effectus ex traditione Pragmaticorũ hisce clausulis circa expensarum comprehensionẽ attributos satis celebres. Sed vtcumque sit, existimarem clausulam illã conclusionis vulgarem Protestor de expensis, damnis & interesse, condemnationi reparandorum honorariorum cessatorum, seu amissorum sufficere. de quo & supra admonui. ex Tessauri traditis.

Subdeclaratur, arbitrante eodẽ Montero, (*sub num. 60.*) vt prædicta non obti-
12 neant in modico † amisso honorario; hoc enim adhuc, licet protestatio intercessisset, nõ restituendum esse duxit. de quo tamen ipse subdubito. Et contrariũ verius censerem: si de permodico cessante honorarii lucro subdeclarationẽ intellexerimus, esset forte tolerabilior.

Aut vero nullam de cessante lucro, seu obuenturi honorarii damno prote-
13 stationem † adhibuit aduocatus, & tunc non esse cessans aduocationis commodum restituendum, quamuis de expensis simpliciter protestatio intercessisset, *sub numero 50.* adseueranter proposuit Monterus.

Quid cuiq; in diiudicanda hac Monteri declaratione collibitũ sit, est quod sincere recipiat.

Limitatio autem, atque adeo declaratio eiusdẽ silet apud Lusitanos, quando Regia ordinatione (*Valasco consult. 25. num. fin. teste*) interdictum † est aduoca- 14
tis propriis in caussis patrocinium sibimet præstare, affectionis nonnunquam immodicæ, à iustitiæ tramite recta deuiantis, siticulosæque conuitiandi aduersario immodestiæ cohibendæ restinguendæq; caussa, optime aduersus modestiæ (vt loquar verbis Impp. *sub l. 1. C. si quis Imper. maledix.*) nescios, pudorisq; ignaros, qui vel muniendarum allegationum copia destituti, vel maledicendi feruore imbuti, ad conuitiandũ procliuiores sunt, sancitum est. Nec enim verbis procacib. religiosorum iudicum aures per aduocatos erunt prægrauandæ, quin potius modestia, legumque telis aduersarii obiectus retundere aduocatum decet. † *l. 6 C. de postulando.* vbi 15
clarissime, & à Pragmaticis nostri seculi grauissimis docetur, Tiberio, nimirum, Deciano in Apolog. aduersus Alciat. *cap. 20.* vbi *num. 6.* in hæc scribit verba: Iacob. Apost. in Epist. sua cap. 1. inquit: *Nolite detrahere alterum fratres mei: qui detrahit fratri, aut, qui iudicat fratrem suum, detrahit legi, & iudicat legem.* Nam, vt inquit Horatius Serm. 1. Satyra 4.

——— absentem qui rodit amicum,
Qui non defendit alio culpante; solutos
Qui captat risus hominum, famamq; dicacis;
Fingere qui non visa potest, commissa tacere
Qui nequit, hic niger est, hunc tu Romane caueto.

Et Tullius in Offic. inquit: *quod detrahere alteri, & hominis incommodo suum commodum augere, magis est contra naturam, quam mors, quam paupertas, quam dolor, quam catera, quæ possunt aut corpori accidere, aut rebus externis: nam sic tollitur conuictus hominum, & humana societas.* Hactenus Decian. Nominatim vero, de aduocatis, vt hi à canina facundia se temperare † debeant, Crauetta etiam respon- 16
det *consil. pro genero 1. alias consil. 1000. nu. 378.* scite *Marquard. Freher. proponit tract. existimat. lib. 3. cap. 13. nume. 3. 4 5.* Vitius item

itèm *Neapolit. decis. 123. n. 13.* graviter juxta ac candide ad terminos illustrat. Quod obseruent studiosi, & maximam inde sibi honoris cōciliaturos esse gratiam certo statuentes; si contra, semper immodestiæ, non dicam quandoque i-
17 gnominiæ † labem existimationisq; iacturam sibipsis contraxisse sentientes. *ad d. l. 6. C. de postuland. Marq. Freb. ubi sup.*

Limitatur secundo declaratio eadē specialis, de nō restituendo cessans honorarii lucrum, vt non procedat, pro rata illa, qua aduocatus litis consors victor extitit. hoc enim casu, quando aduocatus in lite eadem habuisset consortem una victorem, honorarium aduo-
18 cationis salarium pro illa † quota, consortem attingente expensarum restituendarum nomine veniet exsolvendum. *Dn. Gaill. num. 21.*

Contrarium limitationis huius secūdæ aspersis variis brocardicorum colo-
19 ribus & sane pulcris motiuis iuri esse † conuenientius, offuscando limitationis hucusq; (quod meminerim) simpliciter receptam veritatem, docte prodidit Mart. Mont. *Regn. Arag. decis. 14. num. 69. inde multis seqq.* qui & cōtrariis rationibus haud inargute respondit. Tandemq; *n. 81. & seqq.* declarationes non utiq; adspernandas subiunxit, quas studiosus ipse videre poterit.

Quæ hactenus circa aduocatorum
20 honoraria recensuimus, eadem & in † procuratorum salario obtinere, dicendum est, quemadmodum & Mynf. obs. *2. cent. 1.* vtrumq; adæquando confundit. *sicuti & facit Mont. d. decis. 14.* aliiq; *insuper multi.*

ARGVMENTVM.

Expensarū est litis condemnatio ubi in prolatione sententiæ, una facta non esset, an & quādo ex intervallo adhuc iure petatur.

SVMMARIA.

1 *Expensarum iudicialiū condemnatio nisi in probatione facta esset postea ex intervallo regulariter non petitur.*
2 *Maxime ubi expensa modica essent.*
3 *Expensa litis iure actionis vel conditionis debita ex internallo post sentētiam recte petuntur.*
4 *Et petitas Iudex adiudicare debet, alias ipse de suo exponat, licet ipse à parte victa repetere possit.*
5 *Expensa ex statuto debita condictione ex statuto peti possunt.*
6 *Ex interuallo etiam, post prolationem sententiæ.*
7 *Licet victus iustam litigandi habuisset caussam.*
8 *A quo dissentiunt alii rectius sentientes.*
9 *Expensa conuentionales etiam ex interuallo post sententiam iure petuntur.*
10 *Quamuis Iudex victum expresse ab expensis absoluisset:*
11 *Promittensq; priuilegiatus alias ab expensarum refusione esset.*
12 *Imo licet victus iustam habuisset litigandi caussā, adhuc nihilominus ad expensas conuentionales iure actionis tenetur.*
13 *Expensa conuentionales iure actionis adhuc lata sentētia peti ex interuallo possunt, dummodò ultro extra iudicium, non vero in iudicio ex iuris necessitate in casum succumbentiæ promissa essent.*
14 *Imo & extra iudicium in casum succūbentiæ promissa absolutione ab expensis in sententia facta, si in principio litis ob propter viam subterfugientis iudicium rei, promissa essent, peti nō possunt.*
15. *Expensarum conuentionalium nomine non veniunt expensa, ab ipso victore caussata.*

CONSIDERATIO II.

Nisi iuridica pronunciatione in sententia super negotio controuerso diffinitiue lata, Iudex victori expensas litis restitui debere, aut sibi super his querelam seu petitionem competere, significauerit, à victo † non posse exigi 1
easdem, text. est. apertiss. *L. terminato. 7. C. de fruct. & lit. expens.* atq; proinde ab iisdem Iudicem victum absoluisse præsumendū est, *nuncupatim post Lanfr. Ias. Lancell. & alios docuit Menoch. 2. præsumpt. 89. n. un.* & huc spectāt notata Dn. Gaill. *n. 22.* Maxime vero ubi permodicæ † es- 2
sent expensæ. *ad not. Crauetta consi. 567. n. 4. & 5.*

Limitatur hæcce præsumptio, ut fal-
3 lat, quando huiusmodi expensæ litis iure † actionis vel condictionis deberentur. *ex traditis per Iason. in L. properandum. §. sin autem alterutra. C. de iudic. Ioan. Petr. Surd. tract. aliment. tit. 6. quæst. 3. n. 27. idem Surd. cons. consil. 293. n. 26. Asin. in prax. Florent. §. 32. c. 2. limit. 33. (quæ est ult.) n. 2. ubi multos citat. Mynsing. obseru. 48. cent. 4. nuper Ludou. Morot. respons. 55. n. 8.*

Extenditur limitatio, ut & has expẽsas iure actionis, vel condictionis debi-
4 tas Iudex, † qui condemnationem expensarum, cum tamen fieri de iure debuisset, omiserat, & propterea ex suo (*ad l. properandum. C. de iudic.*) reparandarum expensarum necessitate cõstrictus est, repetere à parte victa possit. *Asin. in prax. §. 32. ampliat. 39. num. 11. & iterum cap. 3. limitat. 1. num. 3.*

Declaratur tamen hæcce extensio vt vera sit, dummodo Iudex vere expendisset illasmet expensas, quæ declaratio per se satis plana est.

Infertur iam primo ex limitatione,
5 vt, siquidem expensæ iure statutario † exsoluendæ, peti condictione ex statuto queant. *post. Bart. Alex. & Ias. Ioan. Petr. Surd. tract. aliment. tit. 3. quæst. 6. n. 9. & ex aliis Asin. refert. prax. Flor. §. 32. cap. 3. limit. 2. n. 4.* quando de iure statutario ordinatum est, quod victus victori refundere debeat expensas, peti per se adhuc lata
6 iam sententia † ex interuallo possint, quamuis Iudex condemnationem omisisset. *ex Bart. scribit Surd. tract. aliment. tit. 6. quæst. 3. nu. 25. Sichard. consil. testament. 7. numero 40.*

Extenditur illatio, ut adhuc has expensas ex iure statutario victori debitas,
7 victus restituere debeat, licet iustã † litigandi caussam idemmet victus habuisset. *Coras. induxit sequutus Bart. miscell. li. 6. cap. 13. n. 5. & post Alex. Cremens. & Rolãd. comprobat Ioan. Pet. Surd. tract. aliment. tit. 6. quæst. 3. num. 27.*

Contrarium Farinac. probat. *tract. crim. quæst. 16. n. 73.* ubi PRÆIVDICIA
8 refert. quæ † posterior sententia verior & humanior videtur, & ut magis æquæ magisque communi assentitur *nuncupatim Borgn. Caualc. Finizan. decis. 15. n. 30. ubi* quod Perusiæ iuxta eandem IVDICATVM sit. *ex decis. Perus. 32. part. 1.* refert, videantur & seq. Conclus. vers. *Declaretur secundo victum.*

Infertur secundo ut quum expensæ conuentionales seu per stipulationem promissæ, iure actionis deberi constet, etiam hæc lata sentẽtia ex † interuallo per 9
se peti possint. aliorũ auctoritate admittit Ludolph. Schrad. *tractat. feud. part. 9. sect. 7. c. 52. Hartm. Pist. lib. quæst. iur. 1. q. 11. n. 2. & sub n. 3. Tib. Decian. respons. 12. n. 21. vol. 2. Ioan. Pet. Surd. tract. alim. tit. 1. quæst. 43. n. 28.* Plures etiam auctores in rationibus dubitandi refert, idem Surd. *consil. 142. num. 2.*

Extenditur primo illatio istiusmodi secũda, ut adhuc obtineat, quamuis Iudex victum ab † expensis expressim ab- 10
soluisset. *ex Saliceto & aliis Hartm. Pist. recept. lib. 1. q. 11. n. 4. Asin. Prax. Flor. §. 32. cap. 3. lim. 1. n. 1. 2.* [illegible] *ex Salic. Ias. & Marsil. comprobat Io. Pet. Surd. Mant. decis. 261. n. 8.* Et quod victor, absoluto victore ab expensis possit iure actionis expensas hasce in contractu promissas petere, siquidem Iudex absoluisse duntaxat cẽseatur ab expensis quæ ex ipsius officio debebantur, *nominatim ex Hyppol. Aret. Natt. Riminald. iun. Roland. Papiens. Pract. Rimin. sen. & Angelo de Gambilion. firmauit Borgn. Caualc. Finiz. decis. 15. sub n. 29. vers. imo si à iudice. part. 1.* huius declarationem vide *infra. vers. Limitatur iam illatio.*

Extenditur secundo, vt etiam priuilegiatus circa litis expensas, ut cui indultum esset, quod tertia aut quarta parte minus expensarum litium soluat, expẽsas ex conuentione † promissas integre 11
parti aduersæ restituat. *Io. Pet. Surd. Mantuan. decis. 274. num. 5.*

Extenditur tertio illatio secunda obtinere, quamvis victus iustam † litigan- 12
di habuisset caussam, adhuc enim ad expensarum conuentionalium restitutionẽ tenebitur iure actionis. *Borgn. Caualc. Finiz. decis. 15. num. 29.* ubi multos grauissimæ auctoritatis Doctores citat. *part. 1. & induxit Surd. Mant. decis. 274. num. 6. qui & ipse alios refert.*

Declara-

Declaratur illatio procedere in expẽsis extra Iudicium vltro per stipulationem, Non vero in iudicio ex necessitate
13 † iuris in casum succumbentiæ promissis. *Asin. Prax. Florent. §. 32. c. 3. limit. 1. num. 4.* eiusmodi enim expensæ ex iuris necessitate in Iudicio promissæ debentur, officio Iudicis, quod iam lata super negotio sentẽtia extinctum est. ita vt de eisdem amplius implorari nõ possit.

Limitatur iam illatio secunda, & nominatim etiam prima extensio, vt fallant, quando actor victus extra Iudiciũ in principio litis, iam iam porrecturo libello conuentionali, reo, alias subterfugienti Iudicium, promisisset, se in casum succumbentiæ expensas litis refusurum; hoc enim casu absoluto actore ab expensis, restitutio expensarum, quãuis extra Iudiciũm earũdem † stipulatio
14 facta esset, nõ erit facienda, nec ex pacto petenti victori deferendum. *ita Hartm. Pist. q. iur. 11. n. 6.* vbi subdit sic DECISIVE responsum per Scabinatum Lips. fuisse.

Declaratur iam illatio non obtinere in expensis culpa vel contumacia victoris factis; hæ enim, quamuis per stipula-
15 tionem † promissæ essent à victo nõ debentur, nec restituũtur. *ex Bart. in terminis facti respondit, rationibus insuper firmando, Ioan. Pet. Surd. consil. 142. nu. 10. & seqq.*

Cætera de expensis ex statuto, vel etiam pacto, nõ obstante quod victus iustã habuisset litigandi caussam, reparandis, quæ & huic cõsiderationi finitima sunt, in seq. conclusionem coniicienda erant.

ARGVMENTVM.

Retardati processus expensæ ante omnia, vti contumaciales restitui debent.

SVMMARIA.

1 *Retardati processus expensas liti moram faciens refundit.*
2 *Vt quæ ante sententiam statim atq; mora cõmissa & antequam ad vlteriora progressum est, adiudicari debeant.*
3 *Siue in prima, siue secunda instantia mora obtigerit.*
4 *Duntaxat tamen has refundit, quæ circa articulum retardatum caussata essent.*

CONSIDERATIO III.

Liti peragendæ qui moram facit, in expensis retardati † processus con- 1
demnari, *text. est notissimus l. non ignoret. 4. C. de fruct. & lit. expens. C. finem litib. 5. ext. de dolo & contumac. & sunt notata Crauet. con. pro genero. 1. n. 380.* quo loci Cyn. Bald. Iasonem & alios citat.

Ampliatur primo vt eiusmodi expensarum restituendarum condemnatio nõ debeat ad finẽ vsq; litis reseruari, quin potius quolibet † in articulo, processũ 2
retardante, reparandi necessitate pars differens deuinctus sit. *Dn. Gaill. nu. 15. Mynsing. obseruat. 23. & obseru. 45 cent. 1.*

Extẽditur ampliatio, vt etiã in caussa † appellationis obtineat *ex Bal. Asin. tra-* 3
didit Prax. Florent. §. 32. c. 2. ampl. 22. sub n. 1.

Declarantur prædicta, vt de restituẽdis saltem his expẽsis intelligantur, quæ ob negotium seu articulum † protractũ 4
seu retardatum caussatæ essent, non vero de aliis, *ad notata Mynsing. obs. 45. sub finem cent. 1.* delarationi huic incumbit etiam Dn. Gaill. *sub num. 15.*

ARGVMENTVM.

Victum victori in expensis condemnari.

SVMMARIA.

1 *Victus victori in expensis condemnatur:*
2 *Licet victus approbatæ existat vitæ.*
Etiam in Iudicio l. diffamari.
4 *Licet in hoc vltimo dissideant alij.*
5 *Victus victori in expensis condemnãdus, siue interlocutorie, siue diffinitiue vicisset.*
6 *In caussa vel principali, vel appellationis:*
7 *Etiam attentatorum.*
8 *Ciuili item & criminali.*
9 *Modo victus pœnã corporis afflictiuã nõ sensuisset, vel ex sentẽtia sensurus esset:*
10 *Hoc enim casu nec eius heredes se defuncto ad litis expensas tenentur.*
11 *Victus in criminalib. excusatur ab expẽsis iustam si habuerit litigandi caussam.*
12 *Contrarium licet autument nonnulli.*
13 *Prior tamẽ opin. à Farinacio defensitatur.*
14 *Expensæ litis adiudicatæ an etiam in minutula pecuniola inuito victori solui possint.*

CONCLVSIO CLII.

1 VICTVM victori in expensis condemnari nemo est, qui nesciat dilucidissimam iuris esse † conclusionem. *ad text. l. properandum. 11. §. sin autem alterutra. vbi glossographus in princ. concordantes refert. C. de iudic. grauiter Asin. comprobat Prax. Florent. §. 32. cap. 2. nu. 1.*
2 etiam virum † magnæ approbatæq; vitæ existentem. *Marquard. Freher. cum Floriano, Socino & Tiraquello autumat, tract. existimat. lib. 2. cap. 6. sub num. 30.* maxime
3 diffamantem † in materia *l. diffamari. nuncupatim Barth. Blarer. cap. 5. sub num. 41. C. de ingenuis & manumis.* (quamuis
4 à Floriano suisque assentatoribus † plurimi dissentire videantur relati *per Vin. Carot. tract. lit. decis. quæst. 1. num. 10. quæst. 13. principalis.)* siue interlocutorie, siue
5 diffinitiue † vicerit. *post Silicet. Ias. Specul. & Surdum, Viuius prodidit. Neapolit. decis. 47. num. 2.* in caussa vtique non modo
6 principali, verũ etiam † appellationis. *Viu. d. decis. 47. num.* (declarationes huius *infra Considerat. 1.* proposuimus) imo
7 & † attentatorum. *Robert. Lancellot. tract. attent. part. 3. cap. 31. num. 114. vbi seqq. n.*
8 *ampliat & declarat.* & quidem tam † criminali, quam ciuili. *vltra dominum Gaill. num. 1. multos adstipulantes communemq; dicentes refert Clar. §. fin. quæst. 62. num. 2. in princ. & non minores Asin. §. 32. cap. 2. ampliat. 1.* Communibus item suffragiis receptum statuit Francisc. Viu. *Neapolit. decis. 479. num. 7. infinitos nuper congessit, post hæc scripta visus Prosp. Farin. de accusat. quæst. 16. num. 8.* & leges id constituentes recensuit *Fachin. controuers. iur. lib. 1. cap. 42. à principio.*

Declatur primo hoc vltimum, quod victus in criminalibus victori in expen-
9 sis condemnari debeat, vt non † intelligatur de reo vel torto, vel aliter pœna corporis afflictiua punito. crudelitati enim proximum existimatur, reũ & pœnam, & simul expensarum refusionem sustinere, *ita Modest. Pist. quæst. 11.* quæ quidem quæst. relata etiam est, sub resolutionibus Lipsens. *quæst. 10.* Declarationi huic etiam Mynsing. accedit *consil. 59. num. 55. 56. cent. 1.* dum distinguit, quod, aut pœna corporis afflictiua coercetur victus, aut non. priori casu ad restitutionem expensarum haud teneri, posteriore contra. *& Francisc. Marc. eandem recipit Delphin. decis. 191. part. 2.*

Extenditur hæcce declaratio, vt nec heredes † condemnati litis expensas re- 10
stituere teneantur. in terminis facti Senatus Delphinalis IVDICAVIT, adseuerante Francisco Marco *decis. 191. part. 2.* vbi in hæc verba: *Quando reus patitur pœnam sanguinis seu capitis, quia non tenentur heredes ad expensas litis, qui videntur satis puniti. facit l. Diuus. ff. de offic. præsid. Et ita fuit obseruatum in dicto processu Curiæ Montilia de marij Claudij Richardi delati, vbi fuit condemnatus capitaliter cum expensis, quia Curia in hac parte reformauit dictam sẽtentiam, & declarauit non esse locum condẽnationi expensarum. vsque Marc.*

Declaratur secundo, victum in criminalibus ad expẽsas victori teneri, vt fallat in recto accusatore iustam litigandi
† caussam habente, expressim super fa- 11
cti contingentia consultus respondit Crauet. *consil. 178. sub num. 10. & 11.* plures alios in huius opinionis comprobationem congessit Prosp. Farinac. *tract. crim. seu tit. de accusat. quæst. 16. num. 34. dixi item præced. conclus. 151. consid. 2. vers. Extenditur illatio, vt adhuc.*

Contrarium declarationis licet sint
qui † velint (*apud Gabriel. lib. sent. 2. tit.* 12
de expens. Conclus. 1. num. 1. Farinac. d. loco.) quibus sese aggregauit nuper Fachinæus *lib. controuers. 1. cap. 42. vers. altera est sententia.* aduersus hos tamen nuncu-
patim insurrexit † Farinac. *dict. quæst. 16.* 13
num. 71.

Cõclusionis plures vel ampliationes vel Restrictiones non refero, siquidem de iisdem congerendis industrie laborarit Asin. *in Prax. Florent. §. 32. cap. 2. & 3. per tot. vbi distinctim.*

Vnum saltem & forte apud multos nouum in præsentiarum pro coronide subiungere liceat. Sæpiuscule occurrit, quod in expensis litis condemnatus, taxatas expensas in parua minutissimaque pecu-

pecuniola, denariis, obulis, goslariensibus, in iudicio deponat, victori exhibēdas; at, victore recusante eiusmodi minutissimā pecuniolam nomine litis expensarum accipere, Iudex quid statuendum sit, subdubitat. *Molinaeus tract. usurar. q. 99. n. 748.* Huius quaestionis meminit, scribens Magistratum aliquem IV-
14 DICASSE, quod victor † minutulā istiusmodi pecuniam, magna etiā vbi expensarum taxaturum esset summa, recipere teneretur, à qua pronūcia quum appellasset Senatum Reg. Parisiensem victor, tandem per eundem Senat. CONFIRMATAM fuisse primam sentētiam.

Sed quo pacto hac indifferēter admissa sententia, restitutio expēsarum Iudici, notario, aduocatis, &c. in grossa moneta solutarum, recte fiat, me sane latet & occurrēti casu mica aliqua (ceu aiunt) salis lenienda esset.

ARGVMENTVM.

Appellatus in caussa appellationis succumbens in expensis vtrumne condemnetur.

SVMMARIA.

1 *In expensis an appellatus, in secunda instantia victus condemnetur, cōtrouertunt Dd.*
2 *Conciliatur secundum communiter Dd. pro affirmatiua in succumbente ex iisdē actis: pro negatiua ex noue deductis.*
3 *Licet super hacmet conciliatione dissidere videbantur inter se Gall. & Mynsing.*
4 *Reductis tamen ad cōcordiam iisdem per Bend. Adhuc conciliationi obluctatur Viuius, nu. 6.*
5 *Appellatus in prima instantia per calumniam versatus etiamsi ex antiquis actis sit victus, adhuc in expensis condemnatur.*
6 *Appellatus in secunda instantia ex iisdem etiam actis victus, vbi prima sententia iniqua & nulla fuisset, in expensis condemnatur.*
7 *Appellatum in secunda instantia ex iisdem actis victum in expensis non venire condemnandum appellanti contendit Viuius.*
8 *Declaratur Viuij opinio.*
9 *Reuisionis in iudicio succumbēs ab expensis super reuisione factis excusatur, in Camerali iudicio, vbi extitisset victor.*
10 *Litigandi iustam caussam non praesumitur victus habuisse.*
11 *Quamuis hac praesumptio contrariis cōiecturis euanescat.*
12 *Arbitrio Iudicis pensitandis.*
13 *Temeritas litigantium quibus feriatur poenis, remissiue.*

CONSIDERATIO I.

INter Pragmaticos nō satis conuenit, an appellatus in secunda instātia succūbens ad expensas litis appellāti † con- 1 demnandus sit, hinc inde stantibus opinionibus, quas cum assentatoribus refert Francisc. Viu. *Neapol. decis. 47. nu. 4. 5.* & commeminit ex professo Fachin. *lib. controuers. 1. c. 41. vers. altera est sententia sic distinguens, & alij complurimi.*

Conciliationem cōmuniter Dd. eam afferunt, vt affirmatiuam, quando † ap- 2 pellatus ex iisdem primae instātiae actis, negatiuam vero, quando ex nouis actis succumberet, procedere existimēt. Nominatim inter moderniores eiusmodi cōciliationem, post multos à se in comprobationem congestos, adstruxit Bapt. Asin *Prax. Florent. § 32. c. 2. amplia. 6. Mynsobs. 89. cent. 2. idem resp. 3. n. 22. 23. Pet. Greg. Tolos. tract. appellat. li. 8. c. 5. sub n. 8. vers. verum hoc intelligi par est. alios refert & sequitur Borgn. Caualc. Fiuiz. decis. 15. nu. 5. part. 1. & stabiliuit eandē AEmil. Verall. Rot. Rom. decis. 142. alias verb. sententia, 29.* subdens ita in Rota DECISVM extitisse.

Eiusmodi etiam conciliationē in Camera Imp. OBSERVARI Myns. testatur *d. obs. 89.* licet Gaill. *sub n. 5.* videatur † cō- 3 trarium asserere, quam contrarietatem vt dissolueret Dn. Bend. *tract. Reuis. concl. 9. nu. 13.* dixit † intelligundum vtriusq; as- 4 sertionem esse in casu, quando praeter ipsam nudā ex sententia resultantē praesumptionem, alia iusta & probabilis pro appellato subfuisset caussa. & Gaill. ita nominatim esse intellexit Fachin. *lib. cōtrou. 1. c. 41. ad finem.*

Praesupposita hac conciliatione, qua asseritur appellatum in secunda instantia ex noue deductis & probatis victum, appellanti non esse in expensis conde-

mnandum. assertionem hãc præter relatos firmat etiam respõdendo Robert. Marant. *consil. 134. num. 6.*

Declaratur hoc, vt fallat primum, quãdo appellatus in primo iudicio per
5 † calumniam falsa intendisset, vel vera subticuisset, quo sic sententiam sui in fauorem reportasset, atque ita tolerabilem à se in priore iudicio productorum, vel negatorum non habuisset ignorantiam, *ex Saliceto nuncupatim declarationem hanc statuit Lanfr. Bald. decis. 8. vers. nisi secundum. pluribus vero eandem firmat auctoritatibus Borgnin. Caualcan. Fuiz. decis. 15. num. 6. part. 1.* atque iuxta eandem IVDICAVIT Rot. Roman. *vt est in nouiss. diuersorum. decis. 730. incip. quamuis Rota stylus sit. part. 1.* vbi appellatus in priori iudicio contenta positionis negauerat, & postea in sequenti Instantia mendacii conuictus extiterat, eo quod propria scriptura ante cõtenta positionis confessus fuerat.

Declaratur secundo, sententia prio-
6 ris instantiæ, vbi † fuisset iniqua & nulla appellatum in secunda instãtia victum ex iisdem etiam actis, in expensis condemnandum esse, respondit nominatim Francisc. Monald. *consi. 132. nu. 14.* testaturq; *seq. nu.* ita IVDICATVM fuisse.

Contrariũ conciliationis in eo, quod appellatus in secunda instantia ex prio-
7 ribus actis † victus appellanti in expensis sit condemnandus, acri studio asserere nisus est Francisc. Viu. *Neapol. decis. 47. nu. 6. inde multis seqq.* vbi etiam contrariis argumentis respondit, & tandem sub finem decis. testatum fecit, pro contraria opinione, atque ita, quod ne quidem appellatus ex iisdem priorib. actis in appellationis instantia succumbens, appellanti in expensis cõdemnari debeat, in Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ, Comitatusq; Molisii IVDICATVM extitisse.

Et sane posterior hæcce sententia Viuii, casu, quo appellato nihil fraudis in anteriore instantia commissæ imputari posset, tutior etiam videtur. Non enim necessaria datur istiusmodi consequentia, appellans victor extitit; Ergo appellatus in priore instantia malam caussam fouit: quippe quum nonnunquam bene latas sententias Iudex appellationis in peius reformet; neq; .n. vtiq; meli' pronũciat, qui nouissimus sententiam laturus est, inquit Vlp. *in l. 1. ff. de appel. & relat.*

Declaratur contraria hæc seu Viuii relata opinio, vt nõ obtineat in mendace† temerarioq; appellato secundũ ea, 8
quæ sup. *vers. declaratur hoc vt fallat*, notauimus eadem hic vigente declarationis ratione.

In maioribus quidem Iudiciis, Consistoriis, Tribunalibusq;, in quibus ICti iudicandi prouinciam sustinent, quãdo sententia à minoribus Iudicibus lata reformaretur, minus esset dubii, quin cõtraria Viuii opinio vires exerat, atque proinde in iismet declaratus victor, in iudicio Reuisionis† succumbens, ab ex- 9
pensis super puncto reuisorio factis absoluendus sit. *adnotat. Io. Lud. Bend. tract. Reuis. conclus. 9. nu. 16. & seqq.*

CORONIS REMISS.

Iustam litigandi caussam, quamuis victus non † præsumatur habuisse, *Menoch.* 10
2. præsumpt. 87. n. 1. ab hac tamen præsumptione contrariis † coniecturis recedi, 11
idemmet Menoch. *eod. loc. num. 2.* scribit. quæ vero sint eiusmodi arbitrabitur Iudex † secundum casus varios, quos ple- 12
rosq; Asin. *in Prax. Florent. §. 32. c. 2. limitationis princ. prima sublimitat. 5. & limitat. principali. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. Menoch. de arbit. iud. cas. 177. referunt.*

Temeritas (quo de Dn. Gaill. *ante nu. 7.*) litigantium, quibus coerceatur † pœ- 13
nis, Dd. *in tit. Inst. de pœn. temere litig.* prosequuntur, *vbi Mynsi. §. fin. nu. vlt.* scribit, non semel in Camera Imperiali obseruatum fuisse, vt temerarius litigator castigatus sit. *Menoch. item de arbit. iud. cas. 445. de eodem per tot. tractat.*

DE SYNDICATV ET REVISIONE.

ARGVMENTVM.

In Syndicatu vt iudices cõueniri queãt, qd cõsiderandũ sit.

SVMMARIA.

1 *Syndicari ex caussa Iudex potest.*

2 Non

2 *Non tamen nisi ob dolũ, vel barratariam.*
3 *Ex consuetudine tamen duntaxat, secundum nonnullos.*
4 *Licet de iure, iuxta alios, etiã propter alias caussas, negligentiã in administrãdo iustitiam &c. Syndicatura obtineat.*
5 *Conciliatio tentatur.*
9 *Barrataria quibus probetur: Quibus itẽ coerceatur pœnis, remissiue.*
7 *In Syndicatu procedendi modus in S. Imp. Roman. Cam. qui obseruãdus veniat, remissiue.*

CONCLVSIO CLIII.

AMPLISSIMVS nobis sese offerret de Syndicatu disserendi campus, nisi id laboris eximii iam pridẽ suscepissent accurato prosequentes studio grauissimi Icti Angel. Cataldinus, Amodeus Iustinus, Paris de Put. aliique, quorum ea de re extant tractatus. Ne igitur actum egisse, aliorumque industriã nobis vendicasse videremur, eo remittendum erat.

Iudicem ex caussa syndicari, vel in
1 syndicatu conueniri † posse, notissimi iuris constat esse conclusionem. *ad tit. C. vt omnes iud. tam Ciuil. quam milit. & ex relatorum Doct. luculenter traditis.*

Declaratur conclusio, vt Iudex non
2 nisi † ob dolũ vel barratariam, in syndicatu conueniri possit. *Alex. Raud. resp. 49. n. 94. resp. 50. n. 711. vol. 1.* de iure Camerali declaratio hæcce est expedita. *Ordi. Cam. part. 3. c. 53.* §. **Wo aber einige Parthey.**

Quamuis alii declarationem de con-
3 suetudine † quidem obseruari approbent. *Ioseph. Ludou. Conclus. 38. num. 119. vbi Socin. sen. Grammat. & alios in hoc citat.* de iure vero communi procedere
4 † improbent. *Ludolph. Schrad. tract. feud. part. 10. sect. 4. sub num. 174. vers. attamen Doctores.* vbi defensitare adnititur communeq; Doctorum placitũ dicit, etiam Iudicem propter negligentiam in administrando iustitiam in Syndicatu conueniri posse. Idem admittere videtur Frãcisc. Viu. *Neap. decis. 365. n. 3.* vbi, quod omittendo etiam Iudex adeo delinquere possit, vt Syndicari valeat, docet, subditque in Regia Audientia Apuliæ ita IVDICATVM extitisse.

Conciliatio tentari posset ex dictis Borgn. Caualcani in Repert. Verb. *Instantia perempta. Fiuiz. decis. part. 1. Quod Iudex † teneatur in Syndicatu, aduerte* (in- 5
quit) *quod hoc procedit de iure communi, secus de consuetudine per totam Italiam, quãdo remedium est reparabile per aliam sententiã, quia tunc Iudex non syndicatur, nisi de dolo & barrataria. Et ita obseruatur in Etruria, & in Statu Mediolani. licet multi magni cogantur molestare officiales in Syndicatu, maxime in Statu Mediolani: quamuis nullus condemnatur, vt audiui & vidi, & bene: quia si Iudices tenerentur in Syndicatu vltra dolum & barratariam, omnes quantumcunq; boni, docti & timorati Dei possent molestari. Nam impossibile est omnia perscrutari, & perfecte agere, cum in hoc mundo nulla detur perfectio: & ideo bene dicunt Doctores, quod hodie de consuetudine non syndicantur Iudices, nisi de dolo & barrataria.* Totidem verbis Caualcanus. Quando igitur in alio Iudicio reparari possint omissa per Iudicem, videtur Syndicatui non debere dari locum, secus vbi contra. cui tamen conciliationi ipse absolute consensum præbere non possum.

Ampliationes & restrictiones aliæ, quum sint variæ & prolixæ, ex relatis Doctoribus petendæ sunt.

Barrataria quibus probetur † Mascar- 6
dus prodidit *tract. probat. conclus. 164. 165. 166.* Quibus coerceatur pœnis pulcre Marq. Freher. *tract. existimat. lib. 3. c. 14.*

In S. Camera Imp. quæ sint formalia, quique seruetur in Syndicatu procedendi † modus, iam pridem ordina- 7
tim recensuit Oldendorp. *in Quotidianis. cap. incip. Grauatus iniqua aut ipso iure inualida Imperialis Iudicij sententia.* Et quid hodierno iure Nouella Lege circa petendi indicendiq; Syndicatum formam (quæ eadem in Reuisione obseruatur) additũ sit, ex modernissimis cõmemorat Rutg. Ruland. *de commiss. part. 1. lib. 2. c. 21. Pet. Denays. in Synops. iur. Cam. lit. R. §. Reuisio actorum. iuncto Lit. S. §. Syndicatus.* quo se conferre studiosus posset. non enim nostro conuenit instituto processus Ordinem transscribere.

ARGVMENTVM.

Iudicem in Syndicatu victũ, parti læſæ ad litis ęſtimationẽ teneri.

SVMMARIA.

1 *Iudex dolo vel prece à recto ductus, ſi iniuſtam proferret ſententiam, in æſtimationem litis parti tenetur.*
2 *Iudex per imperitiam male iudicans litem ſuam facit:*
3 *Modo non ſit villanus Iudex inuitus ad id officij munus adoptatus.*
4 *Et hæc quidem in rebus minus, non vtiq; grauioribus, minime vero grauiſſimis.*
5 *Opinio Doctorum verior à maiori parte Doctorum recepta.*
6 *Et quatenus hoc procedat, remiſſiue.*
7 *Gloſſemata quanta ſint auctoritatis remiſſ.*
8 *Opinionum in arduo conflictu, quid liceat Iudicij, remiſſiue.*

CONSIDERATIO I.

IVdicem, dolo vel precibus ductum à recto iuſtitiæ deuiantẽ tramite, atq; ita iniuſtam proferentem ſententiam,
1 parti in litis † æſtimationem condemnandum eſſe, elegans text. eſt *l. filiusfamilias. 15. ibi. Iudex tunc litem ſuam facere intelligitur, cum dolo malo in fraudem legis ſententiam dixerit. Dolo malo autem videtur hoc facere, ſi euidens arguatur eius vel gratia, vel inimicitia, vel etiam ſordes: vt veram æſtimationẽ litis præſtare cogatur. ff. de Iudic.* & extat. conſtitutio Imp. Conſtantini. *ſub l. fin. ibi. de eo, qui precio deprauatus aut gratia, perperam iudicauerit ei, vindictam quem heſerit, non ſolũ æſtimationis diſpendii, ſed etiam litis diſcriminis præbeatur. C. de pœna Iudicis, qui male Iudic. cum cordant. de quibus ibidem in gloſ.* Auctorum accerſere cateruã forte oſtentationis tædioſæ eſſet ſymbolum. Et tantum in præſentiarum de Syndicatu.

CORONIS.

Ad notata Dn. Gaillii *ſub num. 4.5. & ſeqq.* collibuit nõnullas neceſſarias ſubiicere remiſſiones, & quidẽ practicabiles.

Iudex per imperitiam male Iudicans, licet cæteris paribus excuſationem non mereatur, quin potius litẽ ſuam † faciat. 2
(*ad notata Franciſc. Viu. Neapolit. deciſ. 34. nu. 28.* vbi, quod, ſi contra communem Doctorum Iudex iudicans in dolo verſatus ſit, teneatur ad litis æſtimationem, & ad reſarciendum parti læſæ damnum: Si vero ignorantia ductus contra communẽ iudicaſſet, de culpa lata arbitrio Iudicis veniat puniendus, citatis à ſe iuribus. ſubiũxit ita IVDICATVM extitiſſe *in Reg. Audient. Barenſ. in cauſſa Syndicatus.* addo videndum eundem Viu. *deciſ. 365. nu. 2.3.4.*) illud tamen in magiſtratibus municipalibus, electis, qui etiam inuiti & recuſantes id officii munus obire tenebantur, exiſtimatur fallere. *ita nuncupatim ex Alex. in l. fin. de variis & ext. cognit. adduxit ſtatuitq; Wurmſ. in obſ. pract. tit. de iudicibus. obſ. 2. Tamen vnũ (inquit) dicendum eſt, quod iſti Iudices, qui ſe non ingerunt, ſeu ex ſtipendio Iudices non ſunt, ſed*
coguntur † inuiti eſſe Iudices (vt fit hodie in 3
ciuitatib. & villis, vbi ciues & ruſtici cogũtur eſſe Iudices, ſi per imperitiam & nõ dolo, male iudicant, non dicuntur facere litem ſuam, nec parti tenentur ad intereſſe. hucuſq; Wurmſerius. quæ quidẽ doctrina in paruis pecuniariis cauſſis groſſos illos rudeſq; in
oppidulis electos † magiſtratus quodã- 4
modo excuſatos haberet; in magnis vero, ne excuſet vereor, in criminalib. autẽ nullã præbere vel ſaltem modicam excuſationem ex Ord. Crim. Imperii, in qua ſedulo de quærendo Ictorum conſilio, quid facto opus ſit, vel centies admonentur Iudices, dixerim. Cęterum de hoc alibi expeditius differẽdi erit locus.

Grauiter monemur (*quo de Dn. Gaill. ſub nu. 5.*) à communi Doctorum opinione ne Iudicando recedamus, alias litis damnum æſtimationemq; nobiſmet ipſis illaturos.

Opinio quippe illa præſumitur verior, adeoq; in Iudicando ſequẽda erit,
quæ à maiori parte † Doctorũ crebrius 5
recepta exiſtit. pulcherrimi in id textus ſunt *in l. athletas. 4. in princip. ibi. & generaliter ita omnes opinantur. ff. de his qui not. in fam. l. ita Vulneratus. 51. in princ. ibi. dicitur vulgo. ff. ad leg. Aquil. l. vn. ibi. ſane crebrior apud veteres opinio eſt. ff. de offic. quæſto-*

quæstoris. l. quæsitum. 12. §. sed si functus. ibi. quam sententiam cottidie increscere & inualescere videmus. ff. de instructo, vel instrumento legato. l. pro herede. 20. §. Papinianus scribit. ibi. vulgo putare quosdam. ff. de acquir. vel amittend. heredit. Instit. de heredib. instituendis. in princ. ibi. secundum plurium sententias. l. diui fratres. 17. ibi. plurium etiam iuris auctorum. ff. de iure patronatus. cum aliis concordant. text.

Limitationes huius, quando n. opi-
6 nio communis recipienda † nec ne sit, ex professo iusto ordine prosequuti sūt Menoch. *2: præsumpt. 71. Mascard. tract. probat. conclus. 1138.* vterque per tot. quo ineuitabilis est faciendus gradus.

Glossemata, quam in iudicando vim
7 † auctoritatemque exerant, dilucide itē ex professo reassumpsit propalare Mascard. *tract. probat. conclus. 842. per tot.*

Arduo in opinionum conflictu (de quo verba fecit Dn. Gaillius *num. 9.*)
8 dubiæque decisionis † casu, qui Iudicis in diiudicando decidendoque sint partes, monui S. *in Proœmio, num. 51. 52. 53. 54.* quo loci auctores, ex professo de hoc sigillatim tractantes, retuli.

ARGVMENTVM.

Dominorum Reuisorū Imp. ordinariane sit iurisdictio.

SVMMARIA.

1 *Reuisorum Imperialium iurisdictionem esse ordinariam, nihil (iuxta Gaillium) dubij habet.*

2 *Imo probabile dubium admittit, secundum Bend.*

3 *Dubietas tamē ipsa conciliatione eximatur, Benderus studuit.*

4 *Licet conciliationi huicmet contradicat Vulteius aliam conciliationem declaratiuam inducens.*

CONCLVSIO CLIV.

1 Dominorvm Reuisorum Imp. Cam. iurisdictionem esse † ordinariam, nullam habere dubitationē, Dn. Gaill. *num. 1.* testatum reliquit.

At contra, probabilem admittere dubitationem, vt quod illorum iurisdictio † delegata cēseatur, *Dn. Bend. tract. reuis. conclus. 4. num. 16. inde ad nume. 31. prodidit.* 2

Conciliationem disceptationis admouere nititur Dn. Bender. *ead. conclus. num. 31. & num. 63.* vt † Gaillii dictum intelligi conueniat de ipsis Imperii Statibus, quos reuidēdi ex Ordinationis præscripto obuenit munus; posterior contraria vero sententia de Consiliariis ab iisdem missis. 3

Aduersus eiusmodi conciliationem † instat Dn. Vulteius *in l. 1. num. 96. C. de iurisd. omn. iud.* recipiens quidem ipsis Imperii Statibus Reuisorū munus obeuntibus esse iurisdictionem ordinariā, non vero Consiliarios ab his missos delegata fungi iurisdictione, quin potius ordinariæ iurisdictionis exercitionē habere. subditque se resoluendo, Reuisorum iurisdictionem siue veniāt ipsi, siue Consiliarios suos mittant, semper esse ordinariam, exercitionem autem eius, non eodem semper modo expediri, ex quo tamen iurisdictionis qualitas haud immutetur, eorum qui mittuntur iurisdictionem nullam esse. 4

Inuestigationis huiusce resolutionem vt sciamus, quid expediat, & *Do. Vult. num. 97.* in puncto prorogandæ iurisdictionis, & Dn. Bend. *num. 64. & seqq.* in articulo faciendæ reuisionis, Syndicatus &c. monent, illo studiosus conferre se poterit.

ARGVMENTVM.

Reuisione pendente an suspendatur executio.

SVMMARIA.

1 *Reuisionis articulo pendēte vtrumne executio suspendatur, disceptant Doct.*

2 *Affirmantibus nonnullis, & quidē suffragantiū numerositate propendentibus.*

3 *Negantibus aliis.*

4 *Quorum opinio hodie potior, in id Imperii noua lege lata.*

5 *Reuisione super caussa feudali pendente an coram paribus adhuc domino integrum sit procedere. casus refertur.*

6 *Reuisio ex iam actis & deductis, non vero nouis iustificanda venit.*

7 *Licet Benintend. dissentiat.*

CONSIDERATIO I.

ANceps hucusque cura grauissimorum ICtorum exercuit ingenia de-
1 cidendi quæstionem † nostro argumento perscriptam. Affirmantibus aliis; aliis Negantibus.

Negantium executionem reuisionis
2 iudicio impediri, partes sustinuisse † visi sunt ex recentioribus Menoch. *cons. 992. nu. fin.* vbi alios in hanc sententiam adduxit. *idem Menoch. de arbit. iud. quæst. 70. num. 3. Sola in Constit. antiq. Sabaud. Decret. vt nihil. glossa 1. tertia part. nume. 5. & seqq. Borgnin. Caualc. Fiuiz. decis. 14. nu. 42. part. 1. Robert. Lancell. tract. attent. part. 2. cap. 19. nu. 16. 17.* vbi scribit, quod omnes (quorum magnam ibidē contulit cateruam) videantur in hoc conuenire, quibus accedit etiam Magon. *Florent. decis. 20. num. 15.* quo & spectat Alex. Raud. *responsum 24. vol. 1. Aluar. Valasc. Reg. Lusit. consult. 51. nume. 28.* & in hanc negatiuam sententiam extant quinque illa in caussa Illustriss. Marchionis Brandeburgensis, cōtra inclytam vrbem Norinberg. cōscripta consilia, Francofurti Anno 1589. excussa. Et tandē, vt vno omnes fere complectar, Dn. Bend. *tract. Reuision. conclus. 20. num. 58. & seqq.* accurato intensoque studio eandem hanc negatiuam opinionem defendendam reassumpsit.

3 Affirmantium à partibus † stat Dn. Gaill. *nume. 3. & tract. Arrest. Imp. cap. 12. num. 4. 5.* Vtcunque autem Dn. Gaillii affirmatiua opinio relatorum Doctorum auctoritatibus numero impar, & etiam nonnullis argumentorum pondere leuior videbatur; in Imperio tamen Romano eadē Gaillii assertio no-
4 uella † Lege lata *Anno 1600. Deput. Recess. firmamentum ineuitabile recepit.* §. **Als auch Streit fürgefallen /** *ibi.* **So ordnen vnd wöllen wir doch / daß** *pendente Reuisione* **mit der Execution nicht zu verfahren / sondern damit eyngehalten werden soll. Es sol aber** *in puncto liquidationis,* **wann** *in caussa petitionis hereditatis, restitutionis in integrum,* **vnd dergleichen** *Reuisio* **gesucht worden /** *parti victrici* **freystehen / vngehindert der angekündten Revision / an vnserm Cammergericht darein der Gebür zu verfahren.** *& iterum paulo post.* **Belangendt aber** *caussas Mandatorum de relaxando captiuo & decretorum alimentorum,* **soll die Revision keinem verweigert seyn: Aber gleichwol** *pendente Reuisione* **die aufferlegte Parition** *de relaxando captiuo* **auff Anerbietung vnd Leistung gebührlicher gnugsamer Caution erfolgen / vnd der Gefangen erledigt / Wie auch in Sachen** *decretorum alimentorum effectus sententiæ* **nit suspendiert / sondern mit der Execution vnverhindert verfahren werden.**

Quæ constitutionis verba, quum etiam simul suspendēdæ executionis fallentias in Imperio obseruandas, & quidem Christianarum cōmiserationum plenissimas atque refertissimas statuāt, referenda duxi. Loco etiam illarum fallentiarum, quas ad affirmatiuam opinionem dedit Lancellot. & selegit Dn. Benderus, *dictis locis.*

COROLLARIVM I.

Casum facti notabilem (vt hoc quasi Corollarii loco subiiciam) prosequitur latissime enucleando Ludolph. Schrad. *tract. feud. part. 9. cap. 7. nu. 133. & seqq.* vbi asseueranter probare incumbit, quod etiam Reuisione † coram Imp. Stati- 5
bus pendente, dominus feudi, cui à paribus curiæ ob cōtumaciam vasalli possessio bonorum feudalium ex primo decreto adiudicata, & realiter in eadem missio facta, econtra vero à tali adiudicatione Cam. Imperialis Iudicium appellatum à vasallo & reformata reuocataque Parium sententia erat, possit adhuc recte coram paribus peti vasallum dominio feudi propter verā & expressam cōtumaciam priuari. Sed hoc duntaxat per indicem hic admonere collibuit.

COROLLARIVM II.

Ex ipsis iam actis factis, neutiquam vlterioribus faciendas probationib. petitam

6 tiam reuisionem † esse vel iustificandam, vel infirmandam, rectissime Dn. Gaill. *nu.2.* docuit, & post pulcre enodãdo comprobauit, Lud. Bend. *tract. reuis. Conclus.16.n.5. inde seqq.*

Contrarium, seu quod *l. per hanc. 4. C.*
7 *de temp. appellat. & reparat.* etiam † in Reuisionis Iudicio obtineat, desertissimis verbis euincere admititur Benintend. *Baronienſ. deciſ.71. per tot.*

Prior tamen sententia verior & receptior quod sit non ambigimus.

ARGVMENTVM.

Formalia petendæ Reuisionis quæ sint.

SVMMARIA.

1 *Reuisioni petendæ præscriptam formam non obseruans, reuisionis auxilio se frustratus est. & n.4.*

2 *Forma ex statuto præsinita ubi fuerit omissa processus corruit.*

3 *Reuisionis petendæ forma quæ in S. Imp. Roman. circa sententias Camerales sit compendio recensetur.*

4 *Reuisionis petendæ formam qui neglexisset, ab eiusdem cadit beneficio, etiam conniuente in forma defectum aduersa parte.*

5 *Nec princeps huic met formæ neglectæ subuenit.*

6 *Reuisione iam petita, quæ veniant obseruanda, remissiue.*

CONCLVSIO CLV.



PETENDÆ Reuisioni certa quũ Ord. Cam. sit præscripta forma, eadẽ ad unguem specificeq; erit obseruanda, alias seipsum cõsequendæ Reuisionis spe frustratum
1 sententia † Camerali victus sentiet. *ad notata Francisc. Viuii Neapolit. deciſ.334. &*
2 *335. utrobiq. per tot.* ubi quod forma † ex statuto præscripta non obseruata processus, actus &c. minime subsistat, grauiter multis validissimis inductionibus confirmat.

Eiusmodi petendæ Reuisionis forma ex Imper. Ord. Cam. † præscripto 3
(*Ord. part.3. tit.53. iunctis Recess. Deput. Ann. 57. §.* **Wiewol ferner.** *& Recess. Ann. 94. §.* **Als vns auch**) hæc est. Victus Electori Moguntino, vel, si ipsemet Moguntinus victor esset, Electore Treuirensi (quod & obseruandum, ubi Moguntinus in propria caussa Reuisionem fieri vellet, ut Treuirensi significetur. *Rutg. Ruland. de Commiss. part.1. lib.2. cap.21. sub. nu.14.*) scripto tribus ante Kalendas Maii mensibus (modo tantum temporis à die sententiæ prolatæ ad proximas Kalendas Maii superérit, alias ei sequentis Anni tempus in hoc indulgebitur) pro Reuisione instet: Quamuis Reuisionis petitæ caussas expressim inserere non sit necesse. *ad notat. Bend. tract. Reuis. Conclus. 12. num. fin.*

Ampliantur prædicta, vt ni formam hanc obseruauisset Reuisionem petens, beneficio huic † cadat, quamuis aduer- 4
sa pars præscriptam formam non obseruatam, pro obseruata haberi consensisset. *ad not. Viu. Neapol. deciſ.335. num.4.* quo loci apparenter statuit defectum formæ ex consensu aduersarii non suppleri, & multis adductis auctoritatibus subiicit sic in Regia Aud. Barensi IVDICATVM extitisse.

Ampliari etiam videntur secundo, vt nec princeps super † omissa eiusmodi 5
petendæ Reuisionis forma dispensare queat. *ad not. Aluari Valasci Rer. Iud. Regni Lusit. Consultat.51. num.33. argumento l. nemo.3. ibi neq. per oblationem precum, neq. per sacrum rescriptum super reparatione temporum indulgendum, sed omnibus incumbendum esse vigilanti diligentia, quo prouocationes eorum intra statutum tempus introducantur. C. de temp. & reparat. appellat.*

Quæ postea (rite nimirum iam † pe- 6
tita Reuisione) in deponenda pecunia, admittenda cautione, facienda obseruandaq; sint, ipsa Ord. Cam. Imp. dilucidissime præfiniuit, & insuper Dn. Pet. Denaysius, *in Synopsi iuris Cam. Lit. R. §. Reuisio actorum. Dn. Benderus & post Dn. Rutg. Ruland.* prænientionatis in Locis retulere, illo studiosus conferre se posset.

ARGVMENTA.

I. Reuisionis auxilium non modo à sententiis Cameralibus diffinitiuis, verum etiam interlocutoriis indulgeri.

II. A sententiis interlocutoriis Dominorum Reuisorum, an S. Cæsaream Maiest. appellare liceat.

SVMMARIA.

1 *Reuisionis auxilium datur à sententiis interlocutoriis vim diffinitiua habentibus, vel irreparabile inferentibus damnum.*

2 *Reuisio etiam bina ab interlocutoriis sententiis vna in caussa, diuerso autem casu, vtriq; parti vna, indulgebitur.*

3 *Reuisorum à sententiis interlocutoriis appellari haud posse.*

4 *Iustitia vera est, neutiquam simulata philosophia.*

CONSIDERATIO I.

1 Auxilium Reuisionis non denegari † à sententiis interlocutoriis vim diffinitiuæ habentibus, vel irreparabile damnum inferentibus, autumat Dn. Gaill. *num. 5.* & ex professo nuncupatim Dn. Benderus *tract. Reuis. conclus. 10. num. 28. inde ad finem vsque confirmauit. & post Rutg. Rul. tract. de commissar. part. 1. lib. 2. cap. 21. num. 6. & seq.*

Ampliatur, vt etiam bina Reuisio ab interlocutoriis hisce peti queat, ab vtra-
2 que scilicet † parte vna, super eadem quidem caussa, alio tamen diuersoque casu. sic nominatim de indulgenda secunda Reuisione scripsit Aluar. Valasc. *Rer. iudicat. Regni Lusit. consult. 51. num. 22. vers. sed hoc dupliciter declarandum est.*

Appellare autem à sententiis Reuisorum interlocutoriis Imperialem Maiestatem vtrum liceat, quamuis nonnihil primo intuitu videbatur habere dubii, scrupulum tamen † omnem nuper 3
exemit Dn. Bend. *tract. Reuis. conclus. 38. per tot.* in hoc Dn. Gaillii *num. 6.* traditis consentiens. A cuius sententiæ partibus responsum stat cuiusdã magni ICti. Sax. *ceu in volum. Resolut. Lipsensium, Francofurti typis Spiessii Anno 1599. impressum, quæst. 106. reperire est.* vbi etiam *sub num. 8.* Dominos Reuisores in facti contingentia eidemmet sententiæ suffragia tulisse, asseritur.

Et hisce in libri huius primi finem receptui canendum erat. Omnia hucusque à mea tenuitate conscripta, & amodo, in hoc iustitiæ, veræ † quidem (*vt* 4
cum Vlp. in l. 1. de iustit. & iur. loquar) non simulatæ philosophiæ, stadio decurrendo, conscribẽda, censuræ melius æquius sentientium libenter (vt & omnino per erat) subiiciens, eorumque modestæ candidæque correctioni singula officiosissime, maledicentem vero Iudicio Dei, (qui sensiones nostras adeoque intimas renibus delitescentes cogitationes sibi præsentissime cognitas perspectissimasque vt habet, ita tãdem pœnas, iam (Deut. 27. Psalm. 100. Rom. 1. 1. Corinth. 6. Iacob. 4. &c.) præfinitas, sumet iustissimas) committens, verbis Ap. Iud. in Epist. v. fin. concludo.

Soli sapienti Deo, Seruatori nostro, gloria sit & magnificentia, robur & potestas, & nunc, & in omnia secula.

INDEX

INDEX RERVM ET VERBORVM NOTABILIVM HOC LIBRO PRACTICARVM CONCLVSIONVM GRÆVÆI EXPRESSORVM.

A.

Appellationis

Atten-

vel

Citant

si pri-

Commissarius

B

etiamsi

Dilatio

E.

Feriæ

Iuramentum

Libell

offensionis

N.

Nullitatis

Positioni

vbi

Q.

R.

Sæuitia,

D 2

Tertius

Testis

Testium

FINIS.